
BIBLIOTECA · DEL · DUQUE · DE · OSUNA

IOANNIS
A TVRRECREMATA
ORDINIS PRAEDICATORVM
SABINENSIS EPISCOPI

AC S. R. E. PRÆSBITERI CARDINALIS doctorisq́; eminentissimi, iuris pontificij ac sacrosanctæ theologiæ interpretis accuratissimi.

IN TRACTATVM DE POENITENTIA DOCTISSIMI COMMENTARII.

Tomus Quintus.

Quid verò hac postrema nostra editione præstiterimus vt longe emendatiores alijs antehac impressis in lucem prodirent facile dignoscet qui cum veteribus exemplaribus contulerit.

Accessit præterea Index locupletissimus.



VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M D L X X V I I I.

REVERENDI IN CHRISTO PATRIS
DOMINI IOANNIS DE TVRRE CREMATA
ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM SABINENSIS EPISCOPI

Ac Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, Tituli Sanctæ Mariæ trans Tiberim vulgo dicti Cardinalis Sancti Sixti.

COMMENTARIA SVPER TRACTATVM DE POENITENTIA
Domini Gratiani fœliciter incipiuntur.



SAnctissimo & beatissimo ac clemētissimo patri, & domino, domino Nicolao sanctæ & vniuersalis ecclesiæ Papæ quinto. Humilis atque deuotus, S. tuæ seruus Io. de turre cremata, sanctæ Romanæ ecclesiæ, & sanctæ Mariæ trās Tyberim presbyter Cardinalis sancti Sixti, vulgariter nūcupatus seipsum humili cōmendatione pmissa ad pedū oscula beatorū. ¶ Grauissimis ægritudinibus meis pater beatissime Nicolae (qbus superioribus tēporibus maximo cum periculo laboraueram) cœlesti dispensatione attenuatis, cum tantum bonæ valetudinis ineffabili omnipotentis Dei clementia munus me adeptum esse cognoscerem vt ad studia ipsa mea remeare possem, ne tam effluentis pietatis gratiæ videre ingratus, opus a me super decretum inceptū concessa temporis opportunitate ad ipsius gloriam (a quo salus ipsa mea vires ingeniumq; valescunt) studijs meis merito esse prosequendum putaui. absoluto igitur superiori tēpore pro ingenij mei exigua facultate tractatu de consecratione, eiusdem immortalis Dei pietatis amplitudine confisus, aggressus sum tractatum de pœnitentia, septem distinctionibus distributum. Quisq; tractatus tam pro rerum contentarum diffinibilium varietate quæ maxime theologicā redolent facultatem, quam pro sententiarū circa materias contentas varia antiquorum controuersia, perspicacissimo suæ interpretationis artifice atq; exploratore theologo indiget, nec satis esse ad interpretandum quiuis purus iurisperitus videtur. Has ergo præfati tractatus de pœnitentia explanationes multa vigiliarum mearum lassitudine elaboratas, pro viribus mediocribus meis diuina opitulante clemētia iam absolutas, S. tuæ qui non modo authoritate summi apicis: sed & sapientia etiam omniumque scientiarum acumine fulges eijciendas corrigendasque suppliciter trado, nihil in eisdem irreuocabili mente affirmans, aut negans, nisi quatenus apostolica sedes quæ fidei magistra est, & in qua tu dignissime præsides, amplectendum reijciendū quæ docet, & iubet. ¶ Digneris itaq; pro tua in me atq; in cæteros solita humanitate, hos meæ senectutis ludos benigne suscipere & si aliquando ab alijs hæc talia (qui me scientia & doctrina præstantiores sunt) multo accuratius, multoq; ornatius explicabuntur, pro mea tamen in sanctitatem tuam antiqua deuotione amoreq; singulari ea nō parui facias, nihil ob easdem res terreni quæstus aut emolumenti a te expectans, oro, vt ipsi vero remuneratori omnium laborum bonorum immortali Deo tuis sanctis orationibus commendatus fiam. Cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Procemium.

1 *Pœnitentiæ virtus quadrupliciter commendatur.*
2 *Prudentia serpentis quæ sit.*
3 *Iacob interpretatur supplantator, & quid signet.*
4 *Pœnitentia sex habet gradus.*
5 *Libanus interpretatur candor, & quid signet.*
6 *Damascus interpretatur potus sanguinis, & quid signet.*



NAsus tuus sicut. turris libani, q respicit contra Damascum. can. 7. Considerantibus nobis diligēter quæ prolixo tractatu de virtute pœnitentiæ eleganter in hac parte magister Gratianus prosequitur aptissime nobis visum est huic loco conuenire illud Cantic. 7. quod præmisimus videlicet. Nasus tuus &c.
a ¶ In quibus verbis vt pœnitentiæ virtus[a] (de qua in hac par
1 te agitur) videtur[1] quadrupliciter commendari. ¶ Primo vt clarissima celsitudine nobilitatis ibi, cum dicit Nasus tuus. ¶ Secundo vt eminentissima altitudine dignitatis ibi, cum dicit turris. ¶ Tertio vt gratissima amplitudine vtilitatis ibi, cū dicit libani. ¶ Quarto in gloriosissima magnitudine triumphantis potestatis ibi, cum dicit quæ respicit cōtra damascum. ¶ Commendatur in primis pœnitentiæ virtus vt clarissima celsitudine nobilitatis. cū dicitur nasus tuus. per nasum enim (per quem vt dicit glo. odor vel fetor discernitur) discretionis virtus cuius diffinitio (vt inquit Augustinus) in appetendis bonis & vitandis malis explicari solet, siue ipsa sapientia quam Socrates etiam in discretione bonorum à malis maxime consistere esse dicit optime designat. ¶ Hanc quippe tanquam ductricem, comitem inseparabilē habet virtus pœnitentiæ, nisi quia illi diuinæ sapientiæ siue discretionis radius illuxerit ostendendo quam vilis quamq; periculosus sit status peccati. Hiere. 31. postquam ostendisti me mihi, percussi femur meum, & egi pœnitentiam. i. postquam irradiatione tuæ sapientiæ ostendisti me mihi. i. quā vilis essem peccatorum fecibus immersus, quam tenebrosus, & cœcus a bono incommutabili auersus, & quanta damnatione dignus in offensa creatoris mei temerarius & præsumptuosus percussi femur meum erubescens & egi pœnitentiam. vnde Augustinus libro confessionum valde ad propositum loquens sic ad Deum ait. Reuerberasti infirmitatē aspectus mei, irradians in me vehemēter, & cōtremui horrore pariter & amore, & inueni me lōge esse in regione dissimilitudinis. Et post. quid est ergo quod interlucet mihi, & percutit cor meū sine læsione, & inhorresco pariter, & inardesco. Sapientia est quæ interlucet mihi discutiens nubilū mentis meæ. hæc Augu. Quocirca dicitur Eccle. 1. qui addit scientiam, addit ad dolorem glo. contristatur merore secundum Deum propter delictum suum, propter quod beatus Bernardus de sapientia vera loquens optime propositū nostrum confirmans inquit. Sapientia cordis est in pœnitudine peccatorum præteritorum, in cōtemptum præsentium, in desideriū futurorum præmiorum. inuenisti plane sapientiam, si prioris vitæ peccata defleas, si huius seculi desideria paruipendas, si æternam beatitudinem toto desiderio concupiscas, inuenisti sapientiam si tibi horum singula sapiunt, prout sunt & hæc quidem amara, est omnino fugienda,

¶ Pœnitentiæ virtus. Pœnitentia qd sit vide tex. ī c. hāc ii fra. dis. 2. & Guil. ī c. ecce nūc. in fi. infra d. 2. & di. 3. §. 1. circa princ. & ē duplex ẜm Petr. de Anch. in repe c. postulasti nu 22. de foro cōpe. & ꝙ hodie oīs pnīa est arbitraria idē Anc. in c. si quis. nu. 3. de fur. Et quæ sit cēsenda vera idē in c. ꝙ qdā. nu. 2. de pœ. & remis. & an tm̄ valeat volūtaria q̄ tum iniuncta vide gl. magnam in c. si quid de sen. excom.

ista caduca & transitoria contemnenda, illa vero vt perfe-
cta bona totis appetenda desiderijs. hæc Bernardus. Ad hãc
perfectã sapientiam siue prudentiã videtur exhortari nos,
August. dñs cum ait Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes &c.
b ¶ Pruden- 2 †prudentia vero serpentis[b] iuxta beatum Aug. hæc esse inter
tia serpētis. b alia dignoscitur, ꝙ cum putredine se grauatũ senserit, petra
adde Spe. rum scissuras ingredietur, vt angustia foraminis exuat vete-
in tit. de ad- rem eius tunicam, & sana succedat. hanc sane serpentis pru
no. §. 7. ver. dentiam pœnitentes imitatur cum putredine peccatorum
ē habeat. grauatos se cognoscentes per arctum pœnitentiæ foramen
ingredi contendunt vt vetere homine cum actibus suis de-
posito, nouum induant qui secundum Deum creatus est in
iustitia, & sanctitate veritatis. ad Ephe. 10. Et hæc de primo
¶ Diximus secundo commendari in verbis propositis, vir-
tutem pœnitentiæ vt eminentissima celsitudine dignitatis
quia dicta est turris. Conuenienter profecto pœnitẽtiæ vir
tus dicta est, & hoc duplici rattione. Primo, quia ascensum
nobis præbet in cœlum. Hinc beatus Ioannes Baptista & Sal
uator exordium suæ prædicationis a pœnitentia sumpse-
runt dicentes. pœnitẽtiam agite, & appropinquabit regnũ
cœlorum Matt. 3. per hoc dantes intelligi, neminem ad re-
gnum cœlorum posse pertingere, nisi primo per pœniten-
tiam Deo curauerit satisfacere. vnde recte pœnitentiæ vir-
tus figurari videtur per scalam, quam Iacob vidisse legitur.
Gen. 28. stantem super terram, cuius cacumen cœlum tan-
gebat, & angelos domini ascendentes & descendẽtes per eã,
3 & dominum innixum scalæ. †Iacob qui supplantator inter
pretatur, recte pœnitentem signat, qui si vere pœnitet vitia
omni studio suo supplantare curat. Dicitur autem hæc sca-
la super terram esse, quia vt est doctorum sententia, virtus
pœnitentiæ secundum actum quem nunc habet, non nisi
4 peregrinantium est super terram. † Gradus sex describunt
in ea. s. contritio, confessio, satisfactio, oratio, ieiunium, &
eleemosyna. de quibus. s. in hoc opere Dauid ait. Cacumen
Augustinus eius cœlum tangere dr̃, quia vt beatus Aug. testatur, pœnitẽ
Ambrosius. tia paradisum reserat. Et beatus Ambrosius in sermone qua
dragesima. & habetur. 1. di. 1. §. alij. Econtra hoc idem testa
tur. d. Ecce nunc tempus acceptabile adest, in quo cõfesio
a morte animam liberat, confessio aperit paradisum, cõfes-
sio spem saluandi tribuit, dicuntur angeli ascendentes & de
scendentes per eam, quia vt habetur Luc. 12. gaudium est an
gelis super vno peccatore pœnitentiam agente. dicitur au-
tem dominns innixus scalæ, quoniam paratus est labore pœ
nitentiæ fatigatis præstare virtutis auxilium, & consummã
tibus præstare remunerationem. d. illud. Matth. 11. Venite
ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam
vos. ¶ Secũdo pœnitentiæ virtus turri comparatur, quia au-
xilium & præsidium præstat omnibus ad eam venientibus,
qui puritatis & innocentiæ. s. naufragium pertulerũt, amis-
so nempe candore innocentiæ quẽ per generationis laua-
crũ diuinitas nobis cõtulerat, nulla recuperandæ salutis no-
Hierony. bis spes est, nisi pœnitentiæ virtus. hinc beatus Hiero. dicit,
ꝙ secunda tabula post naufragium sit pœnitẽtia multiplex
misericordia, vt inquit Leo papa, & habetur in di. 1. §. item.
ita lapsis humanis subuenit, vt non solum per baptismi gra-
tiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ repa-
retur æternæ, vt qui regenerationis dona violassent ꝓprio
se iudicio condemnantes ad remisionem criminum perue
Augustinus nirent. hæc ille. Hinc beatus Augusti. de pœnitentia loquẽs
in sermone quodam sic ait, pœnitentia, medicamentũ vul-
neris, est spes salutis per quam Deus ad misericordiam pro
uocatur. Et hæc de. 2. ¶ Tertio pœnitentiæ virtus commen
datur vt gratissima amplitudine vtilitatis, cum dicitur, liba
ni† per libanum. n. qui cãdor interpretatur, optime vtilitas
5 siue effectus virtutis pœnitentiæ designatur, quæ animam a
peccatorum sordibus mundanis candidam reddit, & virtu-
tibus ornat. de cuius virtutis amplitudine vtilitates beatus
Augu. libr. de vera & falsa pœnitentia circa principium ita
loquitur, quam sit appetenda gratia pœnitentiæ omnis au-
thoritas clamat, & omnis bonorum vita conatur ostende-
re, languores enim sanat, leprosos curat mortuos suscitat, sa
nitatem auget, & conseruat, & claudis gressum, aridis copiã,
cæcis restituit visum, vitia fugat virtutess exornat, temperat
successus, constringit impetus, moderatur gressus ignorans
se per hanc se cognoscit, quærens se per hanc se inuenit hæc
est quæ homines ad angelos ducit, & creaturam reddit crea
tori, hæc dissipatorem filium ad patrem reduxit, & vulnera
tum à custodibus latronibus custodi curandum tradidit, in
hac omne bonum inuenitur, per hanc omne bonum con-
seruatur; fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia ip
sa est ignis consumens, hæc Augustinus. Præterea beatus
Chrysostomus de tam multiplici vtilitate pœnitentiæ ad-
mirans ita in quodam sermone inquit. O pœnitentia quæ Augustinus
peccata Deo miserante relaxas, paradisum reseras cõtritum
sanas omnem tristem exhilaras, vitam de interitu reuocas
statum restauras honorem renouas fiduciam reformas gra
tiam abundantiorem refundis. O pœnitentia quid de te re-
feram, omnia ligata soluis, omnia tu soluta custodis omnia
aduersa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa
tu lucidas, omnia desperata tu animas. hæc Chrysost. & hæc
de 3. ¶ Quarto commendatur pœnitentiæ virtus, vt glorio-
sissima magnitudine triumphantis potestatis, cum dicit,
6 quæ respicit contra Damascum. † Damascus enim quæ erat
ciuitas metropolis infesta filijs Israel, interpretatur potus
sanguinis & ita conuenientissime vniuersitatem designat
peccatorum, secundum illud psa. Libera me de sanguinibus Psal. 50. c
Deus Deus salutis meæ. gl. i. carnalibus peccatis, vel ab om-
ni corruptione pœnæ, & culpæ. Contra Damascum pœnitẽ
tia respicit, quia virtus illius ad delenda omnia peccata quã
tumcunque magna, quantumcunque horrenda, potentissi-
ma est secundum illud Esa. 38. proiecisti post tergum tuum
omnia peccata mea. & secundum illud Ezechiel. 18. in qua-
cunque die ingemuerit peccator, omnium iniquitatũ eius
quas operatus est: non recordabor. Ideo vt ait Beatus Chry-
sostom. & habetur infra distinctio. 1. Si quis ad summum
veniat malorum, & tamen velit reuerti suscipit eum Deus
libenter & amplectitur. ¶ De triumpho autem virtutis pœ
nitentiæ aduersus omnium vitiorum incursus, ita Beatus
Chrysostom. loquitur. pœnitentia respuit auaritiam, hor- Chrysosto.
ret luxuriam, fugat furorem, format amorem, calcat super-
biam, excludit inuidiam contra linguam, mores componit,
malitiam odit. & hæc ille. & Origenes super librum nume- Origenes.
rorum loquens ita ait. Vult dominus res mirabiles, facere,
de locustis superare gigantes, & de his quæ in terra sunt vin
cere cœlestes nequitias: vnde merito de hac admirãda pœ-
nitentiæ virtute dicere possumus, quod est turris fortitudi-
nis a facie inimici. Sol. & hæc de quarto.

¶ *Quæstio tertia. De pœnitentia. dist. I.*

2 *Ordo inter sacramenta vario modo attenditur. & nu. 3.*
5 *Pœnitentiæ quid sit materia, vel forma.*
6 *Peccata dicuntur materia remota sacramenti pœnitentiæ.*
7 *Sacramenti pœnitentiæ quæ sit forma.*
8 *Pœnitentia exterior est sensibile sacramentum in sacramento pœnitentiæ.*
9 *Pœnitentia interior dicitur res & sacramentum.*
10 *Pœnitentia interior potest dupliciter considerari.*
11 *Pœnitentiæ partes sunt in pœnitentia exteriori. Et quæ sint numero. 34.*
12 *Remissio peccatorum est res tantum sacramenti pœnitentiæ.*
14 *Pœnitentia est proprie virtus. Et specialis. nu. 15.*
16 *Pœnitentia non est virtus theologica, sed inter morales annumerandã Adde nume. 17.*
18 *Medium qualiter accipiatur in pœnitentia.*
29 *Virtutes infusæ tripliciter se habent ad Deum.*
20 *Virtus pœnitentiæ reducitur ad virtutem iustitiæ tanquam pars quædam eius.*
21 *Iustum dupliciter dicitur.*
22 *Dolor siue tristitia dupliciter accipitur.*
24 *Peccatum actuale mortale impossibile est remitti sine pœnitentie prout est virtus.*
25 *Gratia Dei & gratia hominis qualiter differant.*
26 *Offensa peccati mortalis vnde procedat.*
28 *Recompensatio offensæ præcedentis fit exterius in duobus.*
29 *Pœnitentia quomodo diffiniatur. & nu. 30.*
30 *Pœnitentia potest tripliciter notificari.*
32 *Pœnitentia prout est virtus non habet partes aliquas. Bene tamen inquantum est sacramentum. nu. 33.*
35 *Pœnitentiæ partes an sint integrales vel subiectiuæ.*
36 *Pœnitentiæ partes integrales sunt duplices.*
37 *Actus ministri est duplex in sacramentis quæ habent pro materia aliquam rem corporalem.*

39 *Peccatum non dimittitur ſola contritione abſque confeſsione & ſatisfactione actu, vel propoſito. & num. 42.*
40 *Ad remiſsionem peccati quid requiratur.*
41 *Status ſalutis non dependet ex futuro.*

Quæſtio.



His breuiter. Hic intitulaṫ. 33. cauſæ quæſtio tertia. In qua q̄ritur an abſque oris cōfeſsione & ſatisfactione per ſolam cordis contritionē peccatum dimittatur. Cuius quæſtionis occaſione magiſter Gratianus hic longum & prolixum tractatum de pœnitentia interſerit, qui tractatus in ſeptem partes quæ diſtinctiones nuncupantur partitus eſt. ¶In quarum prima proponitur, & tractatur quæſtio præmiſſa. An. ſ. abſque oris confeſſione & ſatisfactione per ſolam cordis contritionem peccatum dimittatur. ¶ In ſecunda diſtinctione proponitur, & tractatur, an charitas ſemel habita poſſit amitti vel nō. ¶In tertia diſtinctione proponitur & tractatur: an pœnitētia ſit iteranda vel nō. ¶In quarta proponitur & tractatur: an peccata dimiſſa redeant vel non. ¶In quinta tractatur: quæ in pœnitentia aſſumenda a peccatore conſideranda veniant. ¶In ſexta tractatur, cui vel quali pœnitens peccata ſua confiteri debeat. ¶In ſeptima tractatur de pœnitentia finali. i. quæ in fine vitæ quæritur, & accipitur: an. ſ. valeat ad vitam conſequendam æternam, vel non. ¶Secunda diſtinctio incipit ibi: quia vero de pœnitentia. ¶ Tertia incipit ibi: hoc de charitate breuiter. ¶Quarta incipit ibi: an peccata dimiſſa. ¶Quinta incipit ibi: in pœnitentia autem. ¶Sexta incipit ibi: cui autem fieri. ¶Septima incipit ibi: tempus vero pœnitentiæ &c.

Diuiſio tractatus de pœnitentia.

Diſtinctio autem prima licet, eo ꝙ magiſter Gratianus valde confuſe quæſtionē præfatam tractauerit: difficile ſit illam cōuenienter diſtinguere: nihilominus poſſumus dicere, ꝙ poteſt diuidi in ſex partes prīcipales. In prima authoritatibus ſanctorum & imperatorum legibus nititur probare partem illam quæſtionis videlicet, ꝙ per ſolam cordis contritionem abſque confeſsione & ſatisfactione dimittitur peccatum. In ſecunda ponit authoritates pro parte contraria videlicet, ꝙ non ſola contritione peccatum dimittatur, ſed requiratur confeſsio, & ſatisfactio. In tertia reuertitur ad eam partem quæſtionis dicentium non ſola contritione deleri peccatum, & reſpondet authoritatibus inductis in oppoſitum. In quarta reuertitur ad opinionem dicētium, ꝙ ſola cordis contritio ad remiſsionem peccati ſufficiat. & reſpondet authoritatibus inductis in oppoſitum. In quinta probat, ꝙ non ſufficit cordis contritio ſine ſatisfactione. In ſexta relinquit arbitrio lectoris recipere quā partem maluerit. ſecunda ibi: Cum ibi alij contra. tertia ibi, his authoritatibus. quarta ibi: in §. econtra authoritatibus. quinta ibi, contra ea. ſexta ibi: quibus authoritatib.

Diuiſio primæ diſtinctionis.

¶ Prima pars principalis diuidiṫ in quatuor. in prima inducit quaſdā ſanctorum authoritates. Et etiam quaſdam leges pro opinione dicentium, ꝙ ſola cordis contritione dimittatur peccatum. ¶In ſecunda inducit quinq; leges in contrarium: quibus probatur ſine opere exteriori voluntatem non eſſe puniendam. ¶In tertia ſoluit dupliciter contrarietatē: quæ vr̄ eſſe inter prædictas leges. ¶In quarta reuertitur ad propoſitum probans: ꝙ ſola contritio ſufficiat ad remiſsionem peccatorum ea ratione: ꝙ ex conſilio vel voluntate peccādi qs tenetur ad pœnam. ſecunda ibi: in §. contra hoc. tertia incipit in §. pœnæ. quarta incipit in §. ex conſilio. Et hoc ſufficiat pro diuiſione literæ.

Subdiuiſio.

¶Pro pleniori autem intelligentia totius præſentis tractatus de pœnitentia & pro maiori illuſtratione veritatis quæſtionis propoſitæ veniunt hic plura quærenda: primo circa ordinē huius ſacri ad alia ſacramēta.

1 ¶Quæritur vtrum magiſter Gratianus conuenienti ordine in hoc loco tractatum de pœnitentia poſuit.
4 ¶Secundo circa qdditatē pœnitentiæ: vtrū ſit ſacramētū.
13 ¶Tertio vtrum pœnitentia ſit virtus.
23 ¶Quarto vtrum pœnitentia ſit neceſſaria.
17 ¶Quinto vtrum recte diffiniatur cum dicitur in litera de pœnitentia, eſt mala præterita deplangere &c.
31 ¶Sexto vtrum pœnitentia habeat partes.
38 Septimo vtrum ſola contritione abſque confeſsione & ſatisfactione exteriori dimittatur peccatum.

1 **Ad primum** In quo quæritur † vtrum conuenienti ordine magiſter Gratianus tractauerit de ſacramento pœnitentiæ, in hoc loco ſic proceditur Et videtur ꝙ non. ¶Primo ſic. pœnitentia vt inquit Hiero. eſt ſecunda tabula poſt naufragium, ſicut baptiſmus eſt prima, ſed ſecunda recto ordine ſequitur primam. ergo primo debuit de baptiſmo loqui quàm de pœnitentia. ¶Secundo ſic. Euchariſtia continet authorē omnis gratiæ, ſed author gratiæ eſt ante omnem virtutem tam vniuerſalem quā particularem. ergo de ſacramento euchariſtiæ primo debuit loqui, quam de pœnitentia. ¶ Tertio doctores theologi tractantes de ſacramentis ſicut Magiſter ſententiarum, Damaſus: Hugo de ſancto victore libro ſuo de ſacramentis: habēt alium ordinem: vt primo de baptiſmo, & confirmatione & de euchariſtia tractauerint, quam de pœnitentia. ergo videtur ꝙ vel illi male ordinauerint, vel magiſter Gratianus: ſed non illi vt videtur. ergo iſte.

Primū a

Secundū a.

Tertiū ar.

¶In oppoſitum ſufficiat authoritas magiſtri Gratiani, qui non eſt credēdus abſque aliqua ratione talem ordinem poſuiſſe. ¶ Reſpondeo ſi quis velit ſe leuiter expedire de hac quæſtione, poſſet pro excuſatione magiſtri Gratiani dicere, ꝙ cum magiſter Gratianus nō intenderit ſpecialem & ordinatum tractatum de ſacramentis facere, cum occurret occaſio loquendi aliquid de ſacramentis magis reſpexit ad connexionem, & colligantiam ſiue dependentiam ad ſuperiores materias motas, quam ad ordinem quem ſacramenta inter ſe habent, prout veniunt in vſum hominum in purgationem morborum animarum noſtrarum quem ordinem theologi tractantes de ſacramētis ſeruaſſe dicuntur, ſicut in principio lecturæ noſtræ ſup tractatum de conſe. in ſimili quæſtione explicauimus.

Opponit in cōtrarium. Reſpondet

¶ Quia ergo quæſtio præceſſerat vtrum per ſolam contritionē abſque confeſsione ſacramentali, & ſatisfactione peccatum dimitti poſſet, quæ quæſtio cum plane dilucidari non poſſet, niſi data notitia de omnibus partibus pœnitentiæ ſatis rationabilem occaſionem habuit Gratianus in hoc loco interſerere tractatum de pœnitētia: vnde hanc rationem ipſe videtur innuere in principio. 2. di. cum ait. qui vero ſemel de pœnitentia incepit ſermo haberi, aliquantulum altius repetendum videtur. verum aliter poteſt aſsignari cōuenientia ordinis, quem magiſter Gratianus obſeruauit in tractando de ſacramentis. ¶Pro primo in primis eſt notandum, ꝙ magiſter Gratianus hunc ordinem ſeruaſſe videtur in tractando de ſacramentis, vt primo tractauerit de ſacramento ordinis, & eius annexis, & hæc in diſtinctionibus à di. 33. vſq; quaſi ad finem diſtinctionum. Secundo de ſacramento matrimonij, & hoc a. 27. cauſa vſque ad tractatum de pœnitentia. In tertio loco de pœnitentia in hac parte. In quarto loco de euchariſtia in tractatu de conſecra. di. 2. In quinto loco de baptiſmo ibidem. di. 4.

2 ¶Secundo notandum: † ꝙ vario modo poteſt attendi ordo a inter ſacramenta, vno modo & principaliter & penes morbos, ad quos curandos ſicut ad finem ſunt inſtituta, inter quos talis eſt ordo, & ſic dicit Albertus magnus in prima di. 4. ſententiarum. Primus inquit inter iſtos morbos eſt originalis culpa, & hanc tollit baptiſmus, conſequens eſt pronitas ad malum, quam non tollit baptiſmus, ſed diminuit, & contra hanc ordinatur cōfirmatio. Ex pugna autem prauitatis & quaſi ex calore concupiſcentiæ oritur deperditio bonorum ſpūalium, & ideo cōtra hunc morbum ordinatur tertio loco euchariſtia. eſt autem prolapſus concupiſcentiæ in actuale peccatū, & contra hanc ordinatur pnīa. Reliquæ aūt debilitates ſemper renaſcuntur, contra quas ordinatur extrema vnctio. Ordo autē & matrimonium ordinanṫ cōtra defectū cōem, & ordo eſt ante matrimonium, quia eſt ſm digniorem generationem. hæc Albertus magnus. Iſtum autē ordinem ꝓſequutus eſt Magiſter ſnīarum & alij doctores theologi quæ vr̄ melior cōſideratio inter oēs.

a ¶ Attendi ordo. Adde ꝙ ordo præpoſterus nō viciat totū ꝙ geritur in ſpiritualib9 Pe. de Anc. in c. vnico. nu. 6. de cleri. per ſaltū promo.

† Alio modo pōt attēdi ordo inter ſacramenta ſecundum aliquā rationē dignitatis, reſpectu omnium aliorum ſacramentorum, inquātum ſunt in remediū defectus cōis ſiue in pfectionē multitudinis: alia vero ſacrā ſunt in remedium ſiue pfectionem vnius pſonæ, bonū aūt cōe cum ſit diuinius vt dr̄ primo ethic. prius eſt. vnde hoc ordine cōſiderato magiſter Gratianus primo determinauit de iſtis duobus ſacramentis, & primo de ordine ꝙ de matrimonio, tñ quia ordo habet prioritatem quādā reſpectu matrimonij & aliorum ſacramētorū. clarū eſt aūt ꝙ agens naturaliter prius eſt ſua actione. Vnde etiā in iure prius determinaṫ de officijs, ꝙ de actionibus. tum etiā quia ſicut dictū fuit habet digniorē gñationē: ꝙ matrimoniū. ¶Pnīa etiam habet prioritatē quandā reſpectu baptiſmi ſm illud Act. 2. agite pnīam, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. Item Aug. dicit

Auguſtinus

dicit libro de pnĩa, & habet infra in hac di. 1. nullus põt inchoare nouã vitã, nisi eũ veteris vitæ pœnituerit. Itẽ respectu eucharistiæ pnĩa etiã vr̃ habere aliquam prioritatẽ, qm̃ oĩbus accedentibus ad cõionem indicitur pnĩa, sicut etiam colligitur ex. c. oĩs vtriusq; sexus. extra de pœ. & re. vbi primo iniungitur præceptũ de cõfessione, secundo de cõione. in cuius signũ agnus paschalis, qui figurã gessit sacramenti eucharistiæ comedi præcipiebat cum lactucis agrestib. Exo. 12. quod significat cõicandũ esse cũ amaritudine pnĩę. Rõnabiliter ergo satis poterit dici magistrum Gratianũ processisse hoc ordine cõsiderato, vt primo de ordine tractauerit. secundo de matrimo. io. tertio de pnĩa. quarto de baptismo &c. licet magister Gratianus cũ nõ fecit specialẽ tractatum de sacramẽtis vt prædiximus veniat rõnabiliter excusandus, si nõ sit seruatus ab eo ille ordo, quẽ alij doctores seruauerũt. Et p hoc patet respõsio ad rõnes factas in opposi.

4 **Ad secundum.** In quo quæritur † vtrum pœnitẽtia sit sacramentum sic procedit,

Primũ ar. ꝙ pnĩa non sit sacramentum. ¶ Primo sic. dicit. n. Gregori. & habetur in cap. multi. 1. q. 1. sacramenta sicut baptismus, chrysma, corpus, & sanguis Christi ob id sacramẽta dicũtur, quia sub tegumẽto corporaliũ rerũ diuina virtus operetur salutẽ, sed hoc non cõuenit in pnĩa: quia non adhibẽtur aliquæ res corporales, sub quibus diuina virtus operetur salutem. ergo pnĩa non est sacramentum. consequentia patet p locum a diffinitione ad diffinitum. ¶ Secundo sic. oĩa sacramenta nouæ legis cõsistunt in rebus & signis, sed in pnĩa nõ

Secũdũ ar. sunt aliqua verba determinata quæ sunt de essentia sacramẽ

Tertiũ arg. ti. ergo non est sacramentũ. ¶ Tertio sic. sacramenta a ministris ecclesiæ Christi exhibent secũdum illud. 1. Corin. 4. sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispẽsatores mi nisteriorum Dei. sed pnĩa nõ exhibet a ministris Christi, sed interius a Deo hoĩbus inspiratur, secũdũ illud Hie. 31. post

Quartũ ar. quã cõuertisti egi pnĩam &c. ¶ Quarto in sacramentis nouę legis distinguitur a doctoribus aliquid quod est sacramẽtũ tm̃ aliquid quod est res & sacramẽtum. Aliquid vero ꝙ est res tm̃: sed hoc nõ inuenitur in pnĩa. ergo nõ est sacramẽtũ.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositũ est primo cõis doctrina doctorũ, qui ponunt septem sacramenta ecclesiæ inter quæ pnĩam cõnumerãt.

Secunda oppositio. ¶ Secũdo sic. sicut baptismus exhibet ad purificãdum a peccato, ita & pnĩa. vnde & Petrus dixit Simoni. actu. 8. pnĩam age ab hac nequitia tua. sed baptismus est sacrm̃. ergo & pœ

Respondet. nitentia. ¶ Respondeo. hic tres articuli ꝓbandi veniũt. Primo ꝙ pœnitentia sit sacrm̃. Secũdo quid in eo sit materia, & quid forma. Tertio quid in hoc sacramento sit sacrm̃ tm̃,

Prima conclusio. S. Thom. quid res & sacramẽtũ, quid res tm̃. ¶ Pro primo sit ista conclusio pnĩa est sacramẽtum. Quæ cõclusio probatur sic iuxta S. Th. in tertia parte, sicut dicit Gre g. in c. supradicto. s. c. multi. 1. q. 1. sacrm̃ est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, vt aliquid significatiue accipiamus, qđ sanctẽ accipiẽdum est, manifestum est aũt, ꝙ in pnĩa res ita gesta qđ aliquid sanctum significatur tam ex parte peccatoris pœnitẽtis, q̃ ex parte sacerdotis absoluentis. Nã peccator pęnitẽs per ea quæ agit & dicit signat cor suum a peccato recessisse, similiter & sacerdos, per ea quæ agit & dicit circa pœnitentem significat opus Dei remittentis peccatum: vnde mani

Durandus. Petrus de palude. Hugo de sancto Victore. festum est ꝙ pnĩa quæ in ecclesia agit sit sacrm̃. ¶ Secũdo sic probatur. Et est ratio dñi Durãdi, cũ additione dñi Petri de palude. Omne remediũ sensibile a † Deo institutũ ad repræsentãdum & causandũ ex opere operato sanitatem cõtra morbũ peccati est sacramentũ, patet dicit. n. Hugo de sancto victore, ꝙ sacramenta sunt quædã medicinæ, quæ peccatorum vulneribus adhibent, sed pnĩa est hmõi. patet. ꝙ. n. sit remediũ institutũ a Deo ex illo Mat. 3. pnĩam agite. & per Iacobum dicentem, cõfitemini alterutrũ peccata vestra, vt saluemini. Quod vero ex opere operato habeat salutem cõtra morbũ peccati cõferre, habetur Io. 20. quorum remiseritis peccata remittũtur eis. ergo sequitur. ꝙ pnĩa sit sacrm̃ Et hæc de primo. ¶ Circa secũdum in quo declarandũ est

5 † quid sit materia vel forma in hoc sacro. primo videndum

S. Thom. est de materia, secũdo de forma. Pro quo notãdum cum B. Thoma in tertia parte. ꝙ duplex est materia. s. proxima, & remota, sicut statuæ propria materia est metalliũ, remota ve-

Prima conclusio. ro est terra. Quo notato sit ista cõclusio prima. Materia proxima sacramenti pnĩæ sunt ipsi actus pœnitentis sensibiliter apparentes. s. sensibilis dolor cõtritionis de peccatis, cõfessio, & satisfactio, qui actus ita se habere dicantur in hoc sacramento, sicut aqua in baptismo, vel chrisma in cõfirma

tione. ¶ Pro cuius declaratione sciendum s̃m S. Thomã in quarto ꝙ sicut in corporalibus medicinis quædã sunt quæ cõsistũt in sola passione vel receptione curati, vt scissio vulneris, vel appositio emplastri. Quædã vero quæ cõsistunt in actu laborãtis, sicut exercitationes & hmõi: ita etiã in sacramentis quædã nõ requirũt actũ eius qui sanctificat quantũ ad substãtiam sacramenti, nisi per accidens, sicut remouens prohibens, vt patet in baptismo & cõfirmatione & hmõi. S. Thom.

¶ Quædam autem requirũt essentialiter & per se actũ eius qui recipit sacramentum ad essentiam sacramenti sicut patet in matrimonio, & pœnitentia. In his ergo sacramentis, quæ sine actu nostro complentur est materia quæ causat & signat, quasi medicina exterius apposita vt Augustinus de aqua quæ est materia baptismi inquit super Io. quæ vis est aquæ vt corpus tãgat, & cor abluat. ¶ In alijs autem sacramentis, quę actũ nostrum requirũt nõ est talis materia. s. aliqua corporalis materia, sed ipsi actus exterius apparentes hoc idem faciũt quod materia in alijs sacramentis. quõ aũt ea quæ exterius geruntur sint causa sanctificationis in pnĩa ex sequentibus patẽbit. Oportet ergo ꝙ materiale elementum quod ponitur in diffinitione sacramenti Hugonis de sancto victore, qua dicitur, sacramentum est corporale vel materiale elementum extrinsecus. i. oculis oppositum &c. capiatur cõiter pro omni re sensibili, siue sit materia aliqua corporalis, siue sit actus aliquis sensibilis. ¶ Secũda cõclusio August. Hugo de sancto victore. Secunda cõclusio.

6 † peccata sunt materia remota sacramenti pnĩæ. cõclusio patet ex illo apostoli. Corin. 13. nõ egerunt pnĩam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quã egerũt: ecce ꝙ peccata sunt super quæ cadũt actus ipsius pœnitentis, ipsa. n. sunt de quibus satisfaciet. ergo veraciter ipsa pctã sunt remota materia ipsius pnĩæ. ¶ Si vero arguatur contra, quia dicitur cõstet, ꝙ materia in sacramentis per aliqua verba sanctificatur, & sanctificata effectum sacri operatur. peccata autem nõ possunt sanctificari eo ꝙ cõtrariantur effectui sacramenti, qui est gratia remittens peccatum, & per cõsequẽs non vr̃, ꝙ peccata possint dici materia alicuius sacramenti. Opponit in cõtrarium.

¶ Respondeo ꝙ ratio ista procedit de eo, quod est materia proxima sacramenti, cuiusmodi vt diximus non sunt peccata, sed actus sensibiliter apparentes ipsius pœnitentis. ¶ De Respondet

7 secũdo. s. de forma huius sacri sit ista cõclusio † forma huius sacramenti est. Ego te absoluo &c. Probatur conclusio sicut dñs dixit discipulis. Mat. vlti. euntes docete oẽs gentes baptizãtes eos: ita dixit Petro. Matt. 16. quodcũq; solueris &c. Sed sacerdos authoritate verborum Christi fretus dicit. ego te baptizo, & hoc habetur pro forma baptismi, ergo eadem authoritate dicere debet sacerdos in hoc sacramento. Ego te absoluo. & hæc etiam per consequens habenda est forma sacramenti pnĩæ. Hoc autem iuxta S. Thom. in tertia parte sic plenius declaratur, in qualibet re perfectio attribuit formæ. cum aũt hoc sacrm̃ perficiatur per ea quæ sunt ex parte sacerdotis, oportet ꝙ ea quę sunt ex parte cõfitentis siue verba, siue facta, sint quædam materia huius sacramenti. Ea vero quæ sunt ex parte sacerdotis se habeant per modum formæ, cum autem sacramenta nouæ legis efficiant quod figurant, oportet ꝙ forma sacramenti significet illud, quod in sacramento agitur proportionabiliter materiæ sacramenti: vnde forma baptismi est. ego te baptizo. Et forma sacramenti cõfirmationis consigno te chrismate salutis, eo ꝙ hmõi sacra perficiunt in vsu materiæ. In sacro autẽ eucharistiæ ꝙ cõsistit in ipsa cõsecratione materiæ, exprimit veritas cõsecrationis cũ dr̃. hoc est corpus meum, hoc aũt sacrm̃ pnĩæ nõ cõsistit in consecratione alicuius materiæ sanctificatæ: sed magis in remotione cuiusdam materiæ, scilicet peccati, prout peccata dicũtur esse materia pœnitentiæ, talis autem remotio significatur cũ a sacerdote dicitur. Ego te absoluo nam peccata sunt vincula cum illud Prouę. 5. iniquitates suę capiunt impiũ, & funibus peccatorum suorũ quisq; cõstringit. vnde patet ꝙ hæc est cõuenietissima forma huius sacramenti. Ego te absoluo. nã peccata sunt qđã vincula vt iã dictũ est. ¶ Circa tertiũ in quo declarãdum est qđ sit in pnĩa sacramentum tm̃, quid res & sacramentũ, quid res tm̃. ¶ Sit Tertia conclusio.

8 ista cõclusio prima. † In sacramento pœnitentiæ exterior pœnitentia. s. dolor contritionis sensibilis apparens, & confessio & satisfactio est sensibile sacramentum. Ista conclusio patet authoritate primo Magistri sentẽtiarum. in 4. di. 22. Et ratione sic ꝓbatur. in quolibet sacramento oportet esse aliquod signũ: vnde sacramentum diffinitur quod est sacræ rei signum, sed signũ est aliquod sensibus apparẽs, cum Quarta cõclusio.

ergo

ergo in pœnitentiæ sacramento nihil appareat extra: nisi ex
9 terior pœnitentia videtur ꝙ ipsa sit sacramentale signũ.

Quinta cõclusio.

¶ Secunda conclusio† interior pœnitentia quæ dicitur cordis contritio cum proposito confessionis & satisfactionis est res & sacramentum. Ista cõclusio est etiam Magistri sententiarum. vbi supra. Et ratione probatur sic iuxta Alexandrum de halis, in hoc sacramento sunt duo exterius expressa. s. confessio & satisfactio duo interius intellecta. s. cõtritio & remissio peccati: sed ita est in alijs sacramẽtis: ꝙ quæ interius sunt intellecta res sunt respectu illorum, quæ extra obiecta sunt sensus: sicut in baptismate ablutio interior & character sunt respectu ablutionis exterioris, siue elemẽti sensibilis. Simile est in sacramẽto altaris: corpus Christi mysticum & verum sunt res respectu elementi sensibilis, siue respectu specierum. A simili vr̃, ꝙ quæ extra sunt in pœnitentia eorũ quæ intra intellecta consistunt sunt sacramenta, & ita pœnitentia exterior est sacramentum. interior. s. contritio est res sacramenti. Pro quo considerandum iuxta S. Tho. in quarto ꝙ res sacramenti cuiuslibet suo sacramento cuius dr̃ res ꝓportionatur. Exterior autem pœnitentia quæ est sacramẽtũ tm̃ in pœnitentia est sacramentum & signum tm̃ ex parte actus pœnitentis, cum actu ministri, & ideo interior pœnitentia est rex exterioris pœnitentiæ, sed vt significata tm̃ ꝑ actus pœnitentis, vt significata autem & etiam causata per actus eosdem adiuncta absolutione ministri per quam aliquomodo ad gratiam disponitur: sicut etiã in sacramẽto eucharistiæ corpus Christi verum est res significata tm̃ per species panis & vini, sed causata per verba ministri & illa duo simul iuncta sunt signum & causa.

Alexander de halis. — S. Thom. — Opponit in cõtrarium. — Secunda oppositio. — Tertia oppositio. — Ad primã oppositionem.

¶ Sed arguitur contramultipliciter. Primo sic. res sacramenti non est causa sacramentalis signi, sed magis contra quãdoq;, sed pœnitẽtia interior est causa exterioris pœnitentiæ. ergo non est res eius. ¶ Secundo sic exterior pœnitentia signat interiorẽ naturaliter: sed res sacramenti signatur per sacramentum ex institutione vt ex diffiitione Hugonis habetur. ergo pœnitentia interior non est res exterioris pœnitentiæ. ¶ Tertio sic. pœnitẽtia interior vr̃ esse idem ꝙ contritio, sed cõtritio nõ est res huius sacramenti, cum sit pars sacramenti. ergo interior pœnitentia non est res huius sacramenti. ¶ Ad ista respondet.
10 ad primam iuxta S. Tho. in quarto sic† ꝙ pœnitentia interior pôt dupliciter considerari. vno modo prout est quidã actus virtutis, & sic interior pœnitẽtia est omnino causa exterioris, sicut etiam in alijs virtutibus actus interiores sunt cã exteriorum. Alio modo prout est actus operans ad sanationem, & sic pertinet ad pœnitentiæ sacramentũ, & ita interior pœnitentia non est causa exterioris, sed effectus vel signatum ipsius: non. n. habet efficaciam operãdi cõtra morbum peccati, nisi ex suppositione propositi exterioris pœnitentiæ & absolutionis desiderio, quamuis pœnitentia interior contra morbum peccati operans præcedat tempore exteriorem pœnitentiam, sicut iustificatio a peccato interdũ præcedit sacramentum baptismi propter ipsius propositũ. Hoc modo dicit magister Alexander de halis, in summa sua ad hoc argumentum, quòd exterior pœnitentia non efficit interiorem contritionem simpliciter, sed vt habeat efficaciam in contrito: non. n. haberet contritio efficaciam nisi sequeretur confessio sacramentalis, & facta sacerdoti. contẽptus enim siue negligentia confitendi simpliciter inefficacem reddit contritionem. hoc ergo modo pœnitentia exterior potest dici causa interioris, & signum. hæc Alexander.

Alexander de halis. — Ad secundã opposi. — Ad tertiam oppo.

¶ Ad secundam respondetur ꝙ licet pœnitentia exterior vt est actus quidã virtutis naturaliter significetur per interiorem, tñ inquantum est sanatiuus morbi, sic ex institutione habet per hæc signa & significari & causari. ¶ Ad tertiam re
11 spondetur. † ꝙ partes pœnitentiæ sunt in pœnitentia exteriori, quia confessio & satisfactio quæ videntur tm̃ ad exteriorem pœnitentiam pertinere, inueniuntur in interiori q̃tum ad propositum, & pœnitentiæ dilationem, & etiã contritio, quæ vr̃ tm̃ interioris pœnitentiæ esse, inuenitur in pœnitentia exteriori secundum quædam signa, quibus sensibiliter manifestatur vel alijs, vel saltem ipsi pœnitenti, qui dolorem sensibilem percipit in seipso, & ita non est verum, ꝙ pœnitentia interior siue ipsa contritio prout in solo animo est dicatur pars sacramenti, sed est res sacramenti vt dictum

Secunda cõclusio.

12 est. ¶ Secunda conclusio† remissio peccatorum est res tantũ huius sacramenti, probatur primo, conclusio ex authoritate Magistri sententiarum iam posita. Ratione sic ostenditur. primo curatio morbi illius est res tm̃ in sacramento ad quã curandum institutum est, sed pœnitentia est instituta ad curandum morbum actualis peccati. ergo remissio eius est res huius sacramenti. ¶ Vbi notandum ꝙ res sacramenti alicuius vltima est, non tm̃ quam efficit actualiter dispensatum, sed etiam quam efficit in proposito existens: sicut patet de baptismo in adultis, & ideo cũ pœnitentia in proposito existens sacramentum efficiat remissionem peccatorum, nõ solum quo ad pœnam, sed etiam quo ad culpam peccatorum vtroq; modo est res ipsius pœnitentiæ, quæ aliquando præcedit sacramentum exterius, aliqñ autem in ipso sacramento efficitur: quia qñ aliquis accedit ad cõfessionem attritus, non plene contritus, si obicem non ponat in ipsa confessione & absolutione sibi gratia & remissio peccatorum datur. vnde gl. super illud psal. Confessio & pulchritudo eius dicit, si amas pulchritudinem cõfitere, vt sis pulcher. i. iustus. His habitis dicendum est ad rationes in principio quæstionis. ¶ Ad primam respondetur iuxta iam dicta superius ꝙ nomine corporalium rerum intelliguntur large etiam ipsi exteriores actus sensibiles, qui ita se habent in hoc sacramẽto, sicut & aqua in baptismo, vel chrisma in confirmatione. ¶ Ad secundam respondetur negãdo minorem, dicimus. n. iuxta S. Tho. & supra etiã diximus, ꝙ sicut in hoc sacramento sunt aliquæ res sensibiles. s. ipsi sensibiles actus exteriores qui sunt materia sacramenti, ita sunt aliqua verba. s. sacerdotis absoluentis, quæ suut forma huius sacramenti quibus exprimitur absolutionis actus: verum est etiam tñ, ꝙ non requiritur tanta determinatio verborum sicut in baptismo & eucharistia. quia non est hic aliqua materia sanctificanda verbo vitæ, sicut in illis sacramentis. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ non est simile de sacramento pœnitentiæ & alijs sacramentis, & ideo est iuxta S. Tho. in tertia parte. quia in sacramentis, quæ habent corporalem materiam oportet ꝙ illa materia adhibeatur a ministro ecclesiæ, qui gerit personam Christi in signum, ꝙ excellentia virtutis in sacramento operantis est a Christo, In sacramento autem pœnitentiæ, sicut dictum est, sunt actus humani pro materia, qui proueniunt ex inspiratione interna, vnde materia in hoc sacramẽto nõ adhibetur a ministro, sed a Deo inspirante, est tñ verum, ꝙ complementum huius sacramenti exhibet minister dũ pœnitentem absoluit. ¶ Ad quartam patet responsio ex tertio articulo, vbi ostendimus ꝙ in pœnitentia est aliquid: qđ sit sacramentum tantum. s. actus exercitus tam per peccatorẽ pœnitentem, quam per sacerdotem absoluentem, est etiam aliquid ꝙ sit res, & sacramentum. s. pœnitentia interior peccatoris, & aliquid quod est res tãtum. s. remissio peccatorũ, quorum primum totum simul sumptum. s. actus pœnitentis & actus sacerdotis absoluentis est causa secundi, primum autem & ẽm sunt cã tertii: sicut dictum est in tertio articu.

Psal. 110. — Ad argum. — Ad secundũ S. Thom. — Ad tertiũ. — S. Thom.

13 **Ad tertium** In quo quæritur† vtrũ pœnitentia sit virtus sic proceditur. Et videtur ꝙ pœnitentia non sit virtus. ¶ Primo sic. nulla passio est virtus: nec virtus cum passione est: vt quidã philosophus dixit. vnde etiam Aristo. 4. Ethic. dicit, verecundiam non esse virtutem: eo ꝙ esset passio etiam laudabilis: sed pœnitentia videt esse quædam passio, cum sit dolor. ergo pœnitentia non est virtus: consequentia est manifesta, cum sit in quarto modo primæ figuræ. Secundo sic. omnis virtus est dispositio perfecti ad optima. vt patet. 4. Physi. sed pœnitentia nõ est dispositio perfecti, sed imperfecti, sicut est verecundia: quia vtraque præsupponit malum in eo, cui insunt. ergo non est virtus. ¶ Tertio sic. omnis virtus habet obiectum bonũ, sicut scientia, verum. sed pœnitentiæ obiectum est peccatum. pœnitens. n. non pœnitet: nisi de culpa, ergo pœnitentia nõ est virtus. ¶ Quarto pœnitentia est sacramentum quoddam alijs sacramentis connumeratum. vnde inter septem sacramenta pœnitentia ponitur, sed nullum aliorum sacramentorum est virtus. ergo nec pœnitentia. ¶ Quinto omnes virtutes sunt connexæ: & manẽt aliquo modo in patria, & fuerunt in Christo: & in primo homine: sed pœnitentia nõ fuit in Christo, nec in primo homine, nec erit in patria. ergo ipsa non est virtus. ¶ In oppositum est tex. in di. 3. vbi dicit ille rex videtur diluisse culpam est virtus. Nonne sic virtus & vitium sunt opposita. ergo mutuo se expellunt. dicit. n. philosophus ꝙ non expellitur contingens à contingente, sed oppositum a per se opposito. ergo quod expellit peccatum est virtus. sed pœnitentia expellit peccatum: patet per hanc totam distinctionem primam. ergo pœnitentia est virtus. ¶ Secũdo sic. legis præcepta sunt de actibus virtutum. vnde

Primũ arg. — Secundũ ar. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Opponit ĩ cõtrarium — Secũda oppositio.

legislator intendit ducere homines ad virtutem·sed præceptum legis est de actibus pœnitentiæ. Mat. 3. inquit legislator Christus pœnitentiam agite. ergo pœnitentia est virtus. ¶Tertio sic. non meremur nisi actibus virtutum. sed pœnitere est meritori um: vt de se patet. ergo pœnitentia est virtus. ¶Respondeo circa hanc quæstionem videnda sunt aliqua. Primum est de quæsito, secundum est ꝙ pœnitentia non sit virtus generalis, sed specialis. tertium ꝙ no sit virtus theologica sed moralis· quartum ꝙ reducatur ad iustitiam. ¶Circa primum est sciendum ꝙ vt tangit tam S. Thom. in 4. di. 14. & Albertus magnus: & Alexander de halis, & dominus Bonauētura, multiplex apud antiquos fuit opinio. Quidam. n. dixerunt ꝙ pœnitentia non sit virtus sed actus virtutis. Sed positio istorum non potest stare patet: quia si pœnitentia non esset habitus sed actus tunc pœnitentia non esset nisi in actu pœnitentæ, & per consequens dormiens non posset dici pœnitens, quod est falsum, cum in dormiēte nō sunt actus virtutum. Alij dixerunt, ꝙ pœnitentia est virtus, sed non proprie: sed extēso vocabulo virtutis: prout omnia laudabilia virtutes, dicuntur, etiam si sunt passiones. Sed positio istorum etiam veritatem non habet, qm̄ secundū philosophum 8. ethi. principale in virtute morali est electio. vnde omnis habitus qui facit rectā electionem: potest ꝑprie dici virtus. vnde cum habitus pœnitentię non causetur tm̄ ex passione, sed magis ex electione recta, & etiam si nulla sit passio, constat ꝙ pœnitentia proprie loquendo sit virtus, & non improprie sicut verecūdia: & aliquid huiusmodi. ¶Sit
14 ergo ista conclusio respondens quæstioni † ꝙ pęnitentia sit proprie virtus, quæ conclusio præter supra iam dicta probatur sic. Omnis habitus electiuus boni operis ad regulam rationis est virtus vt patet ex 2. ethi. vbi virtus diffinitur ꝙ sit habitus electiuus secundum rationem rectam, sed sic est de habitu pœnitentiæ prout nunc de pœnitentia loquitur, pęnitere. n. est dolere de commissis secundum ꝙ sunt offensa Dei, cum proposito non committendi iterum, & ille actus est bonus. ergo &c. ¶Circa secundum est in primis sciendū ꝙ vt ait S. Thom. in 4. vbi & alij supradicti doctores: aliqui fuerunt qui dixerunt, ꝙ pœnitere non esset actus alicuius specialis virtutis, sed omnis virtutis cōmuniter, sed hoc nō pōt esse, quia aliquid est de ratione pęnitentiæ prout nunc de ea loquimur quod non est de ratione virtutis communi
15 ter. s. de peccato commisso satisfacere. vnde dicēdum est † ꝙ pęnitentia sit virtus specialis, quæ conclusio probat̃, sic primo. omne quod perficit lib. ar. ad actum determinatum est virtus specialis, sed detestari peccatum spe veniæ ad quod ꝑficit pęnitentia est actus specialis reducibilis ad aliquam virtutem. ergo pęnitentia specialis virtus. ¶Et confirmatur secundo sic iuxta S. Tho. in 3. parte, species habituum distinguuntur secūdum species actuum. vnde vbi occurrit specialis actus laudabilis, ibi necesse est ponere specialem habitū virtutis. manifestum est autem: ꝙ in pęnitentia inuenitur specialis ratio actus laudabilis. s. operari ad destructionē peccati inquantum est Dei offensa, quod non pertinet ad rationem alterius virtutis. ergo necesse est ponere, ꝙ pęnitentia sit virtus specialis. ¶Nec obuiat huic ꝙ pęnitentia videatur materiam habere generalem: quia. s. peccata præterita circa quamcunq; materiam. qm̄ licet ita sit, ꝙ pęnitentia realiter habeat generalem materiam inquantū respicit omnia peccata: tm̄ respicit illa sub ratione speciali: inquātum sunt emēdabilia per actum hominis cooperantis Deo ad suam iustificationem. ¶Circa tertium † pęnitētia non est virtus theo
16 logica: sed virtus inter morales annumeranda. probatur ista conclusio sic. virtus quæ non habet Deum pro immediato obiecto nō est theologa, sed moralis, si tm̄ eius obiectum sit de operabilibus vel agibilibus a nobis, sed immediatū obiectum non est Deus sed peccatum operatum a nobis, ergo pęnitentia non est virtus theologica sed moralis: maior patet per differentiam quæ ponitur inter virtutes theologicas & morales. videlicet ꝙ virtutes theologicæ habent Deū pro immediato obiecto: vt sunt fides, spes, charitas. quia in Deum credimus, in ipsum speramus, & ipsum amamus. virtutes vero morales habent pro obiecto aliquod agibile a nobis, minor patet ex dictis. ergo conclusio vera. ¶Surgunt tm̄
17 circa hanc conclusionem duo dubia. Primum est † quomodo pęnitentia est virtus moralis & tm̄ habet Deum pro obiecto & fine proximo, quod non pertinet ad virtutem moralem.
18 ¶Secundum est † quomodo in pęnitentia quæ oē peccatom detestatur accipiendum sit medium. cum omnis virtus moralis dicatur in medio consistere circa materiam suam. ¶Pro primo respondetur ꝙ pœnitētia est virtus moralis infusa, non acquisita, infusæ autem virtutes morales in quantum mouentur ab aliquibus virtutibus theologicis bene habent aliquid prærogatiuæ supra virtutes morales acquisitas. ¶Pro quo notandum cum beato Tho. in 4. dist. 9.
19 † ꝙ virtutes infusæ tripliciter se habent ad Deum, quædā. n. habent Deum pro obiecto & fine. sicut theologicæ virtutes. s. fides, spes. charitas. quædam habent Deum nō ꝑ obiecto in quod trāseat earum actus: sed pro fine proximo: sicut patet de latria, quæ aliquas seruitutis protestationes quasi materiam habet quas immediate ordinat in Deū, quasi in finem, & tales virtutes ꝓpinquissimæ sunt theologicæ. vnde etiam actus harum virtutum attribuuntur virtutibus thologicis sicut proximis imperctibus. vnde dicitur ab August. ꝙ fide spe & charitate colitur Deus. Quædam autē nō habent Deum pro obiecto, nec pro fine proximo, sed vltimo, sicut temperantia quæ habet passiones pro materia, & quietem animi pro fine proximo: sed hanc alterius ordinat ad Deum. Penitentia autem quamuis non habeat Deum ꝑ obiecto, habet tamē Deum pro fine proximo. quia ad hoc in peccata commissa destruenda mouetur, vt Deo reconcilietur. & ideo actus eius. s. peccatum expellere vel iustificare, quandoq; attribuitur fidei, sicut patet ad Ro. 3. quandoque charitati. secundum illud Luc. 7. dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. ¶Pro responsione secundi est notandum cum eodem doctore in eodem loco, ꝙ medium non accipitur eodem modo in iustitia. & in alijs virtutibus moralibus. Accipitur. n. iustitiæ medium per adæquationē rei ad rem. hæc autem adæquatio fit in iustitia commutatiua, quando ab eo qui plus habuerit aliquid subtrahitur, & ei qui minus habuerit additur, ille autem qui alterum offendit vel læsit plus habuit & qui læsus est minus habuit inquātum huic subtractum est quod ei debebatur, & ille vsus est propria volūtate in hoc: quod non debuit, & ideo vindicatiua iustitia ab eo qui offensam fecit quantum habuit plus debito, tantum subtrahit illi, & dat ei qui est læsus dum ad honorem & in satisfactionem eius aliū punit, sic igitur vindicatiua iustitia cōstituit mediū in offensis, quæ sunt eius materia, nō q̄dē tenēdo mediū in offensis, vt quasdā retineat & quasdā abijciat. sicut temperātia ponit mediū in delectationibus. sed omni offensæ proportionando pœnam debitam. & similiter pœnitentia pro quolibet peccato cōmisso pœnam infert sibijpsi debitam. nō autem ita, quod aliquod peccatum dimittat, & aliquod obijciat. ¶Circa quartum sit
20 ista conclusio. † virtus pœnitentiæ reducitur ad virtutem iustitiæ tanquam pars quædam eius. ista conclusio probatur authoritate sic. dicit Augusti. lib. de pœnitentia, & habetur in hac dist. 1. pœnitentia est quædam dolentis vindicta semper puniens in se, quod dolet se commisisse, sed facere vindictam pertinet ad iustitiam. Vnde Tullius in rhetori. vindictam ponit vnam speciem esse iustitiæ. secundo dicit beat. Isido. tunc iudicium quilibet de se sumit, quando per dignā pœnitentiam sua praua facta condemnat sed iudicium ad iustitiam pertinet: ergo & pœnitentia. ¶Ratione vero præfata conclusio sic declaratur iuxta S. Tho. in 3. parte. pœnitētia non habet ꝙ sit virtus specialis ex hoc solo, ꝙ dolet de malo ꝑpetrato. ad hoc. n. sufficit charitas, sed ex hoc ꝙ pœnitens dolet de peccato cōmisso inquantum est offensa Dei cum emendationis proposito. emēdatio autem offensæ cōtra aliquem commissæ fit non per solam cessationem offensæ, sed exigitur vlterius quædam recompnnsatio quæ habet locum in offensis in alterum commissis, sicut & retributio nisi ꝙ recompensatio est ex parte eius, qui offendit cum satisfactione. retributio autem eius in quem fuit offensa commissa, vtrunque autem ad notitiam iustitiæ pertinet, quia vtrunque est commutatio quædam. Vnde manifestum est ꝙ pœnitentia secundū ꝙ est virtus est pars iustitiæ. Ex quibus patet ad quam speciem iustitiæ earum quas distinguit Arist. 5. ethic. videlicet distributiuam, & commutatiuā reducatur pœnitentia. qm̄ ad commutatiuam reducitur. qm̄ sicut est commutatio quædam in beneficijs: cum. s. aliquis pro beneficio recepto gratiam rependit: ita etiam est commutatio in offensis, cum aliquis pro offensa in alterum commissa vel inuitus punitur, quod pertinet ad vindicatiuam iustitiam, vel voluntarie recompensat emendam: quod pertinet ad pœnitētiam, quæ respicit parsonam peccatoris sicut iustitia vindicatiua personam iudicis. vnde manifestum est quod

Marginalia: Tertia oppositio. Respondet. — S. Thom. Albertus magnus. Alexander Bonauen. — S. Thom. — Prima qō. — Secūda qō. — Respondet primā questionem. — S. Thom. — Augustinus — Ad secundā quæstionē. — Augustinus — S. Thom.

quòd vtraque sub iustitia commutatiua continetur. ¶ Scien
21 dum tñ secundum philosophum .5. ethic. † dupliciter dicit
iustum .s. simpliciter & secundum quid. Simpliciter quidẽ
iustum est inter æquales, eo ꝙ iustitia est æqualitas quædam
quod ipse vocat iustum politicum, siue ciuile, eo ꝙ omnes
ciues æquales sunt, quo ad hoc omnes immediate sunt sub
principe, sicut liberi existentes. Iustum autem secundũ quid
dicitur quod est inter illos, quorum vnus est sub potestate
alterius, sicut seruus sub domino, filius sub patre, vxor sub vi
ro, & tale iustum consideratur in pœnitentia. Vnde penitẽs
recurrit ad Deum cũ emendationis proposito sicut seruus
Psa. 122. ad dominum secundum illud psa. † Sicut oculi seruorum in
manibus dom inorum suorũ, ita oculi nostri ad dominum
Deum nostrum donec misereatur nostri. Et sicut filius ad
patrem secundum illud Luc. 15. pater peccaui in cœlum &
coram te. & sicut vxor ad virum. secundum illud Hiere. 3.
tu fornicata es cum amatoribus multis tamen reuertere ad
me dicit dominus. ¶ His habitis dicendum est ad rationes
in oppositum. ¶ Ad rationem primã cum dicitur, quòd pœ
Ad primũ argument. nitentia sit passio respondetur negando quòd pœnitentia
quæ ponitur virtus esse, sit passio. ¶ Pro quo notandum, ꝙ
22 cum pœnitere sit dolere de peccato. † Dolor autem sine tri
stitia dupliciter accipitur. Vno modo secundum ꝙ est pas
sio quædam appetitus sensitiui, & quantum ad hoc pœnitẽ
tia non est virtus nec actus virtutis, sed est passio virtuti an
nexa, quia virtutes non sunt quietes, vel nobilitates, vt qui
dam dixerunt vt dicit philosophus 2. ethi. ¶ Alio modo ac
cipitur secundum ꝙ consistit in voluntate, & hoc modo est
cum quadam electione quæ quidem si sit recta necesse est ꝙ
sit actus virtutis, dicitur. n. 2. ethic. ꝙ virtus est habitus ele
ctiuus secundum rationem rectam, est autem secundum ra
tionem rectam, ꝙ aliquis doleat de quo dolendum est, qđ
quidem obseruatur in pœnitentia de qua nunc loquimur,
Nam pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis
præteritis cum intentione remouendi ea. vnde manifestum
est, ꝙ pœnitentia sit virtus. Secundum hoc autẽ possumus
accipere ꝙ pœnitentia accipitur tripliciter, vno modo pro
ut dicit passionem quandam appetitus sensitiui, & hoc mo
do non est virtus nec actus virtutis sicut dictum est. Alio
modo pro habitu quo inclinatur siue habilitatur volũtas ad
dolendum de peccatis cõmissis: prout sunt in offensa com
missa erga Deum, & sic est virtus. Alio modo pœnitentia di
citur ipse actus a virtute pœnitentiæ elicitus. ¶ Ad secundã
respondetur negando minorem vniuersaliter, & cum dicit.
Ad secundũ ꝙ pœnitẽtia non sit dispositio perfecti sed imperfecti, sicut
verecundia est, negatur hoc vniuersaliter, nec est simile de
Ad tertium pœnitentia & verecundia. ¶ Ad tertiam respondetur negã
do assumptum. falsum. n. est ꝙ omnis virtus habet obiectũ
bonum, sicut patet de temperantia, quæ est in repressione
delectationum carnalium, & in pietate cuius obiectum est
miserabile, sed sufficit ꝙ actus eius sit bonus & perfectus.
Sunt autem aliquæ virtutes, quæ principalem actum habẽt
in retrahendo ab aliquo malo, sicut patet de temperantia
& modestia & huiusmodi. Et similiter actus perfectus peni
tentiæ in retrahendo ab aliquo malo, propter hoc ergo ꝙ
obiectum pœnitentiæ sit malum. s. peccatum non sequitur
ꝙ pœnitentia non sit virtus. ¶ Ad quartam respõdetur pri
Ad quartũ. S. Thom. mò iuxta S. Tho. in 4. ꝙ pœnitentia non secundum idẽ est
virtus, & sacramentum, sed inquantum per pœnitentiã re
cipere curat gratiam peccati vulnus pœnitẽs, pôt esse sacra
mentum, inquantum autem per habitum infusum ordina
tur ad actum rectum sic est virtus. ¶ Secundo respondetur
negando consequentiam illam: alia sacramenta non sunt si
mul virtus & sacramenta. ergo nec pœnitentia. Cuius ratio
S. Thom. est secundum S. Tho. in 3. parte, quia in sacramento pœnitẽ
tiæ vt dictum est naturaliter se habent actus humani, quod
non contingit in baptismo, vel confirmatione, & cum vir
tus sit principium alicuius actus, potius pœnitentia est vir
tus, quam baptismus vel confirmatio. ¶ Ad quintum respõ
Ad quintũ Bonauen. detur prout respondet Bonauentura, ꝙ virtutes habent cõ
nexionem secundum illud quod perfectionis est in eis, pœ
nitentia autem habet aliquid perfectionis, & hoc est velle
emendare, si in aliquo contingat offendere, & hæc quidem
voluntas est in omnibus iustis. Impossibile. n. est, ꝙ sit volũ
tas recta sine hoc habet etiam aliquid imperfectionis, sicut
est lugere pro peccatis perpetratis, & ratione huius non at
tenditur connexio, nec duratio, imo potius fit euacuatio tã
quam eius quod est ex parte.

23 **Ad quartum** In quo quæritur † vtrum pœnitentia ita sit necessaria vt sine ea nõ pos
sit actuale peccatum mortale deleri sic proceditur. Et vide
tur ꝙ non. ¶ Primo sic. non. n. est minor virtus Dei circa Primũ ar.
adultos, quam circa pueros. sed pueris peccata dimittit ba
ptismus. ergo & adultis. ¶ Secundo sic. Deus virtutem suam Secundũ ar.
sacramentis non alligauit, sed pœnitentia vt dictum est, est
sacramentum quoddã. ergo virtute diuina non possunt pec
cata sine pœnitentia dimitti. ¶ Tertio maior est misericor Tertiũ ar.
dia Dei, quam misericordia hominis, sed homo interdũ re
mittit offensam suam homini etiam non pœnitenti. vnde
& ipse dominus mandat Mat. 5. diligite inimicos vestros,
bene facit his, qui oderunt vos. ergo multo magis Deus di
mittit offensam hominibus non pœnitentibus. ¶ Quarto Quartũ ar.
sic. Deus pronior est ad miserandum quam ad damnãdum.
ergo videtur ꝙ Deus remittit homini sine pœnitẽtia. ¶ In Opponit in cõtrarium.
oppositum est ꝙ dominus dicit per Hiere. 19. si pœnitentiã
egerit gens illa a malo quod fecerit, agam & ego pœniten
tiam a malo quod cogitaui, vt facerem ei. Et sic econtra vi
detur ꝙ nisi pœnitentiam agat, ꝙ Deus non remittat of
fensam. ¶ Respondeo pro declaratione præsentis quæstio Respondet
24 nis ponitur talis conclusio. † impossibile est peccatũ actua
le mortale sine pœnitentia remitti loquendo de pœnitẽtia
quæ est virtus. Ista conclusio est S. Tho. in 3. parte. q. 86. ar. 2. S. Thom.
magistri Alex. de halis. Omnis conclusionis veritas ostendi
tur. Primo per Aug. lib. de pœnitentia & habetur infra arbi Augu[illegible]
ter suæ voluntatis non potest inchoare nouam vitam, nisi
pœniteat eum veteris vitæ. ¶ Præterea ratione sic ostendit
per S. Thom. cum. n. peccatum sit Dei offensa, eo mõ Deus
peccatum remittit, quo remittit offensam in se cõmissam, S. Thom.
offensa. n. opponitur gratiæ directe, ex hoc. n. aliquis dicitur
esse offensus, ꝙ repellit eum a gratia sua † hoc autem inter
25 est inter gratiam Dei & gratiam hominis. quòd gratia ho
minis non causat, sed præsupponit bonitatem veram, vel ap
parentem in homine grato, gratia autem Dei causat boni
tatem in homine grato, eo ꝙ voluntas Dei in nomine gra
tiæ intelligitur, est causa boni creati. vnde potest continge
26 re ꝙ homo remittit offensam, qua offensus est alicui absq;
aliqua mutatione voluntatis eius. † Offensa autem peccati
moralis procedit ex hoc, ꝙ voluntas hominis est auersa à
Deo per conuersionem ad aliquod bonum commutabile.
Vnde requiritur ad remissionem diuinæ offensæ, ꝙ volun
tas hominis sic mutetur, ꝙ conuertatur ad Deum per dete
stationem prædictæ conuersionis, & cum proposito emen
dæ quod pertinet ad rationem pœnitentiæ, secundum ꝙ est
virtus. Patet ergo ꝙ impossibile sit quòd peccatum actuale
mortale alicui remittatur sine pœnitentia secundum ꝙ est
virtus. Patet ergo ꝙ impossibile sit ꝙ peccatũ actuale mor
tale sine pœnitentia deleri. ¶ Alexander vero de halis. in 4. Alexander de halis.
sic eam probat primo ex glo. super illud Mat. 3. pœnitentiã
agite. &c. quæ dicit sic. Prima virtus est per pœnitentiam ve
terem hominem perimere. ergo pœnitentia est quia vt pri
ma de numero virtutum perimitur vetus homo, sed prima
non existente nec ea quæ consequenter sunt. ergo nõ potest
esse peremptio peccati sine pœnitentiæ virtute. ¶ Secunda Secunda cõclusio.
cõclusio. possibile est peccatum actuale mortale remitti si S. Thom.
ne actuali susceptione sacramenti pœnitentiæ. Istã conclu
sionem S. Tho. vbi supra ita declarat & probat dicens. sacra
mentum autem pœnitentiæ sicut supra dictum est perficit
per officium sacerdotis ligantis, & soluẽtis, sine quo potest
Deus peccatũ remittere, sicut Christus remisit mulieri adul
teræ, vt legitur Ioan. 8. & peccatrici vt legitur Luc. 7. quibus
tamen non remisit Deus peccata sine virtute pœnitentiæ:
nam sicut Grego. dicit in homilia. per gratiam trahit intus Gregorius
ad pœnitentiam quam per misericordiam suscepit foris.
¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad
primam respondetur, ꝙ non est simile de pueris & adultis. Ad primũ argumẽtũ.
qm in pueris non est nisi peccatum originale, quod nõ con
sistit in actuali deordinatione voluntatis, sed in quadam ha
bituali immutatione, de ordinatione naturæ, & ideo remit
titur eis peccatum, cum habituali immutatione per infu
sionem gratiæ, non autẽ cum actuali sed adulto, in quo sunt
actualia peccata, quæ consistunt in deordinatione volunta
tis actuali, non remittuntur peccata etiam in baptismo si
ne actuali mutatione voluntatis, quod fit per pœnitẽtiam.
¶ Ad secundam respondetur ꝙ ratio illa procedit de pœni Ad secundũ
tentia secundum ꝙ est sacramentum, secundum quem mo
dum de ea loquitur conclu. 2. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ Ad tertiũ.
maioritas

maioritas misericordiæ Dei super misericordiã hominis non cõsistit in hoc, ꝙ Deus remittat offensam homini nõ pœnitenti sine aliqua mutatione voluntatis ad pœnitendũ, sicut contingit quandoque inter homines, vt arguebat: quia hoc vt ostensum est impossibile est. Sed vt ait S. Tho. in tertia parte in hoc misericordia Dei maioris est virtutis, quam misericordia hominis: quia immutat voluntatem hominis ad pœnitendum, quod misericordia hominis facere non potest. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. quoniam vt dicit magister Alexan. de ha. illa misericordia si esset vt sine hominibus relaxarentur peccata, præiudicaret eius iustitiæ: ordo. n. diuinæ iustitiæ est, vt via reparationis incipiat a pœnitentia de peccato. i. vt doleat de peccato, siue saltem nolit peccasse. vnde gl. super illud psalm. iustitia ante eum ambulabit. dicit quod prima hominis iustitia est vt puniat se malum, & faciat se bonum. Et hæc est via domini, vt veniat ad eum, qui enim peccata sua odit, iam incipit esse Deo similis, qui ea odit, hæc ille.

S. Thom.
Ad quartũ Alexander de halis.
Psal 84.a

27 **Ad quintum** In quo quæritur † vtrum conuenienter diffiniatur pœnitentia in litera. cum dr̃ ab Ambro. ꝙ pnĩa est mala pterita plangere & plangenda iterum non commitere sic proceditur. ¶ Et videtur ꝙ non sit competens diffinitio. primo sic. virtutes. n. non sunt actus, sed habitus, vt habetur. 2. Ethico. sed plangere est actus. ergo non debet poni vt genus pœnitẽtiæ, quæ est virtus. ¶ Secundo quod pertinet ad corporalem mutationem nõ est de essentia virtutis, vnde philosophus dicit. 4. Ethi. ꝙ verecundia non est virtus, quia verecundati erubescunt. sed plangere dicit corporalem mutationem. ergo non est de essentia pœnitentiæ, quæ est virtus. ¶ Tertio stultum est dolere de eo dolere quod non potest non esse. ergo stultum est dolere vel plangere de peccatis præteritis, sed nullus virtuosus est stultus, vt patet. 4. ethic. ergo plangere præterita non debet poni in diffinitione virtutis. ¶ Quarto in diffinitione non debet poni aliquid, quod non pertineat ad rationem diffiniti. sed pœnitentia secundum rationem propriam respicit præteritum. ergo non debet poni in diffinitione eius plangenda non committere quod ad futurum pertineat. ¶ Quinto libro de ecclesiasticis dignitatibus diffinitur pœnitentia sic, pœnitentia est pœnitenda non admittere, & admissa deflere. ergo videtur ꝙ in prædicta diffinitione male ordinẽtur partes diffinitionis. ¶ Sexto vnius rei vnica est diffinitio. ergo male assignantur plures diffinitiones pœnitentiæ. ¶ In oppositum est authoritas beati Ambrosij. ¶ Respõdeo, hic veniunt duo videnda. primum est de conuenientia diffinitionis positæ per Ambrosium, quæ inter omnes est vulgatissima. s. pœnitentia est mala præterita plangere, & plangẽda iterum non committere. secundum est de varietate siue multiplicitate diffinitionum pœnitentiæ & de differentia earum. Circa primum sit conclusio prima. conuenientissime diffinitur pœnitentia cum dicitur. pœnitentia est præterita mala plangere & c. ¶ Pro cuius cõclusionis declaratione est notandum cum S. Tho. in 4. di. 14. quòd pœnitentia & vindicatiua iustitia circa idem aliquomodo sunt. s. circa punitionem offensæ: sed differũt in duobus. primo quia vindicatiua proprie est in iudice pœnam infligente, quam reus quandoq; sustinet. sed pœnitentia est in ipso reo qui voluntarius pœnam sustinet pro commissa culpa. ¶ Secundo quia vindicatiua respicit offensam communiter. sed pœnitentiæ virtus respicit offensam Dei. vnde oportet ꝙ pœnitẽtia cõsistat in emendatione offensæ voluntariæ assumpta, & tali qualis Deo competit. sicut autem in hominibus quæ vidẽt ea, quæ foris apparent, fit recompensatio per aliqua exterio ra, ita Deo qui intuetur cor, oportet ꝙ incipiat recompen
28 satio fieri in ipso cordis affectu: † fit autem bene recompensatio offensæ præcedentis exterius in duobus. primo in hoc ꝙ aliquis exterius pœnam subijt pro offensa, quam fecit. secundo in hoc ꝙ cauet in futurum ne similis offensa ab eis fiat, & hæc duo oportet quod homo in corde exhibeat per pœnitentiam. primo dolorem cordis pro malis quæ fecit. secundo propositum de cætero non committẽdi, & hæc duo cum prædicta diffinitio cõplectatur conuenientissima est diffinitio pœnitentiæ, qua dicitur. pœnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. i. ha
29 bere propositum iterum non committendi. ¶ Circa secundum est notandum † ꝙ pœnitentia varie a diuersis diffinitur secundum diuersa quæ in pœnitentia possunt considerari.
30 ¶ Pro quo notandum iuxta dominum Bonauenturam † ꝙ pœnitentia tripliciter potest notificari. s. per actum principalem, qui dr̃ dolor offensæ cõmissæ, aut per actum principalem, & annexum, qui dicitur propositum iterum non cõmittendi, aut per effectum secundum primum modũ, dantur tres diffinitiones differentes solum voce vel materia expressione. prima est in gl. Matth. 3. pœnitentia est prima virtus perimens hominem veterem. secunda est Ambro. in sermone quodam quadragesima. pnĩa est dolor vel amaritudo aĩæ pro peccatis, quæ quisq; commisit. tertia est Augu. in li. de pœnitentia dicentis. pœnitentia est quædam dolẽdi vindicta, semper puniens in se, quod dolet commisisse. in omnibus his notificationibus pœnitentiæ, patet. ꝙ est data diffinitio per actum principalem, qui est dolere de commissis. ¶ Quantum autem ad secundum modum dantur tres aliæ diffinitiones differentes secundum maiorem expressionem prima est beati Ambrosij de qua quæstio fuit mota: videlicet pœnitentia est præterita mala plangere, & plangẽda iterum non committere: secunda est Grego. pœnitentia est ante acta mala deflere, & deflenda iterum non cõmittere. tertia est Magistri sententiarum, pœnitentia est virtus vel gratia, qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus, & odimus, & plangenda iterum committere nolumus. in omnibus istis diffinitionibus non tñ ponitur actus principalis qui est plangere, & odire culpam perpetratam, sed etiam annexus. s. nolle alia perpetrare. ¶ Quantũ ad tertium. s. ad effectum dantur tres aliæ diffinitiones differẽtes similiter secundum maiorem expressionem, prima est Damasceni videlicet. pœnitentia est ab eo quod est contra naturam in id quod est secundum naturam conuersio. Secunda est in gl. Matt. 3. pœnitentiam agite. pœnitentia est correctio malæ mentis. tertia est Aug. lib. 5. responsionum. pœnitẽtia est quædam res optima & perfecta, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum. in omnibus huiusmodi diffinitionibus secundum magis & minus tangitur effectus pœnitentiæ, qui est animam reparare. Et ita patet differentia diffinitionum datarum a sanctis de virtute pœnitentiæ. ¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes factas in principio q̃stionis. ¶ Ad primam respondetur, ꝙ habitus per actus cognoscuntur. Et ideo consuetum est apud authores, vt habitus per actus diffiniantur ponentes actus loco habituum sicut etiam differentiæ accidentales interdum in diffinitionibus ponuntur pro essentialibus propter earum licentiam vt dicitur in 8. Meta. & ita est hic. ¶ Ad secundam respõdetur, ꝙ diffinitio assignata non est data per essentialia, sed aut ꝑ materiale, circa quod operatur virtus pœnitentiæ, aut per actum interiorem pœnitentiæ. ¶ Pro quo notandum secũdum S. Tho. ꝙ licet illud quod pertinet ad corporalem immutationem, non pertinet ad virtutẽ quasi essentialis actus eius, sed potest pertinere ad virtutem sicut materiale, circa quod operatur virtus. quia etiam passiones corporales sunt materia virtutum. Et secundum hoc dicendum ꝙ ipsius virtutis pœnitentiæ sensibilis dolor vel corporalis fletus potest esse quoddam materiale, inquantũ hæc Deo reddit pœnitens, quasi debitum pro offensa, commissa, & ideo si per planctum signatur actus pœnitentiæ, non dat corporalem mutationem, sed tñ dicit detestationem, si autem dicat materiale pœnitentiæ, tunc licet dicat sensibilem vel corporalem fletum, in nullo præiudicat præscriptioni datæ, quæ nõ est data per essentialia, sed vt dictum est per actum, aut per materiale in ea. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ peccatum præteritum aliquo modo est præsens, & ideo de illo dolor esse potest, quia vt ait S. Tho. licet peccatum sit præteritum quantum ad actum, manet tamen quantum ad effectum, vel reatus, vel maculæ, vel offensæ diuinæ, & sic potest quis de peccato dolere in quantum est præsens dolore. ergo & idem S. Tho. dicit in 3. parte de eo quod prius factum est cum intẽtione conandi ad hoc, ꝙ actum non fuerit, esset stultũ: hoc autem non intendit pœnitens, sed dolor eius est displicẽtia seu reprobatio facti præteriti cum intentione remouendi sequelam ipsius. s. offensam Dei, & reatum culpæ, & hoc nõ est stultum. vel dicendum secundum eundem doctorem in quarto & melius ꝙ quamuis voluntas completa non sit de impossibili, est tamen de ipso velleitas quædam. i. voluntas conditionata. vellemus enim si esset possibile, ꝙ hoc non fuisset, & secundum hoc etiam accipiunt præterita ex conditione prædicta quandam rationem præsentis. i. vt de eis possit esse dolor, qui non est nisi de præsentibus. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ quamuis ad pœnitentiam inquantum est pœni-

Primũ arg.
Secundũ ar.
Tertiũ ar.
Quartũ ar.
Quintũ ar.
Sextum ar. Opponit & Respondet.
Prima conclusio. S. Thom.
a ¶ Pro offensa. adde qualiter offensa manifesta probetur. Petr. de Anch. in c. ꝑ tuas nu. 1. de sentẽ. excommu.

Ambrosius.
Augustinus
Ambrosius
Gregorius Magister sniarum.
Damascen. Augustinus
Ad primũ argumen.
Ad secundũ
S. Thom.
Ad tertium
S. Thom.
Ad quartũ

est pœnitentia non pertineat respectus ad futura, tamen inquantum est emendatoria offensæ commissæ in Deū exigit ei respectum ad futurum.s.propositum de cætero cauēdi, & hoc propositum intelligitur in hoc, ꝙ dicit fienda iterum non committere.i.habere propositum iterum non cōmittendi, vel potest dici ꝙ diffinitio data est de pœnitentia perfecta, vt ꝙ additur non sit de essentia pœnitentiæ, sed de perfectione. quia sine hoc non consequitur vltimum fructum suū. concordat dominus Alber. in 4.di.14. ¶ Ad quintam respondetur ꝙ Ambrosius & Augu. non contradicūt. quia in diffiniendo pœnitentiam processerunt diuersis cōsiderationibus, Ambro. autem ordinat partes diffinitionis secundum ordinem ad pœnitentiam, & ideo quod est magis essentiale.s.dolere de præteritis primo ponit. Sed Augu. ordinat per ordinem ad pœnitentiā, & quia hoc prius occurrit, vt a proposito peccandi desistat, quasi remouens impedimentum pœnitētiæ, ideo primo ponit actum illum.s. pœnitenda non admittere. ¶ Ad sextam respondetur, quod non est inconueniens de eo dari diuersas diffinitiones secūdum diuersa, quæ in rebus inueniuntur sicut visum est, cum assignari est supra differentia diffinitionum datarum a sanctis de pœnitentia. & hæc de quæstione ista.

Albertus. Ad quintū. Ad sextum.

31 **Ad sextum** in quo quæritur. Vtrum pœnitentiæ cōuenienter assignentur hæ tres partes.s. contritio, confessio, & satisfactio. sic proceditur. Et videtur multipliciter ꝙ non. Primo sic. nullum simplex habet partem. sed omne sacramentum secūdum Ambrosium est simplex. ergo pœnitentia cum sit sacramentum non habet partes. ergo inconuenienter assignantur sibi aliquæ. ¶ Secundo pœnitentia est virtus, & est sacramentum. sed inquātum est virtus non assignantur sibi aliquæ partes, cum virtus sit habitus quidam, qui est simplex qualitas mentis. ergo similiter etiam nec pœnitentiæ vt est sacramētum sunt ei partes assignandæ. patet consequentia. quia baptismo & alijs sacramentis non assignantur partes. ergo pœnitentiæ nullo modo sunt partes assignandæ. ¶ Tertio sic. contritio est in corde, & sic pertinet ad pœnitentiam interiorem. confessio autem in ore, & satisfactio in opere, & sic duo vltima pertinēt ad pœnitentiam exteriorem, pœnitentia autem interior nō est sacramentum, sed sola pœnitentia exterior, quæ sensui subiacet, non ergo conuenienter assignantur hæ tres partes pœnitentiæ. ¶ Quarto sic. sacramentum a ministris ecclesię confertur secundum omnem sui partem, sed contritionem non confert pœnitenti aliquis ecclesiæ minister. ergo non est pœnitentiæ sacramenti. ¶ Quinto confirmatur sic. per pœnitentiæ sacramentū peccatum dimittitur. sed ante cōfessionem quandoq; dimittitur peccatum. ergo confessio nō est pars pœnitentiæ. ¶ Sexto in sacramentis nouæ legis confert gratia. sed in satisfactione non confertur aliqua gratia. ergo sequitur ꝙ non sit pars sacramenti. ¶ Septimo sic. pœnitentia ordinatur contra peccatum. sed peccatum pōt perfici solum in corde per consensum. ergo & pœnitentia, non. ergo pœnitentiæ partes debent poni confessio oris, & satisfactio operis. ¶ In oppositū est authoritas beati Chrysostomi dicentis, & habetur hac.1.di.§.perfecta. perfecta pœnitentia cogit pœnitentem omnia sustinere in corde eius, contritio in ore eius, confessio in opere, tota humilitas, hæc est fructuosa pœnitentia. hæc ille. ¶ Respondeo, hic veniūt declaranda duo, primum est ꝙ conuenienter assignentur pœnitentiæ partes.s. contritio, confessio, & satisfactio, secūdum est videre an prædictæ partes sint partes integrales pœnitentiæ, an subiectiuæ, vel potentiales ¶ Circa primum sit ista conclusio.† ¶ Pœnitentia prout est virtus non habet par-

Primū arg. Secundū ar. Tertiū arg. Quartū ar. Quintū ar. Sextum ar. Septimū ar. Opponit. Respondet. Prima conclusio.

32 tes aliquas. probatur conclusio. qm̄ pœnitentia secūdum ꝙ est virtus est habitus qui est simplex qualitas mētis, & ita nō habet partes, vt actus humani qui multiplicantur in pœnitentia, non comparantur ad habitum virtutis, sicut partes sed sicut effectus. Alexander vero de halis pariter & dominus Durandus dicunt in quarto, ꝙ contritio comparatur ad habitum virtutis pœnitentiæ, sicut actus elicitus ab ea. confessio vero & satisfactio sicut actus imperati: ꝙ autem cōtritio sit actus ab ea elicitus ostendit Durandus ex hoc. quia actus pœnitentiæ est actualis displicentia de peccato commisso, sed talis displicentia est contritio. ergo contritio videtur esse actus elicitus a pœnitentia virtute. confessio autem & satisfactio sunt actus ab ea imperati cum fide & spe, quæ ostendunt per hoc reconciliationem fieri apud Deum. ¶ Se-

Alexander de halis. Durandus. Secunda cōclusio.

33 cunda conclusio † pœnitentia inquantum est sacramentum habet partes. ista conclusio probatur sic. partes sunt ex quibus perfectio alicuius integratur. sed pœnitentiæ perfectio integratur ex pluribus.s. ex contritione, cōfessione, & satisfactione. vt infra patebit. ergo pœnitētia habet partes. ¶ Secundo sic. pœnitens pœnam sibi infert pro peccato debitā. sed pro peccato in Deum commisso non solum debetur pęna interior, sed exterior, vt patet in illis qui sunt in inferno. ergo ad perfectionem pœnitentiæ vtraque pęna requiritur

34 ergo pœnitentia habet partes. ¶ Tertia conclusio. conuenienter† partes sacramenti pœnitentiæ assignantur.s. contritio, confessio, & satisfactio. patet ista conclusio. primo sic. Quæ constituunt rem in esse integre & perfecte sunt partes illius, contritio confessio & satisfactio constituunt pœnitentiæ sacramentū integre & perfecte. ergo sunt partes illius. consequentia patet. maior etiā. minor est authoritas Chrysostomi supra allegati. ¶ Secundo declaratur sic, præfata conclusio iuxta S. Thom. in 3. parte, dictum est autem supra ꝙ alio modo fit recōpensatio offensæ in pœnitentia, & in vindicatiua iustitia fit recompensatio secundum arbitrium iudicis, non secundū voluntatem offendentis vel offensi, sed in pœnitentia fit recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, & secundum voluntatem Dei, in quē peccatur. quia hic non quæritur sola integratio æqualitatis iustitiæ, sicut in iustitia vindicatiua, sed magis reconciliatio amicitiæ, quod fit dum offendens recompensat secundum voluntatem eius, quem offendit. sic ergo requiritur ex parte pœnitentis primo voluntas recompensandi, quod fit per contritionem. secundo ꝙ se subijciat arbitrio sacerdotis loco Dei, quod fit per confessionem. tertio ꝙ recompenset secundum arbitrium ministri Dei, quod fit in satisfactione. & ideo conuenienter contritio confessio & satisfactio ordinātur partes pœnitentiæ. ¶ Tertio conclusio ista probatur per magistrum Alexandrum in quarto. pœnitentia non habet perfectam efficaciam, nisi istis tribus concurrentibus, peccatum.n. separat a Deo, ab ecclesia, a beatitudine. pœnitentia ratione contritionis habet efficaciam reconciliandi Deo, ratione confessionis reconciliandi ecclesiæ, & ratione satisfactionis merendi, ꝙ non differatur beatitudo. ergo cum sine istis tribus pœnitentia non habet esse suum completum ꝑ videtur ꝙ conuenienter ista tria assignentur partes pœnitētiæ. ¶ Circa secundum quod erat videndum †.s. cuiusmodi

Tertia conclusio. S. Thom. Alexander.

35 sint partes illius pœnitētiæ an integrales vel subiectiuæ &c. sit ista conclusio prima. partes assignatæ pœnitentiæ non sunt partes subiectiuæ, ita ꝙ pœnitentia sit quasi totū vniuersale prædicabile de singulis suis partibus. probatur cōclusio sic primo. Totum vniuersale non prædicatur de suis partibus simul acceptis in singulari, siue sit genus, siue species, plures.n. homines non sunt animal, sed animalia. vnde cum tres partes pœnitentiæ non sint tres pœnitētiæ, sed vna. nō pōt esse quod sint partes subiectiuæ. secundo sic, partibus subiectiuis simul adest tota virtus totius, & simul & æqualiter sicut tota virtus animalis inquantum est animal saluatur in qualibet specie animalis, quæ simul & æqualiter diuidūt animal. sed hoc non est in partibus pœnitentiæ, qm̄ tota virtus sacramenti pœnitentiæ nō est in qualibet parte assignata, nec simul nec æqualiter, vt patet. ergo non possunt dici partes illæ partes subiectiuæ pœnitentiæ. tertio sic. subiectiuæ non requirūtur ad perfectionem vniuersalis totius. quia in qualibet parte perfecta ratio inuenitur illius sicut perfecta ratio animalis est in homine. sed partes pœnitentiæ assignatæ requiruntur ad perfectionem eius, vt habitum est. ergo non possunt dici partes subiectiuæ illius. ¶ Secunda conclusio. partes præfatæ assignatæ pœnitentiæ non sunt potentiales partes. probatur conclusio ista. totum potētiale adest singulis partibus secundum totam essentiam, sicut tota essentia animæ adest cuilibet eius potentiæ. sed tota ratio pœnitentiæ secundum speciem non est in qualibet harum partium. vt de se patet. ergo conclusio vera. ¶ Secundo sic. vna istarum partium non includit vim omnium aliarum, quod requiritur in partibus potentialibus, sed vnaquæq; pars ad suum officiū seruit. ergo non sunt partes potentiales. ¶ Tertia conclusio. partes præfatæ assignatæ pœnitentiæ sunt partes integrales, probatur ista conclusio sic. illæ dicuntur partes integrales, ex quibus integratur perfectio totius sed ex tribus prædictis integratur perfectio pœnitentiæ. ergo sunt partes integrales pœnitentiæ. ¶ Sed sciendum est cū S. Tho.

Prima conclusio. Secunda cōclusio. Tertia conclusio. S. Thom.

36 in 4. † ꝙ partes integrales sunt duplices. quædā sunt partes quantitatis, quæ sunt quandoq; vnius rationis vt in totis homogeneis.

mogeneis.quandoq; vero diuersarum rationum, vt in totis ethrogeneis.quædam vero sunt partes essentiales,sicut materia & forma, non quantitatis, & hæ semper sunt diuersarum rationum,& habent ordinem adinuicem,& quandoq; etiam ordinem temporis in his,quorum esse non est simul: & huiusmodi partes de quibus loquimur quia pœnitentiæ sacramentum secundum rationem suæ speciei ex his tribus integratur,& vna est prior altera secundum naturã,& quãdoque etiam secũdum tempus,eo ꝙ humanorum actuum qui sunt in pœnitentia materiales non est totum esse simul sed succedunt sibi inuicem,sed quandoque plures eorũ quorum vnus est prior altero per naturam sunt simul tempore.

Ad primũ argumẽtũ. Albertus S. Thom.

¶His habitis dicendum est ad rõnes in principio quæstionis.Ad primã rñdetur, ꝙ vt inquit tam dominus Albertus,quàm S.Tho.dubium est an illa authoritas fuerit beati Ambrosij,si tamen concedatur intelligendum est, ꝙ sacramentum dicatur simplex ratione effectus principalis,& ratione virtutis diuinæ,quæ in eo operatur, quæ simplex est. nihilominus materiale in sacramẽto põt esse compositum, sicut patet in confirmatione & eucharistia,& ita est in proposito quoniam ex parte actus nostri qui est quasi materia in pœnitentia partes eius assignantur.

Ad secundũ

¶Ad secundam respondetur negando consequentiam . pœnitentiæ.n.secundum ꝙ est virtus non assignantur partes,quoniam vt supra dictum est actus humani qui multiplicantur in pœnitentia nõ comparantur ad habitum virtutis sicut partes: sed sicut effectus.vnde relinquitur,ꝙ partes assignantur ei inquantum est sacramentum,ad quod actus humani comparantur vt materia.Quod autem inducitur ad probationem consequentiæ nihil valet.quoniam non est simile de isto sacramẽto & de alijs sacramentis materia non sunt actus humani: sed aliqua exterior. vna quidẽ simplex: vt aqua, vel oleum, siue compositum,vt chrisma,& ideo in alijs sacramẽtis nõ assignantur partes.

Ad tertiũ. S. Thom.

¶Ad tertiam respondetur iuxta S.Tho. in 3.parte ꝙ licet contritio secũdum essentiam sit in corde, & pertineat ad interiorem pœnitentiam , nihilominus tamen virtualiter pertinet ad pœnitentiam exteriorem , inquantum implicat propositum confitendi & satisfaciendi.

Ad quartũ.

¶Ad quartam respondetur negando assumptum vniuersa-
37 liter.pro quo notandum † ꝙ in sacramentis quæ habent ꝓ materia aliquam rem corporalem, est duplex actus ministri .s.sanctificatio materiæ per verbum Dei:& applicatio materiæ ad eum,qui sacramentum suscepit. Sed in hoc sacramento quod habet pro materia ipsum humanũ actum non põt ex ministerio sacerdotis materia applicari ad eum,qui sacramentum suscipit. quia actus non sunt ab exteriori , & ideo ad ministerium pertinet ipsorum actuum consummatio secundum absolutionem & pœnæ iniunctionem , quæ est quasi quædam sanctificatio.

Ad quintũ

¶Ad quintam respondetur,ꝙ quamuis peccatum dimittatur ante actualem confessionẽ in proposito existentem sicut etiam ante baptismum actualiter susceptum aliquis rem baptismi consequitur ex proposito suscipiendi baptismum.

Ad sextum

¶Ad sextam respõdetur negando,ꝙ in satisfactione non conferatur gratia.dicimus ꝙ satisfactio confert gratiam,prout est in proposito, & auget eam prout est in executione , sicut de baptismo dicitur in adultis.

Ad septimũ

¶Ad septimam respondetur negando consequentiam,& ratio est,quia plura requiruntur ad bonum quod ꝓcedit ex integra causa,quã ad malum quod procedit ex singularibus defectibus secundum Dionysium. 4. de di. no.& ideo licet peccatum perficiatur in consensu cordis , ad perfectionem tamen pœnitentiæ requiritur & contritio cordis,& confessio oris,& satisfactio operis.

Dionisius.

28 **Ad septimum** In quo quæritur† vtrum sola contritione absque confessione & satisfactione exteriori peccatum dimittatur . sic proceditur, & arguitur ꝙ sic.

Primũ arg.

¶Primo quod põt plus põt & minus. sed sola contritio in casu põt supplere vicem baptismatis . ergo etiam põt supplere vices confessionis,& satisfactionis. ergo sola contritione dimittitur peccatum.

Secundũ ar.

¶ Secundo sic. quæcunq; medicina quæ omnia illa in se claudit quæ opponunt morbo & causis morbi,illa per se sine alia efficax est ad morbi expulsiones.sed contritio est huiusmodi medicina cõtra actuale mortale pctm.ergo sine cõfessione & satisfactione excludit morbũ.maior patet p se.minor aũt ꝓbat ex eo, ꝙ in actuali pctõ nihil est nisi culpa & pena,& cõtraria illorũ sunt in cõtritione.quia grã cõtrariat culpæ,& pena de pctõ cõtrariat passioni:quæ est delectatio, & sustinẽtia illius doloris soluit pœnæ obligationem,quæ est in reatu.

Tertium ar.

¶ Tertio sic.medicina quæ quandoque datur & quandoque non datur eisdem causis morborum existentibus & alijs omnibus similiter se habentibus non est necessaria:sed de bene esse.sed cõfessio quandoque est necessaria peccatoribus contritis, & similiter satisfactio.quandoque autem non.ergo confessio & satisfactio sunt de bene esse pœnitentiæ, & non de esse ipsius,maior patet.quia ars quantum põt semper exhibet necessaria curationi.minor patet in Maria Magdalena , quæ vt dicit Grego.septem demonia habuit,quia vniuersis vitijs plena fuit.Et tamen Luc.7.per solam cordis contritionem est sanata,& sic constat propositum .

Quartũ ar.

¶ Quarto quæcunque sunt de essentia,& de necessitate alicuius , nunquam relinquunt ipsum,sed contritio & satisfactio quandoq; nõ sunt de pœnitentia,vel non prout modo sunt . ergo non sunt de essentia.ergo cum pœnitentia per essentiam suam sit sufficiens ad morbi expulsionem,& sola contritio sit essentialis videtur ꝙ ipsa sola sine confessione & satisfactione sufficiat ad actualis peccati deletionem.

Quintũ ar.

¶ Quinto sic,in momento infusionis gratiæ soluitur culpa & pœna æterna,& hoc momentum in contritione ante confessionem & satisfactionem.ergo videtur idem quod prius.

Opponit ĩ cõtrarium

¶ In oppositum sunt multæ authoritates in litera. ¶Ratione vero sic arguitur. omne sacramentum consistit in dispensatione ministrorũ ecclesiæ,sed nihil dispensatur nisi cognitum.ergo ad hoc ꝙ minister operetur circa pœnitentis peccata oportet ipsum præcognoscere peccatum:sed non põt scire,nisi per confessionem.ergo ad dispensationem sacramenti exigitur cõfessio.

Respondet. Prima opi.

¶Respondeo ꝙ secundum ꝙ tam ex litera quàm ex gl. accipi potest, multiplex opinio fuit circa istam materiam. Quidam dixerunt ꝙ sola contritione absque confessione & satisfactione dimitterentur peccata.pro qua sunt multæ authoritates sanctorum in litera inductæ, & rationes factæ in principio quæstionis.sed ista opinio non videtur stare . Et
39 ita contra eam ponitur ista conclusio † sola contritione absque confessione & satisfactione actu vel proposito non dimittitur peccatum.probatur ista conclusio.Christus præcepit pœnitentiam agere pro deletione peccatorum:sed in perfectione pœnitentiæ sunt ista tria contritio,confessio,& satisfactio.ergo per pœnitentiæ sacramentum non dimittitur peccatum,nisi concurrentibus aliquomodo.s.proposito vel actu omnibus simul partibus.secundo ad idem sic . ex determinatis in quæstione præcedenti tres sunt partes pœnitentiæ.s.contritio,confessio,& satisfactio.ergo quilibet qui tenetur ad vnam partem,tenetur & ad aliam.ergo vna earum puta contritio.non habet effectum sine coexistẽtia aliqua aliarum partium.

Secũda opi.

¶ Secunda opinio est dicentium. ꝙ sola contritione non dimittitur peccatum:sed requiritur actualis confessio,& satisfactio,si tempus faciendi illa pœnitens habuerit.dicunt.n.in perfectione pœnitentiæ tria esse necessaria quæ sunt,contritio cordis,confessio oris, & satisfactio operis.vt sicut Deum tribus modis offendimus.s. corde,ore,& opere,ita tribus modis satisfaciamus . inducũt autem pro se multas authoritates,quæ sunt in litera , & maxime illam Io.Chrysostomi dicentis.non potest quisquã gratiam Dei recipere,nisi purgatus fuerit ab omni peccato per pœnitentiæ confessionem & baptismum . item illud Ambrosij,non potest quisquam iustificari a peccato , nisi fuerit peccatum ante confessus.authoritates contrarias dicentes per solam cordis contritionem dimitti peccatum dicunt esse intelligẽdas,quando necessitatis articulus excludit oris confessionem & operis satisfactionem,sicut cum aliquis cõteritur,& vult confiteri,& satisfacere , sed morte præuenitur ab aliquo alio impedimento,hoc facere impeditur. sed hæc opinio stare non potest.

Ioannes Chrysosto.

¶Et ideo contra eam sit ista cõclu
40 sio.†Ad remissionem peccati non requiritur actualis confessio aut satisfactio:sed sufficit ꝙ habeantur in proposito. patet conclusio ex illo prophetæ in psa.Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam , & tu remisisti impietatem peccati mei.Quod Augu.exponens ait magna pietas domini,vt ad solam promissionem peccata dimiserit, nõdum.n. pronuntiat ore,& tamẽ iam Deus audit in corde votum.n. pro opere reputatur.

Psal.31.b Augustinus

Tertia opi.


¶Tertia opinio fuit dicentium ꝙ dimittitur culpa per contritionem sub conditione.l.si confiteatur.Sed hæc opinio vt dicit S.Tho.in 4.in fine distinctio
41 nis.18.minus habet de ratione,quam alia † quia status salutis non dependet ex futuro.quia sicut dicitur ecclesiast.12. lignum vbi ceciderit,ibi erit.vnde nihil est dictũ , ꝙ homo ad statum

S.Thom.

Quarta opi.

ad statum salutis per dimissionem peccati reducatur sub cōditione confessionis simpliciter. ¶ Quarta opinio quæ omnibus verior atque sanior est, ꝙ per solam contritionem vt 42
excludit confessionem & satisfactionem, tam in actu quam in proposito non dimittatur peccatum sed necesse sit, ꝙ cōfessio & satisfactio saltem propositæ simul cum contritione concurrāt ad dimissionem peccati. vnde etiam sine istis non est vera contritio sicut infra, cum de necessitate cōfessionis, & satisfactionis agetur, plenius explicabitur. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. Ad primam respōdetur iuxta Albertum in 4. di. 17. negatur minor, si intelligat ꝙ contritio excludit tam propositum baptismi quam actum suppleat vicem baptismi, nunquam excludit votum baptizādi in non baptizato: sed actum tantum, & similiter concedimus ꝙ contritio in simili articulo necessitatis potest excludere actum confessionis, sed nunquam votum si adsit facultas. dicta autem omnia vt ibi dicit Albertus magnus, operātur in voto existentia, quia Deus respicit voluntatem. Et sic dicitur. 1. cor. 9. si voluntas prompta est secundum illud qđ habet accepta est, non secundum id quod non habet. & hoc est quod dicitur a doctoribus, ꝙ voluntas completa, reputatur pro facto. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ maior nō est vera, nisi medicina illa omnia quæ continet sufficienter illa contineat. Præterea minor etiam est falsa, valet ꝙ contritio sit huiusmodi medicina sufficiens sine confessione & satisfactione in voto, vel in actu & voto existentibus sicut supra dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta eundem dominū Albertum, ꝙ semper exigebatur aliqua peccati recognitio prodens peccatum in genere, vel specie, vel numero, id autē quoniam secundum se est diuinum bene potest accipere diuersam determinationem secundum diuersitatem temporum. vnde quando ecclesia veras habuit claues & non figuram tantum clauium, tunc determinatum fuit, ꝙ homo coram homine habente claues peccatum detestando recognosceret per confessionem, & ideo licet pœnitentia quandoque fuerit sine confessione tali qualis nunc est in ecclesia, non tamen simpliciter fuit sine confessione quantū ad substantiam cōfessionis in genere. ¶ Quod vero dicitur de Maria Magdalena, ꝙ per solam contritionem remissa sunt ei peccata sua, dicendum, ꝙ non est simile de illis, qui ab ipso Christo immediate susceperūt remissionem peccatorū, & de illis, qui ministerio sacerdotum vicariorum eius quoniā vt ait S. Tho. in 3. parte ad potestatem excellentiæ quā Christus solus habuit pertinebat, ꝙ Christus effectum sacramenti pœnitentiæ qui remissionem peccatorum contulerit Mariæ Magdalenæ, & mulieri adulteræ, & alijs sine pœnitentiæ sacramento. hæc autem potestas cum nō sit collata alijs ministris hoc facere non possunt. ¶ Ad quartam respondetur negando minorem. quoniam vt dictum est in responsione ad præcedentem rationem, semper exigebatur aliqua recognitio peccati, præcedens ipsum peccatum in genere, vel specie, vel numero, & ita pœnitentia nunquam fuit sine confessione, quantum ad effectum confessionis in genere, licet sine confessione tali qualis nunc est in ecclesia, per consequens habetur in voto ad minus cōfessionem, & satisfactionem esse de essentia pœnitentiæ. ¶ Ad quintam respondet cum domino Alberto magno vbi supra, ꝙ licet in momento saluatur culpa, tamen exigitur motus lib. ar. in peccati detestationem, cum quo concurrunt in eodem momento cōfessio & satisfactio in voto. nihil. n. prohibet ꝙ tria ista sint in eodem momento vnum in actu. s. contritio, & duo in voto. s. cōfessio & satisfactio &c. ¶ [His breuiter] hic magister Gratianus propter digressionem quam fecerat a proposito vtitur transitu dicens [his breuiter decursis]. s. quæ incidentaliter interseruimus etiam tractauimus extra finem negotij euagati sumus]. s. primæ quæstionis, & secundæ propositæ in themate. prætermisit. n. illam secundam quæstionē, & alias incidentes quæstiones, in quibus à proposita materia aliquantulum videtur esse digressus, interseruit vt supra eo. q. 2. §. ꝙ autem. quibus pertractatis redit ad propositum ad tractandam tertiam quæstionem qua quæritur, vtrum sola cordis contritione & secreta satisfactione absque oris confessione quisquam possit Deo satisfacere [redeamus. sunt. n. qui dicunt] inducit hic opinionem dicentium, ꝙ sine confessione potest quis de peccato veniam consequi, ad quam opinionem probandam inducit in primis quatuor authoritates, & nouem leges [qui dicunt sine confessione ecclesiæ] .i. exteriori, facta sacerdoti [& sacerdotali iudicio] .i. sine satisfactione, secundum iudicium & præceptum ecclesiæ iniuncta [iuxta illud] ecce prima authoritas, quę est Ambrosij [errauit vt homo] id est peccauit siue in peccatum corruit negando Christum Mat. 26. [non inuenio quid dixerit] .i. si confessus fuerat [scio] .i. certum & indubitatū habeo ꝙ fleuerit] quia. s. euangelium hoc testatur. vnde sequitur [lacrimas eius lego]. s. Luc. 20. vbi dicit quod egressus foras fleuit amare. dicit ꝙ Petri confessionem & satisfactionem non legit: sed per hoc non excludit illa. multa. n. facta sunt p Christum & Apostolos quæ scripta nō sunt, sicut etiam habetur Io. vl. & c. ecclesiasticarum. di. 11. infra sequitur. vel forte vt inquit Hugo. & Magister in sententijs nondum erat cōfessio instituta pœnitentibus, licet data esset potestas a domino discipulis dimittendi peccata, quando dixit Petro Matt. 16. tibi dabo claues &c. ita ex hoc verbo Ambrosij non habetur, quod non sit confitendum, sed potius, ꝙ lachrimæ cum confessione sunt magnæ efficacię. ex quo sine confessione fuerint tantæ, vt dicit Alexander de halis. præterea nō sequitur, ꝙ regulariter non sit confitendum, quoniam etiā si Petrus confessus non fuerit, quoniam vt inquit S. Tho. & iam supra diximus. Christus habuit potestatem excellentię in sacramentis, vnde sine his quæ ad sacramentum pertinent potest rem sacramenti conferre.


Ad primū argument. Albertus. — Ad secundū — Ad tertiū, Albertus — S. Thom. — Ad quartū. — Ad quintū. Albert. ma. — Exponit literam. — Hugo. — Alexander de halis. S. Thom.



Lacrimæ. Secunda authoritas quę est Io. Chrysostomi, vel potius eiusdē Ambrosij, quæ etiam authoritas bene intellecta non excludit confessionem, quæ vno modo exponitur sic. [Lachrimæ] .s. secretæ, quæ fiunt in confessione secreta, quæ fiunt vnico sacerdoti [lauant delictum] vnde propheta lachrimis meis stratum. s. cōscientiæ meæ rigabo [quod. s. pudor esset confiteri] in publico. vnde ex hoc non sequitur ꝙ non sit necessaria confessio. ¶ Secundo exponitur sic iuxta Hugonem de sancto victore quem inducit magister Alex. de hal. & Aug. [lachrymæ]. s. interiores [abluunt delictum quod pudor est] .i. quod cum pudore & verecūdia quis confitetur, quod semper fieri debet. ipsa. n. erubescentia magna pars satisfactionis est. vt infra. ea. di. §. quem pœnitet. itē tertia authoritas est prophetæ. Psal. [spiritus contribulatus] .i. de omnibus peccatis contritus & compunctus [sacrificium Deo] .i. placet Deo quasi acceptabilis hostia. sed nec authoritas excludit confessionem. quia vt dicitur in gl. & bene. non est cor contritum, si cōfiteri cōtemnit, aut non proponit [item dixi] sequitur. 4. authoritates eiusdem prophetæ. psa. 31. sed nec authoritas ista excludit confessionem in voto [vnde ait Augu. in expositione ad solam promissionem] .i. deliberationem, & propositum, siue voluntatem confitendi. Hu. [iam audit]. s. dimittendo, & rationem assignans subiungit [ipsum. n. dicere] .i. proponere confiteri [quoddam pronuntiare] .i. q. quædam cōfessio esse videtur. voluntas. n. pro opere reputatur, sed de hoc verbo pisputabimus in sequenti capitulo. vbi vide.

Exponit literam. — Psal. 6. b — Hugo de sancto victore. Alexander de halis.

2 *Actus exterior & actus interior voluntatis quomodo comparentur adinuicem.*
3 *Voluntas est duplex.*
4 *Voluntas plena reputatur opere quantum ad præmium substantiale siue essentiale.*
Non quo ad accidentale.
5 *Voluntas semiplena an reputetur pro facto quo ad præmium accidentale siue quo ad aliqua consequentia.*
Et an reputetur pro opere nu. 6.
7 *Voluntatem habens plenam, si deficiat ei facultas, an parificetur ei qui habet plenam volun tatem & opus. & nu. 8.*
9 *Præmium est duplex. substantiale & accidentale, & quod sit vtrunque.*
10 *Voluntas non reputatur pro facto in his quæ sunt ab alio, sed in his quę sunt omnino ab homine.*
11 *Virginitas quid sit.*



Si quis non dicam. Hic magister Gratianus īducit leges aliquas arguendo a simili per contrarium ꝙ sola contritione deleatur peccatum: nam sicut in bono remuneratur sola voluntas: ita & in malo damnatur quis pro sola voluntate, vel voto. & ad hoc inducit hanc legem & sequētes. Non diuiditur. Pro pleniori intelligentia istius legis & sequentium & totius argumentationis veniūt duo quærēda.

1 ¶ Primum

1 ¶Primum est vtrum sit verum quod voluntas pro opere reputatur.

12 ¶Secundum vtrum leges humanæ puniant quenquam pro sola voluntate.

1 Ad primum sic proceditur.†Et arguitur multipliciter ꝙ non sit verum, ꝙ voluntas ꝓ opere reputatur.¶Primo sic.quia secundum hoc tãtum valet si quis habet voluntatem confitendi,quantum si confiteretur,frustra ergo confitetur.¶Secundo sic. aut sacramentum confert aliquid habenti bonam voluntatem aut nihil. si aliquid:ergo non est idẽ & æquiualẽs velle suscipere,& sacramentum suscipere.si nihil confert habenti bonam volũtatem,& nulli alij confert:ergo frustra suscipitur.¶Tertio sic.si aliquis dat tres denarios pro Deo,& vult dedisse septẽ vel centum marca: sed ibi votum pro facto nõ reputatur. ergo illud non est verum.¶Quarto sic.si aliqua vult se perdidisse virginitatem,& ꝙ nõ perdidit,nõ ĩpedit nisi impotentia: ergo illa secundum hoc amisisse reputatur. ergo si postea pœnitet,non debebitur ei aureola,quod est falsum. ergo non est generaliter verum,ꝙ voluntas pro facto reputatur. ¶Quinto sic.aliquis habet plenam voluntatem aliquam occidendi & quod non occidit,non impedit nisi impotentia. ergo reputatur pro facto.ergo est irregularis pro voto,sicut pro opere,sed hoc est falsum,ergo nec in bono nec in malo est verum,quòd voluntas reputatur pro facto.¶In oppositum est textus prædictus Aug.¶Itẽ ad idem est.gl. super illud.psal.manus nostræ concinnant sic.d. quicquid vis & nõ potes Deus factum imputat.¶Respondeo hic veniunt tria declaranda.primum est an actus exterior aliquid de bonitate vel malitia addat supra bonitatem,vel malitiam voluntatis.secundum est,an voluntas pro facto reputetur. tertium est,an qui habet voluntatem plenã & desit facultas, & alius qui voluntatem plenam euntem in opus ad paria inducentur in merito præmij vel pœnæ.Circa primum est notãdũ

2 iuxta S.Tho.in 2.di.ar.3.† ꝙ actus exterior & actus interior voluntatis hoc modo comparantur adinuicem, ꝙ vterque est quodammodo alteri bonitatis causa,& vterque quãtum in se est,quãdam bonitatem habet,quam alteri dat. actus.n. exterior bonitatem habet ex parte materiæ,& ex circunstãtiarum commensuratione, secundum quã proportionatus est ad finem hominis consequendum sicut est dare eleemosynam,vel ieiunare,& huiusmodi seruatis debitis circunstãtijs,& quia actus exterior comparatur ad voluntatem sicut ad obiectum,inde est.ꝙ hanc bonitatem volũtatis actus interior ab exteriori habet,non siquidem ex eo secundum ꝙ est exercitus, sed secũdum ꝙ intentus & volitus.quia secundum ꝙ est exercitus,sequitur actum volũtatis. ratio autem bonitatis in actu interiori voluntatis consistit, secundum ꝙ voluntas est domina suorum actuum, secundum quam bonitatem actus habet rationem meriti,vel laudabilis, & hæc bonitas ex interiori in exteriorem procedit.vnde Augu. libro retractationum.d.ꝙ voluntas est qua peccatur, & recte viuitur.¶His notatis sit ista conclusio loquendo de illa bonitate quam voluntas actui exteriori præbet, actus exterior nihil bonitatis addit supra bonitatem actus interioris, siue voluntatis,dummodo voluntas æqualiter intensa sit.Patet conclusio quia vna & eadem hoc modo est bonitas actus voluntatis,quæ respicit finem,& actus exterioris,qui respicit finem mediante actu voluntatis.diximus autem dummodo voluntas sit æque intensa,quod pro tanto dictum est,vt inquit S.Tho.quia quidam actus sunt delectabiles, in quibus voluntas non potest esse ita intẽsa ante actum,sicut in actu, vt patet in actu fornicationis.vnde non æqualiter demeretur,qui vult fornicari,& qui actu fornicatur. quia voluntas non potest esse adeo perfecta ante actũ,sicut in actu.in quo casu inquit Aug.ꝙ vnusquisque miser mala voluntate efficitur sed miserior potestate, cum desiderium malæ voluntatis adimpletur.quidã vero actus sunt difficiles, in quibus voluntas potest esse magis perfecta ante actum quã in actu sicut exemplificat prædictus Albertus magnus in 4. in ira & prodigalitate & misericordia & compassione ¶Secũda cõclusio.Si loquamur de bonitate actus, quam exterior actus secundum se habet,sic addit ad bonitatem vel malitiam voluntatis.patet ista conclusio.quia actus exterior complet interiorem in bonitate, vel malitia, cum comparetur ad voluntatem, sicut obiectum siue terminus & omnis inclinatio vel motus perficiatur in hoc,ꝙ cõsequitur finem,vel attingit terminum.¶Item probatur conclusio ista ratione S.

Primũ arg. Secundũ ar. Tertium ar. Quartũ ar. Quintũ ar. [...]onit i cõtr[...]um. Psal 5 a Respondet. S. Thom. Augustinus Prima conclusio. S. Thom. Augustinus Alber.mag. Secunda cõclusio. Thom.

Tho.in prima secundæ sic. omne agens intendit consequi bonum.& vitare malum.si igitur per actum exteriorem nihil addatur de bonitate vel malitia, frustra qui habet bonã voluntatem, vel malam,facit opus bonum, vel etiam desistit in malo opere,ꝙ est inconueniens. ¶Tertia conclusio quantum ad præmium essentiale actus exterior nihil addit supra voluntatem,dum tamen voluntas maneat æqualiter intensa.patet ista cõclusio sic iuxta S.Tho.in 2.quia ad præmium essentiale ordinatur actus per bonitatem primã quã habet a voluntate,prout liberaliter reddit & ex amore. vnde Chrysost.super Matth.inquit.ꝙ voluntas est,aut quæ remuneratur pro bono,aut damnatur pro malo.& per consequens actus exterior nihil ad præmium essentiale. tantum inquit S.Tho.meretur,qui habet perfectam voluntatem aliquod bonum faciendi,quantum si faceret illud, & si faciat vnum quantum si faceret multos voluntate æqualiter manente.¶Quarta conclusio.actus exterior bene adiungit voluntati aliquod accidentale præmium.patet conclusio quia actus voluntatis ad præmium accidentale conuertitur, vel ordinatur ꝑ bonitatem quæ est ipsius actus exterioris secũdum se.& ita actus exterior ex bonitate quam habet secundum se adiungit aliquod accidentale, verbi gratia. martyr inquantum exterius patitur, victoriam de aduersarijs fidei habet,& ex hoc aureola sibi debetur.similiter etiam aliquis ex hoc qui in actum exteriorem frequenter exit magis habilitatur ad bonũ.& hoc sequitur ꝙ in charitate crescit.similiter etiam per actum exteriorem punitur magis quam per voluntatem tãtum.& ideo actus exterior adiungit in satisfactionem & similiter in omnibus alijs,quæ sequuntur bonitatem actus secundum ꝙ est exercitus.ista videtur sententia tam domini Alberti magni in secunda parte sua, quàm Alex.de halis in 2.suo,& hæc de primo.¶Circa secundũ de-

3 clarandum articulum est notandum† ꝙ est duplex voluntas sicut dicit beatus Aug.libro confessionum. & super gen.s. plena & semiplena.plena dicitur quando nihil deest ex parte voluntatis:quoniam faceret si posset.ita ꝙ nihil excludit

4 opus nisi sola impotentia.de tali voluntate plena sit ista cõclusio† voluntas pro opere reputatur quantum ad præmiũ substantiale siue essentiale beatitudinis.patet ista conclusio authoritate ex dicto beati Augu.quod ponitur in litera. itẽ ex illo beati Bernardi dicentis. ꝙ bona voluntas sufficit ad meritum.item ex gl.super illud in mandatis eius volet nimis:quæ dicit,sufficit velle,si perficiendi mandata desit facultas.¶Ratione sic probatur iuxta S.Thomam in prima secundæ,quando possibilitas siue facultas deest voluntate existente perfecta vt operaretur si posset defectus perfectionis quæ est ex actu exteriori est simpliciter inuoluntarius.inuoluntarium autem sicut non meretur pœnã vel præmiũ in operando bonum, vel malum, ita non tollit aliquid de præmio,vel de pœna,si homo inuoluntarie deficiat a faciẽdo bonum,vel malum.ergo voluntas ipsa plena reputatꝛ pro facto quo ad præmium essentiale.¶Secundo ratione dependentiæ ex dictis in superiori articulo probatur sic præfata conclusio.actus exterior bonitatem illam secundum quam meritorius est vitæ æternæ habet ex voluntate gratiæ informata secundum ꝙ voluntarius est.ergo supra bonitatẽ voluntatis perfectæ siue plenæ non addit siue adiũgit meritũ essentiale vitæ æternæ pertinens.ergo sequitur, ꝙ voluntas plena quãtum ad præmium vitæ æternæ operatur ꝓ opere

5 reputatur.¶Secunda conclusio† voluntas plena non reputatur pro facto quo ad præmium accidentale, siue quo ad aliqua consequentia siue adiuncta ad præmium essentiale. patet ista conclusio ex dictis sic.actus exterior volũtatis addit aliquid bonitatis vel malitiæ supra voluntatem vt in præcedenti articulo ostensum est. sed sicut per bonitatem primã quam habet a voluntate ordinaria ad præmium essentiale, quæ est beatitudo æterna ita per bonitatem quam habet ex ipso genere actus:qui laudabilitatem quandam habet ex debitis circunstantijs ordinatur ad præmium accidẽtale. ergo sequitur ꝙ voluntas plena licet pro opere reputetur quo ad præmium essentiale,non tamen quo ad præmium accidẽtale.vnde qui volũtatem plenã habuit martyrij sine actu, auream consequitur,quæ præmium essentiale dicitur, non autem aureolam quæ accidentale præmium est.& est tantũ ipsorum qui actu martyrium passi sunt secundum illud Ti. secundo.Non coronabitur,nisi qui legitime certauerit. Et ita etiam est in malis,quoniã ex parte malitiæ quam actus exterior addit supra malitiam voluntatis, voluntas non reputabitur

Tertia conclusio. S. Thom. Chrysosto. S. Thom. Quarta cõclusio. Alber.mag. Alexander de halis. Bernardus. S. Thom. Secunda cõclusio.

putabitur in omnibus pro opere. vnde in homicidio licet plena voluntas occidendi habeat eundẽ reatum in specie, quem homicidiũ, non tamen tm̃, & magis nocet actus quam voluntas, vt inquit Albertus. Et ita patet in quibus voluntas & plena reputatur pro opere & in quibus nõ. Ista est sententia S. Tho. in 4. dist. 27. vbi explanando literã circa præfatam authoritatem Aug. ita dicit. hoc intelligendũ est tam in bonis, q̃ in malis, qñq; est votum plenum, ita ꝙ nihil retardat ab eius executione, nisi in potẽtia. si aũt operatio adiuncta addit aliquid ad voluntatẽ, sicut in illis operibus, quæ habent in seipso actu delicta, tunc operatio addit etiam quantum ad meritum & demeritum substantiale, alias non, sed semper addit operatio quantum ad aliquid adiunctum, quod est vtilitas cõsequens actum in bonis, vt effectus eius nocumentum in malis. hæc S. Thomas.

Albertus. S. Thom.

6 ¶Sed surgit hic quæstio † vtrum semiplena voluntas etiam reputetur pro opere, respondet magister Alexander de halis. in 2. ꝙ cũ dr̃ volũtas ꝓ opere, putatur de voluntate plena intelligitur, nihilominus tñ ille qui habet voluntatẽ semiplenã vel progresiuã peccat, & quo ad aliquid pro facto reputatur ei, sed non omnino, & ita licet vtrique voluntati s. plenè & semiplenè debeatur pœna, in gradu tamen in diuerse. Ex his autẽ quæ dicta sunt in quibus voluntas plena pro opere reputatur, & in quibus nõ colligi potest qualiter intelligẽdum sit ꝙ glossator decre. super illo ꝙ Aug. dicit ꝙ voluntas pro opere reputatur ait in gl. videlicet ꝙ hoc dictum in quatuor casibus fallit. s. in baptismo, in quo plus valet baptismus quam cordis cõtritio siue votum suscipiendi. secundo in eucharistia, quia assumptionem eucharistiæ delentur venialia, quod non fit per solam voluntatem accipiendi. vt infra dis 2. de conse. iteratur. tertio in confessione ipsi sacerdoti facienda, cum ipsa erubescentia in præsentia sacerdotis pars sit pœnitentiæ. infra eo. quem pœniteat. in sacramentis. n. non dubium vt dicit S. Thõ. ꝙ effectum sacramenti plenius inducit ipsa sacramenti susceptio, quam solum desiderium. quarto in martyrio, in quo aureola sicut dictum est datur actui, non aũt volũtati quãtumcunq; plenè. Et hæc de. 2. ¶ Circa tertiũ in quo quæritur † vtrum qui habet voluntatem plenã & deficit facultatas parificetur ei, qui habet plenam voluntatem & opus. Satis patet responsio ex dictis, nihilominus repetendo aliqua est notandum in primis iuxta Alexandrum de halis quod est primum essentiale & principale, ꝙ consistit in visione Dei. Et est primum adiunctum, quod consistit in gaudio, de aliquo bono præterito, præcedenti, vel de aliquo bono in præsenti superaddito. Qua distinctione habita ponitur ista conclusio. Quod quantum ad præmium principale parificatur voluntas plena, vt deest facultas voluntati plenæ adest facultas cum actu, dum tamẽ sit par charitas siue par gratia gratum faciens. hæc conclusio est formaliter in verbis ipsius magistri de halis. ¶Secunda conclusio eiusdem est † quod quantum ad præmium aduentum plus meretur voluntas plena cum actu, quam voluntas plena sine actu, & ita non parificantur, & non solum quantum ad adoptionem præmij, sed etiam quantum ad dimissionem pœnæ mali, ista etiam videtur sententia domini Alberti magni in 2. parte summæ sic dicentis. si vero facultas non suppetit, tunc pro certo intentio sufficit ad præmium vitæ æternæ, qñ. n. in nostra potestate non est, Deus non requirit a nobis. † duplex est premium. s. substantiale, & accidentale. substãtiale est beatitudo ęterna, cuius quãtitas est ẽm quantitatem charitatis, & fidei dirigentibus intentionẽ, accidentale est premium in multis operibus gloriari quæ in honore Dei facta sunt, & illud consistit in operibus tanq̃ in causa meritoria, hæc Alber. in malis vero ẽ similis conclusio magistri Alexandri videlicet ꝙ cũ rõne voluntatis plenæ, & ratione actu debeatur pœna, ꝙ qui habuit voluntatem plenam, sed non cum actu, quãtum ad pænam carẽtiæ visionis Dei æquiualens est in pœnis cum eo, qui habuit voluntatem plenam existentem in opus, licet nõ quo ad afflictionem actualem æquiparetur. ista est etiã sentẽtia Thomæ in quæstionibus de malo. q. 17. ar. 2. vbi ad quęstionem istam si tm̃ peccet qui sola voluntate peccat, q̃ qui peccat voluntate & actu. ita respondet. ꝙ si sit omnino æqualitas ex parte voluntatis, tunc distinguendum est in peccato, sicut etiam in merito. qui. n. habet voluntatẽ eleemosynam dandi, habet, & non dat. quia non habet facultatem: tãtũdem meretur quãtum si daret per comparationẽ

Quæstio. Respondet. Alexander.

S. Thom.

7

Ale. de hal.

Prima conclusio.

8 Scd'a cõcl.

Albe. mag.

9

Ale. de hal. Tertia conclusio.

ad præmium essentiale, quod est gaudium de Deo, hoc. n. præmium respondet charitati, quæ ad voluntatem pertinet. Sed per comparationem ad præmium accidentale ꝙ est gaudium de quocunque bono creato magis meretur qui non solum vult dare, sed dat. gaudebit. n. non solũ quia dare voluit, sed quia dedit: & ex omnibus bonis quæ ex datione prouenerunt. Et similiter si consideretur quantitas demeriti per comparationem ad pœnam essentialem quæ consistit in separatione a Deo & dolore exinde proueniẽte, non minus demeretur qui sola voluntate, quam qui voluntate & actu peccat, quia hæc pœna est contemptus Dei: qui respicit voluntatem, sed quantum ad pœnam secundariam, quæ est dolor de quocunque alio malo: sic magis demeretur qui actu & voluntate peccat, habebit dolorem nõ solum de eo, quod male voluit, sed de eo ꝙ male fecit, & de omnibus malis quæ ex eius malefacto prouenerunt. hæc S. Thomas. ¶His habitis dicendum est ad rationes factas in principio quæstionis. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. dicit autem dominus Bonauentura respõdendo ad hanc rationem in 4. di. 16. in expositione literæ, ꝙ voluntas (quæ vocatur hic firmum propositum) non dr̃ ita pro operatione computari, quod tm̃ valeat oĩo sicut opus. sed quia hoc etiam Deus acceptat, & si assit votum, & desit facultas Deus excusatum habet. concedendum ergo est ꝙ semper aliquid recipit qui opere accepit sacramentum, & aliquem habet vtilitatem, tamen vbi deest facultas, Deus reputat voluntatem ipsam sufficientem ad obtinendam gratiam, nec tñ frustra confitetur. si enim pro loco & tempore non confiteretur, verum votum non esset aut esse desisteret, si prius esset. Simili modo soluere videtur Albertus magnus in 4. ita dicens. licet. n. duo bona sunt votum confitendi, & cõfessio, tamen votum nunquã est plenum. si actum contemptus religionis excludit, & nõ articulus necessitatis. sed si per plenum est nec actum impedit, nisi impotentia, sufficit votum quantum ad substantiam indulgentiæ, licet non consequatur oĩa illa quæ consequuntur, & adiuncta sunt confessioni ẽm actum existendi sicut est diminutio per vim clauium, & deobligatio a debito confessionis, & similiter rubor actualis in actu confessionis, etiã aliquid tollit de pœna. ¶Ad secundam patet responsio ex responsione iam dicta ad præcedentem, dictũ est. n. ꝙ sacramenti susceptio aliquid confert: secũdo ꝙ votum siue voluntas plena non ita dr̃ reputari pro opere, ꝙ omnino tm̃ valet sicut opus, & ita per consequens non suscipitur frustra. vnde S. Tho. in 4. di. 18. dicit. ꝙ est valde notandum in ista materia † ꝙ voluntas pro facto non reputa-
10 tur in his, quæ sunt ab alio sicut est in baptismo. non. n. tm̃ valet voluntas suscipiẽdi baptismum sicut ipsius susceptio. sed reputatur voluntas pro facto in his, quæ sunt omnino ab homine remota & iterum quantum ad præmium essentiale, non autem quantum ad pœnæ remotionem, & huiusmodi respectu quorum attenditur meritum accidentaliter & secundario, & ideo confessus & absolutus minus in purgatorio punietur, quam contritus tantum. ¶ Ad tertiã respondetur iuxta Albertum magnum in 4. ꝙ non est plena voluntas si plus potest dare, & non vult, sed si plus nõ potest dare, tunc eandem cum dante plus in substantia habet indulgentiam, licet aliquod accidentale habeat dominus plus, quam non habeat iste qui dat minus ¶ Ad quartam respondetur iuxta dominum Albertum, & San. Thom. ꝙ per voluntatem plenam formationis bene quis perdit virginitatem quantũ ad id ꝙ est in ea formale, ꝙ consistit in voluntate non experiendi corruptionem carnis ẽm illud ꝙ
11 Aug. dicit lib. de nuptijs & cõcupiscentia † ꝙ virginitas est in carne corruptibili incorruptionis ꝑpetua meditatio. nõ aũt quantũ ad id, ꝙ est in ea materiale ꝙ est integritas carnis, aureola aũt non debetur cõtinẽtiæ ẽm se, sed ẽm carnis integritatem, & ideo cum pñiam oĩa restaurantur: si in ꝓposito talis incorruptionis discedat aureolã habebit. ¶ Ad quintã rñdetur negando consequentiã & rõ est, quia irregularitas accidentalis pœna est, quam vt inquit dñs Albertus ẽm cõsiliũ diuinũ ecclesia nõ determinauit nisi ad actũ homicidij, & ideo licet substãtialiter sit reatus idem homicidij voluntatis & actus, non tamen accidentalis pœna est vna vtriusque.

12 Ad secundum In quo quæritur † vtrũ leges humanæ puniant malã volũtatem sic proceditur. ¶Et videtur ꝙ sic. per nouẽ leges inductas in litera

Ad primũ argu:

Albertus magnus.

Ad secundũ

S. Thom.

Ad tertium Albertus.

Ad quartũ. Albertus. S. Thom.

Augu.

Ad quintũ

Albertus.


Primũ 2

in litera per Gratianum.¶ Secundo sic. ratione lex ciuilis ad virtutem inducit,quæ in solo animo sedet. vnde præcipua cura est legislatoris cruce inducere ad virtutem.2.ethi. ergo videtur q; ad legem ciuilē,ad quā etiam pertinet per penas inducere ad virtutes,pertineat punire malas voluntates.¶ Tertio sic.voluntas reputatur pro facto, vt dictū est tam in bonis,quam in malis,ergo sequitur,q; sicut leges puniunt mala facta,ita etiam puniunt malas voluntates, quæ pro opere reputantur.¶ In oppositum arguitur per alias leges inductas ibi p Gratianū in contrarium.vnde.ff.ti.de pęnis dr̄ cogitationis pœnam nemo patiatur. ¶ Respondeo de voluntate mala possumus loqui dupliciter scilicet prout infra limites suos existit, ita quod de ea nihil foris maneat appareat,vel prout voluntas suis limitibus non contenta foris signis,aut actibus aliquibus se demonstrat,loquendo de voluntate suis finibus contenta sit ista conclusio,quod mala voluntas quantumcunque sit plena non venit per leges ciuiles punienda.patet ista conclusio in litera in §.cogitatio.vbi sic dicitur.cogitatio non meretur pœnam lege ciuili cum suis terminis contenta est &c.¶ Ratione sic probatur.talis volūtas cum sit secreta & occulta hominibus, nec probari possit in eodem iudicio,sed soli Deo nota,soli subest iudicio Dei,qui cor intuetur & non humano. vnde primo Regum sexto. homo videt quæ patent: Deus autem intuetur cor.vnde Apostolus.1.Corin.4.nolite ante tempus iudicare,Donec veniat dominus,qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.¶ Tertio sic. lex Moysi perfectior erat, quam ciuilis.sed lex Moysi non dicebatur cohibere animum,sed manum.ergo minus potest hoc facere lex ciuilis.¶Secunda conclusio.voluntas mala per signa aut aliquos actus demonstrata per leges ciuiles punitur,maxime in peccatis,quæ grauiter rem publicam perturbare possunt. ista cōclusio patet ex legibus inductis ex litera precedenti.¶ Ad rationes in principio quęstionis respondetur.Ad primam dicendum,quòd omnes leges inductę sicut potest colligi ex litera loquūtur de mala volūtate,quæ per aliqua signa & actus exteriores patefacta est. talis enim si est de peccatis pacē publicam perturbantibus bene punitur per leges ciuiles,secundum gradus tamen signorum,quibus demonstrata est ipsa mala voluntas.¶Ad secundam respondetur negando consequentiā. licet enim lex ciuilis inducat ad virtutes etiam per pęnas,non propter hoc sequitur quod possit punire malam voluntatem infra limites suos existentem.idest exterius nullo signo aut actu apparentem.Ratio huius dicta est,quia voluntas vt sit subterfugit aspectum siue notitiam hominis,& per cōsequēs eius iudicium,nec etiam punit vt diximus omnem voluntatem,etiam exterius demonstratam, siue apparentem. sed solum voluntatem malam,quæ in perturbationem rei publicę machinatur,siue redundat in malum proximi. ¶ Ad tertiam respondetur quod ratio non procedit.quoniā non vniformiter volūtas in omnibus reputatur pro facto.¶Pro quo plenius cognoscendo est notandum iuxta magistrum Alexandrum de ha.in.3.primo quod volūtas plena aut est respectu sui peccati:quod exercetur in anima,non per corpus,vt in pctō superbiæ,& inuidiæ, aut respectu peccati,q; exercetur in corpore,siue per corpus vt in peccato adulterij,quod exercetur in corpore,aut per cor,& in homicidio, quod exercetur per corpus.¶Secundo est considerandum q; est reatus peccati respectu priuationis glorię,reatus peccati respectu passionis geenę. respectu priuationis gloriæ, volūtas plena ,p facto reputatur.itē volūtas plena respectu spiritualis peccati,quòd taliter interius completur pro facto reputatur,quantum ad passionem geennę.voluntas vero plena respectu corporalis peccati quod exercetur in corpore uel per corpus pro facto reputatur quantum ad generalitatem pęnæ, quia tali voluntati adiungitur concupiscētia vt in voluntate plena adulterandi, vel ira in voluntate plena occidendi,quæ sunt passiones partis sensibilis, quæ fundatur in corpore,& ideo punitur ista voluntas,sicut factum generalitate pęnæ quis in spiritu in sensibilitate & in carne. Quantum vero ad intentionem pęnæ, non videtur quid reputari pro facto,causaque est voluntas in peccatis, quæ exercentur in corpore, vel per corpus solet intendi in facto,intentioni autem voluntas respondet,intentio pęnę. ¶Quibus habitis dicendum est ad rationem.dicitur ergo secundum eum & magnum Albertum,quod sicut pęnæ tēporales & pęnę ęternæ quantum ad pænas temporales quæ

Primum ar. — Secundū ar. — Tertiū arg. — Opponit in contrarium — Respondeo — Prima conclusio. — Secunda cō clusio. — Ad primū argumen. — Ad secundū — Ad tertium — Ale.de hal. — Albertus.


inferuntur à iudice seculari vel ecclesiæ non reputatur voluntas pro facto,nisi vbi nocumentum infertur proximo, quantum vero ad pęnas æternas quę inferuntur a Deo voluntas nocendi proximo pro facto reputatur,cum distinctione quæ supra reputatur,seu dicta est. vnde nota quod factum duos habet respectus,vnum ad facientem,& illum cui fit factum,aut ad illum cui fit,& nocet,habet pęnam in iudicio seculari,vel ecclesiastico,quod respicit manum. factum vero facientis punitur a Deo qui attendit animam,& quo ad hoc voluntas reputatur pro facto.

1 *Voluntas sine effectu punitur.*
2 *Virgines sacræ non possunt nubere.*



SI quis. Hęc lex fuit Imperatoris Iustiniani,habetur. infra 36.q.2. [attentare] id est aliquo actu exteriori quo deprehēdi & probari valeat voluntas.est arg.† quod volūtas sine effectu punitur.vt infra eo. si quis pulsatus.Hu.[matrimonium de facto]† quoniam sacrę virgines nubere nō possunt.27.q.1.per totum [capitali] hoc secundum leges.& 27.q.1. si quis rapuerit sed secundū canones talis excommunicatur si sit laicus,si clericus est deponitur.27.q.1.si quis episcopus Hug.ergo qui hic. — Exponit literam.

1 *Togati qui dicebantur,& quare.*
2 *Iudeus an possit postulare pro se.*



NEmo. Lex ista quæ durat vsque ad legem quisquis.ad idem tendit.in hac lege loquitur Imperator Leoni pręfecto pretorij, & statuit,quod nec in foro eius,nec alibi in ciuitate vel extra aliquis exerceat officium aduocationis,nisi sit baptizatus. Et potest diuidi hoc capitulum in quatuor partes:in prima instituit legem pręfatam.in secunda præfectus admittens aliquem ad officium aduocatus non Christianum punitur in centum libras auri.in tertia punitur ille,qui contrafecerit, vt præscriptis omnibus bonis in exilium perpetuum mittatur.ibi, quicunque.in quarta punitur rector prouincię, sub cuius administratione fuerit factum vel attentatum,qui ammittet dimidium bonorum suorum, ibi sciturіs etiam [togatorum].id est aduocatorum† qui dicebantur togati a toga quadam veste, quā vtebantur.Arch.[mysterijs]& sacramentis, & nisi fuerit imbutus sacramento baptismatis,quæ lex videtur multiplici ratione rationabiliter instituta iuxta Hu. Primo in verecundia illorum qui non sunt baptizati,vt sic facilius & citius ad baptismum concurrent.¶ Secūdo quia forte sub tali conditione seu occasione Christianis iniuriā facerent:qua de causa publica officia interdicta sunt iudeis 17.q.4.constituit.& di.54.nulla.& consimili causa constitutum fuit ne iudei vel saraceni Christiana mancipia[in domibus] in domibus permittebantur habere,vt extra de iudeis cum sit.& c.ex speciali.¶ Tertio causa potest assignari quia si iudei aut sarraceni essent aduocati Christianorum, aut super eos publica officia exercerent Christiani eis astrigerentur, quod Christianæ fidei esset contumeliosum & sacris canonibus contrarium,vt in allegatis patet.¶Quarto causa potest esse præfatarum legum, ne.s.propter nimiam familiaritatem iudei aut saraceni corrumperent Christianos.dicit autem Hū.quod non credit,quòd prohibitio ista habeat locum nisi in causis,quæ tractantur coram iudicibus Christianis.& inter Christianos. ¶ † Sed nunquid iudeus potest postulare pro se. dicit gl.quod sic.ar.17.q.4.iudas.& extra de iudeis.iudei[sinautem]ista pars secunda[attentatum scilicet aliquo exteriori actu,etiam si non fuerit secutus effectus,propter hæc lex indicitur.Hu.[quicūque] tertia pars[stylum]idest pęnam[sciturіs]quarta pars, pęnā hanc imponere potest iudex ecclesiasticus vt legitur & notatur.3.q.4.hi qui.Archi.

Diuisio. — Archidi. — Hugu. — Quæstio. — Archid.


1 *Cogitans de morte principis qualiter puniatur.*



QVisquis. Vel si quis. ad idem inducitur ista lex integre ponitur. 6. qō. 1. §.verum.pro nunc summa legis est quòd cogitās de morte principis cum militibus vel priuatis vel barbaris hostibus. scilicet scelestam. id est facinorosam ingerit factionem.id est conspirationem eadem seueritate puniatur,ac si ad effectū intentasset & eandem seueritatem, hoc est speciale in hoc casu.glo alias secus infra.eo.cogitatio.

2 Telum

1 *Telum est generale nomen cuiuslibet rei qua aliquis poßit alium lædere.*
2 *Lex cornelia de sicarijs quos puniat.*
3 *Sica quid dicatur.*


SI quis cum telo. Tertia ad idē inducit lex ista, quę dicit ꝙ tentans necare hoīem, punitur etiam si non sequatur effectus[cum telo]† gn̄ale est nomen cuiuslibet rei, qua aliquis pōt aliquem lædere, vel nocere, siue sit gladius, vel cultellus. vel palus, vel lancea, vel claua, vel fustis. vt insti. de publicis iudicijs. Hu.[cā necandi] etiam si non sequatur homicidium. Hu.[securis qui hoīem] subaudi volēs & sciēs. Hu.[dolo] qui ī lege cornelia de sicarijs reputaē ꝓ facto. vt. ff. ad l. cor. de sica. ī lege. Hu.[cōmissum]. i. homicidiū erit perpetratū[legis corneliæ]. i. vltimo supplicio† lex. n. illa de sicarijs nō solum punit hoīem qui volēs occidit hoīem, sed & illū cuius dolo malo factū est homicidiū, & illū qui cā occidēdi hoīem vadit cū telo[de sicarijs]† sica dr̄ quasi seca & asecādo, & est cultellus feriēs. inde sicarius, qui telū hmōi portat ad interficiēdum.

Exponit literam.

Hugutio.

1 *Aggrediens infantem animo eum necandi, etiam si non necauerit punitur pœna capitali.*
2 *Voluntas & conatus sine effectu puniuntur.*


SI quis infantis. Ad idem inducitur lex ista, q̄ vult † ꝙ si quis aggressus fuerit infantem aīo eum necandi ēt si eū nō necauerit pœna puniaē capitali. ¶[Piaculū]. i. crimē, ꝙ ad pietatē cōmouet, vel qđ est sanguinis effusione piādū[aggressus] nō ergo fuit volūtas cōtēta suis finib. & est
2 ar. † ꝙ volūtas & conatus sine effectu punit̄. vt in lege sequē.

Exponit literam.

1 *Testes minus idonei aliquando recipiuntur propter inopiam probationum.*


SI forte mulier. Ad idem inducit̄ lex ista, q̄ vult. ꝙ si vxor maritum vel maritus vxorem. ¶ Inueniaē] aliquo. s. iudicio, siue aliquo actu exteriori voluisse occidere, sed non sufficit ad plenā ꝓbationē ꝙ serui vtriusq; vel familia[q̄ tunc tpis domū cuiuscunq; sint conditionis, seruus posit testificari contra eos[tunc tpis] quo. s. maritus vxorem, vel econuerso voluit occidere. alia. n. familia. s. tunc absēns non reciperet. s. cōtra dn̄os, in tali casu quia absentes non est verosimile de hoc habuisse notitiā, sicut est de seruis[tunc tpis]. i. præsentib. [defensione]. i. exceptione. non. n. poterit excipi contra eos:& sint serui, vel ancillæ, dicit aūt hic Hu. ꝙ hoc quod hic dr̄ intelligendum est, qn̄ ex alijs indicijs res patet, sed non ad plenum. alias non reciperent in hoc casu, si nullū criminis staret vestigium. vt 12. q. §. in patronos. & hoc ipsum habeē ꝑ
1 hoc ꝙ dr̄ hic. [inueniaē]& est ar. † ꝙ propter inopiā ꝓbationum qn̄que minus idoneæ recipiuntur. ar. 4. q. 2. item serui.

Exponit literam.

Hugutio.

1 *Iniuriarum tenetur qui masculum vel fœminam liberæ vel seruilis conditionis impudicum facere tentauerit.*

SI quis masculum. Ad idem inducitur hæc lex, statuit † ꝙ si quis masculum vel fœminā liberæ vel seruilis conditionis impudicum facere tentauerit iniuriarum teneaē. similiter qui ꝑcutit, vel facit, vt aliquis ꝑcutiaē iniuriarū teneaē. Et pōt diuidi in quatuor partes. In prima ponit sicut dictū est iniuriarum teneri, qui masculum vel fœminā impudicā facere tētauerit. In secūda ostendit̄ ꝙ eadē lex ēt locum habeat si quis seruum suū impudicū facere attētauerit ibi, sed & si serui. In tertia declarat quid dicatur attētare pudicitiā alicuius ibi: attētari pudicitia dr̄. In 4. dicit nō solū teneri iniuriarū, q̄ iiuriā facit, sed ēt qui iniuriā fieri ꝓcurauerit ibi: nō solū attentauerit[aliquo exteriori actu]. s. adulādo. promittendo, solicitādo, vel alio modo[mala]. i. maxilla. & idē si sit aliud mēbrum[pugno] idem si alio mēbro siue alia re.

Diuisio.

SI quis pulsatus. Ad idem inducitur hæc lex quæ vult ꝙ eleuans pugnū, vel alterum membrum, vt alterum ꝑcutiat teneaē iniuriarum, etiā si non ꝑcutiat. [pulsatus]. i. ꝑcussus. Archi. [leuare] ad percutiendum[vapulaturus]. i. verberandus [non tamen percussus iniuriarum actione tenetur]. i. habet actionem leuantem contra se manum vel si referatur ad leuantem manum exponitur. [tenetur]. i. obligatur.

Exponit literam.

Contra. Iuxta diuisionē positā ꝑ nos supra, hic est secūda pars primæ partis principalis, in qua intendit ꝓbare magister Grati. ꝙ ꝑ sola voluntate nullus puniatur:& ad hoc inducit quinq; leges. prima est quæ sequit̄.


COgitationis &c. Idest pro sola cogitatione, vel volūtate nullus punit̄. s. ab hoīe. sed bn̄ à Deo. Hu. Ratio huius superiori in q̄stione assignata est. intelligitur aūt lex ista de cogitatione siue voluntate suis terminis contenta, & sic tollitur contra supra. eo. si quis non dicam, Archid.

Archidiac.

1 *Solicitans vel interpellans vxorem alterius vt secum coeat, vel ei nubat, etiam si effectus non sequatur, punitur.*

SOlicitatores &c. Ad idem quodammodo inducitur lex ista, quę
1 constituit † quòd si quis solicitat vel interpellat vxorem alterius, vt secū coeat, vel ei nubat, ēt si effectus non sequaē, punit̄. ¶ Solicitatores nuptiarum]. i. qui solicitant alienas vxores, vt secum eis coire patianē. [interpellatores matrimoniorum]. i. alienorum. i. qui interpellant alienas vxores, vt sibi matrimonialiter saltem de facto copulentur. [extra ordinē]. i. extraordinarie. s. ꝑ arbitrio iudicis, qa non est certa pœna statuta in tali casu. Hu. & ita nō tm̄ punit̄ q̄tū effectus fuisset secutus. Sed vr̄ ꝙ hæc lex incōpetenter inducit̄ à magistro ꝑ ista parte, cum videaē corroborare magis aliā partē cōtrariā. s. ꝙ volūtas sine effectu hic punit̄: sed nō tm̄. & hac rōne cōpetenter inducit̄, ꝙ voluntas sine effectu hic non punit̄. s. tm̄, & eodem modo est in sequētib.

Exponit literam.

Hugutio.



QVi puero. Ad idem inducitur hæc lex, quæ dicit, ꝙ qui masculum vel fœminam ad stuprum interpellauerit, & qui vt hoc fiat operam dederit. s. domum, vel ꝑtium præbendo, vel aliquid faciēdo, si effectus fuerit secutus in insulā deportabit̄. Et pōt diuidi in tres partes secundum tres punitiones quas ponit. primo si effectus est secutus, ꝓcipit capite puniri interpellatorē stupri. Secundo si non est effectus secutus, ꝓcipit illū in insulā deportari, ibi. s. imꝑfecto. Tertio si effectus secutus est, ꝓcipit ꝙ corrupti summo supplicio puniant. ibi, corrupti. [Puero abducto]. i. separato[corrupto]. s. ꝑtio[comite]. i. socio quasi siue ꝑ seipsum, siue ꝑ socium, [aut mulierē]. i. viduam[aut puellā]. i. virginē[interpellauerit] de stupro[domum] in qua fiat stuprum[quæ]. i. vt ꝑsuadeat. i. qui vult stuprum cōmittere. Hu. vel is qui accipit ꝑtium. Arch. [imꝑfecto]. 2. pars. i. effectu non cōsecuto, tunc minus punit̄ ab hoīe seculari, & ab ecclesia hic similiter sicut in præcedenti lege habitum est, quòd voluntas sine effectu non punitur, s. tantum quantum si sequeretur effectus.

Diuisio.

Exponit literam.

Hugutio. Archidiac.

1 *Fur accipiens modium vel sextarium frumenti an committat furtum totius acerui.*


VVlgaris. Ad idem inducit̄ ꝑsens lex, q̄ habet̄. ff. de furtis. in qua proponit̄ quæstio.
1 ¶ Vtrum quis faciat furtum totius acerui frumēti, cuiusmodi sextarium modium, vel aliq̄ partē furaē, & respondeē s̄m sn̄iam Ofidij & Trebacij eum facere furtum totius acerui, sed tn̄ nō teneri actione furti, nisi de eo ꝙ abstulit. Et pōt diuidi in tres partes. In 1. mouet q̄stionē. In 2. ponit opinionē iurisconsulti. Tertio ponit verā rōnē. 2. ibi Ofidius. 3. ibi, sed verū. ¶ Pro declaratiōe ꝑsentis q̄stionis opus est distīctione vt dicit Hu. qa fur vel pōt ferre totū. s. aceruū vel totā segetē, vel totū volucrū, siue armariū, & hmōi, vel nō pōt ferre totū. Itē aut cōtrectauit aīo furādi, aut nō furādi, sed cā tētādi q̄ rē posset leuius & tutius ferre. Si ergo pōt totum ferre, siue habeat aīum furādi totum, siue nō, tot us acerui vel segetis vel armarij facit furtū, q̄uis partē tm̄ auferat. sed nō pōt cōueniri actione furti, nisi de eo, ꝙ abstulit. si vero nō pōt ferre totum, non facit furtum, nisi illius, qđ aufert. q̄uis habeat aīum auferēdi totū, nisi contrectauerit animo furandi, si. n. contrectat animo furandi, q̄uis postea pn̄ia ductus non auferat. tn̄ non desinet esse nocens. si vero contractat non aīo furādi, sed cā tentandi q̄ rē posit tutius & leuius ferre, non facit furtum, nisi eius, ꝙ aufert. hæc oīa ex magna parte colligunē. ff. de furtis. l. vulgari. §. sed hi. Sequitur in litera[totius rei]. i. acerui. [Ofidius]. 2. pars. [totius acerui furem putat]& hoc de iure scripto, & si totum ferre potuit, quāuis nō habuit animum furādi totum[sed verum est]. 3. pars. [verum est]. s. de æquitate. [Nam & si quis] ꝓbat quod

Quæstio
Respondet
Diuisio.

ꝙ totius faciat furtum, nam & ita merito est: sicut dixi cum totum potuit ferre. Nam vbi nō pōt ferre totum, aliter est. Hu. [contrectauerit] aīo furandi, secus si contractauerit non aīo furandi, sed cā tentandi, quā rem posset leuius ferre, vel si non cōtractauerit nisi illud, ꝙ abstulit [quo destinauerat] ferre furtum [deprehēsus fuerit] in itinere cū furto, si inquā ita fuerit, tunc totius rei fur erit pro parte manifestus, & pro parte non manifestus. Et non vt inquit Hu. ꝙ vnam & eandem rem vocat hic totam massam acerui, vel segetis, vel volucri, vel armarij, & illius rei totius est fur manifestus respectu partis, quā tulit, & cum qua deprehensus est. [& fur non manifestus] respectu alterius partis. s. quam cōtractauit & dimisit, & hoc prouenit ex snīa Trebacij & Ofidij dicentium totā rem tangi cū eius pars tangit, nec improbat snīa illorū Hu. [eiusdē rei]. i. totius armarij, ꝙ contractauit aīo furād: vel [eiusdē rei.]i. totius segetis, q̄ secuit, & contractauit [manifestus] respectu illius rei, cū qua deprehendit [nec manifestus] respectu illius partis, q̄ secauit, contrectauit, & dimisit. hic Raymundus ponit in summa sua duas species furtorum .s. aliud est manifestum. s. cum quo fur deprehenditur priusquā veniat ad locum determinatum. Aliud non manifestū, cum quo fur non comprehenditur, vt. ff. de furt. l. 2. & 3.

Hugutio.

Raymun.

1 *Ordinatio quando dicatur facta per executorem.*
2 *Inchoatum non habet illum effectum, quem haberet consummatum.*




Aec autem verba Hæc verba vt inqt Hu. sunt verba prætoris contra illum, qui præest iurisdictioni statuentis in alium ius iniquum. Hæc. n. verba prætoris proprie intelligūtur de iniquo iure, statuto vel impetrato contra aliquē aliū eodem iure, vti contra se patiatur. nihil. n. æquius est, quàm necis artifices arte perire sua. & ꝙ quis inducit pro se inductum contra se non debet reprobare. ar. dist. 18. ca. 1. & 4. q. 3. si quis testibus. pōt ergo hoc. c. diuidi in tres partes. primo ponit ꝙ verbum statuit rem perfectam significat. Secundo ex illo concludit siue elicit. 2. ibi, & ideo. in 3. conclusum siue elicitum confirmat. 3. ibi: nam statuit cum effectu. ar. ꝙ
1 tunc demum dr̄ facta ordinatio p executorē, qn̄ facta est cū effectu. ar. de clericis nō residentibus. relatū. nec intelligi t̄ suo officio functus, quousq; sit ordinata cū effectu ecclesia. quod verū est s̄m Inno. & sic no. extra de offi. delega. super eo. & in c. in literis. & de re iudic. c. 1. Arc. [decretū] alias ædictum, sed prætoris. Hu. [cessat circa illū] & est argumentū. voluntatē siue conatum siue effectū nō puniri. vt supra. eo.
2 di. cogitationis. & est ar. aliquod incohatū non habere illū effectū, quem haberet consummatum. ar. 34. c. vlti. Hug.

Diuisio.

Innocētius archidi.

1 *Puniri regulariter non debet quis pro sola voluntate.*



Oenæ &c. Sequit̄ tertia pars primæ partis principalis, in qua contra rietatem legum procedentium de sola voluntate punienda vel non punienda soluit. & potest diuidi hoc. c. siue. §. in duas partes secundum duas solutiones, quas ponit. secunda ibi infra in §. cogi
1 tatio. Prima est ꝙ regulare est ꝙ pro sola voluntate nō debet quis puniri, sed speciale & causale est, ꝙ in quibusdam casibus voluntas punitur. ergo pœnæ voluntatis in quibus casibus inueniuntur determinatæ à lege vel à canone tolerandæ sunt. sed ad alia trahi nō debēt, præsertim cum oēs pœnę potius diminuendæ, q̄ augmentandę. quod magister Gratianus authoritate legis ostendit dicens. ¶ Pœnæ molliendæ] .i. temperandæ, diminuendæ, non extendendæ. Hu. ergo pœnæ voluntatis non sunt extendēdæ. sed tm̄ in casibus à lege vel à canone notatis tolerandæ [exasperandæ] nisi ex cā qm̄ qn̄q; ex cā exasperant̄, & augent̄. tū pp multitudinē crassantiū. vt. ff. de pœnis. l. aut facta. §. 2. tum pp rōnem psonarum vt. ff. de pœnis capitalium. §. vlti. tum pluribus alijs de causis pœnæ qn̄q; exasperant̄. vt. 15. q. 8. hi qui [cum atq; ideo] verba sunt Gratiani. [pprium]. i. spāle [cassum]. i. notatū. s. à lege vel canone. non excedunt de raptu virginum supra. eo. si quis nō dicā. [aduocatis] supra eo. nemo. [de crimine] supra c. quisqs. [de sicarijs] supra. c. si qs. [Fauore religionis] quo ad raptū virginitatis [fidei] quo ad aduocatos, & crimē læsæ maiestatis [od o] quo ad sicarios, & ideo pœnæ volūtatis in istis casibus & quibusdā alijs ex cā introductæ non debent vltra istos casus extēdi, nec trahi ad cōsequētiā [iniuriarū vero] qua re vero in crimine iniuriarū nō ita assignet̄ certa pęna, sicut in pfatis criminibus supponit, quia pro varietate iniuriarū est multiplex pœna pœnarū. quod ostēdit per legē sequētē.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Conuicium quid dicatur.*
2 *Maledictum omne non dicitur conuicium, sed solum quod fit cum vociferatione.*
3 *Emansor quis dicatur.*
4 *Furtiuus quis dicatur.*
5 *Effractor quis dicatur.*
6 *Rixa quid dicatur. Et quid crassatura.*
7 *Expoliare quid dicatur.*



Vt facta. Lex ista introducitur ad ostendendum, ꝙ pro varietate iniuriarū sit varietas pœnarum. Et diuiditur in duas partes in gn̄ali. In prima ponit quatuor genera puniendorum. s. factum, dictum, scriptum, & consilium. In secunda dicit illa quatuor genera puniendorum, esse consideranda septem modis, ad hoc vt videat̄ qualiter sit punienda. s. qn̄que magis, qn̄q; minus, qn̄q; nullo modo, & exemplificat de oībus. ¶ Conuicia] dr̄ cum citatione, quasi cōcitatiuum, vel dr̄ à conuentu. i. collatione vocum. s. cū in vnum plures vo-
1 ces conferunt̄. conuicium. n. nō fit nisi cū vociferatione nō ergo oē maledictū est cōuiciū, sed id solū ꝙ cū vociferatione dr̄, vt. ff. de pœnis. l. itē apud labeonem. §. conuiciū. Hug. [infidæ aduocationes]. i. nō fidæ. i. sine fide, vt cū aduocatus pu aricat̄, vel alias infideliter exercet officium suum, Hu. [vt falsa.]. s. instrumēta [famosi libelli] de his habetur supra. 5. q. 1. aut cōsilia in fraudē data, & qn̄ alias nō erat facturus. alias non teneret̄ quis de tali consilio, quod dicit & satis notatur extra de sent. excom. nuper. §. in secunda. [conscientia latronum]. i. receptio latronū. s. cum quis sciens recipit eos, & ita est eorum conscius. quia ita punit̄, vt ipsi latrones. ff. de receptoribus pessimum [quosq;]. i. aliquos [monuisse]. i. ad aliqd̄ maleficium impulisse, siue receptaculum, vel aliud auxiliū ad malum eis dedisse. Hu. [instar est sceleris] ad quod suadēt vel auxilium pbent. Hu. [Sed hæc] secunda pars. hic ponit. n. septem illa, cum quibus illa. s. facta dicta scripta & consilia sunt consideranda quæ sunt causa. [Primo consideranda est cā] vt in verberibus, quæ si sunt illata a magistro vel parente impunita sunt, quæ videntur facta emendationis aīo. puniūtur autem ab extraneo, qui nullam habet ptātem verberādi super eum. ¶ Secundo est consideranda persona, & hoc dupliciter. s. illius qui fecit, & illius qui passus est. [in huius rei] .i. ad hāc considerationem de psona ptinet etiā ætas facientis & eius qui patit̄. ¶ Tertio cōsiderādus est locus. nā ex loco discernitur an sit furtum simplex, vel an sit sacrilegium. ¶ Quarto considerādum est tps. quia p hoc discernit̄ eman
3 sor a furtiuo. emansor dr̄ qui propria volūtate diu vagatus postea ad castra reuertebat̄. ff. de re mili. l. 3. [hunc tps discer
4 nit a furtiuo] furtiuus est qui latenter moratur in aliquo loco, causa exercendi maleficij, & cito reuertitur ad castra, [&
5 etiā tps discernit effractorē] effractor est ᵃ qui frangit carce
a re, vel aliud, vt euadat. vel alia loca, vt inde aliquid surripiat [& furem diurnum & nocturnum.] Aliter. n. sunt puniendi diurni, & aliter nocturni. ¶ Quinto consideranda est facti qualitas. i. quam atrocius vel leuius factum sit, vt furta manifesta acrius puniuntur. quia vt inquit gl. in quadruplum, quam non manifesta. quæ vt dicit gl. puniuntur in duplum.
6 Item per hoc discernitur rixa a crassatura. Rixa ᵇ est quidē
b conflictus altercantium. crassatura est violentia illata crudeliter a latronibus, vt in nemoribus, & huiusmodi, & dicitur a crassor crassaris, quod est seuire. Item per hoc discernuntur spoliationes a furtis. expoliare est res iacentis hæreditatis
7 subtrahere, antequam adeatur ab hęrede, nec est hic furtum quia non tractat res aliquas inuito domino. quia nescitur quis dominus sit. vt. ff. de furtis rei hæreditariæ. ff. de effrac. expi. l. 2. tamen hic grauius punitur, quàm aliud furtum, vt inquit Hugu. Item per hoc discernitur petulantia a lasciuia id est, violentia. i. quod fit per quandam lasciuiam ab eo qd̄ fit per violentiam. ¶ Sexto consideratur quantitas, pro qua consideratione inducit authoritatem Demosthenis, per quam considerationem discernitur fur ab abigeo. ¶ Septimo expectabatur [euentus] id est, si res habeat effectum [à dementissimo] alias clementissimo si litera est clementissimo, tunc est sensus q si quis clementissimus. i. pijssimus portat gladium, etiam de nocte, non præsumitur, ꝙ faciat causa mali,

Diuisio.

Exponit literam.

Hugutio.

a ¶ Effractor est. Adde te. in l. 3. §. 1. ff. de off. pfec. vigi. & ibi la te scribētes.

b ¶ Rixa adde ꝙ rixa intelligitur de facto nō verbis tm̄. l. si ex plagis §. 1. ff. ad l. aq. & in l. si ī rixa. ff. de sic. Panor. in c. 1. ne cle. vel mona. Et cā rixæ ēt tpe feriato agit Spe de peti. & poss. 1 pri. verticu. sed pone.

sa mali,& ideo non imputabitur,nisi sequatur in factum,& ipso facto præsumitur, q fecerit casu,& non a proposito:& ideo in tali facto spectatur euẽtus.i.id quod fit, vel sequitur & inde,non voluntas.quia præsumitur in contrariũ.s. q nõ voluntate,sed casu factum sit.vnde minus punitur . eodem modo potest dici a dementissimo,sed in alijs personis est cõtraria præsumptio.vnde si quis alius cum telo ambulauerit causa necandi hominẽ,punitur quasi occiderit,& hoc quãquam in alijs personis lex Cornelia de sicarijs nõ minus puniat:hic.n.vtpote in maleficijs non expectatur euentus : sed voluntas,& ideo quia euentus expectabatur in factis a dementissimo vel clementissimo exilio voluntario id est, pro motu & voluntate iudicis:quia non erat tempus determinatum in tali exilio,vel voluntario,id est,pro motu & voluntate,quantum ad locum,in quo esset in exilio,& inde supponit exemplum Homeri apud græcos.



Cogitatio. Hic ponitur.2.solutio prædictæ contrarietatis legum inductarũ, quæ melior est ac veracior.dicit.n.q voluntas nõ punitur ab hoĩe,cum sit cõtenta suis finibus,quo casu intelliguntur & leges & canones quæ dicunt voluntatem non puniri,s.ab hoĩe:sed cum non est contenta suis finibus,punitur etiam ab hoĩe, quo casu intelliguntur & leges & canones asserentes voluntatem puniri ab hoĩe , vt in primis casibus & similibus.dicit ergo[cogitatio subauditur vel quasi,prædicta cõtrarietas ita potest solui,vt dixi, vel sic solui põt.hoc est cogitatio siue voluntas non meret . pœnã. s.ciuilẽ vel ecclesiasticã,quo ad hoĩem cum.2.dr aũt finibus suis contentari,dũ non procedit ad aliquẽ actũ exteriorem. Hu.& tũc manifestũ est, q nõ punit ab hoĩe,nec põt, cũ sic supra diximus lateat,& pbari nõ possit .secreta.n. delicta & latentia Deus iudicat solus.di.32.erubescãt.& 32.q.5.Christiana.sed tunc nõ cõtẽtatur suis finibus,sed excedit eos,cũ ad actum exteriorẽ pcedit,puta,tribuit consilium , mittit, promittit,dat,adiũgit sibi sociũ,vel socios, & multa similia vt qđ vult fiat,& tunc voluntas & a lege & canone punitur in multis casibus,si pbata fuerit,probari aũt põt per hmõi extrinseca,quæ ipsa fieri cõpellit.[discernuntur tñ &c. quia in maleficijs spectatur volun as,& non exitus , vel effectus, aut aĩus in perseuerantia.in alijs vero secus est, [quæ de iure effectum desiderãt].i.habẽt,in quibus maximus aĩus in perseuerantia attenditur,vt est matrimonium,consecratio,emptio,venditio,& huiusmodi,quæ oĩa de iure habẽt effectũ.

Exponit literam.

Hugutio.

1 *Diuortium requirit animi iudicium.*



Diuortium. Hanc inducit legẽ ad probãdum,& ostendendũ, q in alijs maleficijs animi iudicium consideret dicens,
1 †q diuortium requirit animi iudiciũ.i. firmũ propositum,& deliberationẽ.vnde non dr esse factũ si nõ pseuerauit factum , fiant non est in maleficijs,qm̃ in illis nõ consideratur,pseuerantia, vel iudicium animi,siue propositum firmũ,sed sufficit si affuit voluntas,etiã si incontinenti pœniteat,nõ desinet esse nocẽs. vt.ff.de furtis.si ea diuortium.construe[sit verũ].i.ratũ & legitimũ nõ est,nisi illud quod aĩo[& ad discessionẽ.]i.separationẽ iudiciũ].i.firmũ ppositũ, siue deliberationẽ animi habuisse.Hu.hinc ad ostẽdẽdũ q fit calore iracũdiæ,non haberi ratũ nisi perseuerantia appareat animi iudiciũ fuisse. Inducit canonẽ,si qs qui habet.2.q.3.si qs. ibi vide plenius.

Exponit literam.

1 *Consilium plus est quam voluntas suis terminis contenta.*

Ex consilio. Hic incipit quarta pars primæ partis principalis,iuxta diuisionem prius p nos positam, in qua magister Gratianus reuertitur ad propositum probãs, q sola cõtritio sufficiat sine cõfessione ad remissionem peccati,& inducit ad hoc q consiliũ peccãdi pro opere reputatur,& hoc per capitula sequentia , vbi considerãdum.q cũ cõsiliũ dare,vt hic sumit,sit persuadere,& impellere, & instruere ad faciendũ aliquid ministeriũ. pbe
1 re,siue adiutoriũ.vt.ff.de fur.l.in furti.Hu.patet manifeste q consiliũ plus est q̃ voluntas suis terminis cõtenta.[Ex cõsilio.]quasi non solũ ex volũtate , sed ẽt ex consilio tenetur quis,quasi ex facto.Hu.vnde etiã sm apostolũ Ro.1. nõ solũ facientes digni sunt morte,sed qui faciẽtibus cõsentiunt.

Hugutio.

3 *Mandatum,non occides dupliciter intelligitur.*
4 *Lex vetus qualiter dicatur non prohibere animum.*
5 *Christus quare debuit illudi,flagellari,& crucifigi a gentilibus.*
6 *Verba Iudæorum,nobis non licet interficere quenquam multipliciter exponuntur.*



Periculose. In capitulo præsenti q est beati Augustini super Io. magister Gratianus occasione huius quod supra dixerat, q quis ex consilio peccandi teneretur quasi pro facto inducit q homicidæ dicuntur etiã qui consiliũ dant ad homicidium faciendum.Et diuidit in tres partes. quia in prima ponit q dictũ est.in 2. illud probat ex historia & verbis Euangelicis de morte Christi,& authoritate pphetæ.in 3.cõcludit, q etiã illi qui solo cõsilio in mortibus hoĩm interuenerunt, debẽt se pœnitentiæ subijcere.2.ibi:nã Iudæi.3.ibi,subijciãt ergo. p pleniori intelligentia huius capituli veniunt duo q̃rẽda.

Diuisio.

1 ¶Primum est, vtrum ex consilio sit quis iudicandus homicida,siue vtrum consulens aliquem hominem occidi sit reus homicidij.
2 ¶Secundum est, vtrum homicidium ex consilio sit diuina lege prohibitum.
1 Ad primum Sic proceditur.†Et vr̃ q ex cõsilio occidendi non dicatur quis reus homicidij.¶Primo sic.nullus est dicendus reus homicidij, qui consuluit diuinã legem adimpleri,sed diuina lex præcipit Deutero.22.aliquos homines de medio tolli,siue occidi.ergo cõsulens hoc fieri non peccat:ergo ex consilio non est quis dicendus reus homicidij.¶Secundo sic.miles qui iussu potestatis sub qua legitime est constitutus occidens hominẽ, nõ est reus homicidij.vt in c.miles.23.q.5.ergo minus erit reus homicidij consulens.alias omnes assessores & iurisco sulti assistentes iudici in causa mortis hoĩm,fierẽt rei homicidij. quod non vr̃ dicendum.¶Tertio cõsulentes & exhortãtes homines ad bellum contra hostes aut patriæ , aut ecclesiæ, non incurrunt reatum homicidij , licet in bellis illis multa contingant homicidia.vnde ẽt in antiqua lege mãdabatur Deut.20.q sacerdotes tubis in bellis clangerent. ergo vr̃, q consulens aut exhortans hoĩem occidi non sit dicẽdus reus homicidij.¶In oppositum ar.ex textu pñtis capituli , vbi dicit Au.sup Io.periculose se decipiunt , qui existimant eos homicidas tñ esse,qui manibus hoĩem occidunt,& non potius eos,p quorum consiliũ fraudẽ & exhortationem hoĩes extinguunt.¶Rñ.aĩaduertẽdum est hic quid nomine cõsilij accipiẽdum sit.dicimus.n.consilium non accipit p simplici opinione,aut simplici expressione iudicij sui,quia quis quærẽti alicui in gñe an licet iudicẽ talẽ vel talẽ malefactorẽ occidere,rñderet q sic.sed cõsilium accipit hic pro consilio exhortationis,vel approbationis suasionis.vnde Inno.in gl.super c.audientiã.extra de homi.dicit,sic intelligit consilium vel mãdatum dedisse in mortẽ alicuius,qñ suasit illud, vel rogauit,vel mãdauit,vel alias cõsuluit vtilitatẽ q̃ seq̃ret ex homicidio ostẽdendo.¶Quo notato sit ista cõclusio.Cõsulens.i.siue pcipiens homicidiũ hoĩs innocẽtis , siue hoĩs q iure occidi nõ debuit,est homicida dicendus , siue reus homicidij.Ista cõclusio multiplici authoritate probat,primo authoritate præsentis capituli,vt dictum est. ¶Secundo ex illo quod habet Matt.2. q videns Herodes q illusus esset a magis,iratus est valde,& mittẽs occidit oẽs pueros . &c. vbi occisio paruulorum magis impntat Herodi pcipiẽti occidi, q̃ ministris,qui manibus occiderunt.¶Tertio patet Mar.6. vbi dr, q Herodiades volebat Io.occidere. hoc aũt nõ fecit manibus,sed consilio,& suasu.vnde ipsa suasisse legitur filiæ suæ, q peteret caput Io.vt ibi dr.¶Rõne sic probat conclusio.Consulẽs occidi hoĩem innocentem, siue eũ qui occidi non debet,cõtra legẽ cõsulit dñi dicentis.Exo.13.innocẽtẽ & iustũ nõ occides.ergo sequit q consulẽs talis sit reus homicidij.¶Quibus habitis dicendũ est ad rõnes in oppositũ factas ad quas vna rñsio sufficit.dr q rõnes illæ pcedant de occisione maleficorum hominum qui authoritate diuinæ legis per eos qui publica potestate funguntur occidũtur,in qua nec consiliarij nec iudices nec etiam milites exequẽtes sunt rei homicidij.iuxta.c.allegatum miles.23.q.5.&.ca.cũ minister.&c.Conclusio vero & tex. præsentis.c. loquuntur de occisione innocentis hoĩs, siue eius qui occidi nõ debuit quæ sola prohibet,qm̃ vt dicit S.Tho.in 3.di.48. Non prohibetur occisio simpliciter sed hoĩs,qui mortem pati non debuit.De contractu vero irregularitatis & homicidio hic nõ loquimur,sed in alio loco Deo duce licet parum tangat gl. quia in alio loco Deo duce vlterior erit materia.

Primũ ar.

Secundũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit i cõtrarium.

Respondet.

Innocent.

Ad argum.

S. Thom.

2 Ad secundum Sic proceditur.† Et videtur ꝙ homicidium ex consilio non prohibeatur diuina lege Deut. 20. non occides. sed tantum homicidium manus. [Primũ arg.] Primo ex differentia illa legis & euangelij, q̃ doctores assignant dicentes. ꝙ lex vetus manum prohibeat, non animam. euangelium vero animam. ¶ [Secundũ ar.] Secũdo sic. si occisio ex consilio vel voluntatis esset prohibita in lege: vr̃ ꝙ fuisset facta distincta prohibitio voluntatis homicidij, à ꝓhibitione cõmissionis homicidij. sicut factũ est circa mechiã & furtũ. Nã dr̃ nõ mechaberis. ecce ꝓhibitio actus. Itẽ non concupisces vxorẽ proximi. ecce prohibitio volũtatis. Similiter circa furtũ dictũ est. non furtum facies. ecce ꝓhibitio actus. Item non concupisces rẽ proximi tui. ecce ꝓhibitio voluntatis. Sed non fuit facta similis distinctio in homicidio, cum tñ grauius sit pct̃m, q̃ adulterium, & furtũ. ergo vr̃ quod homicidium voluntatis siue consilij, nõ sit lege prohibitum. ¶ [Opponit & Respondet.] In oppositum est tex. præsentis. c. ¶ Respõ. iuxta magistrũ [Alexander de halis. Bonauen.] Alexãdrũ de halis in 3. & dñm, Bonauẽturã 3 in 3.† ꝙ dupliciter est loqui de intelligentia illius mandati legis non occides. vel secũdum intellectum legislatoris, vel secundum intellectum populi carnalis. Si secundum intellectum legislatoris, tunc dicimus ꝙ tam homicidium voluntatis siue cõsilij, quam homicidium operis siue operationis prohibetur in pręcepto illo, vnde gl. super illud Exo. 22. Nõ occides. dicit, manu, vel mente. Item super illud Deu. 5. Nõ occides. dicit, re, vel voluntate. Si vero loquamur secundum intellectum populi carnalis Iudæorum, sic solum intelligit prohibitum homicidium operis vel operationis. quia solũ putabant prohibitum illud pro quo inferebatur pœna ab ipsa lege. ¶ [Ad primũ argumen S. Thom.] Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad pri-4 mam iuxta S. Tho. in 3.† ꝙ lex vetus dicitur non prohibere animũ, non quia ab oĩ vitio non retrahat, & oẽm concupiscentiam quantum ad genus suum non prohibeat, sed qua non ab oĩ concupiscentia cohibebat per pœnas, sicut facit lex noua. ¶ [Ad secundũ S. Thom.] Ad secundam dr̃ negando consequentiam. quia non est simile de peccato homicidij, & mechiæ, siue furti, & ideo ẽm S. Tho. in 2. 2. q. 122. ar. 6. quia homicidium non est ẽm se concupiscibile: sed magis horribile. quia nõ habet de se rõnem alicuius boni delectabilis. sed adulteriũ habet aliquã rõnẽ boni. s. delectabilis. furtũ ẽt habet rõnem alicuius boni. s. vtilis. bonum aũt de se habet rõnem concupiscibilis, & iõ fuit specialibus ꝓceptis ꝓhibita cõcupiscentia siue voluntas furti & adulterij, nõ aũt concupiscentia siue volũtas homicidij. [Exponit literam.] Litera. ¶ Periculose]. i. in periculum aĩarũ suarum, & illorum, qui eis credunt manibus manus. n. cum sit organum organorum, vt dicit Aristoteles in 2. de aĩa, ponit pro quocunq; alio membro, siue actu exteriori, quo occisio fieri potest. [consilium]. i. persuasionem, impulsionem, instructionem. Hu. [fraudẽ & hortationem]. i. homicidæ, sunt probat. [Nã Iudæi]. 2. pars. [dñm nequaq̃ proprijs manibus occiderunt] sed hoc fecerũt Gẽtiles Pilatus & milites eius, [S. Thom.] vt. n. inquit S. Tho. in 3. parte. q. 48. art. 4. conueniens fuit, vt Christus ab vtrisq;. s. Iudæis & Gentilibus pateretur, & per Gentiles eius passio consummaretur. passus est. n. ab eis tria, flagellationem, illusionem, & crucifixionem, secundum ꝙ prædixerat ipse saluator Mat. 20. Tradent. n. eum Gẽtilibus ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum. † rationem [S. Thom.] 5 vero huius conuenientiæ assignat S. Tho. vbi supra ex eo, & in hoc modo passionis Christus figuratus est, in hoc modo habuit effectus passionis ipsius. Primo. n. passio Christi effectum salutis habuit in Iudæis, quorum plurimi morte Christi baptizati sunt, vt patet Actuum. 2. & . 3. Secundo Iudæis prædicantibus effectum passionis Christi transiuit ad gentes, ideo cõueniens fuit, vt Christus a Iudæis pati inciperet, & postea a Iudæis tradentibus eum per manus gentiliũ eius passio [scriptũ est. n.] Io. 19. [nobis nõ licet interficere quen-6 quam] † hoc multipliciter exponitur vt dicit S. Thom. in 3. parte vbi supra. [Augustinus] Primo quidem vt dicit, sicut dicit Aug. hoc dixerunt Iudæi propter festi diei sanctitatem, quam celebrare inceperant. [Chrysosto.] Secundo vt dicit Chrysostomus hoc dicebãt: quia volebant eum occidi non tanquam transgressorem legis, sed tanquã publicum hostem. de quo non erat eorum iudicare, vel quia nõ licebat eos crucifigere, quia mors crucis erat Iudæis execrabilis. Deut. 21. maledictus omnis qui pendet in ligno. cupiebant tamen iuxta illud Sapiẽ. 3. morte turpissima condemnemus eum, lapidare quod in Stephano fecerunt. [S. Thom. Nicolaus de lyra.] Vel melius dicendum est inquit S. Tho. ꝙ per Romanos quibus erãt subiecti erat eis occidẽ[di] ptãs interdicta. vnde Nicolaus de lyra super hunc locum dicit. ꝙ Romani aliqua minora iudicanda dimiserant eis. s. Iudæis: sed non poterant pro talibus inferre pœnã mortis: quia Romani retinuerant sibi cãm sanguinis, [sed tamen mors domini illis imputatur] & hoc merito [cum illũ lingua sua persuaserunt] & postularunt, & procurarunt interfici importunis precibus instantes & dicentes [crucifige, crucifige eum] vnde ad ostendendum ꝙ ipsi Iudæi lingua sua interfecerũt eũ dicit vnus euangelista. s. Marcus Marci. 22. dñm crucifixum esse hora 3. Alius. s. Io. 19. hora sexta. quia Iudæi crucifixerũt eum hora tertia lingua nã illa hora clamãtes dixerunt cru. cru. cru. eum [milites vero hora sexta manibus] qui. n. hominem tradidit [consilio, fraude, aut exhortatione ad mortẽ:] ille crucifixit eum dño dicente probat hoc authoritate dñi dicẽtis Io. 19. [maius pct̃m habet, qui me tradidit tibi] iste non fuit Iudas, non tradidit Christũ Pilato: sed principibus sacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato ẽm illud Io. 18. gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. horũ tñ oĩum maius fuit pct̃m, q̃ Pilati, qui timore Cæsaris Christum occidit, & ẽt q̃ pct̃m militum, qui timore præsidis & mandato Christum crucifixerunt, nõ ex cupiditate, sicut Iudei, nec ex inuidia & odio. sicut principes sacerdotum. Verba S. Th. in 3. parte nihilominus Pilatus non excusat a pctõ, qui innocẽtẽ in quo nullã cãm inueniebat, morti adiudicauit. potius. n. debuit acquiescere veritati, & iustitiæ, q̃ nequã hoĩm clamorib. [S. Thom.] [Vnde Psal. filij eorũ.] probat authoritate prophetæ, ꝙ Iudæi & si non manibus lingua tñ Iesum occiderunt. [Filij hoĩm]. i. [Psa. 56.] Iudæi laqueũ parauerũt: sed interserit qualiter turbauerũt dicẽs [dentes eorũ]. i. corrosiones eorũ [fuerunt arma] q̃tũ ad cõsilia [& sagittæ] q̃tum ad verba. non ergo se excusent Iudæi: quia & si manus inermes, os tñ armatũ est. vñ subdit [& lingua eorũ vt gladius acutus] dũ clamãt crucifige &c. voces. n. eorum &c. hmõi citam fecerũt mortẽ eius vt gladius, [sub bijciant]. 3. pars & hoc iõ, qm̃ talibus sola pnĩa est via ad impetrandã veniã. vnde beatus Petrus cum mortẽ Christi improperasset Iudæis, & ꝙ eum suspendissent in ligno, illi cõpuncti dixerũt quid ergo faciemus, quibus Petrus respõdit, pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ Act. 2.

1 *Homicidiorum tria sunt genera.*

2 *Detractores & odio habentes fratres suos an veniant dicendi homicidæ, quod sic interpretatiue. nu. 4.*

3 *Occisio hominis & homicidium dicitur duobus modis.*

Homicidiorum. Magister Gratianus, occasione eorum quæ supra dixit de homicidio a tam operis, quam voluntatis, prosequitur de multiplici specie homici-1 diorum.† Vnde in præsenti capitulo introduxit ex authoritate beati Petri tria genera homicidiorum, quorum vnum est eorum, qui propria manu occidunt hominem. de quo genere dicitur Nu. 25. homicida sub testibus punietur. Secundum genus est eorum, qui detrahunt fratribus suis, tales. n. detractores famæ proximi occidere dicuntur eos extinguẽdo eorum bonam vitam, mores eorum lædendo, & corrumpendo, de hoc potest intelligi illud Hic. 21. dentes Leonis. s. detractoris, dentes eius interficientes aĩas hominum. Tertium genus est odientium proximos suos de quo. 1. Io. 3. qui odit fratrem suum homicida est. ¶ Pro pleniori intelligẽtia 2 huius capituli. Quæritur† Vtrum detractores & odio habentes proximos suos dicendi veniant homicidæ. Ad quod sic proceditur. Et videtur ꝙ detractores & odio fratres suos habentes non veniant dicẽdi homicidæ. ¶ Primo sic. illi cõuenienter non sunt dicendi homicidæ, per quos nulli alteri infertur mors. sed per detractores & odio habentes fratres suos nulla infertur mors. patet quia non corporalis non spiritualis cum talis non sit alicui inuito inferri. ergo tales non veniunt rõnabiliter dicendi homicidæ. ¶ Secundo sic. non oĩs qui fratri suo detrahit aut fratrem suum odit vellet ei inferre mortẽ: nec ꝙ ab al quo inferret ei. ergo talis nõ venit dicẽdus homicida. ¶ Tertio si detractores & habentes odio fratres suos dicerentur homicidæ, horum homicidium veniret prohibitum per præceptum illud legis, Exo. 22. nõ occides, sed per hoc præceptum non videtur homicidium nisi corporale sui & proximi prohibitum, vt videtur colligi ex serie literæ. cum ergo detractores & habentes odio fratres suos neminem facto seu consilio aut fraude interminat corporaliter, videtur quòd nullo modo veniant vocandi homicidæ. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum iuxta magistrum Alexandrum de halis.

[a ¶ De homicidio homicidij appellati ... an veniat participiũ vide p. 3a in l fi. ... quib. cau. integ. re. ti non ... Quæstio. Primũ argumen.] [Secundũ ar.] [Tertiũ ar.] [Oppo. nit & Respondet.]

3 de halis.in 3.†quod occisio hominis & homicidium dicitur duobus modis.vere.s.& interpretatiue.Interpretatiue duobus modis.Omittendo si non subuenit cum videt proximũ in necessitate extrema Aug.contra Faustum lib.1.Præceptũ quod est,non occides.non seruas, si non das esurienti panẽ, vtrum: si incurras in eum famelicum, qui mori posset nisi porrigendo cibum subuenias,iam tu homicida teneberis.& sicut supra di.86.pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti.¶Secundo modo committendo corde ore & opere. corde odiendo.ore duobus modis.s.detrahendo, sicut dicit in præsenti capitulo malum persuadendo:sicut dicit Beatus Aug.Si fratri tuo mala persuades,occidis opere scandalizando per malum exemplum,vnde beatus Gregor.de prælatis loquens ait quod tot mortibus rei sunt:quot in posteros per ditionis exempla transmittunt.vere committitur homicidium in corporis & animæ separatione.seu diuisione: quod contingit tribus modis.s.necessitate euitabili vel ineuitabili casu,dando operam rei illicitæ,vel licitæ,& si licitæ adhuc adhibita diligentia debita,aut non adhibita diligentia. volũtate aut iuste:aut iniuste.iuste quando est ibi debita causa,iustus ordo iustus animus occidentis.Iniuste qñ aliquod istorum trium deest. & fit tribus modis, consilio præcepto, facto.sicut dicit canon Martini papæ dicentis homicidiũ cõmittitur facto,præcepto,consilio.Patet ergo ex dictis† ꝙ detractores & odio habentes proximos suos interpretatiue dicuntur homicidæ.¶Ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur, ꝙ detractores & occidentes fratres suos nõ dicuntur proprie inferre mortem aliquam corporalem, aut spiritualẽ,sed improprie vel interpretatiue.qm̃ qui fratrem suum odit in sua conscientia occidit fratrem suum,quẽ vellet non esse aut non bene esse eum quem odit. detractor.n. occidit fratrem suum in aliena conscientia,in qua ille secundum opinionem viuebat per famam bonã,& hæc ratio sufficit ad hoc,ꝙ tales interpretatiue dicãtur homicidæ, & ita dicit S.Tho.in 2.2.q.73.ꝙ detractores dicũtur homicidæ.s. occasionaliter.quia qui odit fratrem suũ homicida est.¶Ad secundam rationem patet responsio ex dictis. stat.n. ꝙ qui odit aliquem non velit inferre illi mortem corporis,aut inferri per alium,nihilominus interpretatiue ipse dicitur illũ occidere,quem non vult viuere in animo suo, vel cui optat non esse,aut non bene esse,vt dictum est.¶Ad tertium dicẽdum iuxta magistrum Alexandrum de halis,ꝙ in præcepto illo non occides,proprie prohibetur occisio corporalis,improprie vero & ex consequenti,& interpretatiue occisio spiritualis,si anima melior est corpore & vita animæ melior est vita corporis,& mors animæ peior morte corporis: q ergo prohibet inferendam mortem corporalem,multo magis ꝓhibet inferendam spiritualem. Est tamen hic intelligendũ non proprie dicit potest ab aliquo inferri mors spiritualis alicui quemadmodum mors corporalis. mors.n. corporalis infertur alicui per causam & violentiam.mors vero spiritualis culpæ non potest inferri alicui ab aliquo nisi per occisionem.quia culpa non potest fieri in nobis,nisi nobis volentibus,& consentientibus:quamuis occisio possit esse in facto, & in verbo.& ideo occisio spiritualis sicut dictum est supra dicitur inferri improprie,& interpretatiue.quia p occisionem & non per causam.[parilem].i.similem quo ad Deum. qm̃ omnes hm̃oi homicidæ similem Pœnam incurrunt.s. priuationem vitæ æternæ,& pœnam geennæ.quamuis vnus homicida pro grauitate peccati grauius & acrius puniatur. sicut.n.in cœlesti regno mansiones multæ sunt.s.pro varietate meritorum diuersitates p̃miorum,ita in inferno ꝓ differentia culparum est varietas pœnarũ.ecclesia ẽt grauiorẽ pœnã imponit ei:qui actu occidit hoĩem, quam ei qui odit vel detrahit.Hu.[detractores isti]qui mores bonorũ lædunt & corrumpunt,deteriores esse dicũtur illis qui extrinsecus res & possessiones aliorum auferunt.vt 6.q.1. deteriores.

Augustinus.
Augustin. Gregorius.
Ad primũ argument.
S. Thom. Ad secundũ
Ad tertium Alexander de halis.
Hugutio.

Omnis iniquitas. Consequenter ad idẽ inducit hãc authoritatem Hieronymi dicentis ꝙ oĩs iniquitas &c. hoc autem dictum Hiero.nõ est g̃naliter intelligendũ de oĩ iniquitate,aut iniustitia.sed olim vt inquit magister Alexandar de halis in 3.de iniustitia & iniquitate,quę p oppresionem alicuius infertur mors,vel acceleratur.ad homicidium.n.pertinet inferre statim mortem, vel accelerare ad mortem.iste videtur facilis & verus intellectus huius literæ vel exponitur[iudicium sanguinis est].i.ad digna puniri vt effusio sanguinis,vnde sequitur[licet gladio non occi-

Alexander de halis.

das voluntate tñ].i.actu tali voluntario. talem.n. iniustitiã aut iniquitatem faciendo videris eum velle interficere.

Nunquid. Cæterum continuãdo quod supra dixerat,ꝙ volũtas sine effectu siue antequam exeat in opus sit bona vel mala damnabilis aut remunerabilis,inducit authoritatẽ hanc Cypriani.& diuiditur in duas partes.in prima dicit,ꝙ volũtatem bonam vel malam vniuscuiusq; anteq̃ exeat in opus, Deus inspicit,malam damnando,& bonam coronãdo. in secũda parte ponit ꝙ in qualitate siue cõditione status in quo quis euocatur a præsenti vita,in tali iudicabit̃ ab e.2.ibi,qua lem.materia clara est.Litera.[¶Nunquid fratrẽ].q.d.[nõ dãnauit].i.anteq̃ fratrẽ suũ Abel perimeret dãnauit.i. dãnandũ præuidit.vel dãnabilẽ ostẽdit.Hu.vel[dãnauit].i. dignũ dãnatione ꝓuidit.qm̃ ipsa mala volũtas sine effectu exteriori a Deo dãnat̃ sicut bona remuneratur. scribitur.n. Gen.4. ꝙ quia respexit ad munera Abel,& non ad munera Cain,cõmotus est Cain in odiũ Abel,& cogitauit eũ interficere, cuius cogitatũ Deus cognoscens ait illi.quare iratus es.q.d.nõ habes cãm.Et cur cõcidit facies tua,cũ debes esse hilaris pp bonũ fratris tui.Et subdit̃ cã,vt inquit Nicolaus de lyra.Nõne si bñ egeris fratrẽ diligẽdo recipies mercedẽ a dño,sin aũt male,fratrẽ odiendo,& persequẽdo, statim in foribus pct̃m aderit.i.patẽs mihi erit,sicut ea q̃ ponunt̃ in ostio, sed subter te erit appetitus tuus.i. tu poteris deuĩcere peccatũ.quia nullus peccans nisi volens.ecce ꝙ Deus cognouit voluntatẽ illius malam esse,ac dãnabilẽ anteq̃ in opus malum exterius exiret[vt].i.sicut in Cain[cogitatio mala & perniciosa conceptio Deus prouidentæ].3.q.7.in grauibus.[perspecta est, ita & coronetur].i.dignus corona habet̃, etiã siue sequatur martyrium, siue nõ[Aliud est dñæ].s.vt nolit subire martyrium,etiã si sit necesse pro fide ecclesiæ, & hoc malum est; [Martyrium defuisse]aĩo dr̃:cũ aĩs paratus erat,sed occasio & materia subeũdi martyriũ nõ affuit talis qualis fuit aĩus beati Ioãnis euãgelistæ,qui tñ in pace vitã finiuit. Et in hoc casu p̃miũ martyrij talis cõsequit̃ sicut de baptismo. quẽ si adultus desiderat & nõ põt habere nihilominus salutẽ cõsequit̃.vt de cõs.di.4.baptismi vicẽ[Qualẽ].2.pars. qualẽ siue bonũ siue malũ,virtuosum vel vitiosum,dignũ vel indignũ eũ vocat,de hac vita iudicat siue in iudicio particulari post egressum a corpore in quo,vnicuiq; Deus pęnas vel pręmia pro meritis tribuit siue in iudicio g̃nali, in quo resumptis corporibus plena dãna cum malis & plena bonis remuneratio dabit̃[testatur]Apoca.2.[scrutator renũ].i.delectationũ [& cordiũ].i.cogitationum.Hu.solus.n.Deus scrutatur corda.i.quicquid cogitat.& renes.i.quicquid delectat. Hie.17. prauum est cor hominis,& inscrutabile: quis cognoscet illud,ego Deus scrutans corda & probans renes.

Diuisio.
Exponit literam.
Nicolaus de lyra.

Noli putare. Ad idẽ inducit̃ hoc.c. & est beati Au.Et diuidit̃ in duas partes.in prima dicit,ꝙ qui mala ꝓsuadet ꝓximo est homicida.2.ad probationẽ hm̃oi inducit authoritatẽ ꝓphet.dicit ergo. ¶[Noli putare]imo certus esse debes,quia qui ꝓsuasionibus suis inducit aliquẽ ad peccãdũ mortaliter, homicida est, tũ quia eũ inducit ad pct̃m quod mors est aĩæ. Ro.5. pct̃m mors. tum quia inducit eũ ad mortẽ.Rom.1.qui talia agunt digni sunt morte[occidis]q̃tũ in te est in aĩo.quia conscientiam eius vulneras,& percutis.vnde quicũq; inutili sermone cõscientiã ꝑcutit infirmorũ,dr̃ percussor.di.45.sane.dicitur etiam homicida.vt.22.q.5.qui exigit.dicitur etiam vincere homicidã ipso actu,cũ ille corpus,iste animam interficiat. vt 22. q.5.ille.Hu.[vt scias].2.pars.expositum est supra in c.periculose.machera.i.gladius.est alia translatio.Hug.

Diuisio.
Exponit literam.
Hugutio.


1 *Motus omnis iniquus ad nocendum fratri an veniat reputandus in genere homicidij.*

Homicidium. Ad eãdem conclusionẽ inducit̃ hoc.c. à magistro Gratiano,ꝙ est beati Aug.cõtra Faustum li.1. vbi reprehensa opinione Iudæorũ intelligentium solũ homicidium corporale facto commissum diuina lege fore prohibitum ponit, quod non solum qui actu aliquem corporaliter occidit: sed etiam qui motum deliberatæ volũtatis habet ad nocendum proximo homicida veniat reputandus, & hoc ostendit ex declaratione facta per Christum Matthæi.5. cum dicit,audistis quia dictum est antiquis non occides &c.

Ego autē dico vobis, ꝙ omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.i.dignus accusatione.¶Pro pleniori intelligen-
Quæstio. 1 tia huius capituli. Quæritur† vtrum hoc quod in isto.c.dicitur sit verum, videlicet ꝙ omnis iniquus motus ad nocendum fratri in genere homicidij veniat reputandus. ¶Et ar-
Primū arg. guitur ꝙ non. Primo sic.in furādo est iniquus motus ad nocendum proximo,& tamen non reputatur in genere homi
Secundū ar. cidij.ergo capitulum hoc est falsum.¶Secundo idem arguitur de falso testimonio, in quo non dubiū ꝙ sit motus iniquus ad nocendum proximo,& tamen non deputatur in ge
Tertium ar. nere homicidij:ergo &c.¶ Tertio sic. si omnis motus iniquus ad nocendum proximo sit in genere homicidij:sequitur ꝙ præceptum de non occidēdo non sit præceptum speciale,sed generale ad plura præcepta, videlicet ad præceptū, non concupisces vxorem proximi tui:& ad illud non furtū facies.& ad illud non dices falsum testimonium.sed hoc nō est verum cum sit præceptum speciale distinctū contra alia præcepta:ergo nō videtur verum:ꝙ omnis motus iniquus ad nocendum proximo siue fratri in genere homicidij de-
Opponit & Respondet putetur. ¶In oppositum est textus præsentis capituli,qui est beati Augustini.¶Respond.dicitur ꝙ hoc quod dicitur hic verum est sane intellectum, hoc vero quod hic dicitur videlicet ꝙ omnis motus iniquus ad nocendum fratri iux-
Alexander de halis. S. Thom. xta magistrum Alexandrum de halis in tertio intelligendū est cum determinatione quo.s.nocet personæ, non quo ad res personæ,sed quo ad esse:& eiusdem sententiæ videt esse Tho.in 2.2.q.c.boni.arg.3.d.ꝙ cum dominus ait Matt.5. Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. loquitur de motu iræ quo aliquis appetit proximi occisionem, aut quācunque grauem læsionem.¶Quo habito patet respōsio ad
Ad primū & secundū argumen. rationes in oppositum. primæ.n. duæ non procedunt. quia licet furtum & falsum testimonium noceant fratri, quo ad res personæ,non tamen quo ad esse.de quo modo nocumen
Ad tertium ti intelligitur textus præsentis capituli.¶Ad tertiam rationem ex eodem patet ꝙ non omnis motus iniquus ad nocēdum fratri quomodocūq;, sed ille tātum qui nocet quo ad esse personæ sit in genere homicidij computandus.ar. est ꝙ præceptum de homicidio est generale ad aliqua alia præcepta, quibus prohibentur alij motus iniqui quibus infert nocumentum proximo in alijs rebus personæ quam in esse.Li
Exponit literam. tera.¶[Putabatur].s.a Iudeis sicut dictum est supra in c.periculose.[aperuit]confutando illum errorem,s.Mat.5. dicēs omnis qui irascit fratri suo reus erit iudicio.i. accusatione, inquit gl.[omnem motum iniquum].i.iræ motum tendentem in nocumentum proximi:vt dictum est.sed intellige vt
Hugutio. dicit Hu.post primum motum,qui non est prohibitus nec in potestate nostra.iuxta illud Apostoli.ego quod volo.

1 *Fur sit sola voluntate furandi, quamuis furtum non fuerit subsecutum.*

2 *Furtum non committitur sine voluntate.*



SI præterea Ad idem quod superius inducit magister Gratianus hoc capitulum,quod est etiam beati Augustini in sermonibus de aduentu,dominica quarta.vbi sic dicit Augu.[quando furtum facis raptas].i.obseruas oculos eius,cui furaris,& si eū latet facis tunc,sequitur ꝙ hic ponitur[si propterea non fa
1 cis furtum quia times]ita ꝙ secundum Aug.†fur sit sola voluntate furandi,quamuis non fuerit furtum effectum subsecutum,plus tamen peccat qui voluntate & effectu furat, quam qui voluntate & non effectu. Tumque agit cōtra duplex præceptum concupiscens rem proximi,& furtum operefaciens. Tumque plus nocens proximo, & plus punitur. Qui enim vult furari est voluntate tantum. qui enim voluntate fur est,& non facto nō tenetur ad restitutionem quod
Exponit literam. non accepit,sed tenetur pœnitere,quia male voluit. plana
2 sunt omnia. Litera.¶[In corde].i.in volūtate†sine qua furtum non committitur.14.q.vl.&.c.vlt.[fecisti]quo ad Deū
Hugutio. qui potius respicit affectum quam actum exteriorem. vt 23.q.si quod.& 15.q.6.si a sacerdotib.[& furti teneris]quo ad Deum pro voluntate furandi.Hu.non quo ad homines, cum rem non tractauerit.ff.de acqui.pos.possideri.§.si rē. quia solo animo furtum non committitur ꝼm.l.vt ibi.tenetur autem quo ad Dum non aliquid restituendum, cum nihil receperit, sed ad pœnitendum, quod male voluerit, vt dictum est.

1 *Adulterandi plenam habens voluntatem, licet effectus non sequatur, tenetur reus apud Deum, sicut si in ipso facto deprehenderetur.*



SI cui &c. Inducit hoc.c. quod est beati Aug: in de lib.ar.cuius sententia est.† ꝙ
1 habens voluntatem adulterandi plenā,licet effectus non sequatur ita reus tenetur apud Deum,sicut si in ipso facto deprehenderetur:planū est litera. ¶[Facultas]quia deest opportunitas loci,aut temporis, aut aliqđ aliud impedimentum obest.Hug.[planum tamē].i.verum siue certum[non minus reus]quo ad Deum,quod sic patet. Exponit literam. Hugutio.
quia qui vult adulterari iā mechatus est in corde suo.Matt. 6.& in hoc reus est,non minus quo ad complementum culpæ,& reatum pœnæ æternæ,[quam si in facto deprehenderetur]nihilominus tamen codē genere peccati grauius peccat qui exit in opus,quam qui existit in sola adulterij voluntate,tum quia in actu exteriori concupiscentia carnis & delectatio augetur,& per consequens reatus maior. tum quia non solum vxorem proximi concupiscendo facit cōtra pceptum diuinum,sed etiam in opus exeundo,s.præceptū Dei, seu diuinum præuaricatur, quo dicitur non mechaberis.s. quantum ad opus exterius,& sic duplicis præcepti est transgressor,tum quia ex adulterio in effectu agitur contra bona matrimonij.fides enim violatur,torus maculatur, suspecta proles habetur,sacramentum rumpitur, quia adulterata viro dimittitur,oditur,non diligitur,contra doctrinam Apostoli ad Ephe.5.licet autem reus quis habeatur apud Deū pro sola voluntate vt est hic.arg.& 32.q.5. sicut enim. apud tamen ecclesiam pro sola voluntate non punitur quis.si ergo inueniatur,ꝙ pro voluntate puniatur ab ecclesia,vt puta.s.ꝙ remoueatur a promotione aut promotus deijciatur, intelligendum est a voluntate,quæ non est contenta suis terminis:sed processit ad actum exteriorem,puta fecit insultū, dedit consilium,& similia,per quæ si voluntas adulterandi vel occidendi vel huiusmodi probetur,punitur etiam ab ecclesia.di.50.si quis viduam.Hug.

2 *Bonitas vel malitia potest cōsiderari duplex in actu exteriori.*

4 *Voluntas est causa quod opus sit meritorium vel demeritorium.*

Item sicut authoritas testatur. Cōsequenter Gratianus ad idem videlicet ad probandum,ꝙ sola contritione siue confessione peccatum non dimittitur, vtitur tali ratione.voluntas est quæ remuneratur apud Deum,nō opus.sed voluntas in corde consistit, opus vero in oris confessione.ergo cordis contritione non oris confessione peccata dimittuntur. plana est argumentatio. ¶Verum pro pleniori intelligentia huiusmodi,quod in argumento præsupponitur,videlicet quod voluntas sit quæ remuneratur & nō opus. Quæruntur duo.

1 ¶Primo vtrum peccatum & beatitudinis meritum consistat in voluntate tantum.

3 ¶Secundo vtrum voluntas absque operibus sufficiat ad merendum vitam æternam.

1 Ad primum Sic proceditur.† Et videtur ꝙ peccatum vel beatitudinis meritum nō cōsistat in voluntate tantum.sic. Omne quod prohibetur lege Dei,est peccatum.quia peccatum teste Ambrosio est dictum,factum,vel concupitum contra legem Dei, sed actus exterior lege Dei prohibetur Exo.20.non occides,non mechaberis,non furtum facies,& seorsum prohibetur actus interior cum dicitur,non concupisces.ergo peccatum non cōsistit in sola voluntate. ¶Secundo sic.Sapientiæ.5.per quæ quis peccat,p hæc & torquetur.sed homo totus punitur.ergo non solum in voluntate consistit peccatum.¶Tertio dānatio impiorum & salus bonorum ponitur in operibus. dicitur.n.illis.venite benedicti,esuriui,& dedistis mihi manducare.sitiui &c.ergo non in sola voluntate consistit peccatum aut meritum:sed etiam in opere. ¶In oppositum est tex.præsentis capituli.¶Respond.considerandum secundū Tho.1.q.de malo.quòd ista tria scilicet malum, peccatum, culpa habent se adinuicem vt communius & minus commune.Nā malum cōius est;in quocūq;.n.siue subiecto siue per actum sit priuatio aut ordinis,aut mensuræ debitæ, mali rōnem habet.sed peccatum dicit actus relicto ordine. aut forma siue mēsura carēs.vnde pōt dici.ꝙ tibia curua sit mala tibia.non tamen potest dici ꝙ sit peccatum, nisi forte eo modo

Primū arg. Secundū ar. Tertium ar. Opponit & Respond. S. Thom.

modo loquendi, quo peccatum dicitur effectus peccati, sed ipsa claudicatio peccatum dicitur, quilibet.n. actus inordinatus potest dici peccatum vel naturæ, vel actus, vel moris. Sed rationem culpæ non habet, nisi ex eo ꝙ est voluntariũ. nulli.n. imputatur ad culpam aliquis inordinatus actus, nisi ex eo, ꝙ est in eius potestate. Et sic patet, ꝙ peccatum est in plus, quàm culpa. licet secundum communem vsum loquendi apud theologos pro eodem sumatur peccatum & culpa. ¶ His habitis pro responsione ad quæstionem sit ista cõclusio. licet non omnis malitia vel bonitas in actibus exterioribus pendeat a voluntate, ratio tamen culpabilitatis aut demeriti a sola pendet voluntate. j. pars huius conclusionis q̃ dicit, ꝙ non omnis malitia aut bonitas in actibus exterioribus pendeat a voluntate, licet pateat ex his quæ diximus supra circa. c. lacrima nihilominus pro pleniori intelligentia inducemus aliqua ad eius declarationem, dicit.n. Aug. in libro contra mendacium quod quædam sunt quæ nullo quasi bono fine aut bona voluntate possunt fieri bene, & ita videtur ꝙ malitia talium non pendet ex voluntate: Vbi notãdum iuxta S. Tho. in 1.2.q.22.ar.2. † ꝙ in actu exteriori duplex bonitas vel malitia potest considerari, vna est secũdum debitam materiam & circũstantias sicut dare eleemosynas seruatis debitis circunstantijs alia secundum ordinem ad finem sicut dare eleemosynam propter inanem gloriam est malum. illa quidem quæ est secundum debitum ordinem ad finem, tota pendet ex voluntate, quæ est principalis motrix in regno animæ, & cuiusmodi est consideratio finis. illa autem quæ est ex debita materia & circunstantijs pendet ex ratione, & ex hac pendet bonitas voluntatis secũdum ꝙ in ipsam fertur. vnde actus volũtatis est malus quia actus voluntatis exterior est malus. ideo velle furari est malum: quia furari est malum, & ita velle dare eleemosynã bonum est, quia eleemosynam facere est bonũ. Patet ergo, ꝙ non omnis malitia vel bonitas in actibus exterioribus pendet ex voluntate. ¶ Secunda pars conclusionis quæ dicit, ꝙ ratio culpabilitatis aut demeriti pendeat a sola volũtate patet sic. patet ex textu præsentis capituli. ¶ Secundo ex illo Chrysostomi super Mat. voluntas est quæ aut remuneratur pro bono, aut damnatur pro malo. item dicit Aug. lib. retractationum, ꝙ non nisi voluntate peccatur. declaratur autẽ ista conclusio sic iuxta S. Tho. in 2. sententiarũ. di. 35. in omnibus agentibus ordinatis consequens est ꝙ id quod est motum ab alio sicut instrumentum a primo agente in actu suo consequitur conditionem primi agentis quantum pôt. Cũ ergo in omnibus actibus hominis principalitatẽ obtineat voluntas, eo ꝙ ipsa tanquam liberrima omnes potentias & actus suos inclinat, oportet ꝙ in actibus humanis conditio voluntatis saluetur in his, videlicet quæ ad imperium volũtatis sunt. Et inde est, ꝙ cum voluntatis sit proprium, ꝙ dominium sui actus habeat hoc in cæteris quæ a volũtate mota sunt inuenitur secundum eorum conditionẽ: vnde sicut voluntas potest velle, & non velle, ita intellectus potest considerare & nõcõsiderare, & sic a volũtate est motus, & similiter est de cõcupiscibili, & hoc vsque ad actus exteriores motiuæ virtutis extẽditur, vt possit homo ambulare loqui, vel non loqui, & sic deinceps. sed quia in hoc consistit ratio meriti, vel demeriti, laudis, vel vituperij, quod id bonũ vel malum quod agit in potestate agentis est. inde est, ꝙ actus volũtatis primo rationem peccati & culpæ habet, & consequẽter alij actus a voluntate imperati, & hoc modo etiã in actibus exterioribus deformitas culpæ consistit. Sed quia actus semper attribuitur primo agenti, potius quàm instrumento, ideo quidam considerantes ꝙ actus a voluntate imperati non habent rationẽ culpæ, nisi a voluntate, dixerunt peccatum vel meritum tantum esse in actu interioris voluntatis, iuxta quàm considerationem loquitur præsens capitulũ dicens, ꝙ voluntas remuneratur. non opus. s. principaliter, non originaliter, quia ꝙ opus imputetur ad culpam, vel meritum, hoc a voluntate habet secundum illud Aug. lib. retractationum ꝙ voluntas est qua peccatur, & recte agit. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam rationem patet respon. ex diuisione illa quæ posita est inter malum, peccatum, & culpam. dicimus enim ꝙ ratio mali, & ratio peccati, & ratio boni, bene reperitur in actibus exterioribus, quorum malitia vel bonitas non dependeat a voluntate sed iam ex genere suo habent. Nihilominus ratio culpæ vel meriti in eis non est, nisi a voluntate. ¶ Ad secundam patet respon. ex dictis, negatur.n. consequentia. quoniã licet totus homo puniatur, & totus homo remuneretur stat bene cum hoc, ꝙ ratio culpæ aut meriti in actibus exterioribus pendeat ex voluntate, tamen vt dicit Albertus. in 2. parte ꝙ sola libera est & quicquid libertatis est in anima ab ipsa est, tum quia vt dicit Anselmus libro de similitudinib. est vniuersalis motor in regno animæ. ¶ Ad tertiam respondetur simili modo, quoniam licet bona opera exteriora remunerentur, & mala opera puniantur, nihilominus tamen ratio meriti aut in eis ex voluntate dependet, sicut ex radice vnde vt dicit S. Tho. in q. de malo ob hoc dicitur sola voluntas remunerari, vel condemnari. quia nihil condemnatur, vel remuneratur, nisi per hoc quòd est a voluntate.

Augustinus

S. Thom.

2

Chrysosto.

Augustinus

S. Thom.

Augustinus

Ad primũ argument.

Ad secundũ

Albertus.

Ad tertiũ.

S. Thom.

3

Ad secundum

In quo quæritur. † vtrum voluntas absque operibus sufficiat ad merendum vitam æternam. Et videtur ꝙ sic. primo ex textu præsentis capituli vbi dicitur, ꝙ remuneratur nõ opus. ¶ Secundo sic dicit Ber. li. de libero arbitrio. ꝙ intẽtio sufficit ad meritum. bona autem actio requiritur ad exemplum. ergo ꝙ quantum ad meritum vitæ æternæ sufficiat bona voluntas. ¶ Tertio dicit in quadam homi. non est vacua manus a munere, cum arca cordis repleta fuerit bona voluntate. ergo videtur ꝙ sola voluntas sufficiat ad meritum. ¶ Quarto mereri vitam æternam est in potestate nostra, sed opera exteriora non sunt necessaria ad merendum vitam æternam. ¶ In oppositum. ar. per illud Io. 13. si hæc scitis beati si feceritis ea. & Iacob. 2. dicit. fides sine operibus mortua est. Itẽ. 2. Corint. 9. dicit. ꝙ qui parce seminat, parce & metet. & loquitur de operibus eleemosynarum. ¶ Respond. dicendum iuxta dominum Bonauenturam in 2. ꝙ aut ille qui habet bonam voluntatem habet facultatem bene operandi, aut non. si non habet, cum nemo obligetur ad impossibile, si bonam & rectam habet voluntatem, tunc sola plenitudo sufficit ad meritum vitæ æternæ absque exteriori operatione. si autem adsit facultas, & se offert opportunitas, voluntas, aut intentio, non sufficit ad meritum absq; opere. Ratio huius colligitur ex tribus. Primo ex diuini mãdati obligatione. Secundo ex virtutis perfectione. Tertio ex voluntatis plenitudine. Primo quidẽ diuini mandati obligatio facit, vt voluntas sine operibus non sufficiat, cum se offert opportunitas & facultas. mandata enim Dei non solum obligant ad volẽdum: sed etiam ad faciendum, & ideo qui non implet diuina mandata, cum possit, meretur potius iram: quàm mereatur gloriam. vnde dominus ait Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Secundo virtutis perfectio est etiã ratio, ꝙ sola voluntas non sufficiat ad meritum. quoniam virtus est vltimum potentiæ, & ideo eleuat potentiam illam ad aliquod magnum, & arduum. Potẽtiæ autem animæ nõ habent suam vltimam perfectionem completam, nisi exeat in opera sibi debita, quando adest facultas & opportunitas, & ideo sola voluntas intentio, qua quis vult & intendit bonum, & tamen non facit cum possit, non est intentio virtuosa, ac per hoc nec meritoria. ¶ Tertio voluntatis plenitudo etiam ratio est: quare sola voluntas non sufficit ad meritũ quoniam plena voluntas ponit effectũ si assit facultas. Alioqui non dicitur homo velle aliquid, si non facit cum possit: facere. sed semiplene & pigre vult sicut piger: qui vult & nõ vult. Et propterea dicit Bea. Greg. ꝙ nemo sibi debet blandiri de bona voluntate. imo de dilectione conditoris lingua mens manus debet requiri, & sicut hortatur nos Bea. Io. 1. Io. 1. diligere debemus proximum, non solũ verbo: sed opere & voluntate. quia igitur cum adest facultas & se offert opportunitas absque operibus exterioribus, nec est mandatorum Dei impletio, nec virtutis perfectio, nec voluntatis plenitudo. & quia absque his non est sufficiẽtia meriti, hinc est ꝙ ad interitum vitæ æternæ non sufficit bonitas intentionis, aut voluntatis, absque bonitate operis exterioris. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam quæ sumitur ex præsenti. c. dicendum est ꝙ vt supra diximus non eo dicitur, ꝙ voluntas est quæ remuneratur, non opus, cum non remunerentur bona opera aut mala condẽnatur, cum expresse oppositum habeatur Mat. 25. Esuriui, & dedistis mihi manducare &c. & sequitur. venite benedicti &c. sed eo, ꝙ tota ratio meriti vel culpæ in operibus pendet ex voluntate. ¶ Ad secundam respõdetur, ꝙ Bernardus loquitur in eo casu, quando. s. est voluntas plena, & nõ adest facultas bene operandi exterius. ¶ Ad tertiam est eadem ratio. ac est vis in hoc quod dicit cum arca cordis repleta fuerit bona voluntate, plane nunquam est quis dicẽdus habere plenam

Primũ ar.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Oppo[illegible]n cõtr[illegible]

Respondet Bonauen.

Gregorius.

Ad primũ argumen.

Ad secũdũ.

Ad tertium

plenam voluntatem, qui habens facultatem operandi non
Ad quartū. operatur. ¶ Ad quartam respondetur ꝙ ratio hic solum cō
cludit, ꝙ in eo casu sufficit intentio siue voluntas quando
deest facultas operandi ad perficiendum operationem bo-
nā. Litera. ¶ Authoritas testat[ur] hoc. n. Deus ostendit[Gen.
Exponit literam. 4. quia prius respexit ad Abel, deinde ad munera eius. quia
potius respicit ad intentionem & voluntatem, quā ad opus.
item Lu. 16. præacceptauit Deus duo munera paupercule,
quam multa diuitum munera, vt præferatur voluntas, non
opus[voluntas remuneratur]. s. principaliter[non opus]. i.
voluntas facit, quod opus sit remunerabile, & nō ecōuerso
4 †voluntas. n. est causa[vt prædiximus] ꝙ opus sit meritoriū
vel demeritorium, & non opus ipsum causa meriti, vel de-
meriti ipsi voluntati, [voluntas. n. in cōtritione est, opus. n.
in oris confessione luce clarius. constat contritionem &c.]
dum tamen assit confessio in proposito, & pro loco & tem-
pore exterius in opere explicando.

1 *Ligare & absoluere requirunt iurisdictionem.*



Porro illi quorum. ¶ Hoc. c. quod est Prosperi in
inducit ad propositum suum Gratianus, licet
parum videatur agere pro eo, in quo magis vi-
detur Prosper inuitare peccatores ad emendā-
tionem peccatorum agendam & confessionē
sacerdoti. Et diuiditur in tres partes secundum tria, quę ma
xime peccatores debent inducere ad emendationem & cō-
fessionem peccatorum. primum est cōminatio æternæ dā-
nationis. 2. est spes veniæ habendæ hic per pœnitentiam. 3.
est fructus pœnitentiæ, qui est supernæ beatitudinis conse-
cutio. 2. ibi, ꝙ si ipsi. 3. ibi, facilius sibi de istis plenius in ex-
Exponit literam. positione literæ. Litera. ¶ Porro] Clarum est ꝙ qui pecca-
ta non confitentur, nec emendare volunt, ꝙ in peccatis suis
morientur. Ezec. 49. ituri in ignem æternum cum illis qui-
bus dicit Matt. 25. ite maledicti in ignem æternum[testem
suæ malitiæ ac iudicem] in die. n. iudicij simul erit iudex &
testis. Hie. 29. Ego sum testis & iudex. & 9. q. 3. aliorū. sed ēt
ꝓpterea cōsciētia testis erit. Ro. 9. & 11. q. 3. custodi[vltorē]
i. condemnatorem: quia qui male egerunt qui. s. non pœni-
tuerunt resurgent in resurrectione iudicij: sed æternæ dam-
nationis. Io. 5. & Lu. 13. inquit Dominus. Si. n. pœnitentiam
non habueritis, omnes simul peribitis. & eccl. 2. si pœniten-
tiam nō egerimus incidemus in manus Dei. quid. n. i. Mat.
imo plurimum obest, cū si in malo &c [quia si]. 2. pars vbi
in conclusione inquit, quod qui vere pœnituerint de pecca
tis, & conuersi fuerint de via sua mala vita viuent Ezech. 18.
[& supplicia æterna] vere pœnitentes commutāt in pœnas
temporales. [iudices] non ꝙ imponant sibi pœnitentiam,
vel ligent, aut absoluant, quia tunc facere non possunt, sed
1 sacerdos habens claues. Et ratio est † quia ligare & absoluere
requirunt iurisdictionem, quam nullus habet respectu suiip
sius, in signum cuius leprosis mandauit dominus, vt irent
ostendere se sacerdotibus. Luc. 17. sed dicuntur iudices quo
Augustinus ad tribunal mentis eorum, in quo reprehensores & damna
tores, non defensores esse debent, secundum illud quod Au
gu. dicit, peccatum tuum te iudicem habeat, nō patronum,
debent ergo vere pœnitentes recognoscere peccata eorum,
& inde redarguentes se, & compuncti damnātes se, recogno
scentes se dignos multa pœna. secundum illud Esa. 38. reco-
gitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meę,
& tunc veniant ad sacerdotem, & confiteantur peccata sua,
& secundum præceptum eius satisfaciant, & hoc est quod
sequitur[volūtariam pęnam]. s. exteriorem[seuerissime]. i.
viriliter, sine defectu[exerceant]. i. exequantur animo & vo
to. s. pœnitentiam sibi a sacerdote iniunctam, scientes ꝓ cer
to ꝙ sic facientes[temporalibus pœnis] quas pro authorita
te & præcepto ecclesiæ ad tempus persoluerint[mutabunt
æterna supplicia. facilius]. 3. pars. euidenter enim & merite
illi facilius Deum placant, qui non conuicti humano iudi-
cio, sed sponte sibi nota & alijs occulta peccata confitentur,
Psa. 50. a & recognoscunt, vt cum propheta dicant. Amplius laua me
domine ab iniquitate mea, & a peccato meo mūda me, qm̄
iniquitatem meam ego cognosco. gl. i. nō dissimulo, & pec
catum meum contra me est semper. s. semper illud redarguē
do iuxta. gl. nouerat. n. propheta, ꝙ mitius agitur cum spon
te confitentibus. di. 1. presbyterorum[vltro]. i. sponte, sine
Hugut. coactione[procunt.]ure in iudicio vel extra Hug. produnt
sibi nota, & alijs occulta. s. peccata sacerdotibus, aut nescien-
tibus alijs. videtur præsupponere falsum, videlicet ꝙ nescien-
tibus alijs aliquis possit facere pœnitentiam, quod falsum
est, cum oporteat peccatum suum scire confessorem ad mi-
nus. ¶ Respon. iuxta Albertum magnum in 4. in expositio- Opponit in cōtrarium. Respondet. Albert. magnus.
ne literæ, ꝙ non dicitur nescientibus alijs propter exclusio-
nem confessoris, sed quia nullus scit modo Dei solus nouit
confessor[non animo] quia non animo separātur ab altari,
quia cupiunt semper diuino mysterio digni fieri, & dolent
quia talia commiserunt, propter quæ separantur, & sunt di-
gni tali pœna ad tempus a communione altaris elongari, ꝙ
est verum in vere pœnitentibus, siue clericis siue laicis, exē-
plo publicani, qui a longe stans & oculos non eleuans, dice-
bat miserere mei peccatoris, & inde exiuit iustificatus Luc.
18. [certi] non solum amissa recipiant: sed etiam ꝙ peracta
pœnitentia ad communionem altaris a quo officio sacerdo
tis erant remoti admittentur, & ad pristinum altaris statum
seu officium quod sponte ex authoritate sacerdotis relique
rant, redibunt, quod multi canones cōcedunt. vt di. 1. domi
no sancto. sed etiam ad gaudia sempiterna peruenient.

2 *Motus liberi arbitrij requiritur duplex in iustificatione impij.*
4 *Necessitas est duplex.*
5 *Præparatio consideratur dupliciter.*
6 *Satisfactionis nomen large sumptum includit confessionem.*

Hoc idem probatur. Magister cōtinuat argumenta in fauorem
primæ opinionis in hoc. §. & durat vsque ad fin. Alij econ-
tra. vbi per multas authoritates & exempla argumenta pro
bat, quod sola contritione absque oris confessione & operis
satisfactione dimittatur peccatum. Et potest diuidi in qua-
tuor partes. in prima ponit tres authoritates ad probādum Diuisio.
intentum. in 2. inducit tria exempla ad idem. in tertia con-
firmat idē aliquibus alijs authoritatib. in 4. inducit ad hoc
aliquas rationes. 2. ibi hinc etiam leprosi. 3. ibi, hinc etiā me
dio. 4. ibi si antequam quisquam. Pro pleniori intelligentia
huius capituli & eorū quæ tanguntur in gl. quæruntur duo.
1 ¶ Primo vtrum ad remissionem peccati præexigatur con-
uersio voluntatis ad Deum.
3 ¶ Secundo vtrum peccatore conuertente se ad Deum per
detestationem culpæ necessario Deus ad eum conuertatur
per infusionem gratiæ.

Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ ad re-
missionem peccati siue iustificationē
impij non requiritur conuersio voluntatis in detestationē
peccati. Primo sic, ille qui ad peccandum nititur non debet Primū ar.
conuerti ad Deum per detestationem peccati, sed aliquādo
aliquis iustificatur qui ad peccandum tendit sicut patet de
Paulo, Actuum. 9. ergo prædicta cōuersio ad iustificationē
non præexigitur. ¶ Secundo sic. maior charitas est in Deo: Secundū ar.
quàm illa quàm homini præcipit, sed homini præcipit vt be
ne faciat inimicis. Mat. 5. ergo ipse multo magis benefacit
iustificando hos qui peccando inimicitias exercent. ¶ Ter- Tertiū arg.
tio sic. potentius agens est Deus quàm aliquod agens crea-
tum. sed agens creatum sine aliqua cooperatione suscipien
tis expellit oppositum, sicut patet in luce quæ expellit tene
bram sine aliqua cooperatione aeris. ergo. ¶ Quarto sic. nō
dimittitur vnum peccatum sine alio, si igitur ad remissio- Quartū ar.
nem peccatorum habendam præexigeretur conuerti volun
tatem in detestationē peccatorum, oporteret ꝙ de oībus
suis peccatis cogitaret, quod videtur inconueniens, tum qa
requireretur magnum tempus, tū quia de peccatis oblitis
veniam habere non posset: ergo sequitur ꝙ non purgaret,
& per consequens non præexigitur conuersio volūtatis ad
reconciliationem peccatoris. ¶ In oppositum est autho- Opponit in cōtrarium. Respondet.
ritas prophetæ Ezechielis dicentis in præsenti litera, in qua
cunque die peccator conuersus fuerit, & ingemuerit, vita vi
uet. item conuertimini ad me & ego reuertar ad vos. ¶ Re-
spon. dicendum est ꝙ in adultis, conuersio voluntatis in de
testationem peccati per desiderium gratiæ Dei est necessa-
ria ad remissionem peccati. Ista cōclusio patet ex illo dicto
Ber. lib. de libero arbitrio dicentis. ꝙ opus salutis duo requi Bernard.
rit. s. Deum dantem, & lib. ar. recipiens & consentiens. Ra-
tione primo sic iuxta S. Tho. in 1. 2. q. 113. arg. 2. in iustifica S. Thom.
tione impij est quidam motus quo humana mens mouetur
a Deo a statu peccati in statū iustitiæ, oportet igitur, ꝙ hu-
mana mens se habeat ad vtrunque extremum secundū mo
tum lib. ar. sicut se habet corpus localiter motum ab aliquo
mouente

mouente ad duos terminos motus. manifestum est autem in motu locali corporum, ꝙ corpus motum recedit a termino a quo,& accedit ad terminum ad quem.vnde oportet ꝙ mens humana dum iustificatur per motum li.ar. recedat a peccato,& accedat ad iustitiam. accessus autem & recessus in motu.li.ar.siue voluntatis accipitur secūdū detestationē

Augustin. 2 & desiderium,vt Augu.dicit super Io.†oportet igitur in iustificatione impij ꝙ sit motus liberi arbitrij duplex. vnus quo per desiderium intendit in Dei iustitiam, & alius quo detestatur peccatum,qui duo motus videantur notari cum in authoritate prima huius literæ dicitur Ezech. 18. in qua cunque die conuersus fuerit peccator & ingemuerit vita viuet.

Ad primū argument. ¶ Dicendum est ergo ad rationes in oppositum.Ad primam quia iustificatio de qua loquitur.s. in adultis semp est cum cooperatione voluntatis,quæ hic dr̄ cōuersio ad Deū sed hæc cooperatio quandoque diu ante incipit quam gratia infundatur,quandoq; autem cum perfecta est statim iustificationem adiunctam habet vnde potest contingere vt

S. Thom. dicit S.Tho.in 4.ꝙ aliquis dum est in proposito & intentione peccandi subito eius voluntas conuertatur ad Deum,vel ex aliqua exteriori occasione recipiens,sicut fuit in Paulo, vel ex aliquo interiori instinctu quo cor hominis mouetur a Deo,vnde nō sequitur ꝙ aliquis adultus iustificetur absq; conuersione eius ad Deum.

Ad secundū ¶ Ad secundam respondetur ꝙ Deus non præcipit homini,ꝙ illa faciat inimicis, quorum capaces non sunt.sed illa quæ suscipere possunt,& hæc deus maxime implet.quia bona quorum capaces sunt.s.naturalia eis largitur,qui contra ipsum peccando inimicitias exercēt, boni tamen gratiæ capaces non sunt,nisi voluntate consentiente,& sic quod ipse paratus est dare,ipsi recipere nolunt.

Ad tertium Alexander de halis. Bonauen. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta magistrum Alexandrū de halis & dominum Bonauenturam.ꝙ Deus non det gratiā iustificantem sine motu conuersionis voluntatis non est ꝓpter impotentiam ex parte Dei:sed propter congruentiam in agendo:Deus.n.in operando non omnino operatur secundum immensitatem suæ potentiæ:sed secundum decentiam suæ prouidentiæ & congruentiam susceptibilis. vnde quia li.ar.siue voluntas libertate quadam gaudet a sua conditiōe,libertate d co & in agēdo,& i recipiēdo, decet Deū & ipsi congruit,ꝙ non detur illi gratia sine iustitia,nisi consentiat.non.n.deceret nec congrueret, ꝙ ille qui conditus est in omnimoda libertate a creatione a suo creatore & conditore compelleretur ad alicuius gratuiti susceptionē.

Ad quartū S. Thom. ¶ Ad quartam respon.iuxta S.Tho.in 1.2.ꝙ in tempore præcedēti iustificationem oportet ꝙ singula peccata quæ commisit detestetur,quorum memoriam habet & ex tali consideratione præcedenti subsequitur in anima quidā motus voluntatis detestantis vniuersaliter omnia peccata commissa, inter quæ includantur etiam peccata obliuioni tradita. quia hō in statu illo est sic dispositus, vt etiam de his quæ non meminit conteretur si memoriæ adessent,& iste motus cōcurrit ad iustificationem.

3 Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur quod conuertente se homine ad Deum per detestationem culpæ non necessario Deus ad eū se conuertat per iustificationem gratiæ.

Primū argumen. ¶ Primo sic.homo comparatur ad Deum,sicut lutum ad figulum.secundum illud. Hieremiæ. 18. sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea.sed lutum non ex necessitate accipit formam a figulo quantumcunque sit paratum.ergo homo non recipit ex necessitate gratiam a Deo quantumcunq; ad Deum se conuertendo præparet,& disponat.

Scd̄m arg. ¶ Secundo sic. Omne illud quod fit gratis,fit ex libertate non ex necessitate, sed iustificamur gratis.ad Ro.3. ergo non est necessarium ꝙ homini conuertenti se ad Deum gratia infundatur.

Tertiū ar. ¶ Tertio sic.omne illud quo posito necessarie est alterum esse, videtur sufficienter ordinari ad illud.sed actus noster qui sufficienter ordinatur ad aliquid,dicitur esse meritorius illius. ergo si conuertenti se homini ad Deum necessario gratia infunditur, talis merebitur iustificationem per opus præfatæ conuersionis,sed hoc est falsum cū gratis iustificemur. Ro.3. & dicat Apostolus ad Ro.4.si ex operibus iam non ex gratia ergo &c.

Opponit i contrariū. In oppositum est authoritas præsentis literæ. Et arguitur sic.impossibile est summam veritatem mentiri. sed ipsa veritas promisit se gratiam daturam conuertenti se ad eum,secundum illud Zachariæ in præsenti litera. conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos.Et Apoc.3.si quis aperuerit mihi ego introibo ad eum:ergo &c.

Respondet 4 ¶ Respondetur duplex est necessitas,quædam absoluta,& necessitas ex suppositione.

Primā conclusio. De prima necessitate absoluta sit ista cōclusi. Quod quantumcunq; homo se ad Deum conuertat nō est necessarium,vt Deus illi gratiam infundat. patet conclusio,quia nulla talis necessitas respectu eorum qui fuerit diuinæ voluntate potest in Deum cadere. De necessitate vero ex suppositione.s. diuini propositi.s. quo voluit bonitatem suā vnicuique communicare secundum suam capacitatem n̄ sit ista conclusio. ¶ Homini conuertenti se ad Deum Deus gratiā necessario infundit.patet cōclusio.primo sic dicit gl.ad Ro. super illud.5.iustificati ex fide pacem habeamus:Deus.n.recipit eum qui ad se confugit. aliter esset iniquitas, sed impossibile est ꝙ in Deo sit iniquitas.ergo impossibile ꝙ deus non recipiat eum,qui ad se conuertitur:ergo ex necessitate ei gratia infunditur. ¶ Secundo sic.secundum diuinæ sapiētiæ ordinem omni materiæ præparatæ necessario infundit forma,ergo homini præparato per conuersionem sui ad Deum infunditur eiusdem ordinis necessitate gratia.

Ad argum. ¶ Ad rationes in oppositum facile est respondere, quia rationes illæ procedunt de necessitate absoluta secundum quām verum est,ꝙ non necessario conuertenti se ad Deum gratia infundatur.

S. Thom. vbi considerandum iuxta S.Tho.in 1.2.ꝙ præparatio hominis ad gratiam est a Deo sicut a mouente,a libero autem arbitrio sicut a moto.

5 †Potest ergo præparatio cōsiderari dupliciter.vno quidem modo secundum ꝙ est a libero arbitrio,& secundum hoc nullam necessitatem habet ad gratiæ consecutionem.quia donum gratiæ excedit omnem præparationē virtutis humanæ.Alio modo potest cōsiderari secundum ꝙ est a Deo mouente, & tunc habet necessitatem ad id,ad quod ordinatur a Deo,non quidem coactionis:sed infallibilitatis. quia intentio Dei deficere non potest,secundum ꝙ dicit Aug.in libro. de prædestinatione

Augustin. sanctorum,ꝙ per beneficia Dei certissime liberantur quicunq; liberantur.vnde si ex ordinatione Dei mouentis est: ꝙ homo cuius cor mouet gratiam consequatur inefabiliter ipsum consequitur secundum illud.Io.6. omnis qui audit & didicit veniat ad me.

Exponit literam. Litera. ¶ [Hoc idem].i.ꝙ sine cōfessione per contritionem peccatum deleatur[prophetica] Ezec.18.[non.n.dicit ore]verba sunt Gratiani. sequitur ex hoc,ꝙ non requiratur oris confessio.

Sā.Thom. Respondet S.Tho.ꝙ ipse gemitus habet votum vocalis confessionis adiunctum. [hinc etiam prophetæ]2.authoritas prophetæ non eiusdē, sed alterius.s.Ioel.Ioel:2.vbi sic dicit[nunc ergo in toto corde conuertimini ad me dicit dominus in ieiunio fletu, & planctu,& scindite corda vestra].s.per contritionem notandens]verba sunt Gratiani arguentis[pars exterioris satisfactionis].i.pœnitentiæ,quæ complectitur duas partes.s.confessionem & satisfactionem.

6 †Sub nomine autem satisfactionis large sumpto includitur confessio:vt infra e.di.§. quem pœnitet[quām].s.exteriorem satisfactionem,scissurā[aperte totum intelligens].i.per satisfactionem,quæ est pars exterioris pœnitentiæ,intellexit totam ipsam exteriorem pœnitentiam.s.cōfessionem,& satisfactionem.est.n. sensus illius authoritatis secundum mentem Gratiani scindite corda vestra per contritionem,& non vestimenta vestra. quasi non valeat scissio vestimentorum.s.oris confessio & operis satisfactio sine cordis contritione:illa autem sine illis valere potest.[Hinc est etiam per eundem].s. Ezechielem prophetā Ezec.36.& Zacha.1.conuertimini ad me[conuersio]verba sunt Gratiani[vndiq;]i.ab omni malo culpæ.s.mortalis[.versio meretur].i.obtinet,siue pcipit.[remissionem]remissionem.n.peccatorum nullus mereri potest.quia gratis datur, vt etiam gl.super illud ad Rom.5.iustificati ex fide.dicit,gratiam Dei non præcedit aliquod meritum.

2 *Contritio potest dupliciter considerari.*
Et dupliciter sumitur.nu.3.
6 *Contritio præcedit peccati remissionem secundum ordinem causæ materialis.*
Et quid secundum ordinem causæ formalis nu.7.
8 *Peccatum deletur per contritionem ante exteriorem confessionem.*

Diuisio. Hinc etiam leprosi. Hic consequenter eandē conclusionem nitit ostendere exemplis,& ponit tria secundum quæ potest diuidi in tres partes.2.ibi:hinc,etiam Lazarus.3.ibi, hinc etiam dominus.pro pleniori intelligentia huius quæruntur tria.

1 ¶ Primum

1 ¶Primum vtrum per contritionem deleatur lepra peccati.

4 ¶Secundum est vtrum expulsio siue remissio culpæ naturaliter præcedit infusionem gratiæ.

5 ¶Tertium est vtrum cordis contritio præcedat mūdationem lepræ peccati siue remissionem culpæ.

1 **Ad primum** Sic proceditur.†Et videtur ꝙ per cōtritionem non deleatur lepra peccati.primo sic.solus Deus peccatum remittit.sed cōtritionis nos sumus aliqualiter causa,quia actus noster est. per ergo cōtritionē nō deletur lepra peccati.

Primū ar.

¶ Secundo sic. contingit non iustificatum siue sanatum esse contritum lepra peccati.vnde hæc duo possunt esse simul.culpa & contritio nō habet efficaciam sanandi à lepra peccati.cōsequētia tenet, Assumptum est beati Grego.dicentis quisquis peccata plangit nec tamen deserit,cor quidē conterit, sed humiliari contemnit.

Secundū ar. — Gregorius

¶Tertio sic.Contritio est actus virtutis. sed virtus sequitur culpæ remissionem,quia culpa & virtus non sunt simul in anima.ergo deletio lepræ peccati non est effectus contritionis.

Tertiū ar.

¶Quarto sic.nihil impedit à perceptionē sacramenti nisi culpa,sed contritus ante confessionē non debet accedere eucharistiam,ergo per contritionem non est assecutus remissionem,ergo &c.

Quartū ar

¶In oppositum est textus præsentis literæ.Item ad idem est gl.super illud psal.sacrificium Deo spiritus contribulatus:cor contritum &c. dicēs cordis contritio est sacrificium in quo peccata soluuntur.

Opponit i cōtrarium.

¶Respon.sit ista conclusio.ꝙ per contritionem deletur læpra peccati.patet conclusio sic , primo ex illo quod inquit Isidorus contritio est humilitas mētis annihilans peccatū. ¶Ratione sic probatur virtus & vitium eisdem causis corrumpuntur & generantur.2.ethi..sed per inordinatū amorem cordis peccatū committitur.ergo per dolorē ex amore cordis ordinato causarū peccatum soluitur.& ita cōtritio peccati lepram tollit,siue sanat.Pro huius conclusionis pleniori intelligentia est notādum cum S.Tho.in 4.dis.18.

Respondet Psal. 6. b — S. Thom.

2 †ꝙ contritio pōt dupliciter considerari,vel inquantum est pars sacramenti,vel inquantum est actus virtutis,& vtrobique mō est causa remissionis peccati:sed diuersimode. quia inquantum est pars sacramenti,primo operatur ad recessionem peccati instrumentaliter,sicut de alijs sacramentis dicitur,ꝙ sunt medicamenta circa morbos animæ ordinata,inquantum aūt est actus virtutis,est quasi causa materialis remissionis peccatorū , eo quod dispositio est quasi necessitas ad iustificationē.dispositio autem reducitur ad causam materialem si accipiatur dispositio quæ disponit materiam ad recipiendum.Secus autem de dispositione agentis ad agendum,quia illa reducitur ad genus causæ efficientis,& ita patet,quod contritio siue vt pars sacramenti siue vt est actus, virtutis:operatur ad mundationem lepræ peccati.

Ad primū argumen.

¶Ad rōnes in oppositum dicendum est . Ad primam respondetur negando consequentiam,licet Deus solus sit causa efficiens principalis remissionis peccati, nihilominus causa dispositiua potest esse ex nobis:& similiter causa instrumētalis quia formæ sacramentorum verba sunt à nobis prolata,quæ habent virtutem instrumentalem gratiam inducendi qua remittuntur.

Ad secundā — Alexander de halis.

¶Ad secundam respondetur negādo assumptū: & ad authoritatem Grego.dicendum iuxta magistrū Alexandrū de halis in.4.

3 †ꝙ contritio sumitur communiter & proprie.Communiter quidem sumitur secundum ꝙ nominat proprie tantum dolorem de peccato informatū & causatum.s.ex gratia gratum faciente.Secundū ergo ꝙ contritio proprie sumpta coertionē habet oīm peccatorū simul, & hoc per gratiam gratum facientem sibi adiunctū,sic contritio habet virtutem purgandi à culpa, non tamen ratione doloris importati,sed potius rōne gratiæ vt tactū est,& hoc modo non sumitur contritio in verbo.Grego. secundū aūt ꝙ tertio importat dolorem qualēcunq; hoc modo est contritio sine iustificatione & remissiōe peccati.primo modo nō & hoc mō sumitur à Greg.

Ad tertiū.

¶Ad tertiam respondetur,ꝙ vt infra in quæstione sequenti ostenditur peccati remissio. vno modo præcedit virtutem,& gratiæ infusionem, & alio modo sequitur,& secundum hoc ꝙ sequitur actus à virtute elicitus,potest aliqua causa esse remissionis culpæ.

Ad quartū.

¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam . quoniam quia dispensatio eucharistiæ pertinet ad ministros, ideo ante remissionem peccati per ministros ecclesiæ nō debet aliquis ad eucharistiam accedere,quamuis sit sibi culpa quoad Deum remissa.

4 **Ad secundum** Sic proceditur.† Et videtur ꝙ remissio siue expulsio culpæ præcedat infusionem gratiæ.Primo sic. in quolibet motu recessus à termino à quo præcedit accessum ad terminū ad quē vel tempore,si sit motus successiuus,vel saltem natura, si sit mutatio subita.sed iustificationis terminus ad quē ē gratia ergo remissio culpæ præcedit infusionem gratiæ.

Primū arg

¶Secundo sic.dicit gl.super illud Psal. sic in sancto apparui tibi.nisi quis prius deficiat à malo , nunquam perueniet ad bonum gratiæ.

Secundū ar. Psal. 57.a

¶ Tertio sic. remissio culpæ & infusio gratiæ se habent sicut illuminatio & purgatio.sed purgatio præcedit illuminationem secundum Dyonisiū.ergo & remissio culpæ præcedit infusionem gratiæ.

Tertium ar.

¶Quarto sic. culpa & gratia se habent adinuicem sicut formæ cōtrariæ in natura.sed in naturalibus prius naturaliter est expulsio vnius formæ,ꝙ introductio alterius,eo quod non contingit formas contrarias simul esse in materia . ergo expulsio culpæ naturaliter prius est,quā infusio gratiæ.

Quartū ar.

¶In oppositū videtur sumi argumen.ex exemplis Lazari,& leprosi positis in literis . qm̄ resuscitationem Lazari præcessit præsentia saluatoris ad sepulchrum.i.virtus voluntatis eius,& mundationem leprosi tactus manus eis per quæ aptissime ostēditur, quod infusio gratiæ quæ designatur tam per exhibitionem pœnitentiæ saluatoris eius ad sepulchrum,quam per tactum manus,qua leprosum tetigit præcedit expulsionem peccati quo anima & infici dicitur & mori.

Opponit i cōtrarium.

¶Rōne sic.causa naturaliter præcedit effectum,sed infusio gratiæ est causa remissionis culpæ. quia infundendo gratiam Deus peccata remittit.ergo infusio gratiæ præcedit.

Ad secundā opposi.

¶Respon.quod remissio siue expulsio culpæ non præcedit tēpore infusionē gratiæ,sed simul sunt in eodem cum ipsis.

Respondet. Prima conclusio.

¶ Probatur sic ista conclusio.remissio culpæ & infusio gratiæ se habent in iustificatione formæ,& introductio alterius in generōne naturali,sed illa duo sunt: ergo & hæc duo consequentia patet,probatur minor quia terminus cuiuslibet motus est in eodem.2.sic inter prius,& posterius cadit tempus medium,sed postquam culpa est expulsa ab anima,non est in ipsa,nec gratia inest antequam& fundatur.ergo si prius tempore culpa expellatur,antequam gratia infundatur, erit aliquod tempus in quo anima & culpa carebit,& gratia.quod est impossibile.quia dato ꝙ in illo tempore moreretur,nec iret ad infernum, nec ad paradisum finaliter,quod est impossibile.

Secunda cōclusio.

¶Secunda conclusio secundum ordinem causæ materialis remissionem præcedit prioritate naturæ infusionem gratiæ , & secundum ordinē causæ formalis est ergo.Pro declaratione huius cōclusionis est notandum cum S.Tho.tam in quæstionibus de veritate quam in 4.dist.17.quod omnis prioritas secundum ordinē causæ,& causati.quia principium & causa idem sunt.in causis autem contingit,quod idem est causa & causarum secundum diuersum genus causæ,vt patet in 2.Phy.& in 5.Meta. Sicut ambulatio est causa efficiens sanationis , & sanatio est causa finalis ambulationis , & similiter de habitudine quæ est in materiam & formam.quia secūdum genus causæ materialis materia est.quasi causa formæ, quasi sustentat ipsam & forma est causa materiæ,quasi faciens eam esse actu secūdum genus causæ formalis.Ex parte autem causæ materialis tenet se secundum quandam reductionem.omne istud ꝑ quod materia efficitur ꝓpria huius formæ , sicut dispositiones,& remotiones impedimentorum.& ideo in generatione naturali quando corruptio vnius est generatio alterius per hoc quod forma vna inducitur,& alia expellitur, remotio formæ præexistentis se tenet ex parte causæ materialis& præcedit naturaliter introductionem alterius formæ,sed secundum ordinem causæ formalis est conuerso.Et quia finis & forma,& agens incidunt in idem numero vel specie,ideo etiam in ordine causæ efficientis introductio formæ prior est,quia forma introducta ē similitudo formæ agentis agit Et similiter in ordine causæ finalis. quia non principaliter intendit introductionem formæ,& ad hanc ordinat expulsionem:omnis eius cum quo non potest stare formæ intentio.vnde cum gratiæ infusio & remissio culpæ vt ex dictis patet se habeant sicut introductio vnius formæ, & expulsio alterius,constat quod secundum ordinem causæ materialis remissio culpæ præcedit infusionem gratiæ . Sed secundum ordinem causæ formatis efficientis & finalis infusio gratiæ prior natura est,& propter hoc etiam vtrūque inuenitur dici causa alterius . infusio enim gratiæ est causa remissionis culpæ per modum causæ formalis,¶Ad rationes in oppositum,

S. Thom.

tum patet respon. ex dictis quia rationes probantes quod remissio culpæ præcedat infusionem gratiæ procedunt secundum ordinem causæ materialis. rationes vero probantes ꝙ infusio gratiæ præcedat: procedunt secũdum ordinem causæ formalis efficientis, aut finalis. Ad idem est sententia domini Alberti in 4. di. 17.

lbertus.

5 **Ad tertium** Sic proceditur: † Et videtur quod contritio non præcedat remissionem, sed ecõuerso. primo sic. motus contritionis est cum sit meritorius motus formatus gratia, sed gratia informãs actũ prior est eo, cũ sit cã eius ergo gratiæ infusio & per consequẽs culpæ remissio p̄cedũt cõtritionẽ. ¶ Scdo sic. cõtritio est: motus meritorius oĩs aũt motus p̄cedit a radice mũdata. ergo cum radix mũdetur per peccati expulsionem, expulsio peccati præcedit contritionem. ¶ Tertio sic. contritio est opus bonum, sed opus bonũ præcedit habitus bonus. ergo prius naturaliter anima habilitatur ad bonum, quam conteratur sed impossibile est intelligere aĩam habilitatam ad bonum nisi expulsa culpa. ergo expulsio culpæ præcedit cõtritionẽ. ¶ In oppositum arguitur exemplo. 10. leprosorum in litera posito, de quibus habetur Luc. 17. vbi dicitur cum Iesus ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei. 10. leprosi, qui steterunt a longe, & leuauerunt vocem suam dicentes. Iesu præceptor miserere nobis, quibus dominus ait. ite ostẽdite vos sacerdotibus, & cum irent mundati sunt. vbi manifeste apparet quod in istis motus li. ar. ex parte eorum præcessit curationem ipsorum. ¶ Secũdo sic. motus curationis est causa remissionis culpæ. ergo est prior quam ipsa. patet consequentia. quia causa naturaliter præcedit effectũ. ¶ Respon. dimissis omnibus opinionibus quas hic tam S. Tho. ꝙ dominus Bonauentura recitat, ponentur duo cõclusiones.

Primũ ar. Secundũ ar. Tertiũ arg. Opponit ĩ cõtrarium. Secunda oppositio. S. Thom. Prima cõclusio.

6 Prima est. † quod contritio secundum ordinem causæ materialis p̄cedit peccati remissionem. ista conclusio patet. quia motus ad terminũ præcedit naturaliter terminum. sed contritio est quidam motus tendens in destructionem peccati. ergo naturaliter præcedit remissionem peccati. ¶ Secunda

Secũda conclusio.

7 conclusio est † quod contritio ſm ordinem causæ formalis sequitur remissionem peccati. probatur conclusio. actus cõtritionis est meritorius. ergo ante actum contritionis exigitur quod habeat gratiam. quia actus meritorius nõ est nisi a gratia. ¶ Secundo vt arguit dominus Albertus: in natura prius est motus ad esse quod est actus formæ alicuius. quam operatio compositi existentis in forma illa. ergo sic etiã est in spiritualibus. ergo prius natura est infusio gratiæ: & remissio peccati, quam motus liber. arb. in Deum siue in peccatum. ¶ Pro declaratione istarum conclusionum inducit S. Tho. in 4. di. 18. similitudinem generationis naturalis, quæ est terminus alterationis in qua in eodem instanti terminatur alteratio ad dispositionẽ, quæ ẽ necessitatis, & gratiæ ad formam, & tamen secundum ordinem naturæ vtrũque est prius altero aliquo modo, quia dispositio quæ est necessitas præcedit formam secundum ordinem causæ materialis, sed forma est prior secũdum ordinem causæ formalis & secundum hunc modum illa qualitas consummata est ẽt formalis effectus illius formæ sustantialis, secundum quod forma substantialis est causa accidẽtalium, & ideo cum isti motus qui sunt in ipsa iustificatione impij sint quasi dispositio vltima ad gratiæ susceptionem suo mõ præcedunt quidem in via causæ materialis, sed sequuntur in via causæ formalis: & ideo nihil prohibet eos esse formatos, quia hic ad rationem causæ Formalis pertinent, sicut qualitates quæ introducuntur simul cum forma substantiali quodam modo formantur per formam substantialem, & si qualitas prædicta ante sui consummationem & formæ introductionẽ nõ erat formata, sed informis, ita etiam de motu li. ar. si tamen continuatus in fine perficiatur per gratiæ infusionem, nec est aliquo modo inconueniens, quia & si sit aliquo mõ idẽ secundum Aug. genus naturæ: non tamen est idem secũdũ genus moris, contingit enim vnum motum secundum genus naturæ esse virtutis, & vitij secũdum genus moris, sicut patet de illo, qui eundo ad ecclesiam mutat intẽtionem de malo in bonum. ¶ Ad rationes patet solutio ex dictis. p̄cedunt. n. vijs suis, secundum vero ordinẽ causæ formalis: procedunt primæ rationes, secundum vero ordinem causæ materialis dispositiue procedunt. Contritio. n. dicitur causa remissionis culpæ inquãtum est dispositio ad gratiam &c. Litera. ¶ [Hinc etiam leprosi] primum exemplum: de quo habetur. Lu. 17. per quos intelligũtur leprosi lepra peccati infecti, qui dum accedunt ad Christum per contritionem habentes propositum se ostendendi sacerdotibus per confessionem, cõsequentur illico emundationem lepræ peccati. [Hinc etiam Lazarus]. 2. exem. de quo Io. 11. per quem Lazarum intelligitur peccator cõsuetudine peccandi depressus. Hug. vbi no. quã pulchre designatur recta penitẽtia peccatoris. Nam nisi Christus per suam gratiam ad sepulchrũ peccatoris conscientiæ accedat, non surgit peccator, sed iacet in sepulchro culpæ, & peccati. sed ad spiritualem penitẽtiam saluatoris remouetur lapis obduratæ voluntatis p cõtritionem, & emollitur cor, vt sit cor carneum, quod prius fuerat lapideum. Eze. 11. auferam ab eis cor lapideum. & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent [reuixit]

Albertus magnus. S. Thom. Augustinus. Ad argum. Exponit literam. Hugu.

8 .s. per contritionem. Et ita patet quod per cõtritionem ante exteriorem confessionem deletur peccatum. [Hinc etiã] exem. 3. de quo habetur Mat. 8. per hunc leprosum intelligitur peccator lepra peccati perfusus, qui tangitur a Christo: & mũdatus est, quia cum Christus gratiæ suæ respectu cor tangit siue illustrat peccatoris. mouetur ad compunctionẽ culpæ, & sic a lepra culpæ inficientis mũdatur, deinde iubetur ostendere se sacerdotibus per exteriorem cõfessionem munusque offerre per debitã satisfactionẽ [ex lege]. i. secundum legem Hu. [vnde post] istud etiam ostẽditur per factũ Petri negantis Christum, quem cum dominus respexisset Matt. 26. compunctus ad aspectum Christi fleuit amare, & sic in sua contritione mundatus est a culpa.

2 *Confessio facta extra charitatem quantum ad id quod est ex parte confitentis, nihil valet ad iustificationem & meritum vitæ æternæ.*

3 *Confessio in peccato extra charitatem ad quid valeat.*

4 *Confessio facta extra charitatem quantum ad id quod est ex parte audientis, valet & est vtilis.*

5 *Confiteri posse est dupliciter.*

7 *Peccata venialia non separant a Deo.*

Hinc etiam medici. Tertia pars huius capituli in qua etiam per aliquas authoritates ostendit, quod sola contritione absq; exteriori confessione deleantur peccata, dicit. ¶ [Quod medici]. i. sacerdotes qui medici dicuntur animarum [negatur] psal. 85. nunquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi. q. d. non. quoniã vt ait. gl. sola Dei gratia animæ reuiuiscũt: & vt ait idem propheta. domini est salus. licet enim sacerdotes exterius sacramenta ministrent, interius tamen virtus Dei inuisibilis operatur vt mortuus a culpa suscitetur. vnde Io. 1. dicit hic est qui baptizat. vbi dicit gl. Not. ꝙ in hoc sacramẽto & ĩ ceteris solus Christus operat: alij vero sunt ministri [si a mortuo.] Consequenter idem ostendit magister Gratianus alia authoritate sacræ scripturæ: ꝗ habetur Eccle. 17. vbi sic dicitur. [ante mortem confitere a mortuo.] q. nihil perijt. s. confessio. quia dum quis est in morte culpæ: non põt domino salubriter confiteri. vnde oportet ad hoc quod salubritur confiteatur, quod præcedat cordis contritio, per quam resuscitetur a culpa, & viuat in domino per gratiam: & sic viuens confiteatur. vnde ibidẽ ita subdit ecclesiasticus. confiteberis viuens: & sanus: & confiteberis & laudabis Deum. dicit ergo [a mortuo]. i. a p̄sistente in peccatis [perijt confessio]. i. non est vtilis quo ad vitam æternam vt sit sensus [confessio quæ fit a mortuo perijt]. i. est inutilis & inefficax ad vitam eternam. Hug. [timore octauæ]. s. ætatis [resurgentium] tunc. n. fiet iudicium: quod ab omnibus timetur. Hug. [in morte]. i. in peccato, quod est mors aĩæ: p peccatum. n. moritur anima: & disiungitur a Deo, & coniũgitur diabolo: cõiuncta vero diabolo fit immemor Dei [in inferno]. i. in cecitate mentis, quam incurrit. [qui desperat]. i. in cecitate desperationis: quæ mortuum inuoluit [quis]. i. nullus [si igitur] hic argumentatur Gratianus ex dictis, & bene sic. si ergo nullus cõfitetur nisi resuscitatus &c. ¶ Pro pleniori intelligentia huius rationis quæruntur duo.

Exponit literam. Psa. 5).a

1 ¶ Primum est vtrum ad hoc ꝙ sit vtilis confessio sacramentalis necessariũ sit: quod fiat a resuscitato in vitam gratiæ spiritualis.

5 ¶ Secundum est vtrum sit verum ꝙ sicut anima est vita corporis ita Deus sit vita animæ.

1 **Ad primum** Sic proceditur. † Et videtur quod ad hoc quod sit vtilis confessio sacramẽtalis non requiritur: ꝙ sit a resuscitato, siue ab existente in gratia siue charitate. Primo sic. Omne id qđ vt causa p̄cedit iusti-

Primũ argumen. ar.

dit iustificationem,non præsupponit illam patet. sed cõfes sio vt causa præcedit iustificationẽ.dicit enim Ambrosius libro de paradiso,& habetur infra eo.d.nullus potest a peccato iustificari,nisi peccatum fuerit ante confessus.ergo sequitur,quod non requiratur, ꝙ cõfessio fiat a resuscitato in gratia,in vitã gratiæ spiritualis.¶Secundo sic. ad hoc cõ fessio fit,vt confessor instructus sit de qualitate & quantitate peccatorum.sed hoc æqualiter potest fieri in gratia & extra gratiam . ergo æqualiter valet confessio in gratia facta: siue extra gratiam.¶Tertio sic.nemo tenetur ad impossibile sibi,ad confessionem autem omnis homo tenetur ex præcepto,ergo modus cõfessionis non est impossibilis. sed impossibilis est nobis habere gratiam,quia ad gratiam non possumus ex nobis.ergo nõ tenemur cõfiteri in gratia ¶Quarto,si nemo potest conteri nisi sit suscitatus:sequitur ꝙ cum nullus mortuus teneatur ad sui suscitationẽ:quia hoc ẽ impossibile,nullus peccator teneť ad cõfessionẽ, ꝙ est incõuenies.¶Quinto dr̃ Eccle.9.Nemo scit si odio vel amore dignus sit.si ergo tenet quis in charitate confiteri:& non põt hoc fieri,nisi sciat se habere aliquã charitatem, & non põt scire,sequitur,quod nescit se fecisse confessionem . ergo oĩs homo est perplexus in hac parte, & tota die erunt repetendæ confessiones,nec homo per totam vitã aliud facere debet:nisi cõfiteri,vt saltẽ valeat vna ei cõfessio.ergo &c.¶In oppositum est textus præsentis literæ.¶ Respond.iuxta dominum Albertum in 4.distinct.17.in confessione sunt duo vnum ex parte confitentis.& alterum ex parte confessionẽ audientis. Ex parte confitentis est actus ipse:sicut quod est ab agente,& rubor:& pœna enarrando . Ex parte audientis est notitia morbi latentis:& circunstantiarũ eius. qua diui-
2 sione posita sit ista conclusio prima † confessio facta extra charitatem:quantum ad id quod est ex parte confitentis nihil valet ad iustificationẽ & meritũ vitæ æternæ . probatur conclusio.Nullum opus mortuum valet ad vitã æternã, sed confessio facta in mortali peccato ante animæ iustificationem est opus mortuum.ergo non valet ad iustificationem nec ad vitam æternam . ¶ Secunda conclusio†confessio in
3 peccato facta extra charitatem valet ad facilius gratiam impetrandam & humiliationem confitentis: & ad alia quædã ad quæ dicuntur valere bona quæ dicuntur de genere bonorum extra charitatem factam.patet conclusio cum non minus hoc dicendum sit de cõfessione,quam de alijs bonis factis extra charitatem. ¶Tertia cõclusio est†confessio facta
4 extra charitatẽ quantum ad id quod est ex parte audientis valet,& est vtilis.hæc ẽ cõclusio domini Alberti ita.d.valet enim ad hoc:quod præceptum ecclesiæ soluit,& de obligať a debito confitendi . ꝙ aũt ipse non sequatur effectum clauium in diminutione pœnæ hoc est per accidens, quia.s.p̃ceptum est,& quia effectus clauiũ plus fundatur super passionem Christi quam super meritum humanũ , videtur mihi,quod recedente fictione si non intercidat aliquod peccatum confessionem & satisfactionem iniunctam valebit & effectus clauium,cui se subdidit recedente fictione.hæc Albertus.huius sententiæ est beatus Tho.in 4.dist.17.ita dicẽs quamuis autem.s.dum confitens fictus non percipiat absolutionis fructum,tamen recedente fictione percipere incipiet,sicut etiam est in alijs sacramentis.vnde nõ tenetur iterare confessionem,qui fictus accedit,sed tenetur postmodũ fictionem suam confiteri.hæc ille. ¶Ad rationes in opposi tum dicendum. Ad primam iuxta dominum Albertum respondetur:ꝙ ratio nõ procedit.quia confessio contra ordinatur ad iustificationem præcessionemq; quãdam naturæ, non temporis est confessio in gratia facta:& magis prout in voto supponitur ab actu contritionis,ꝗ prout est in actuali peccato cum enarratione.Et de hac intelligitur dictũ Ambrosij.¶Ad secundam respondetur,ꝙ licet confessio sit ad hoc,ꝙ cõfessor instructus sit de quantitate,& qualitate peccatorum,non tamen tantum ad hoc,imo multas causas habet ex parte confitentis,ad quas inefficax est cõfessio extra gratiam facta:& ita ratio non procedit.¶Ad tertiam respõdetur iuxta Albertum magnum vbi supra,ꝙ impossibile dicitur dupliciter.s.id in quo nullo modo possumus, nec aliquid facere,quo facto fiat illud:sicut subuertere mentes est impossibile nobis,& hoc non præcipitur alicui.¶ Secundo modo dicitur impossibile quod in se nõ possumus, sed possumus aliquid quo facto illud ineuitabile fiet , & hoc rõne antecedentis potest esse in præcepto,quod quidẽ antecedẽs in ptãte nostra,et quodãmodo est possibile nobis & hoc est

Secundũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Opponit & Respondet. — Prima conclusio. — Secunda cõclusio. — Tertia conclusio. Albertu. — S. Thom. — Ad secundũ — Ad tertiũ. Albertus.

habere gratiã. quia si fecerimus ꝙ in nobis est: Deus ineuitabiliter dabit nobis grãm.& hoc rõne antecedẽtis põt esse in p̃cepto,& hoc ẽm opinionẽ eorum, qui dicunt,ꝙ forma operis sit in præcepto : & non tantum operis substantia.de hoc tamen alias.¶Ad quartam respondetur iuxta dominũ
5 Bonauenturam in quarto in expositione literæ.†quod posse confiteri est dupliciter.aut peccatum detegẽdo, vt sit cõ fessio manifesta.& sic potest fieri etiam a peccatore , aut vt sit confessio reconciliatiua,& sic nõ potest fieri, nisi a iusto & suscitato.s.n.alias fiat absoluitur exterius,sed nõ iterius. ¶Ad quintam respondetur iuxta dominum Bonauenturã vbi supra. quod licet nemo sciat certitudinaliter se habere charitatem tamen hoc opinari potest:& signis.s.si displicet sibi peccatum,& detestatur illud,cum animo nunquam iterum committendi & de hoc sufficit nobis in hac vita , quia non potest amplius exigi a nobis,quam impossibile est nobis soluere,vt dicit Albertus.

6 Ad secundum Sic p̃ceditur.†Et vr̃ ꝙ nõ sit verũ ꝙ sicut aĩa est vita corporis ita Deus sit vita aĩæ.Sic anima est vita corporis p naturã , quia est actus corporis potentia vitam habẽtis,vt dr̃.2. de anima sed Deus non est vita animæ,nisi per gratiam. ergo nulla vr̃ similitudo.¶In oppositum est tex.p̃sentis literæ.¶Respon. iuxta dominum Albertum in expositione literæ in quarto. di.17.ꝙ nõ in oĩbus est similitudo,sed in quibusdã,& in quibusdam non.Est autem similitudo in hoc,ꝙ sicut anima indeficiens principium vitæ corporis est quantum est de se, & si corpus non viuificatur indesinenter ab ipsa,ꝙ hoc non est ex parte animæ,sed potius propter corruptionem ipsius corporis,ita Deus indeficiens principium est vitæ de se animæ, & si anima nõ viuificatur,hoc accidit propter ipsius animæ a fonte auersionem. ¶Secundo in hoc est similitudo , quia nulla vita est in corpore,nisi ea quæ est continuus actus animæ in corpus,cuius esse fieri est continue ab anima,vt videtur dici in libro de motu cordis . ita nulla vita gratiæ est in anima,nisi per continuam præsentiam Dei inhabitantis in nobis per gratiam.¶Tertio quia sicut anima sensitiua sensum & motum corpori præbet per hoc,ꝙ est in corpore,ita Deus animæ spiritualiter quam inhabitat.¶Quarto quia in hoc,ꝙ sicut per separationem animæ vilescit corpus sic q̃n separatur Deus ab anima,anima vilescit & moritur. ¶ Dissimilitudo est in aliquibus.Primo in hoc,ꝙ Deus non vnitur animæ ad constitutionem alicuius tertij,sicut anima corpori vnitur.sed secundo in hoc ꝙ Deus non est actus naturalis animæ,sicut anima corporis.est etiam dissimilitudo in pluribus alijs.Et per hoc patet responsio ad argumentũ in principio.Litera.¶ [Resuscitatorem suum] .s.Deum,qui resuscitator est animarum , cum Deus sit vita iam expositum est. Deus inhabitans animam dat illi vitam gratiæ præsentem, non solum essentialiter,præsentialiter,& potentialiter,sicut in omnibus rebus est, sed præsentem].s.per gratiam & charitatem[templum spiritus sancti facta est]de hoc apostolus primæ Corin.6.nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti,qui in vobis est[ergo illuminata est.]Cũ enim Deus lux sit.Io.1.omnem animam quam inhabitat & illustrat[apostolus].2.Corin.6.[Cum idolis].i. cum his qui sunt templum diaboli,cui idola consecrata sunt. vel nullus eodem tempore potest esse templum diaboli & Dei. Hug. [Omnis qui odit malum.]Consequenter prosequendo propositum ait[omnis]sicut.n.omnis qui male agit odit lucẽ, vt dicitur Io.3.Sic omnis qui odit malum diligit lucem , & manet in luce,quæ Christus est.In talibus.n.terminis qui p̃cise se respiciunt & manet in luce,eadem est ratio in antecedente & consequente ;tenet hincinde, ergo cõsequẽtia, vt si cut qui male agit odit lucem,& manet in tenebris.sic & qui odit malum,diligit lucem & manet in luce , quæ Christus est ipso dicente Io.8.Ego lux mundi,qui sequitur me nõ ambulat in tenebris sed habebit lumen vitæ . Et ideo qui agit opera lucis,operatur cum Christo,& per consequẽs sic operans filius Dei est per adoptionem,& hoc probat per verba saluatoris dicentis Io.8.[si filij Abrahæ estis]illi.n.sunt illius filij,cuius opera imitantur , vt dicantur filij Dei , qui opera lucis & Dei operantur.& filij diaboli,qui opera eius imitantur.[Vos ex diabolo]non natura,sed imitatione. Hu. nemo põt simul esse filius dei & filius diaboli[quia dominus ait]
7 Matt.6.[Nemo potest dominis seruire duobus &c.] ar. † ꝙ peccata venialia non separant a Deo.arg.ꝙ ex peccato veniali non arguitur quis seruus diaboli.de his videbitur infra Deo

Ad quartũ. Bonauen. — Ad quintũ — Albertus. — Primũ ar. — Opponit & Respondet. Albertus. — Exponit literam. — Hugutio. — a¶ Peccata venialia. Ad de quod peccata venialia deleẽtur multis modis.Car.za. in cle.1.19. q.de priuil. & in cle.2. eo.ti.glo & doctor. in proe. sext.

fra Deo duce.[Qui natus est &c.]hoc habet Io.3. ꝙ qui natus est]per gratiam[non peccat]coniunctim intelligitur dũ manet in sanctitate,siue gratia percepta[nõ peccat].s. mortaliter,ꝙ sic debeat intelligi habetur.1.di.2.§.item hanc.c. si.n.inquit.vel ita.[qui natus est ex Deo].i.qui est prædestinatus ad vitam æternam non peccat.s.peccato ad mortem. vt infra di.2.§.firmamentum.[solo.n.peccato]qui facit peccatum seruus est peccati.Io.8.[translati].1.Io.3. translati sumus de morte ad vitam,quoniam diligimus fratres[cum ergo]concludit ex prædictis,ꝙ per solam cordis contritionẽ sine confessione oris dum tamen sit in proposito confitendi remittitur. [Itẽ oĩs qui nõ diligit]prosequitur Idẽ ex alia authoritate].1.Io.3.ergo ex opposito cõsequẽtis qui nõ manet ĩ morte:diligit:& ꝑ cõsequẽs qui viuit diligit Deũ ꝑ charitatẽ[si diligit dilectioẽ ĩ eodẽ]quia dilectio cũ sit actus immanens,manet in eo,qui diligit secũdum Philisophum.11. Metaphysic.& 2.Ethicorum.[dilectio].s.talis,qua diligitur Deus supra oĩa[non est in malo].i.in peccatore, qui præponit creaturã creatori,& terrena cælestibus,& caduca æternis [Est.n.] Assignat rõnẽ ex authoritate Aug. [quia charitas ẽ proprius fons bonorũ]quia dignorum vita æterna [in quo non communicat alienus].s.a charitate & a vita æterna . Ex quibus recolligit quod cum per cordis contritionem ante confessionem efficitur quis membrum Dei,& templum Dei,ac dilector Dei,dignusque vita æterna, quod ante confessionem per solam contritionem remittatur peccatum. confessio autem quæ fiat fit non ad impetrationem veniæ, quæ iam præcessit, sed ad ostensionem penitentiæ interioris:sicut circuncisio data est hebreis.Gen.17.[in signũ iustitiæ]nõ in causam iustificationis.¶ In hoc loco videtur magister Gratianus esse opinionis dicentiũ, ꝙ circuncisio non cõfert gratiam iustificationis, cuius opinionis fuit Magister sententiarum in 4.dis.1.Sed hæc opinio non tenetur, imo circuncisio & delebat culpam.& per consequens conferebat gratiam iustificantem. Dicit enim Augu.ad Valerium contra Iulianum.& habetur de conse.di.4. ex quo instituta est circuncisio in populo Dei. quæ erat signaculum fidei iustitiæ ad sanctificationem purgationis valebat paruulis ad emundationem originalis peccati,sicut & baptismus ex illo valere cepit ad emundationem peccati,& innouationẽ hominis:ex quo constitutus de hoc est . vide quod nos de hac quæstione disputauimus in tractatu de cõsecra.¶ In signũ veniæ acceptæ non &c.] Est tñ aduertendum quod licet ꝑ contritionem absque confessione exteriori facta sacerdoti remissio fiat peccati.Est tñ necessaria confessio . vt infra plenius ostendemus [in voto & proposito] & in actu propter præceptum.Iaco.5.confitemini alterutrum peccata vestra. est etiam vtilis : quia propter sui humilitatem gratia augetur,& propter sui erubescentiam pœna diminuitur.

Cõtra Gratianũ & Magistrum sententiarum . Augustinus

2 *Iustitia dicitur tripliciter.*
3 *Iustificatio potest sumi dupliciter.*
4 *Consummatio bonorum operum dicitur dupliciter.*
6 *Infusio diuinæ gratiæ necessaria est ad iustificationem impij.*
7 *Motus liberi arbitrij requiritur ad iustificationem impij. & nume.8.*
9 *Remissio peccatorum conuenienter connumeratur inter requisita ad iustificationem impij.*
10 *Gratia qualiter se habeat in remissione culpæ.*

Alij econtrario. Hic iuxta diuisionem quã in principio huiusmodi diuisionis posuimus.Incipit secũda pars huius distinctionis in qua magister Gratianus ponit opinionem eorum,qui dicunt,ꝙ non deletur peccatum sine oris confessione & satisfactione. Et diuiditur in quinque partes.In prima ponit opinionem prædictã cõtrariam, quam probat pluribus authoritatibus sacri canonis & sanctorum.Secundo concludit pro opinione præd cta.Tertio prædictorum opinionẽ reassumens roborat illã alijs authoritatibus veteris & noui testamenti,probans ꝙ absq; oris confessione nullus à peccato mundetur. Quarto ex hoc concludit adiunctis alijs sanctorum patrum testimonijs:ꝙ ad deletionem peccati necessaria sit oris confessio,& operis satisfactio per opera pia. Quinto respondet authoritatibus inductis pro prima opinione. secũda ibi: ex his itaque:tertia ibi,in §.denique.quarta ibi,in §. ex his omnibus.quinta ibi,his authoritatibus asseritur.Prima subdiuitur in duas partes.In prima facit quod dictum est.In secunda incidenter tractat.an omni peccatori venia promittatur siue cõcedatur.secũda ibi:in §.ꝙ aũt omni.Dicit ergo Gratianus:ꝙ alij sunt qui dicunt:quod sine oris confessione : & operis satisfactione si tempus siue facultas adest:nullus põt a peccato mundari.Et ad hoc inducit primo illud prophetæ . Esai.4.dic.s. in confessione vt iustificeris. deinde illud Ambrosij libro de paradiso.nemo potest a peccato iustificari.nisi peccatum fuerit ante confessus . Pro pleniori notitia huius literæ:in qua fit mẽtio de iustificatione impij:& quasi totius tractatu de pœnitentia, quæ ad iustificationem impij ordinata est:sunt hic aliqua declaranda,circa iustificationem.& sunt quatuor.

Diuisio.

Subdiuisio.

1 ¶Primum quid sit iustificatio, vtrum sit remissio peccatorum & consumatio bonorum operum.

5 ¶Secundum de his quæ requiruntur ad iustificationẽ,vtrũ verum sit:ꝙ ad iustificationem requirãtur quatuor videlicet gratię infusio,motus libe.ar.in Deum:motus li. arbi. in peccatum:siue contritio & remissio peccati.

11 ¶Tertio vtrum confessio sit necessaria ad iustificationem impij.

12 ¶Quarto vtrum conuenienter attribuãtur confessioni effectus descripti in litera.s.animam a morte liberare:paradisum aperire,& saluationis spem tribuere.

1 **Ad primum** Sic proceditur.† Et videtur ꝙ iustificatio impij non sit remissio peccatorum,& consumatio bonorum operum.Primo sic. peccatũ non solum iustitiæ opponitur,sed omnibus virtutibus : sed iustificatio signat motum quendam ad iustitiã.nõ ergo oĩs peccati remissio est iustificatio:cum oĩs motus sit de cõtrario in contrarium.¶Secundo sic. vnumquodque debet denominari ab eo quod est potissimum in ipso : vt dicitur.2. de Anima.sed remissio peccatorum præcipue fit per fidem. secundum illud Act.15.fide purificans corda eorum, & per charitatem secundum illud Prouer.10.vniuersa delicta operit charitas.ergo magis remissio peccatorum debuit denominari a fide:vel a charitate quam iustitia.¶ Tertio.sic iustificatio vt quidam dicunt est effectus iustitiæ generalis: qua de impio fit pius. remissio autem peccatorum non est effectus iustitiæ sed gratiæ.ergo iustificatio nõ est remissio peccatorum.¶ Quarto.quicunque fit iustus iustificatur,sed aliquis factus est iustus cui nulla peccata dimissa sunt vt Christus & primus homo in statu innocentiæ si gratiam habuit. ergo iustificatio nõ est remissio peccatorum.¶ Quinto sic. consummatio bonorum operũ in pœnitente fit per satisfactionẽ,sed homo iustificatur per solam contritionem ante satisfactionem:vt ex litera habetur: ergo iustificatio nõ est consummatio bonorum operum.¶ Sexto cõsummatio rei sequitur rem perfectam secũdum ordinem naturæ & rationis,sed iustificatio præcedit opera bona ratione & natura. ergo iustificatio non est consummatio bonorum operũ super illud,quos vocauit & iustificauit.¶ Inoppositum est gl. ad Ro,8.quæ supra illud,quos vocauit nos & iustificauit, dicit primo remissionem peccatorum.¶ Item est gl.presentis literæ,quæ super verbo vt iustificeris dicit gl.i.a peccato mũderis,vel bonis operibus replearis:ergo videtur ꝙ iustificatio sit remissio peccatorum:& consummatio bonorũ.¶ Respon.dicendum ꝙ iustificatio impij recte diffinita est cum dr̃ ꝙ est remissio peccatorum.¶ Pro declaratione istius cõclusionis est sciendum ꝙ vt inquit S.Tho.tam in quarto, ꝙ in prima secundæ,& in quæstionibus de veritate, iustificatio de sui ratione importat motum ad iustitiam, sicut & calefactio motum ad calorem.†Iustitia autem secundum phi- 2
losophum.5.Ethicorum dic tur tripliciter. Vno modo secũdum ꝙ est specialis virtus contra alias cardinales diuersa: ꝑ ut dicitur iustitia,qua homo dirigitur in his quæ veniũt in communicatione vitæ humanæ,sicut sunt contractus diuersi.hæc.n.virtus non est omni peccato contraria , sed tñ illis peccatis, quæ contra huiusmodi communicationem fiunt, sicut furtũ,raptura,& alia huiusmodi.vnde sic non põt hic iustitia accipi.Alio modo dicitur iustitia legalis,quæ secundum omnes philosophos est omnis virtus sola r one & virtute differens.virtus enim secundum ꝙ actum suum in bonum commune ordinat ad quod intendit etiam legislator. Iustitia aũt legalis dicitur:quia legem seruat, vel vt dicit Albertus inquantum cõcordat legi sicut fortis cum in acie fortiter confligit propter salutem reipublicæ. Sic ergo patet ꝙ quamuis omnis virtus sit iustitia legalis quodammodo,nõ tamẽ quilibet actus virtutis est actus iustitiæ legalis, sed ille solus,qui

Primũ arg.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Quintũ ar.

Sextum ar.

Opponit ĩ contrariũ.

Respondet.

S. Thom.

Alber.mag.

solus, qui est ad bonum conditione ordinatus; quod potest contingere de actu cuiuslibet virtutis, & sic per consequēs non oīs actus peccati iustitiæ legali opponitur. vnde nec à iustitia legali dici potest iustificatio quæ est remissio peccatorum. ¶ Alio modo iustitia nominat quendam statū proprium, secūdum quem homo se habet in debito ordine ad Deum & ad proximum, & ad seipsum, vt. s. in eo inferiores vires superiori subdantur. s. rationi, & rō ipsa subdatur Deo quam iustitiam vocat Aristoteles Ethicorum. 1. metaphorice dictam, eo ꝙ diuersæ partes hominis cōputantur quasi diuersæ personæ. hæc autem rectitudo per quodlibet peccatum tollitur, cum per quodlibet peccatum aliquid de prędicto ordine corrumpatur: & per gratiam reparatur. vnde hæc iustitia etiam generalis dicitur inquantum omnes virtutes includit, non quidem per modum totius vniuersalis, sicut præcedens iustitia, sed generalis dicitur per modum totius integralis, & ad hanc iustitiā motus iustificatio dicitur. In quolibet enim motu est recessus a termino, & hoc in prædicta assignatione siue diffinitione iustificationis tangitur in hoc ꝙ dicitur, ꝙ remissio peccatorum & accessus ad terminum qui tangitur in hoc, quod dicitur consummatio bonorum operum. Et ita patet ꝙ cōuenienter iustificatio impij: vt de ea hic loquitur, describitur cum dicit quod sit remissio peccatorum & consummatio bonorum operum.

Ad primū argument. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum est, ꝙ omne peccatum secundum ꝙ importat quandam ordinationem mentis non subditæ Deo in iustitia, potest dici prædictæ iustitiæ contrarium secūdū illud Io. 3. Omnis qui peccatum facit & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas & secundum illud remotio cuiuslibet peccati dicitur iustificatio.

Ad secundū ¶ Ad secundā respondetur, ꝙ ratio non procedit, quia fides & charitas dicunt ordinem specialem mentis humanæ ad Deū, secūdum intellectum vel affectum, iustitia vero importat generaliter totam rectitudinem ordinis totius regni animæ, & inde ei omne peccatum directe & immediate opponitur cum omnes potentias animæ attingat, quod nō est de fide & charitate & ideo denominatur magis huiusmodi transmutatio à iustitia quam a charitate & fide denominatur.

Ad tertiū. S. Thom. 3 ¶ Ad tertiā respondetur iuxta S. Tho, in quarto.† ꝙ iustificatio potest sumi dupliciter, vel secundum quod respōdet ad iustificari. & sic dicit motum ad iustitiam prædictā, vel secundum ꝙ sumitur ad iustificatum esse, & sic est effectus formalis iustitiæ prædictæ, quia ea formaliter aliquid iustificatū est, sicut albedine albatum, sicut autem ab essentia animæ potentiæ fluunt, ita & rectitudo potentiarum a gratia, quæ est essentiæ perfectio, & inter ipsas potentias voluntas quæ alias mouet eis rectitudinem quodammodo largitur: & ideo prædictæ iustitiæ causa prima est gratia, & cōsequenter charitas quæ volūtatem ad finem perficit, a quo est rectitudo prædicta: & ꝓpter hoc ipsa iustificatio & peccatorum remissio est effectus iustitiæ generalis sicut causæ formalis proximæ: sed charitatis & gratiæ sicut causarum causæ proximæ: sicut aliquis æquatus dicit & æqualitate & quantitate, quæ est æqualitatis causa, & quia a proximis causis, vel terminis aliquid denominari debet, ideo prædictus motus vel terminatio motus magis denominatur a iustitia quam a charitate vel gratia.

Ad quartū. ¶ Ad quartā respondetur, ꝙ cōsummatio bonorum operū pōt accipi vel in executione ipsorum, & ita procedit obiectio, & sic non capitur hic. vel in infusione habituū, a quibus opera bona perfectionē habeāt & sic dicitur hic cōsummatio bonorum operū iustificatio.

Ad quintū Albertus. ¶ Ad quintam patet responsio ex responsione ad præcedentem rationem, cui concordans dominus Albert. respondet sic.† ꝙ consummatio bonorum operum dicitur dupliciter
4 .s. in causa, vel in effectu, & in effectu quidem sequitur opera & in causa præcedit. Et in causa ad huc dupliciter: vel in causa habituali, vel in causa efficiente. In causa habituali quidem perficit opera omnis virtus infusa, sed ex parte efficientis iustitia generalis est cōsummatio operum, quia cōsumit operantes viros ad superius, & ad se, & ad proximum.

5 Ad secundum Sic proceditur.† Et videtur ꝙ illa quatuor quæ ab omnibus ponuntur exigi ad iustificationem non exigantur.

Primū ar. ¶ Et primo ꝙ non requiratur gratiæ infusio. Arguitur sic primo. nō. n. est minus iustificare quam creare. sed Deus creat sine medio, ergo & iustificat sine gratia media.

Secundū ar. ¶ Secundo. in contrarijs mediatis vnum potest remoueri sine hoc quòd alterum ponatur, sed inter statum culpæ & gratiæ est medium innocentiæ status. ergo potest remoueri culpa per iustificationē sine hoc ꝙ gratia infundatur.

Primū arg. secūdę par. ¶ Consequenter ꝙ motus libe. ar. in Deū non requiratur ad iustificationem. Arguitur primo sic. Illud quod ad iustificationē sequitur non requiritur ad iustificationem. sed moueri in Deum cum sit ex gratia iustificationis sequit: vnde dicitur Treno. 3. Conuerte nos Deus ad te, & conuertemur ad te. ergo motus li. ar. in Deum non est de his quæ requiruntur ad iustificationē.

Secūdū arg. ¶ Secundo motus li. ar. requiritur ad iustificationem, vt dispositio quædā liberi arbi. id autem ad quod homo trahi ind get, non pertinet ad liberū arbitrium, cum ergo ad hoc ꝙ homo conuertatur in Deum indiget trahi. secundum illud Io. 6. nemo venit ad me, nisi pater meus qui me misit traxerit eum, videtur ꝙ motus liberi arbitrij in Deum non sit de his: quæ ad iustificationem impij requiruntur.

Primū arg. tertie parc. ¶ Ceterum ꝙ motus li. ar. in peccatum siue contritio nō requiratur ad iustificationem, licet supra sit disputatū, Arguitur nihilominus primo sic. Motus charitatis in Deum sufficit ad remissionē peccatorum. Luc. 7. dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. sed motus charitatis est directe in Deum. ergo ad iustificationem impij sufficit motus in Deum & non requiritur motus in peccatum.

Secundū ar. ¶ Secūdo sic. bonum id cōmutabile est efficacius quam bonum commutabile. sed conuersio ad bonum commutabile sufficit ad hoc ꝙ homo incurrat peccatum. ergo bonum incommutabile sufficit ad hoc ꝙ homo iustificetur.

Primum ar. quarte par. ¶ Pręterea ꝙ conuersio peccatorū nō debeat connumerari inter ea quæ requiruntur ad iustificationem impij. Probatur primo sic. Substantia rei non cōnumeratur cum his, quæ ad rem requiruntur. sicut homo non debet cōnumerari aīæ & corpori: sed ipsa iustificatio impij est remissio peccatorum, vt dictum est in præcedenti quæstione. ergo remissio peccatorum non debet computari inter ea quæ ad iustificationem impii requiruntur.

Secūdū ar. ¶ Secūdo idem est grati ę infusio: & peccatorum remissio. sicut idē est illuminatio & tenebrarum expulsio. sed idem non debet cōnumerari sibijpsi. vnum enim multitudini opponitur. ergo non debet culpæ remissio connumerari cum infusione gratiæ.

Opponit ī cōtrarium. ¶ In oppositum est authoritas communis doctorum, q̄ quatuor, vt dicit Albertus magnus & dominus Bonauentura videntur notari in versu ill o. psa. commouisti terrā. ecce

Psal. 57. a primum. s. gratia adueniens in animam: & illam cōmouens & conturbasti eam. s. per contritionem. ecce secundum: sanasti contritiones eius. ecce tertium. peccati remissio qua commota est terra. ecce quartum lib. ar. in Deum.

Prima cōclusio. ¶ Respōdeo pro pleniori satisfactione ad hanc materiam seu quæstionem ponentur aliquæ conclusiones.

6 † Prima ad iustificationem impij necessaria est infusio diuinæ gratiæ. patet ista conclusio ex illo apostoli Rom. 3. iustificati gratis per gratiam ipsius. Ratione sic ostenditur. homo peccando Deum offendit: offensa autem non remittitur alicui: nisi ꝑ hoc ꝙ animus offensi pacatur offendenti, & ideo secundū hoc peccatū nobis remitti dicitur, ꝙ Deus nobis pacatur: quæ quidem pax consistit in dilectione, qua nos diligit. dilectio aūt Dei ex parte actus diuini est æterna & immutabilis. Sed q̄tum ad effectum quem nobis imprimit quandoque interrūpitur, prout. s. ab ipso quādoq; deficimus: & quādoque iterū recuperamus. Effectus autem diuinæ dilectionis in nobis q per peccatum tollitur est gratia, qua homo fit dignus vita æterna: a qua mortale excludit. & ideo non potest intelligi remissio culpæ, nisi adesset infusio gratiæ.

Secūda conclusio. Psal. 6. b ¶ Secunda conclu
7 sio.† ad iustificationem impij adulti requiritur motus li. ar. in peccatum siue ipsa contritio. Conclusio ista ex illo patet quod habetur in psal. Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meā domino. & tu remisisti impietatem peccati mei. sed homo non potest hoc dicere nisi de peccato cogitando. ergo motus li. ar. in peccatum requiritur ad iustificationē. de ista conclusione non plus. quia supra cum disputatum ē an ad iustificationem impij requiratur motus volūtatis: in detestationem peccati est sufficienter probata & declarata.

Tertia conclusio. 8 ¶ Tertia cōclusio.† ad iustificationem impij requirit motus li. ar. in Deum. Probatur conclusio primo ex illo quod dicit Iacob. 4. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis. Appropinquat autem nobis Deus per gratiæ infusionē. ergo ad hoc ꝙ iustificemur per gratiam requiritur ꝙ nos, appropinquemur Deo per motum lib. ar. Declaratur conclusio sic iuxta S. Th. in quarto. ꝙ gratia quæ daē ad recte viuendū & pctōrum r emissionem per prius respicit volun-

S. Thom tatem quam alias potētias, per eam enim peccatur, & recte viuitur,

viuitur,& ideo oportet ꝙ infusio gratiæ iustificantis sit secundum talem modum quia voluntati competat,& propter hoc oportet quod a tali infusione omnis ratio violentiæ includatur quia voluntas violentiæ capax non est. Ad hoc autem, ꝙ violentia ab actione tollatur, oportet ꝙ patiens cooperetur agenti secundum modum suum, vnde in illis quæ nata sunt agere requiritur,ꝙ actus cooperentur in in illis.in illis aũt quæ nata sunt recipere terminum sicut materia prima:sufficit ad violentiam tollendam naturalis inclinatio ad formam:& ex hoc dicitur generatio naturalis sed quantum est ibi de contrarietate,tñ est ibi de violentia vnde quando voluntas non habet actum contrarium, sicut est in pueris,sine violentia voluntatis,potest infundi gratia per sacramentum sicut pueris baptizatis:& sine sacramẽto, sicut patet in sanctificatis in vtero:sed quando voluntas habet suum actum sicut est in adultis,requiritur actus voluntatis ad gratiam suscipiendam, animam ad datorem ordinans,& ideo ad iustificationem quæ per infusionem gratiæ fit,requiritur motus li.ar.in Deum,quia autem primus conuersionis motus mentis in Deũ:est per fidem:secundum illud ad Hebre.11.accedentem ad Deum oportet credere, quia est,ideo motus fidei requiritur specialiter ad iustificationem impij.secundum illud ad Ro.5.Iustificati igitur ex

Quarta cõclusio. 9 fide pacem habemus ad Deum.¶Quarta conclusio. † cõueniẽter connumeratur inter requisita ad iustificationẽ impij ipsa remissio peccatorum.Probatur conclusio sic.in enumeratione eorum quæ requiruntur ad rem non debet præmitti finis:qui potissimum est in vnoquoque. sed remissio peccatorum est finis in suscitatione impij.dicitur.n.Esa.27. est oĩs fructus vt auferatur ab eo peccatum eius.ergo peccatorum remissio cõuenienter annumeratur inter ea:q̃ requiruntur ad iustificationem impij. Et sic ex istis quatuor conclusionibus patet,quod quatuor requirũtur ad iustificationem impij.s.gratiæ infusio:motus liberi arbitrij in Deum ꝑ fidem,motus li.ar.in peccatum,& remissio culpę. Quorum

S. Thom. sufficientia sic assumitur iuxta S.Tho.in prima secundæ, iustificatio(vt dictum est in quæstione præcedenti) est quidã motus quo anima mouetur a Deo a statu culpæ in statũ iustitiæ.In quolibet autẽ motu quo aliquid ab alio mouetur, tria requiruntur. primo quædam motio ipsius mouentis. secundo motus mobilis.& tertio consummatio motus,siue peruentio ad finem. ex parte ergo motionis diuinæ accipitur gratiæ infusio, ex parte vero liber.arb.moti accipiuntur duo motus ipsius moti.vnus secũdum recessum a termino a quo qui est motus lib.ar.in peccatum.Alius secundum accessum ad terminũ ad quẽ, & iste est motus li.ar.in Deũ ꝑ fidẽ.Consummatio autem siue peruentio ad terminum huius motus importatur per remissionem culpæ,in hoc.n.

Alber.mag. iustificatio consummatur. Dominus Albertus magnus in quarto.di.17.sufficientiam horum quatuor sic asignat dicens,quatuor exiguntur ad iustificationem impij: duo sunt ad faciendum iustificationem.vnum quod est vt agens per habitum,quẽ creando dat in corde contrarium peccato, & hic est Deus.alterum ꝙ est vt disponens & præparans subiectum & obediens operanti.Primo qđ est Deus:penes vero operans per habitum quem creando dat duo accipiũtur, vnum.s.penes terminum ad quem est motus iustificationis & hæc est infusio gratiæ. Alterum vero penes terminum a quo quod est remissio peccati:penes aũt dispositiones duo accipiuntur.vnum penes terminum a quo,& hic est motus li.ar. in peccatum,detestando & expellendo ipsum:& alterum est penes terminum ad quem gratiã accipiendo & amplectendo,& hinc est motus lib.ar.in Deum. ¶ His habitis

Ad primũ. argumen primę par. dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam factã contra primam conclusionem respon.ꝙ ratio non ꝓcedit. supponit.n.quoddã falsum, videlicet ꝙ dominus iustificãdo impium operatur per aliquod agens medium,quod fal-

10 sum est.† quoniam gratia in remissionem culpæ non se habet vt agens medium, sed sicut causa formalis qua peccatũ

Ad secundũ S. Thom. remittitur:sicut ignis frigus aufert calore in subiecto causato,non sicut instrumenta,sed sicut forma cõtraria.¶Ad secundam respondetur secundum S.Tho.in q.de veritate. ꝙ nihil prohibet aliqua contraria esse mediata respectu alicuius subiecti simpliciter accepti,quæ sunt immediata quãtũ ad tempus determinatum,sicut cæcum & videns, sunt mediata in cane,non tamen post nonum diem similiter: & huiusmodi respectu status naturæ conditæ supposita illa opinione,quod non fuerit creatus in gratia,gratia & culpa cõ parantur vt contraria mediata, sed post illud tempus quo Adam gratiam accepit vel accipere potuit, ita ꝙ in omnes eius posteros transiret nullus caret gratia : nisi per culpam

Ad primum argument. secũdæ par. actualem vel originalem:a qua nullus potest expiari, nisi ꝑ gratiam.¶Ad primam rationem factã contra secundã conclusionem, respondetur negando antecedens: quoniã licet moueri in Deum per li.ar.sequatur quodam ordine naturæ gratiæ infusionem,non tamen tempore:quia tamen gratiæ infusio est vnũ eorum:quæ requiruntur ad iustificationem, non sequitur ꝙ motus li.ar.in Deum sequatur iustificatio-

Ad secundũ S. Thom. nem.¶Ad secundam respondetur iuxta S.Tho. in q.de veritate.ꝙ tractus non importat violentiam. sed motum per operationem diuinam qua operatur in li.ar.vertendo illud quocunq; voluerit,& sic ad quod homo trahitur aliquo modo ad li.ar.pertinet. ¶ Ad primam rationem contra tertiã

Ad primum argument tertię part. conclusionem respondetur,ꝙ dilectio non potest esse sine detestatione eius separati,& ideo præter motum dilectionis in Deũ requiritur in iustificatione detestatio, vnde Maria Magdalena cui dictum,dimissa sunt ei peccata multa,la-

Ad secundũ chrimas emiserat pro peccatis.¶Ad secũdam respondetur ꝙ non est simile de peccato & iustificatione,licet.n.cõuersio ad bonum incommutabile sufficiat ad iustificationem impij:requiritur tamen motus in peccatum:vt dictum est. quia ad hoc quod homo iustificetur a peccato præterito,nõ solum sufficit ꝙ iustitiam velit & non peccet,sed ꝙ contra preteritam iniquitatem operetur detestando ipsam,nõ aũt in eo qui peccat requirit detestatio Dei vel iustitiæ. nisi ex consequenti.quia illud quod est bonũ nullus habet in odio, nisi inquãtum est incompossibile alteri bono,quod diligit. vnde peccator non nisi per accidens odit iustitiam & Deũ

Ad primum argument. quartæ par. eo ipso videlicet amat immoderate bonum commutabile. ¶Ad primam rationem contra quartam conclusionem respondetur negando consequentiam, quoniam iustificatio dicitur esse ipsa remissio peccatorum,non sicut id quod includat quicquid ad iustificationem requiritur:sed secundũ quod omnis motus accipit speciem,aut non:& tamen ad al-

Ad secũdũ. terum consequendum multa alia requiruntur vt ex dictis patet.¶Ad secundam respondetur negando simpliciter antecedens,gratiæ enim infusio & remissio culpæ possunt dupliciter considerari:vno modo secundum ipsam substantiã actus:& sic idem sunt.eodem enim actu Deus infundit gratiam & remittit culpam. Alio modo possunt cõsiderari ex parte obiectorum siue terminorum: & sic differunt secundum differentiam terminorum.s.culpæ:quæ tollitur:& gratiæ q̃ infunditur.sic.n.ĩ naturalibus generatio:& corruptio differunt,quamuis generatio vnius sit corruptio alterius.

Primũ arg. 11 **Ad tertium** Sic proceditur: † Et videtur quod ad iustificationẽ necessaria sit confessio. Primo ex multis authoritatibus positis in litera.dicit enim Ambro.lib.de paradiso,non potest a peccato quisquam iu-

Secundũ ar. stificari:nisi peccatum fuerit prius cõfessus.¶ Item dicitur Prouer.27.qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autẽ confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequẽ.

Tertium ar. ¶Tertio sic.pœnitentia est sacramentum necessarium ad salutem ergo partes eius sunt necessariæ sed prima pars.s. contritio,est necessaria ad impij iustificationem:vt visum est in quæstione præcedenti,ergo pari ratione confessio est neces-

Opponit ĩ contrariũ. saria.¶In oppositum arguitur ex dictis in præcedenti quæstione in qua solum quatuor describuntur requiri ad iustificationem videlicet gratiæ infusio,contritio, motus li.ar.in Deum,& remissio peccatorum: culpa sufficienter remittĩ per gratiam,quæ infunditur in contritione.ergo ad iustifi-

Responder. cationem,impij non requiritur confessio.¶Respon.sit ista conclusio,ad iustificationem impij necessaria est confessio actu,vel saltem in voto vel proposito suscepta. Patet conclusio tum ex authoritatibus in litera positis: & iam indu-

Boethius. ctis,tum ex illo Boethij lib.de consolatione dicentis. Si medicinã expectas:oportet vt vulnus tuum detegas: sed de necessitate salutis est, ꝙ morbum per confessionem detegat, quia de necessitate salutis est:ꝙ homo de pactis medicinam

S. Thom. accipiat,igitur.¶Ratione sic arguitur iuxta S.Tho.in 4.dis. 17.passio Christi sine cuius virtute nec actuale nec originale dimittitur,in nobis operatur per sacramentorum susceptionem,quæ ex ipsa efficaciã habent, ideo ad culpæ remissionem & actualis & originalis requiritur sacramentũ ecclesiæ,vel actu susceptum,vel saltem voto,quando articulus necessitatis non contemptus sacramentum excludit, & per cõsequens illa sacramenta quæ ordinantur contra culpam,cũ

qua salus esse non potest: sunt de necessitate salutis, & ideo sicut baptismus quo deletur originale, est de necessitate salutis, ita & pœnitentiæ sacramentum, sicut autem aliquis p̄ hoc ꝙ petit baptismū, se ministris ecclesiæ subijcit: ad quos pertinet dispensatio sacramenti, ita etiam per hoc ꝙ confitetur peccatum suum se ministro ecclesiæ subijcit, vt per sacramentum pœnitentiæ ab eo dispensatum remissionē consequatur, qui congruum remedium adhibere non potest, nisi peccatum cognoscat, quod fit per confessionem peccantis, & ideo confessio est de necessitate salutis eius, qui in peccatum mortale cecidit. ¶ Ad rationes in oppositum respondendum est. Ad primam dicitur ꝙ licet confessio explicite non nominetur inter illa quatuor, quæ requiri dicuntur ad iustificationem: includitur tamen in iustificatione. quoniā contritio non valet ad iustificationem quæ cōfessionem in voto seu proposito non habet adiunctam. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, quia licet gratiæ infusio sufficiat ad remissionem culpæ nihilominus ad gratię infusionem consequendam ordinata sunt sacramenta, ante quorum susceptionem vel actu vel proposito aliquis gratiā non consequatur.

Ad primū argument.

Ad secundū

12 Ad quartum Sic proceditur: Et videtur ꝙ inconuenienter attribuantur confessioni tres effectus qui designātur in litera. videlicet quod animā a morte liberat. & paradisum aperiat, & spem saluandi tribuat. ¶ Quod vero a morte non liberet arguitur primo sic. confessio contritionem sequitur, sed contritio sufficienter tollit culpam. ergo confessio non liberat a morte peccati. ¶ Secundo sic. sicut supra habitum est Ecclesiastic. 17. dicit ꝙ a mortuo velut ab eo qui non est: perijt confessio. ergo ante viuificatur quis vt possit confiteri. ergo non est effectus confessionis liberare a mortem. Tertio ad idem arguitur ex illo Esa. 39. Viuens viuens ipse cōfitebitur tibi &c. ergo viuificare non est effectus confessionis. ¶ Præterea de secundo effectu videtur ꝙ false attribuatur confessioni aperire paradisum. ¶ Primo sic. effectus sacramētorum distincti sunt, sicut & ipsa sacramēta. sed apertio paradisi est effectus baptismi. ergo nō ē cōfessiōis. ¶ Scd'o sic. id ꝙ ē clausum añ aptionē intrari non pōt, sed ante confessionē, paradisum intrari pōt. ergo confessio non aperit paradisum. ¶ Et de tertio ꝙ non cōueniat confessionē. s. tribuere spē salutis. Arguitur primo sic. Spes prouenit ex omnibus operibus meritorijs. ergo non videtur proprius effectus confessionis. ¶ Secūdo sic. Greg. dicit ꝙ tanto quis fortior in Deum spe consurgit, quanto fortiora pro nomine illius pertulit. ergo videtur ꝙ spes salutis generetur a tolerantia passionum potius: quā a confessione, ꝙ videtur confirmari per illud ad Ro. 5. vbi dicitur, ꝙ tribulatio patientiam operatur, patientia autem p̄bationem, probatio vero spem. non ergo videtur hoc proprie confessioni conuenire. ¶ In oppositum est tex. præsentis literæ, qui est beati Ambrosij. ¶ Respond. dicendum sub tribus conclusionibus. Prima est ꝙ conuenienter attribuit confessioni ꝙ liberet a morte peccati. patet ista conclusio sic. Confessio est pars sacramenti penitentiæ, sed pœnitētia liberat a morte peccati, vt beatus Chrysostomus de pœnitentiæ vtilitate loquens inter alia dicit sic. O pœnitentia q̄ peccato Deo miserante relaxas, paradisum reseras: contritū sanas: vitā de interitu reuocas. ergo confessioni conuenienter attribuitur animam a morte liberare. ¶ Pro cuius cōclusionis euidentiori intelligentia sciendum est iuxta S. Tho. ī 4. di. 17. ꝙ pœnitentia inquantū est sacramentū præcipue ī cōfessiōe perficitur: quia per eam homo ministris ecclesiæ se subdit, qui sunt sacramentorum dispensatores. contritio enim votum confessionis annexum habet, & satisfactio pro iudicio sacerdotis cui fit confessio taxatur, & quia in sacramento pœnitentiæ gratia infunditur, per quam fit remissio peccatorum, sicut in baptismo. ideo eo modo confessio ex vi absolutionis adeunte remittit culpam, sicut & baptimus. liberat. n. baptismus a morte peccati, non solum secundum ꝙ actu suscipitur: sed etiam secundum ꝙ in voto habetur, sicut patet in illis, qui iam sanctificati ad baptismum accedunt, & si aliquis impedimentum non p̄stare ex ipsa collatione baptismi gratiam consequeretur remittentem peccata, si prius sibi remissa non fuissent. Et similiter dicendum esset de confessione adiuncta absolutione, quia secūdum ꝙ in voto pœnitentis præcessit, a culpa liberauit, postmodū autem in actu confessionis & absolutionis gratia augetur, & etiam peccatorum remissio daretur: si præcedens dolor, de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, & ipse tunc obicem gratię non præberet, & ideo sicut de baptismo dicitur quod liberat a morte, ita & de confessione dici pōt. ¶ Ad rationes in oppositum huius conclusionis respondetur. Ad primam ꝙ contritio quæ tollit culpam habet votū confessionis adiunctum, & ita sine confessione in voto siue in proposito non liberatur anima a morte peccati. ¶ Ad secundam respondetur eodem modo sicut dictum est, ꝙ licet quis viuificetur ante confessionem in actu. nullus tamē viuificatur ante confessionem in proposito. ¶ Secunda cōclusio. conuenienter attribuitur confessioni apertio paradisi: q̄ conclusio probatur sic. confessio facit hominem subijci clauibus ecclesiæ sed per eas aperitur paradisus, secūdum illud Mat. 16. tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcuque solueritis super terram, erit solutū & in cœlis. Ratione ex prima cōclusione probatur sic. ad paradisi introitum quis impeditur per peccatum, siue culpam, & reatū pœnæ. sed hæc impedimenta amouet confessio, quæ vt dictum est liberat a morte culpæ. ergo &c. ¶ Ad rationes in oppositum respōdetur. Ad primam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ quamuis baptismus & pœnitentia sint diuersa sacramenta, tamen agūt in vi passionis Christi, per quam paradisi aditus est apertus, & ideo non est mirum, ꝙ vnum habeant effectum communem. Aliter vero dicendum est secūdum Albertum magnū quod ratio non procedit, quia aliter conuenit aperire paradisum baptismo & aliter confessioni. siue pœnitentiæ, quia baptismo conuenit quantum ad remotionem impedimēti, & ex parte peccati originalis perueniētis: quod principaliter baptismus respicit, quia & si abluit actuale: hoc ē p̄ accidens: quia inuenit illud: sed pœnitentiæ conuenit quantum ad remotionem impedimenti prouenientis ex parte actualis peccati, confessioni vero in speciali quantum ad remotionem obstaculi reatus pœnæ temporalis, quia & si in contritione quæ est cū voto cōfitendi a peccato mortali & pœna æterna absolutus sit ante confessionem, in actu tamen adhuc remanet reatus pœnæ temporalis ex parte cuius impedimentum proueniens non tollitur ante confessionē & satisfactionem. ¶ Ad secundā patet responsio ex dictis, qm̄ licet per contritionem votum cōfessionis importantem paradisus qui clausus erat peccanti mortaliter apertus sit etiā ante cōfessionem actualiter factam, nihilominus obstaculū reatus non est totaliter remotum ante confessionem & satisfactionem. ¶ Tertia conclusio est, ꝙ cōfessio tribuit spē salutis. Probatur ista cōclusio ex præsenti tex. Ratione vero sic p̄batur. spes remissionis peccatorum est nobis per Christum saluatorem nostrum. ergo cum homo per cōfessionē se subijciat clauibus ecclesiæ ex cōpassione Christi virtutē habentibus, recte dicitur ꝙ confessio spem salutis tribuit hominibus quēadmodum susceptio medicinæ salutis spē tribuit suscepti. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ ex actibus non potest esse spes salutis principaliter, sed ex gratia redemptoris, & quia confessio gratiæ redemptoris innititur, ideo spes salutis non solum vt actus meritorius, sed vt sacramēti pars. ¶ Albertus vero dicit in quarto. ꝙ confessio dr̄ tribuere spem salutis quantum ad primā exclusionem desperationis, per cōfessionem. n. recepta medicina ostenditur Christo & ecclesiæ reconciliatus: & ideo diabolus potestatem in eo non habet sicut in illos, qui foris sunt. vnde hoc quo ad hanc rationem non conuenit operi meritorio. ¶ Ad secundam respondetur secundum dominum Albertum, quod aliud ē spes: & aliud firmitas & robur spei, spes autem salutis est ex primo dāte securitatem vitę, & hoc modo facit confessio vniens confitentem Christo & sacramentis ecclesiæ, sed robur & firmitas spei est ex magnitudine meriti, & per hoc maxime est in magis difficilibus: quæ sunt. s. sustinentiæ passionum, propter hoc dicit Greg. ꝙ altior spes fortiores cōsequitur passiones. per idem patet solutio ad verbum apostoli, Litera. ¶ Alij econtrario per p̄phetam]. s. Esa. 43. ca. [dic]. i. confitere [vt iustificeris]. i. a peccato munderis [nemo potest iustificari]. i. a peccato mundari [nisi ante fuerit confessus]. s. voto seu proposito fuerit cōfessus, aut etiam actu, loco, & tempore [opportunus] Ecce cōsequenter ad idem inducit eiusdem Ambrosij aliam authoritatem: in qua ponit tres effectus cōfessionis: ex quibus magnum argumentum colligitur necessitatis sacramentalis confessionis [a morte]. i. peccato, quod est mors animæ, secundum illud Eze. 18. anima quæ peccauerit, ipsa morietur [Aperit paradisum] remouendo impedimentum peccati mortalis

Primū ar.
Secundū ar.
Tertiū ar.
Primū arg. secūdę par.
Secūdū ar.
Primū arg. tertiæ part.
Secundū ar.
Opponit & Respondet. Prima conclusio.
S. Thom.
Primum ar. primæ par.
Ad secūdū.
Secūda conclusio.
Ad primū argument. secunde pa. Albertus magnus.
Ad scd'm.
Tertia conclusio.
Ad primū argumentū tertię part. Albertus.
Ad scd'm. Albertus.
Exponit literam.

mortalis, si primo per contritionem ablatum non erat, aut remouendo impedimentum ex parte reatus pœnæ temporalis, quod confessio vt dictum est amouet [spem saluandi] quia homo per confessionem se clauibus ecclesiæ subijt, quę & per Christi passionem virtutẽ habent salutarem [quia scriptura dicit.] Esa. 43. [dic]. i. confitere, vt dictum est [vt iustificeris]. i. munderis à peccato. [His &c.] Concludit ex dictis quod confessio sit necessaria eo modo, quo dictum est. [Illa ergo.] Declarat hic, ꝙ exterior confessio effectus habet iam dictos, dicens [ꝙ confessio nos liberat] s. a morte peccati, quę fit cum pœnitentia. i. interiori pœnitentia præcedente, seu concomitante. ista enim sola est vera confessio.

2 *Pœnitentia mali culpę duplex est.*
3 *Dolor duplex reperi ur in pœnitente.*

Pœnitentia vera est Hic consequẽter inducit pro confirmatione dictorum diffinitiones siue descriptiones quasdam pœnitẽtiæ. Prima est, ꝙ pœnitentia vera est dolor cordis &c. Secunda est. pnīa est præterita deplangere &c. Tertia est Io. Chrysosto. videlicet, ꝙ perfecta pœnitentia cogit &c. ¶Pro pleniori intelligentia huius literæ duo quæruntur.

1 ¶Primum est vtrum conuenienter diffiniatur pœnitentia vera in litera à S. Ambr. cum dicitur, ꝙ est dolor cordis &c.

4 ¶Secundum est, vtrum conueniẽter dicatur in litera, quod perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter facere. De conuenientia autem diffinitionis secũdæ quę est eiusdem B. Aug. supra visum est in prin. huius distinctionis.

Primũ ar.

1 **Ad primum** Sic proceditur. †Et vr̃ ꝙ nõ cõuenieter diffiniatur pœnitentia cum dicit, ꝙ est dolor cordis & amaritudo aīæ pro malis, quæ quisque commisit. ¶Primo sic. dolor mentis vt dicit Aug. 14. de ciuitate Dei. c. 15. est dissensio ab his rebus, quæ nobis noletibus acciderunt, sed dolor pœnitentis cum sit de peccatis commissis, non est de his quæ acciderunt nobis, vt nolentibus, sed volentibus, quia vt inquit Aug. peccatum adeo est voluntarium, ꝙ si nõ est voluntariũ, non est pctm̃. ergo male diffinitur pœnitẽtia cum dr̃ ꝙ sit dolor mentis. ¶Secundo sic. pnīa si est dolor cum sit de præsenti, sicut & gaudiũ aut est de malo præsenti pœnæ, aut culpæ, non de malo pœnę præsente, quia de illo potius debet esse gaudium ẜm illud Aug. doleat & de dolore gaudeat nec de præsenti malo culpæ, qa non est præsens. ergo &c. ¶Tertio sic. cum tres sint partes penitentiæ. s. contritio, confessio, & satisfactio si conuenienter in diffinitione pœnitentiæ ponit̃ dolor, quod est contritionis, debet etiã poni aliquid quod sit confessionis & satisfactionis, vel quare nõ. ¶Quarto sic. cum dolor & tristitia idẽ significent, vr̃ superflue dici, ꝙ sit dolor mentis, & tristitia aīæ. ¶In oppositum est tex. præsentis literæ, quæ est B. Ambrosij. ¶Respõ. ponit̃ ista conclusio, ꝙ conuenienter pœnitentia diffinit̃ cum dr̃ ꝙ sit dolor mentis &c. ¶Patet conclusio ex authoritate B. Ambrosij in litera. Rõne sic. qm̃ dolor est essentialis ipsi pnīæ. Nam vt dicit Aug. infra & habet̃ infra dist. 3. vbi dolor finit̃, ibi deficit pnīa. vnde propheta in psa. 6. inqt. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrimis meis stratum meum rigabo. Itẽ Esa. 38. Recogitabo tibi annos meos in amaritudine aīæ meæ gl. super illud psa. Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris cõpungimini, dicit in cordibus vestris dolore pnīæ compungimini, vt seipsam aīa pœnitens compungat, ne in Dei iudicio dãnata torqueat̃. sed vnũquodq; recte diffinitur per illud, quod est de essentia eius. ergo conuenienter dictum est, ꝙ pnīa sit dolor &c. ¶Secundo sic. sicut pctm̃ committit̃ per consensum voluntatis rationalis ita deletur per dissensum eiusdem, dissensus autem à re quàm impossibile est non esse, est dolor, & dolorem generat. ergo pnīa quæ est dissensus, est dolor per essentiam. ergo recte diffinitur cũ dr̃ ꝙ sit dolor cordis &c. ¶Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primã respõdetur, ꝙ pnīa est dolor mentis. Et ad probationem ꝙ nõ respondetur iuxta Alexandrum de ha. in quarto. ꝙ licet pctm̃ in perpetratione sua sit voluntarium, nihilominus existẽte pnīa non est voluntarium. vnde cũ pœnitemus de pctīs dolemus, & dolor ille est de rebus quę accidunt nobis nolentibus. i. de his quæ volumus non accidisse, quia cũ pœnitemus nolumus ea accidisse, quæ in perpetratione erant volũtaria. ¶Ad secundã respondetur ꝙ pœnitentia est dolor de malo

August. Secundũ ar. Tertiũ arg. Quartũ ar. Opponit & Respondet. Ad primum argument. Ad secũm.


2 præsenti culpæ. Sed notandum quod duplex est pœnitẽtia mali culpę. s. per existentiam in affectu, & per recordationẽ siue aspectum in intellectu, & talis præsentia sufficit ad dolorem. ¶Ad tertiam respondet̃ ꝙ rõ non pcedit. qm̃ nõ est simile de contritione, & de alijs partibus, qm̃ contritio est essentialior pnīæ virtuti, q̃ confessio vel satisfactio. cõfessio. n. vt inquit magister Alexander essentialiter loquẽdo dicit quasi totã virtutem pnīæ, & ideo magis expressa est contritio in diffinitione, q̃ aliqua aliarum partium. ¶Ad quartam vero respondet̃, ꝙ nihil superflue ponit̃ in diffinitione data. Pro quo notandum ꝙ vt inquit pfatus magister Ale-
3 lander de ha. †duplex dolor requirit̃ siue dolor dupliciter se habet in his. s. vt est affectio aīæ, & vt excitat ad opus, & hoc notat̃ per hoc ꝙ dr̃ dolor cordis, & amaritudo aīę. cor. n. est primum organorũ. vnde per cor significat̃ aīa, vt est operatiua, siue vt est motiua, aīa dr̃ inqtum aīat. i. viuificat corpus: notat̃ ergo dolor habendus in duplici rõne, vt. s. est afficiens aīam pro commissis, & ille debet esse maximus, propter qd̃ dr̃ amaritudo & vt est excitans ad operandum. i. ad vindictam offensæ vel salutem, ad declarandum pœnitenda, & ille dicitur dolor simpliciter qui dicitur esse cordis.

Ad tertiam. Alexander. Ad quartũ. Alexander de halis.

4 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et vr̃ quod non sit verum quod dr̃, videlicet quod pnīa cogit peccatorem libenter oīa sustinere. Primo sic, qd̃ non est necessarium quod libenter oīa sustineat nec oīa faciat, sed potius necessaria ad salutem solum. Si dicit quod accommoda est distributio, & distribuit pro necessarijs ad salutem solum, vr̃ adhuc esse falsum, quod dicit, videlicet ꝙ in ore confessio, in corde contritio, in opere tota humilitas, quia sola contritio frequenter operat̃ salutẽ. ergo vr̃ ꝙ cætera non exigunt̃. ¶Secundo scelus semp corrigebat̃ per pœnitentiã, nec tamẽ semp fuit oris confessio & satisfactio iniuncta. ergo illa vt vr̃ non exigunt̃. ¶In oppositum est te. psentis literæ, qui est B. Chrisostomi. ¶Respon. dicẽdum est ꝙ verum est ꝙ dicit B. Chrysostomus. ¶Ad rõnes in oppositum respondet̃ ad primã sic iuxta dominum Albe. in quarto. di. 15. ꝙ distributio est hic accõmoda, & intelligit̃ de necessarijs, penitenti, in tali vel in tali crimine ad salutẽ. ¶Ad secundã dicẽdum quod dupliciter aliquid operatur in alio, & cum alio. s. in virtute & essentia, & verũ est ꝙ essentialiter ista tria non semper requirunt̃ ad deletionem, sed in virtute requiritur semper cuiuslibet peccati etiã singulariter accepti. vnde contritio non in virtute sui sola delet pctm̃, sed p ut est cum voto confitendi & satisfaciendi, & confessio & satisfactio, sunt in virtute non essentia, & hoc sufficit quando sacrm̃ non contemptus religionis sed necessitatis articulus excludit. Litera. ¶ Pœnitentia est &c. dolor. &c. perfecta pœnitentia] verba sunt Io. Chrysostomi libro de cõpunctione [cogit] coactio hic non accipitur p inuolũtaria coacta pnīa, quę culpam delet, & veniæ gratiam meretur, est voluntaria, & grato aīo suscepta. vt dicat cum propheta in psal. 53. volũtariè sacrificabo tibi. Et hoc notat quod subditur hic [oīa libenter sufferre] ille. n. dr̃ libenter sufferre, qui voluntariè suffert. coactio ergo hic accipitur pro impulsu voluntarię inclinationis, prout virtus inclinat in bonam opinionem ẜm philosophum secundo Ethicorũ. sequitur [oīa libẽter &c.] intelligendum est de illis vt dictum est ex Alberto, & etiam hoc idem dicit S. Tho. in quarto, quæ sunt necessaria ad peccati remissionem, & sic est accommoda distributio in corde. pōnit tres pœnitẽtię partes, quę vt in principio huius diuisionis diximus integrant pœnitentię sacramẽtum [in corde contritio, in ore confessio, in opere]. s. tota humilitas. s. satisfactionis, vt sicut Deum offendimus corde, ore, & opere, ita & tribus modis satisfaciamus, & respondeamus in pœnitendo. de istis diffusè supra disputauimus [fructifera pœnitẽtia] plane fructifera est, cum in corde contritio, in ore confessio, & in opere est humilitas satisfactionis.

Primũ ar. Secundũ ar. Opponit & Respondet. Ad primũ argument. Albertus. Ad secundũ. Exponit literam. S. Thom.

1 *Baptismus purgat a peccato originali & actuali.*




On potest. Inducit consequenter ad idem authoritatem eiusdem Chrysostomi dicentis, non potest quis gratiã Dei cœlestis accipere &c. [gratiam] s. gratum facientem, quę non solum dicitur cœlestis ab origine, cũ nõ à natura, sed à Deo solo infundatur, sed ẽt dr̃ cœlestis ab effectu, qa hoĩem celestẽ ac diuinũ siue deiformẽ efficit, nisi purgatus fuerit ab oĩ sorde pctī p

Exponit literam.

pœnitentiam, per confessionem, per donum baptismi salutaris. Hæc tria purgantia sordes peccatorum quæ hic ponũtur iuxta S. Tho. in 4. in fine dist. 17. ita distinguuntur. † quia (S. Thom.) baptismus purgat à peccato originali & actuali. pœnitentia quantum ad contritionem à culpa actuali tm̃. confessio autem (Albertus.) actu exercita directe à pœna. Concordat dñs Albertus magnus in quarto. qui distinguens istos tres modos purgationis ita dicit, aut quis indiget purgatione quæ est cum lamento exteriori, aut non. si nõ, tunc est purgatio per baptismum, qui nullum quærit lamentum extra, si autem indiget, tunc aut quo ad absolutionem culpæ aut improportionabilitatis pœnæ. si primo est pœnitentia purgans. Si secundo est (Quæstio Respondet.) confessio. ¶Si autem quæritur quare hic non ponitur satisfactio. Respon. idem dominus Albe. ꝙ ideo, quia hic nõ ponuntur purgatiua, nisi illa quæ purgant sine nobis operantibus licet non sine nobis consentientibus. satisfactio autem non purgat sine nobis operantibus sed potius purgat nos ꝑ opus nostrum gratia informatum. hæc Albertus.

1 *Reatus aliquis pœnæ ex soluendæ an maneat culpa dimissa post contritionem. & numu. 3.*

2 *Pœna non iniung tur iuste, nisi ei, qui debitor est pœnæ.*




NVllus debitam. Hic magister Gratianus inducit authoritates ad ostendendum, ꝙ persolutio pœnæ debitæ siue necessaria satisfactio sit ad remissionem peccati. Et primo hanc inducit authoritatem quæ est Augu. in qua dicit, ꝙ nullus recipiet veniã de peccatis, nisi prius pœ(Diuisio.)nam aliquam soluerit. Et potest diuidi in duas partes. In prima facit quod dictum est. In secunda assignat rationem. secunda ibi, ita enim. ¶Pro pleniori intelligentia huius. c. que(Quęstio.) 1 ritur. † Vtrum per contritionem culpa dimissa, maneat aliqs reatus pœnæ exsoluendæ. Et videtur ꝙ non. Primo sic. infi(Primum ar.)nita est misericordia Dei. ergo videtur quod ꝗcquid delinquitur circa ipsum, totum dimittitur. ergo vr̃ ꝙ simul cum (Secundũ ar.) culpa etiam pœna dimittatur. ¶Secundo sic. remota causa remouetur effectus, sed culpa est causa reatus pœnæ. non. n. aliquis est dignus pœna, nisi quia culpam commisit. ergo re(Tertium ar.)missa culpa non remanet reatus cuiuscunq; pœnæ. ¶Tertio sic. bonum efficacius est ad agendum quã malum, quia malum non agit nisi virtute boni, vt Dionysius dicit. sed ꝑ vnũ actum peccati homo & culpam & reatum incurrit. ergo & per actum contritionis à culpa & reatu absoluitur. ¶Quarto sic baptismus est proprie remedium contra originale. pęnitentia contra actuale, sed medicina proprie videtur esse (Quartũ ar.) maioris efficaciæ respectu morbi, quàm medicina, quæ non est propria. ergo si efficacia baptismi tanta est respectu peccati actualis, ꝙ delet pœnam, & culpam, multo fortius vt videtur pœnitentia quæ est propria medicina contra actuale habebit efficaciam tollendi actuale, quantum ad pœnam & (Opponit & Respondet.) culpam. ¶In oppositum est Aug. in litera præsenti. ¶Resp. (Prima conclusio.) sit ista conclusio responsiua, ꝙ remissa culpa per contritionem de cõi lege non tollitur omnis reatus pœnæ. Probatur 2 ista conclusio † pœna iuste non iniungitur nisi ei qui debitor est pœnæ. Sed pniæ iniungitur pœna aliqua satisfactoria. ergo adhuc est debitor pœnæ, & ita per consequens non est à toto reatu pœnæ per contritionem liberatus, declarat (Sã. Thom.) & roboratur præsens conclusio sic ẽm S. Tho. in quarto. di. 14. ẽm Philosophum in 8. Ethicorum. tam iustitia quã amicitia in æqualitate quadam consistit, qui ergo aliquem offendit peccat contra æqualitatem amicitiæ, inquantum effectum debitum non impendit, & contra æqualitatem iustitiæ, inquantum rem debitam subtrahit, & sicut hæc dico in offensa quandoq; diuiduntur, ita etiam in recompẽsatione separantur, sicut qñq; pœna per violentiam offendenti infertur fit recompensatio quantum ad iustitiam, sed nõ quãtum ad amicitiam. Similiter quando offendẽs offensum placat verbis nondum re subtracta restituta, fit recompensatio amicitiæ, sed non iustitiæ. Peccator ergo per affectum peccati amicitiam Dei violauit, & per inobedientiam diuinæ legis honorem debitum Deo subtraxit, & ex primo amittit gratiam, & incurrit offensam. Ex secundo meretur pœnam & ab eo qui per obedientiam subtraxit, subtrahatur per pœnam, & hoc meritum pœnæ reatus dicitur, & ideo cum per pœnitentiam, qua homo se Deo supponit peccata præterita detestando, cum emendationis proposito remittitur quidem peccatum quantum ad offensam, sed non oportet ꝙ remittatur q̃tum ad totum reatum, nisi pœna iam soluta, & sic per pniam non simul cum pœnæ dimissione totus etiã 3 reatus dimittitur. ¶Secunda conclusio. † Nullus consequit̃ (Secunda cõclusio.) plenam veniam de peccato actuali mortali nisi pœnam dictam debitam actu soluat, aut saltem persoluẽdi habeat firmam voluntatem. Ista conclusio patet tum authoritate B. (Gregorius.) Aug. in tex. pręsentis literæ. tum ex illo beati Greg. dicentis. Proculdubio delictum sine vltione dñs non deseret. aut. n. ipse homo in se hoc pęnitus punit, aut Deus cũ hoĩe vindicãs pcutit, nequaquã ergo pctm̃ parcit, quia nullatenus sine vindicta relaxat. ¶Dicẽdum est ad rõnes. Ad primã rñ. ne(Ad primũ argument.)gando consequentiã. licet. n. diuina mĩa sit infinita, non ꝑꝑ hoc sequitur ꝙ oĩa relaxet. Præterea si peccata relinquerentur impunita, aliquid in regno Dei esset inordinatum sicut dicit Anselmus ꝑꝑ quod diuina bonitas exigit, ꝙ immẽ(Anselmus.)sitas mĩæ illius moderetur iustitia, sicut ꝙ iustitia temperetur mĩa. Vnde Augu. in præsenti litera ita dicit. Ita. n. parcit̃ à Deo largitas mĩæ, vt nõ relinquat̃ iustitia disciplinæ. ¶Ad (Ad secundũ) secundam rñ. negando minorem, quia oĩno culpa tollatur qm̃ remanet quo ad materiale eius, quousq; soluatur pœna (S. Thom.) debita. Pro quo notandũ cum S. Tho. in 3. parte. q. 86. quod culpa mortalis habet & auersionem à Deo, & conuersionẽ ad bonum creatum. Auersio aũt à Deo est sicut formale, cõuersio aũt ad bonum creatum est ibi sicut materiale. remoto aũt materiali cuiuscunq; rei tollit̃ spẽs, sicut remoto rõnali tollit̃ spẽs humana, & ideo ex hoc dr̃ culpa mortalis remitti, quod per gratiam tollitur auersio à Deo simul cũ reatu pœnæ æternæ remanet tñ id quod est materiale. s. inordinata conuersio ad bonum creatum, pro qua debet̃ reatus pœnæ tpalis. ¶Ad tertiam rñ. negando consequentiã, dicimus (Ad tertium S. Thom.) . n. cum S. Th. in quarto. ꝙ licet bonum sit efficacius ad agẽdum q̃ malum, nihilominus difficilius est ad constituendũ q̃ malum. & ideo nõ oportet ꝙ si aliquod malum ꝑ vnum actum incurrit̃ ꝙ per vnũ actũ bonũ opposita reparentur. ¶Ad quartam rñ. ꝙ ratio non procedit, quia nõ est simile (Ad quartũ. S. Thom.) de sacro baptismi, & de sacro pniæ, quia vt inquit S. Thom. baptismus est spũalis gñatio, & quia non põt esse generatio vnius, nisi per corruptionẽ alterius, iõ oportet ꝙ in baptismo quicquid ad ꝑcedentẽ vitã ꝑtinebat totum aboleatur. s. & culpa & reatus, nisi sit defectus ex parte recipientis, sed pnĩa non est regeneratio, sed magis reparatio vitæ prius habitæ, & ideo non est similis rõ, Litera. ¶[Nullus debitã] hoc (Exponit literam. Hugutio.) . n. exigit diuina iustitia vt cõtra culpã adhibeat̃ pœna [grauioris pœnæ]. i. peccati, ꝑ quo debet̃ pęna æterna quæ grauior ẽ oĩ alia pęna. Hu. Nisi pęnã satisfactoriã soluerit actu aut ꝓpositũ habuerit soluẽdi. [Ita. n.] secũda pars. [mĩæ]. i. relaxantis siue remittẽtis pctã, q̃ remissio certe desup abundãti pietate ꝓcedit [vt non relinquat̃ iustitia disciplinæ]. s. punientis pctm̃, qm̃ peccatum nunq̃ relinquit impunitum, aut. n. punit̃ ab hoĩe, aut à Deo & hoĩe, sicut supra in ꝓbatione secũdæ cõclusionis, ex authoritate beati Gre. patet: ita. n. ẽ misericors ꝙ etiã iustus sit. mĩa & iudiciũ cãtabo tibi dñe inqt ꝓpheta. ps̃a. c. Sed de hac materia. ĩ. amplius loquemur.



NEminem putes. Ad idẽ est authoritas ista Aug. in epistola ad Vincentium, quæ est eiusdẽ snĩæ cum præcedenti & ideo hic nihil plus dicitur pro nunc.

1 *Confiteri an quis teneatur peccata sua coram omnibus, qui viderunt eum in peccato.*

2 *Confiteri coram populo dicitur dupliciter.*



AGite pœnitentiam. Hic Gratianus cõtinuãdo ꝓpositum inducit Aug. li. de pnĩa ad probãdũ ꝙ superius dixerat, videlicet quod ad remissionẽ peccati necessaria erat pnĩa, q̃ agit̃ in ecclesia. Et diuidit̃ hoc. c. in quatuor partes. In prima ꝑꝑ quosdã cõtenẽtes vel negli(Diuisio.)gẽtes confiteri, & satisfacere ẽm formã & ꝑceptum datũ ab ecclesia, exhortat̃ oẽs ad agẽdã pnĩam ẽm ꝙ in ecclesia agũtur. s. cõfessionẽ faciẽdo sacerdoti, & implẽdo satisfactionẽ iniunctã. In secunda redarguit quosdã dicentes eis sufficere soli Deo cõfiteri. In tertia inducit rõnes ad hoc & authoritatẽ scripturæ. s. Iob. 4. cõcludit ex hoc. secũda ibi, nemo dicat. tertia ibi: ergo sine cã. 4. ibi, atq; iõ. Supra disputatũ est de necessitate confessionis, de clauib. ecclesiæ infra erit ser1 mo. Nunc tm̃. Quærit̃ † vtrũ quis teneat̃ cõfiteri pctã sua co(Quæstio.)rã oĩbus q videerunt eũ in pctõ. Et arguit̃ sic ex tex. ꝑsentis. (Primũ arg.) c. vbi dr̃, nemo dicat sibi occulte facio pnĩam. ¶Secũdo sic. (Secunda ar.) quantũ aliquis nocuit, tm̃ tenet̃ prodesse si potest, iste in peccando

peccando comperte nocuit multis per scandalũ. ergo in pœnitentia debet innotescere eisdem ad minus vt prosit per exemplum. Tertium ar ¶Tertio maius est dãnum spirituale, q̃ tpale seu corporale. sed in dãno corporali tenetur aliquis ad restitutionem, & non dimittit pctm̃, nisi restituatur ablatum. ergo multo fortius in dãno spũali. isti aũt multos dãnificant per malum exẽplum. ergo oĩbus illis debẽt restituere p̃ bonum exẽplum. Opponit in cõtrarium. ¶In oppositum est, quia aliquæ pniæ sunt taxatæ criminibus, si ergo pnĩa innotesceret crimẽ statim sciretur, sed nullus tenetur manifestare crimẽ. ergo nec innotescere alijs in pnĩa ſm q̃ pnĩa est. Respondet. Albertus. magnus. ¶Respon. iuxta Alber. magnum in quarto. & sit ista cõclusio. Nullus tenet̃ confiteri siue pro palare pctã sua alijs, q̃ sacerdoti. Patet cõclusio, quia solis sacerdotibus cõmisse sunt claues, vt in litera dr̃ & inferius plenius dicet̃. Ad primum argument. ¶Ad rõnes in oppositum. Ad primã respõ. q̃ B. Aug. intelligit de occultatione quæ fit respectu sacerdotis, cui p̃cipit dñs manifestare non respectu aliarum p̃sonarũ. Ad secũdũ. ¶Ad secundã rñ. iuxta dñm Albe. in 4. di. 17. q̃ quilibet qui fecit scandalũ in cõi, nõ tenet̃ nisi ad ostensionẽ boni exẽpli in cõi, quia per hoc ipsum q̃ vident bonum cũ de quolibet p̃sumẽdum sit bonũ, debẽt p̃sumere de p̃teritis pnĩam & remissionẽ. Ad tertium ¶Ad tertiam respõ. ſm eũdem dñm Albertũ dicẽdum, q̃ nõ est simile de dãno corporali & spũali, quia licet dãnum spũale est maius, non tñ est ita iniuriosum p̃ximo, quia dãno spũali nõ lædit nisi volens, dãno aũt corporali lęditur etiã nolens. & ideo non tenet̃ ita directe ad restitutionẽ. Vnde in restituẽdo non tenet̃ nisi ostẽdere bonum exẽplum. Exponit literam. Litera. ¶[In ecclesia]. s. ore cõfitẽdo sacerdotibus, & ſm eorum p̃cepta satisfaciendo pro eis, [vt oret pro vobis ecclesia]. i. cõsequamur fructũ orationis vniuersalis ecclesię Augusti. quæ est mater nostra, orat tm̃ p̃ filijs suis vt Aug. dicit. [Nemo. n.] secunda pars. [occulte] ita q̃ sacerdoti non manifestet. [Ergo] tertia pars. est argumẽtatio Aug. q̃ si absq; pnĩa quæ in ecclesia agit̃ qs sperat veniã pctõrum, agẽdo pnĩam penes se occulte, frustra ecclesiæ claues datæ sunt sacerdotibus [sine cã dictũ est] Mat. 16. quod dictũ est Petro. [Frustramus euãgeliũ q̃tũ in nobis est]. i. frustratoriũ ostẽdimus & asserimus, si dicimus hoĩem ager̃ pnĩam salutarẽ apud se iudicio ecclesiæ cõtempto. [Verba] Io. 20. [quorum remiseritis pctã &c. negat dum dicit] Mat. 18. [quæcũq; ligaueritis sup̃ terrã] hoc. n. Christus dicẽs insinuauit, q̃ in eclesia pnĩa salutaris agẽda esset non occulte, sicut dictũ est, nolẽdo ea sacerdotibus p̃palare [Iob dicit]. s. 31. inducit authoritatem [si erubui in cõspectu populi ve mihi] & est figura quæ dr̃ aposiopisis. i. defectus orationis pro indignatione, vel alio simili. Opponit & Respondet. Albertus. S. Thom. sed ſm hoc vr̃ q̃ publice corã populo cõfitẽdũ sit. ¶Ad hoc rñdetur, q̃ vt dicit Albertus q̃ litera nostra q̃ verior est habet sic [si abscondi] vt hõ pctm̃ [& celaui in sinu meo iniquitatẽ meã] & hæc litera nõ dicit q̃ corã populo sit cõfitẽdũ.
2 ¶Si quis aũt vellet sustinere literã illã, dicendũ† q̃ confiteri corã populo dupliciter dr̃. s. cõfessionis enarratio, & hoc nõ oportet, vel pniæ in cõfessione iniũctæ p̃ bonũ exẽplũ manifestatio. & hoc bene decet. vel vt dicit S. Tho. q̃ loquat̃ de cõfessione in iudicio, & nõ de cõfessione sacramẽtali. [Atq; iõ] quarta pars. [dolor]. s. in corde p̃ contritionẽ & humilitas pniæ in cõfessione, & satisfactione apparẽs. ita construe [nemo dicat, nõ intellexi hoc tuũ dictũ quia post vxores vestras &c.] iã apertius dico si p̃ter vxores &c. plana est litera.

ET venit inquit Aaron. Inducit hæc ad p̃positum pnĩum illud quod legit̃ in Exod. 18. s. cũ Ietro socer Moysi venisset ad eũ in deserto, venerunt ad eum Aaron & oẽs seniores Israel, vt comederẽt panem cum eo in conspectu domini. hoc exponit Hier. dupliciter. vno modo accipiendo p̃ conspectum domini approbationem, illi ergo dicunt̃ esse in conspectu Dei, qui boni & iusti sunt, & quorũ opera Deus acceptat. psal. 68. & iusti epulẽtur & exultent & lætentur in conspectu Dei, Econtra mali fugiunt a conspectu Dei, de quibus eodem. psa. dr̃. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius & fugiant qui oderũt eum a faice eius. & hoc probat Hiero. per aliqua exẽpla. primo p̃ illud q̃ scriptũ est de Adam. Gen. 3. qui cum peccauit fugit à conspectu Dei, vbi dominus interrogat Adã, vbi es, interrogat non quasi nescius, cum oĩa aperta & nuda sint oculis eius. ad Heb. 3. [sed interrogat quasi pctõrem nesciat per approbationẽ] vnde pctõribus dicet, non noui vos. Mat. 25. interrogat vt pctõrem ad pnĩam euocet [Interrogatus respondit &c. nudus eram] non solum in corpore veste denudatus sed etiã mente veste innocẽtiæ & virtutũ sed & Cain] inducit exemplum ad idem de Cain, de quo habetur Gen. 4. qui ait ecce eiecisti me à facie tua, & facie tua abscõdar. Exijt ergo à facie Dei peccator, & iusti sunt in cõspectu Dei. [Ego] hic ponit secundam expositionẽ, videlicet q̃ qui bene agũt & male agunt sunt in conspectu Dei, quia nemo est qui abscondi possit à notitia eius. vnde etiã Dauid inquit. Psal. 50. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: sed in hoc præferunt̃ qui agunt malum in cõspectu Dei eis, qui à conspectu Dei fugiunt, quia qui fugiunt non pœnitent, qui vero malum agunt in conspectu dñi pœnitent, & ad conspectũ dñi compunguntur. sic. n. Mat. 26. Petrus compunctus fleuit, cũ dominus eum aspexit. ista ergo est differentia inter eum qui male agit coram Deo, & eum qui male agit non corã Deo, quia ille statim pœnitet, iste non. Sic patet tota litera.


2 *Deus quare dicatur misericors, & quare pænitens.*
5 *Velle incipere potest aliquis de nouo dupliciter.*



SEd in continuo. Hic Gratianus inducit authoritatẽ beati Aug. in qua exẽplo Iudaici populi ostẽdit, quod si peccator vult pœnitere de peccatis suis, & illa corrigere & emendare Deus qui videbatur iratus peccatori placatus, præstat indulgentiam. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit quod dictum est ex dicto prophetæ. Secundo dictum prophetæ coaptat proposito. secunda ibi, nonne ergo. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo.
1 ¶Primum est, vtrum passiones videlicet ira, furor, tristitia, misericordia, & dolor sint in Deo.
4 ¶Secundum est, vtrum voluntas Dei sit mutabilis.
1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quòd in Deo sint passiones huiusmodi ira. furor, tristitia &c. Primo ex illo. psalm. domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Primũ arg. ¶Secundo ex illo. Psalm. misericors & miserator dominus. Secũdũ ar. ¶In oppositum arguitur quia omnis passio est alicuius potentiæ existen tis. Opponit i cõtrarium. Deus autem est omnino liber à potentia cum sit purus actus. est enim agens tantum & nullo modo aliqua passio in eo locum habet &c. Respondet. ¶Respond. dicendum, quòd in Deo non sunt huiusmodi passiones affectuum, sed cum dicuntur de Deo non proprie sed metaphorice intelligantur Deo attribui. S. Thom. Probatur ista conclusio iuxta sanctum Tho. libr. 1. contra gentiles. cap. 89. Omnis affectiua passio secundum aliquam transmutationem fit, puta secundum constrictionem vel dilatationem cordis, aut secundum aliquid huiusmodi, sed nullum horum est possibile in Deo accidere, eo quod non sit corpus, nec virtus in corpore. ergo non est ponenda in eo affectiua passio. ¶Secundo sic. in omni affectiua passione patiens aliqualiter trahitur extra suam conditionem æqualem, vel connaturalem dispositionem, cuius signum est, quòd huiusmodi passiones si intendantur, aliquibus inferunt mortem, sed non est possibile Deum extra suam naturalem conditionem aliqualiter trahi, cum sit omnino immutabilis. ergo in Deo huiusmodi passiones esse non possunt. ¶Tertio habito quod omnis passio nomine & genere à Deo sit remouenda, quòd etiam passiones quædam non solum ratione generis sed etiam ratione speciei à Deo remoueantur cuiusmodi sunt passiones de quibus in litera habetur. Probatur sic. Omnis passio ex obiecto respicit speciẽ eius. ergo obiectum est omnino Deo incompetens, talis passio à Deo remouetur etiam secundum rationem propriæ speciei. talis autem est tristitia & dolor. Nam obiectum eius est malum iam inhærens, sicut gaudij est bonum præsens. ergo tristitia & dolor ex ipsa sui ratione in Deo esse non possunt, similiter ira cum sit appetitus mali alterius ad vindictam longe est à Deo secundum rationem suæ speciei. ¶Ad rationes in oppositum dicendum est & vna est responsio ad omnia similia, quod ista scilicet furor, ira, tristitia, dolor, & similes passiones quæ ex ratione suę speciei repugnant Deo, non dicuntur proprie de Deo, sed metaphorice propter similitudinem vel effectum vel alicuius affectionis præcedentis, vt declarat Sanctus Thom. vbi supra in cap. 91. dico autem propter similitudinem effectuum, quia interdum voluntas ex sapientiæ ordine in illũ effectũ tendit, in quem aliquis ex passione defectiua inclinatur. Iudex iustitia punit sicut & iratus ex ira. Deus. n. aliquãdo dicitur iratus inquantũ ex ordine suæ sapientiæ aliquem

Pſal.2 c 2 vult punire ſm illud.pſa.Exardeſcet in breui ira tua.†Miſe-
ricors vero dr inquantum ex ſua beneuolentia miſerias ho-
Pſa. 114. a minum tollit,ſicut & nos propter miſericordiæ compaſsio
nem facimus idem.Miſericors & miſerator dñs, patiens &
3 multum miſericors.†Pœnitens etiam interdum dr inquãtũ
ſecundum æternum & incommutabilẽ prouidentiæ ſuæ or
dinem facit,quæ prius deſtruxerat,vel deſtruit, quæ prius fe
cerat,ſicut & pœnitentia moti facere inueniuntur. vnde &
Gen.6.dicit pœnitet me feciſſe hominem,ꝙ tamen hoc ꝓ-
prie intelligi nõ poſsit,patet per hoc quod habetur.1. Reg.
15.triumphator Iſrael non parcet,nec pęnitudine flectetur
dico autem per ſimilitudinem præcedentis affectionis:nam
amor & gaudium quæ in Deo proprie ſunt ſecũdum tamẽ
ꝙ ſunt actus appetitus intellectiui , vt dicit in 1. parte ſcdæ
q.20.ar.1.non autem ſecundum quod ſunt actus appetitus
ſenſitiui , quia ſic paſsiones principia ſunt omnium affe-
ctionum,amor per modum principij mouentis,gaudiũ ve-
ro per modum finis.vnde etiã irati punientes gaudẽt quaſi
finem aſſecuti.Dr igitur Deus triſtari inquantũ facit opera
aliqua contraria his quæ ipſe amat & approbat,ſicut in no-
bis eſt triſtitia de his,quæ nobis nolentibus accidunt,& hoc
patet Eſa.59. vidit Deus & malum apparuit in oculis eius,
quia non eſt iudicium,& aporiatus eſt quia non eſt vir.
4 Ad ſecundum Sic proceditur† & videtur quod voluntas Dei ſit mutabilis. Primo
Primũ arg. ar.ex tex.præſentis literæ quæ habetur Oſeæ.11. cõuerſum
eſt cor meum.gl.Hu.i.voluntas, & conturbata eſt aĩa mea,
vt non faciam ſm iram furoris mei.Iſta videntur manifeſte
dicere voluntatem mutari &c.¶Secundo ar.ex illo Gen.6.
Secundũ ar. pœnitet me feciſſe hominem,ſed quicunq; pœnitet de eo ꝙ
fecit,habet mutabilem voluntatem.ergo Deus habet muta
bilem voluntatem.¶Tertio ſic.Hier.18.ex perſona dñi di-
Tertiũ ar. cetur,repentine loquar aduerſus gentes & aduerſus regnũ,
vt eradicem,deſtruam, & diſperdam illud , ſi pnĩam egerit
gens illa a malo ſuo,agam & ego pnĩam ſuper malo , quod
cogitaui,vt facerem ei.ergo Deus habet mutabilem volun-
Quartũ ar. tatem.¶Quarto ſic.quicquid Deus facit , voluntarie facit,
ſed Deus non ſemper eadem facit,nam qñq; præcipit ſerua
ri legalia,& qñq; prohibet.ergo habet mutabilem volunta
Opponit in contrarium tem.¶In oppoſitum ar.ex illo Num.23.non eſt Deus quaſi
homo,vt mentiatur,nec vt filius hominis vt mutetur.¶Re
Reſpondet. ſpon.dicendum ſub vna concluſione.Volũtas diuina eſt im
mutabilis oĩno.Iſta concluſio patet,tum quia diuina volun
tas eſt diuina eſſentia,ſed diuina eſſentia eſt oĩno immuta-
bilis.dr.n. Malac.3. Ego Deus & nõ mutor. ergo diuina vo
luntas eſt immutabilis.¶Secundo ſic.oĩs motus vel muta-
tio quocunq; nomine dicatur conſequitur aliquam poſsibi
litatem,cum motus ſit actus entis in potentia,ſed diuina vo
luntas nihil habet poſsibilitatis ad miſtum. ergo nullo mo-
do dicenda eſt mutabilis.Pro cuius concluſionis pleniori in
telligentia eſt hic conſiderandum cum S.Tho.in 1.parte,ꝙ
aliud eſt mutare voluntatem,& aliud eſt velle aliquam rerũ
mutationem.Põt.n.aliquis eadem voluntate immobiliter
permanente velle,ꝙ nunc fiat hoc,& poſtea fiat contrariũ.
ſed tunc voluntas mutaretur,ſi aliquid inciperet velle,quod
prius non voluit,vel deſineret velle,quod prius voluit quod
quidem accidere nõ poteſt,niſi præſuppoſita mutatione ex
parte cognitionis,vel circa diſpoſitionẽ ſubiectæ ipſius vo-
5 luntatis.Cum.n.voluntas ſit boni.†Aliquis de nouo duplici-
ter põt incipere aliquid velle.vno modo ſi de nouo incipiat
illud ſibi eſſe bonum,quod non eſt abſq; mutatione eius ſi-
cut adueniente frigore incipit eſſe bonum ſedere ad ignẽ,ꝙ
prius non erat.Alio modo ſi de nouo cognoſcat illud eſſe ſi-
bi bonum,cum prius hoc ignoraſſet.Ad hoc.n.conſiliamur
vt ſciamus quid nobis ſit bonum.Cum autem tam ſubſtãtia
Dei ꝗ eius ſcientia ſit immutabilis,neceſſe eſt dicere diuinã
voluntatem oĩno eſſe imutabilẽ.¶Ad rõnes in oppoſitum.
Ad primũ argument. Ad primam patet ſolutio ex dictis in præcedenti quæſtio-
ne.qñ tales paſsiones non ſunt in Deo,nec per conſequens
dicuntur de Deo proprie,ſed metaphorice ſm ſimilitudinẽ
noſtram.Vnde dominus loquitur more humano , cum aũt
conuerſum eſt cor meum &c.dr.n.quis conuerti corde , qñ
non complet quod alicui cõminatus erat,quod põt fieri ſi-
ne aliqua mutatione voluntatis,vt quis velit aliquem ſubire
Ad ſecundũ pœnam ſi male fecerit,& ab illa abſolui ſi pœnituerit. Ad ſe
cundam videtur eodem modo,ꝙ verbum illud debet intel
ligi metaphorice ſm ſimilitudinem noſtram, cum.n.nos pę
nitemus,deſtruimus quod fecimus. vnde ſm ſimilitudinẽ
operis Deus dr pęnituiſſe,inquantum hoĩem quem fecerat
per diluuium a facie terræ deleuit.¶Ad tertiam licet pateat Ad terti...
reſponſio ex prædictis,videlicet ꝙ illud metaphorice ſit ac
cipiẽdum,nihilominus quia authoritas eſt ſatis ꝑgnans , di
cendum eſt ꝙ voluntas Dei cum ſit prima cã & vniuerſalis,
non excludit cauſas medias , in quarum virtute eſt vt aliqui
effectus producant,ſed quia oẽs cauſæ mediæ non adæquãt
virtutem cauſæ primæ,multa ſunt in virtute & ſcĩa & volũ-
tate diuina,quæ non continentur ſub ordine cauſarũ infe-
riorum,ſicut reſuſcitatio Lazari.Vnde aliquis reſpiciens ad
cauſas inferiores dicere poterat:Lazarus non reſurget. reſpi
ciens vero ad cauſam primam diuinam dicere poterat,Laza
rus reſurget,& vtrunq; horum Deus vult.ſ. ꝙ aliquid qñq;
ſit futurum ſm cauſas inferiores,quod tamen futurum non
ſit ſm cãm ſuperiorem vel econuerſo . Sic ergo dicendũ eſt
ꝙ aliqñ Deus ꝓnuntiat aliquid futurũ ſm ꝙ cõtinet in or
dine cauſarũ inferiorũ,vtputa ſm diſpoſitionẽ naturæ vel
meritorũ, quod tñ non fit quia alias eſt in cã ſuperiori diui-
na,ſicut cum ꝑdixit.Eze.diſpone domui tuæ quia morieris
tu & non viues.vt habeẽ Eſa.37.nec tñ ita euenit quia aliter
ab æterno fuit in ſcĩa & voluntate diuina quæ immutabilis
eſt.ꝑp quod dicit Grego.ꝙ Deus immutat ſnĩam, & nõ im
mutat conſilium.ſ.voluntatis ſuæ, ꝙ ergo dicit pnĩam ago, Gregor.
intelligitur metaphorice dictum.Nam hoĩes qñ nõ implẽt
quod cõminati ſunt pœnitere videntur.¶Ad quartã rõnẽ
reſpon.negãdo conſequentiam.qm Deus vna immutabili, Ad quartũ.
voluntate vult illas mutationes fieri:ꝙ n.vult fieri nunc,ea-
dẽ voluntate ꝓhibet alio tpe fieri.litera.¶[Qui dixerat].ſ.
Deus.Oſeæ.11.[faciam te ſicut Adama & Seboim].i. ſicut Exponit literam.
ſubuerterat illas duas vicinas ciuitates & imitatrices Sodo-
mę,ſic ꝑderet Eſtraim ꝑp pctã ſua.ſed dñs cum iratus fuerit
nunc recordatus eſt.vñ ſequiẽ conuerſum eſt cor meum].i.
voluntas.Hu.loqtur more humano ſicut dictũ eſt[a furore
irę ad miſericordiã]ſic.n.cõuerſus fuit ab ira,ne ſubuerteret Hugutio.
ciuitatem Niniue,qa egerunt pnĩam.Ionæ.3.Qualiter autẽ
iſtę paſsiones attribuanẽ Deo in qõne explicatũ eſt.[Nõne]
2.pars.Ex his daẽ intelligi,ꝙ alio affectu Deus ꝗ hõ punit.
vnde Hieronymus ſuper hoc dicit.homo ad hoc punit vt ꝑ
dat.ſ.homo ira & odio cõmotus , Deus ad hoc corripit, vt Hierony.
emẽdet.& hoc eſt quod dicitur[ꝙ ideo nobis peccãtibus.]

3 *Diabolus eſt accuſator peccatorum.*



Erpens. Conſequẽter magiſter Gratianus ad propoſitum ſuum de neceſsitate confeſsionis inducit authoritatem beati Ambroſij libro de paradiſo & cõtinet plura . Põt autem
diuidi in quatuor partes.In prima ponit, ꝙ qui peccata ſua
confitetur dignus eſt venia, & ponit exemplum de Eua. In Diuiſio.
ſecunda ponit,qui confiteri renuit non eſt dignus venia ſed
incurrit pœnam æternam.ponit exemplum in Cain.In ter-
tia comparat fratricidium,quod Cain cõmiſit in fratrẽ ſuũ
ad mendacium quod mentitus eſt Deo . In quarta exemplo
Chriſti inducit confeſſores & paſtores animarum, vt in ſu-
ſcipiendis pœnitentibus & pœnitentijs iniungẽdis ſint pij,
ac iuſtitiæ rigorem temperent cum miſericordia.ſecũda ibi
deinde Cain.tertia ibi,fortaſſe.quarta ibi , nam paſtor. Pro
pleniori intelligentia huius.c.quæruntur duo.
1 ¶Primum eſt,vtrum ſit verum quod in litera dicitur,ꝙ ſit
venialis culpa quam ſequitur confeſsio delictorum.
2 ¶Secundum eſt,vtrum plus peccauerit Cain fratrem occi-
dendo,quam Deo mentiendo.
1 Ad primum Sic proceditur.†Et vr ꝙ non ſit verũ ꝙ culpa ſit venialis,quam ſequitur cõ
feſsio delictorum.Primo ſic.aut talis culpa eſt venialis ex gñ
re,aut venialis ex euentu.ſi ex euentu,tunc non eſt venialis, Primũ ar.
niſi quia pœnitentia ſequens cum gratia facit illam venialẽ,
.i.veniam habere,ſed hoc primo facit contritio antequam
confeſsio adueniat.ergo non propter hoc eſt venialis, quod
confeſsio ſequitur,ſed propter hoc ꝙ ſequitur contritio , ſi
vero ſit venialis ex genere,cõtra talem nullus tenetur in nu
mero confiteri , niſi confeſsione generali, ergo videtur fal-
ſum quod in litera dicitur.¶Secundo ſic.culpa non alleuia
tur ex effectu ſequenti , quamuis aggrauetur . ergo videtur Secundũ ar.
quod mortale nunquam per confeſsionẽ fiat veniale.¶Ter Tertiũ arg.
tio veniale nunquam fit mortale.ergo nec econuerſo . ¶In Opponit &
oppoſitum eſt authoritas beati Ambroſij.Reſpon. dicendũ Reſpondet.
eſt ꝙ verum dicit Ambroſius, quod venialis ſit culpa quam
ſequitur confeſsio. ¶Ad rationes in oppoſitũ reſpõdetur.
Ad primam

Ad argum. Albertus.

Ad primam dicimus quod dr̄ venialis ab cuẽtu vt inquit dominus Albertus.s.sequentis gratiæ.Et cũ arguitur quod magis deberet attribui contritioni.Respõdetur quod licet cõtritio delet culpam,& vitam æternam meretur,non tñ tollit adhuc pœnæ intolerabilitatẽ,sed potius hoc facit vis clauium in confessione: per clauium.n. effectum efficit pœna arbitraria,quæ tolerabilis est,& leuis pœnitenti ad expiationem delicti,& ideo hoc non attribuit contritioni sicut confessioni.Eodem modo respondet dñs Bonauentura in quarto.ita dicẽs,in contritione culpa recipit veniam q̃tum ad vitam æternam,in confessione vero partim recipit veniã,partim non.quia ad vnã partẽ pœnæ ligatur,ab alia absoluitur. Efficitur ergo venialis non quantum ad culpã, sed quãtum ad obligationem ad pœnam aliquam.Et ita patet solutio ad omnia alia,quæ præcedunt ex mala intelligentia literæ.

Bonauent.

2 Ad secundum Sic proceditur.Et vr̄ quod magis peccauerit Cain fratrem occidendo,q̃ mentiendo Deo sic.grauius est peccare facto,quã verbo,sed homicidium est peccatum facti,mendacium peccatum verbi.ergo &c.¶In oppositum videtur esse authoritas in præsenti litera.Respondeo dicendum,quod magis peccauit Cain mentiendo Deo,quam fratrem occidendo. Patet ista conclusio,quia licet mentiri ex se nõ sit ita graue peccatum,sicut homicidium,tñ mentiri Deo est grauius peccatũ quam sit homicidium.¶Probatur præfata conclusio,peccare in Deum est grauius peccatum, quam peccare in proximum. patet,quia tale peccatũ aduersatur præcepto de amore Dei,quod est maius præceptum,quam præceptũ de amore proximi.vnde vocatur primum & magnum mandatum, aliud ſm Matth.24.ergo peccatum in Deum est maius,quã peccatum in proximum, & per consequens mentiens Deo grauius peccat quam occidens proximum. ¶Secũdo sic. cũ quis mentitur Deo maximam blasphemiam irrogat Deo, & etiam maximam irreuerentiam,& ita committit sacrilegium,quia dum sciens Deo mentitur,intendit occultare veritatem eius,super quo mentitur,sic quia æstimat & credit, quod Deo sit occultum,quod talis mentiendo dicit. nam si æstimaret ꝙ Deus sciret,non negaret, nec occultaret Deo, sed taliter æstimans blasphemat,nec verũ Deum habet, nec veneratur. ergo plus peccat mentiens Deo, quàm hominẽ occidens.vnde in detestationem huius peccati Ananiæ dixit Petrus.Ac.5.non es mentitus hominibus,sed Deo. patet ergo ꝙ Cain grauius peccauerit Deo mentiendo, quam fratricidium committendo. Litera.¶[Serpens decepit me]verba sunt Euæ excusantis se.[venialis]verba sunt Ambrosij super illud Gen.3.[venialis culpa]veniam habet vel consequitur[quam sequitur confessio]isto modo culpa mulieris fuit venialis,quia per confessionem sui delicti veniam est consecuta[non desperata]nisi.n. sperasset in Dei mĩa, non fuisset culpam suam confessa[quam medicabilis].i.salutifera[sñia].i.pœna pro peccato in hac vita infligenda cum dictum est à Deo ei.multiplicabo erumnas tuas, & concipies & paries in dolore[bonũ]hic ostendit pœnitẽtiam fructuosam [hic].s.in hac vita humana & mortali[ad tempus condemnari].i. puniri[in delicto].i. pro delicto[cum hominibus flagellemur]non cum demonibus in æternum, de quibus. psal.72. quia non reus morti eorum & firmamentum in plaga eorũ, in labore hominum non sunt,& cum hominibus non flagellabuntur,sed cum demonibus in inferno,vbi est nulla redẽptio.[Deniq; Cain]secunda pars docet,quod qui peccatum non confitetur,veniam non meretur, sicut patuit in Cain. Gen.4.qui domino interroganti vbi est frater tuus, respondit nescio,nunquid sum custos fratris mei,indignus venia q de culpa pœnitere noluit[indignus iudicatus habere]hic in hac vita punitionem salutarem de peccato,vt æterna pœna seruaretur puniendus cum diabolo, & angelis eius[sed remissus est sine præscriptione pœnæ].i.designatione pœnæ, quia nõ fuit sibi inflicta pena mortis corporalis,qua dignus erat pro morte fratris,& se dignum tali pœna Cain recognouit,cum ait Gen.4.dicens.Omnis qui inuenerit me occidet me,cui dominus.nequaquam ita fiet.sed qui occiderit Cain septuplum punietur. ergo non fuit tunc morte temporali punitus,vt æterna morte impœnitens puniretur.[Fortasse] tertia pars.ostendit ꝙ maius peccatum cõmiserit Cain deo mentiendo,quam fratrem occidendo.de quo patet in disputatione facta secundi articuli.[Parricidij].i.homicidij paris, quia fratrẽ occidit,& ideo accusatori diabolo reseruata est in die iudicij vt accusetur à diabolo,& conuictus & condé-

Primũ arg. Opponit & Respondet.

Exponit literam.

3 natus cum eo tradatur pœnis perpetuis.Hug.[Est.n. diabolus accusator peccatorũ vt trahat eos secum æternaliter puniendos.Apoca.12.Serpens antiquus qui vocatur diabolus, proiectus est accusator fratrum nostrorum,qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri Die ac nocte.[Nam pastor] quarta pars, hæc non sunt verba Ambrosij in originali, sed posita ad ostendendum compassionem, & misericordiam, ac curam bonorum pastorum,exemplo euangelici pastoris. de quo Lu.15.habetur, ꝙ iuit ad ouem quæ perierat, donec inueniat illam, & cum inuenerit, imponit in humeris suis gaudens.sic pastor bonus cui est cura de ouibus suis,perditã quærit.i.peccatorem errantem,cum ad se reuocat per pœnitentiam,in humeris suis ponit,cum onus pœnitẽtiæ secum portat,& modis omnibus quibus potest infra di.qui vult cõsolatur[Legitur]Luc.15.[Salomon] Ecclesiastici.8.[nimis iustus].i.rigidus.Arch.2.q.7.§.his ita.ille enim nimis iustus est,qui rigori misericordiæ dulcedinem non admiscet, cũ tamen scriptum sit Iacobi.4.misericordia super exaltat iudiciũ[temperare]di.15.disciplina[moderatio misericordię & bonitatis[nã queadmodũ].i.q̃uo [futurum].q.d. nullus


Huguito.

Archidiac.

2 *Iustitia est duplex.*

4 *Lex Moysi dicitur lex timoris,iræ,& seruitutis.*

5 *Euangeliũ dicitur lex misericordiæ,lex amoris, & libertatis.*



ibenter. Cõsequenter magister Gratianus confirmat ex doctrina, id ꝙ dixerat de misericordia,quam prælati habere debent erga peccatores,& est authoritas beati Ambrosij li.de pœnitentia.c.13.Et potest diuidi in duas partes. In prima inducit Christũ loquentem,& dicentem libenter indulgeo.In secunda illud probatur ex duobus.s.ex aduentu suo,& ex differentia, quæ est inter veterem legem & euangelium, quia in illa sacrificium, in alia.s. euangelio misericordia. per Moysem data fuit lex ad iudicandum & puniendum,gratia vero & veritas per Iesum Christum.secunda ibi,non.n.veni. Pro pleniori intelligentia pñtis.c.duo veniunt specialiter quærenda.

Diuisio.

1 ¶Primum est,vtrum remissio peccatorum siue iustificatio impij magis sit attribuenda attributo diuinæ misericordiæ, quam iustitię vel potentię ac sapientię.

3 ¶Secundum est,vtrum verum sit ꝙ differat euangelium à lege penes iram siue seueritatem & misericordiam.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et vr̄ ꝙ iustificatio magis attribuenda sit attributo alteri,vtpote iustitię,vel potentię,ac sapientię,quàm misericordię.Primo sic.dicit Ambrosius precedit quoddam in aliquibus,quo digni sunt obduratiõe & quo digni iustificatione. ergo omnes qui iustificantur digni sunt iustificatione. sed cum distribuũtur res prout dignum est, hęc est iustitię vt dicit Tullius,& etiam hoc innuit philosophus.5.Ethicorum ergo videtur quòd iustificatio impij siue remissio peccatorum sit attribuenda iustitię non misericordię.¶Secũdo sic. Deus inquantum est bonus facit omnia bona.ergo inquantum est iustus facit omnes iustos, sed iustificare nihil aliud est,quam facere hominem iustum.ergo iustificatio reducitur ad attributum iustitię,non misericordię.¶Tertio secundum Augu.maius est de impio facere pium,quam creare cęlum,sed creatio cœli & terrę propter hoc quòd infinitam potentiam ostendit,reducitur ad attributum potentię. ergo & iustificatio impij,& non ad misericordiam. ¶ In oppositum est textus pręsentis literæ, vbi dicit Ambrosi.per misericordiam peccator redimitur,id est, à peccato liberatur siue absoluitur.¶Respond.iustificatio impij siue remissio peccatorum magis est attribuenda attributo misericordię,quàm iustitię,aut potentię,vel sapientię.Probatur conclusio primo ex illo psalm.secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. ergo dilectio iniquitatis quæ est ipsa impij iustificatio est effectus misericordię. ¶ Pro quo notandum quòd in omni actione quam Deus in creatura facit omnia attributa concurrunt, alias eius actio non esset perfecta, sed tamen aliqua actio vel effectus actionis vni attributo magis appropriatur quàm alteri, inquantum illud attributum magis manifestatur per actionem talem,vel effectum quam per aliud, sicut per reuelationem futurorum manifestetur plenitudo diuinæ sapientię,& ideo sapientię attribuit. ¶ Hoc notato probatur conclusio sic.In iustificatione maxime relucet diuina misericordia.ergo illi maxime attribuenda est pecca-

Primum ar.

Tullius. Secundũ ar.

Tertium ar.

Opponit in cõtrarium. Respondet.

torum remissio. maior patet ex notabili. minor sic probatur miæ est releuare miserū. nulla aūt miseria maior est: quā illa quæ est, pp peccatū, de qua dr Prouer. 14. miseros populos facit pctm, ergo releuare miseriā pcti summa mia est. sed hoc fit in iustificatione impij. ergo iustificatio impij est specialiter misericordiæ opus, & non iustitiæ. ¶ Secundo sic. iustificatio impij fit per grām. sed gratia est effectus misericordiæ, vt patet per illud quod Apostolus inducit ad Ro. 9. miserebor cui miserebor &c. ergo iustificatio impij ptinet ad misericordiam. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā quę est Ambrosij respondet dns Albertus† q duplex est iustitia.

Ad primū argumentū Albertus.

2 s. congrui & incongrui. De iustitia aūt condigni nihil præcedit in peccatoribus quo digni sint iustificatione, sed de iustitia congrui in aliquibus peccatoribus præcedit aliquid. s. bona opera de genere bonorum, quæ in quibusdā alijs peccatoribus non sunt. Cum ergo dicit Ambro. quo digni sunt iustificatione, sensus est. i. quo magis congruenter vel minus incongruenter habeant se ad iustificationem quā alij. ¶ Ad idem est S. Tho. qui dicit q nō est intelligendum q aliquis sit sufficienter dignus ad iustificationem, alias grā non esset grā. sed quia est in ipso aliqua dispositio ad iustificationem, qua est minus indignus q̄ alij. vnde talis dignitas ad iustitiā non sufficit. ¶ Ad secundam respondetur negādo cōsequentiam, & rō est. quia non est simile vt dicit S. Tho. & concordat Albe. qm iustificatio manifestat iustitiam diuinā sicut causam exemplarē, sed mīam fecit cām efficientē, siue vt dicit Albertus inclinantē ad actum, effectus aūt proprie causę efficiēti rñdet. sed bonitas creaturæ manifestat bonitatē diuinam vtroq; modo, quia bonitas mouet ipsum ad cōicandum similē bonitatē, sed mia magis mouet ad iustificandū q̄ iustitia. ¶ Ad tertiam rñdetur negando consequentiā & rō est, quia aliunde attenditur maioritas difficultatis in iustificatione impij, q in creatione cœli, vt inquit S. Tho. difficultas. n. quæ est in iustificatione impij maxime est ex incongruentia impij ad iustificationis effectum suscipiendum & ideo qn talis effectus in ipsum inducit, magis indicat misericordiam q̄ potentiā, sed effectus creationis difficultatē habet pp magnitudinem facti, vel pp modum faciendi, quia ex nihilo facit, & iō manifestat maxime potentiā. Et tñ hic notandum iuxta Albertum magnum in 4. q licet iustificatio pricipaliter videat esse effectus diuinæ bonitatis siue misericordiæ, nihilominus, quia indiuisa sunt opera trinitatis, aliud est ibi quod attribuitur potentiæ, & aliud quod sapientiæ, q n. ibi fit esse ex nihilo cum peccati contradictione aliquali licet non sit ibi contradictio peccatoris, quia ille consentit ad grām recipiendā detestatur pctm, in hoc est ostensio q̄dā potentiæ. Si aūt attendat modus, & ordo ipsius operis. quia. s. cōuenientissime & apertissime cū ordine tali qui mouet ad grārum actionem, & pñiam feruentiorē, & perseuerantiā in bonis, quæ præuidet Deus sic iustificādo, pctōrē q̄tum ad hoc apparet in opere iustificationis sapientia.

S. Thom.

Ad secūdū. S. Tho. Albertus.

Ad tertium.

S. Thom.

Albertus magnus.

3 Ad secundum Sic proceditur. †Et vr̄ q non bene videat assignari differentia inter legem veterē & euangeliū, q in illa fuit seueritas, in euāgelio mīa. ¶ Primo sic. seuerior est cōminatio & inflictio pœnæ æternæ: quam tēporalis, sed in euāgelio ē cōminatio pœnæ æternæ. Mat. 3. paleas cōburet in igne inextinguibili. & Ma. 26. ite maledicti in ignem æternum. In lege vero est comminatio pœnæ tpalis, vtpote dānationis, vel flagellationis, seu afflictionis corporum. ergo seuerius est euangelium, q̄ lex. ergo magis debet dici lex iræ, q̄ lex Moysi. ¶ Secundo incōparabiliter timor Dei excedit timorem hoīs. sed in euangelio suadet timor pœnæ inferendæ à Deo vt inquit, ipsum timete, qui potest corpus & aīam perdere in geennā Mat. 10. & Lu. 11. In lege aūt suadet timor pœnæ, quæ vt frequenter infertur ab hoīe. s. iudice. Exo. 20. maleficos non patieris viuere, & hmōi: ergo euangeliū potius debet dici lex etiam timoris, magis q̄ lex Moysi. ¶ Tertio sic. in euangeli o est pœna spūalis separationis à cōione fidelium in interitum carnis. 1. Corin. 5. In lege vero pęna corporalis, & acerbior quę ibi determinetur, est separatio à communione viuentium, per mortem videlicet. si ergo bonum animæ etiam spiritua le est incomparabiliter melius corporali, adeptio boni spiritualis est incomparabiliter maius bonum adeptione corporalis boni. seuerior ergo est iustitia euangelij, quàm legis: nō ergo videtur bene dictum, q per Moysem lex. s. puniens siue iudicatiua data sit. & per Christum in euangelio misericordia. ¶ In oppositum est textus præsentis literæ, qui dicit

Primū arg.

Secundū ar.

Tertium ar.

beati Ambrosij. Item illud Aug. dicentis. breuis differentia est legis & euangelij timor & amor. ¶ Respondeo dicēdum iuxta magistrum Alexandrum de halis in 3. sit ista cōclusio prima. †Quod lex Moysi recte dr lex timoris iræ & seruitu- 4 tis. patet, lex. n. iræ dr, quia in pœnis habuit distinctionē, raram vero miserationē: vnde ad Ro. 8. lex iram operatur. i. pęnam. ad hoc. n. data est, vt reos faceret pęna temporali. s. dentem pro Dente. &c. Exod. 21. lex vero timoris dicitur, quia plurimas habet comminationes, paucas promissiones, sicut patet ex serie legis. Lex vero seruitutis dr, quia in comminationibus præceptorum semper pro rōne supponit dominū diuinæ maiestatis. vnde ad præcepta supponitur, hoc facite, & ego sum dominus. Exo. 20. q. d. ego dominator, & vos serui, & ideo estis obnoxij meis obedire mandatis. ¶ Secunda 5 conclusio† euangelium recte dr lex mīæ, lex amoris, lex libertatis. patet lex quidem dr mīæ siue clementiæ, quia in pęnis legis habet misericordiam, & relaxationem. vnde & mulieri deprehensæ in adulterio dicitur. vade & amplius noli peccare. Io. 8. lex vero dicitur amoris, quia plurimas habet promissiones, raras vero comminationes, sicut patet ex serie euangelij, promissionibus vero generatur amor, vel vt dicit S. Tho. in 3. in fine, lex noua dicitur lex amoris, quia lex noua ex ostensione diuinæ charitatis initium sumpsit, & qa in effusione sanguinis Iesu Christi quæ fuit perfectissimæ charitatis signum, nouum testamentum cōsummatum est. lex autem vetus in ostensione diuinæ potestatis quæ timorē incutit sumpsit initium. vnde & in ipsa legislatione ppter fulgura, voces, & tonitrua, terror audientes sic inuasit, vt dicerent non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur. Exo. 20. & ideo vetus lex præcipue homines inducebat per comminationem pœnarum, noua vero lex per beneficia exhibita, & speranda, & hoc satis competebat statui humani generis, vt prius quasi rudis populus per timorem pœnæ cogeretur, postmodum vero per amorem in bono perficeretur. sicut. n. timor est ad amorem, ita lex vetus ad nouam. lex vero noua siue euangeliū dr lex libertatis. quia in monitionibus præceptorū pro rōne supponit gratiā diuinæ paternitatis. vnde Luc. 6. postquam dixi estote misericordes, & benefacite, & diligite inimicos. subiungit, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. q. d. hoc facite in libertate filiali, non obnoxietate seruili, intuitu paternitatis, non intuitu dominationis. ppterea dicitur ad Ro. 8. non accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, abba pater. ¶ Ad rōnes in oppositum dicendum. Ad primam rñdetur negando cōsequentiā. dicimus. n. q licet districtior sit cōminatio pœnæ æternæ, q̄ temporalis, non tñ seuerius est euangelium quod cōminat pœnam æternā lege veteri quæ cōminat pœnā tpalem. Cuius rō est iuxta magistrū Alc. de halis in 3. quia lex sic cōminat pœnā, vt de psenti inferēdā, vt pœnitēti aīo remittendā. & ideo in lege est comminatio sine miseratione. & iō cōminatio terroris. Euangeliū vero sic cōminat pœnā æternā, vt in futuro inferendā & pœnitenti aīæ remittendā, & ideo in euangelio est cōminatio ad miserationē, & ideo talis cōminatio est Amoris. ¶ Ad secundā rñdet. q rō non pcedit. qa illud quod supponit in ea est falsum. videlicet q intentio legis fuit inducere ex pœnis timorē humanū. hoc est falsum, imo intentio eius fuit per tpales pœnas quas cōminabat inducere timorē diuinū. vnde Deut. 6. dñm Deum tuū timebis. ¶ Ad tertiā rñdet negādo consequentiā. rō est, qm licet in euangelio inferat pœna spūalis, non tñ infertur delinquenti, si a malitia resipiscat & cōstet, q pęniteat. In lege vero pęna delinquenti infert, nec per pñiam relaxat, & ideo lex seuera est in puniendo, quæ pęnitenti nō parcit. euangeliū vero lex pietatis est, siue misericordiæ quæ oī pœnitenti parcit, & hoc est quod B. Ambr. intēdit dicere in litera præsentis. c. vnde pprie cōue nit tēpori euangelij illud. psa. mia domini plena est terra. Litera. ¶ [Libenter] intantum vt paratior sit ad indulgendum, quam peccator ad veniam. vnde Augu. super illud petite &c. erubescat humana pigritia, plus vult ille dare, quàm nos acci pere. plus vult ille misereri, quam nos à miseria liberari. [misericordiam magis volo quam sacrificium] Matth. nono & Oseæ. 6. quoniam acceptior est apud Deum misericordia quam sacrificiorum oblatio. [Per sacrificium iustus commendatur] quia ex adimpletione legis cōmendabilis redditur [per misericordiā] id est per mīæ opera [peccator redimitur]. i. a peccatis liberatur. [Non enim] secūda pars. prima ratio. [Nō. n. veni vocare iustos]. i. ad pęnitentiam. s. qua non indigent, sed bene iustos vocat ad augmentum

Opponit contrarium. Respondet. Prima conclusio.

Secunda cōclusio.

Sā. Thom.

Ad primum argument.

Alexander de halis.

Ad secūdū

Ad tertium

Psal 32. a Exponit literam.

mentum gratiæ,siue ad frugem melioris vitæ, vt Petrum,& Andream,& similes.[sed peccatores].s.ad pœnitentiam Lu. 5.Mat.9.[In lege.] secunda ratio[sacrificium]nume.28. hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis,ita ꝙ sacrificium mane & vespere in lege offerebatur.[in euangelio].i.tempore euangelij[misericordia est].i.relaxatio sicut dictũ est in quæstione[lex].i.s.iudicatiua condemnatiua,vnde labatur in ea pœna talionis oculus pro oculo,Dens pro dente, & hmõi quæ non exercentur tempore euangelij[per Moysem]tanq̃ per ministrum[per me].s.Christum authorem gratiæ.[misericordia].s.peccatorum remissio siue misericordia iustificans aĩas.Io.1.gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

1 *Animæ ab hac vita discedentes an possint in alia vita salubriter pœnitere.Quod non.nu.2.*

3 *Pœnitentiæ sacramentum est contra actuale peccatum.*



MVltiplex misericordia est: Consequitur in fauorem opinionis dicentium confessionem necessariam esse ad iustificationem peccatoris inducit authoritatem Leonis papæ.Et potest hoc capitulum diuidi in quatuor partes:in prima dicit,ꝙ diuinæ misericordiæ prouidẽtia ita lapsibus hominum ad delenda peccata per baptismũ & pœnitentia prouidit,vt nullus adultus peccatorum suorum.s.mortalium pœnitentiam consequeretur.s. precibus. i.ministerio sacerdotum,quibus ipse Deus ligandi & soluendi tribuit potestatem.In secunda dicit ꝙ qui remedia præfata ad peccatorum remissionem ordinata in præsenti vita non consequitur,in alia vita consequi non poterit. q̃m extra hanc vitam mortalẽ non est pœnitentia salutaris. In tertia docet quid agendum sit cum his,qui necessitatis articulo constricti nec confiteri,nec satisfacere possunt, implorẽt absolutionis beneficium.In quarta docet quid agendum sit cum illis,qui in necessitatis articulo constituti ita infirmitate sunt grauati,vt nec voce nec signo pœnitentiam implorare possunt,secunda ibi:si autem aliquis;tertia ibi, his autẽ. quarta ibi, ꝙ si ita aliqui.¶Pro pleniori intelligentia præsentis capituli hoc maxime disputandum venit quod sequitur. (Diuisio.)

Quæstio. 1 Quæritur† vtrum animæ ab hac vita discedentes possint in alia vita salubriter pœnitere.Et arguitur ꝙ ita,primo sic.dicitur Sapi.5.de reprobis,ꝙ intra se dicent pñiam agentes.& præ angustia spiritus gemẽtes.gl.sup illud pœnitentiã agentes dicit sero,ex quo videtur ꝙ loquatur de pœnitentia,quę est dolor de peccatis.illa.n.sero acta est,quando nullus fructus est.¶In oppositum est textus præsentis literæ.¶ Respondeo dicendum † ꝙ animæ decedentes in statu culpæ mortalis non sunt postea susceptibiles pœnitentiæ salutaris. Probatur ista conclusio multipliciter.primo ex illo Eccles. 11.si ceciderit lignum ad austrum,aut ad Aquilonẽ, in quo cunque loco ceciderit,ibi erit.super quo Hieron.ita inquit. quasi lignum subito ventis in morte raperis,& vbi cecideris permanebis,siue te rigidum,siue trucem, siue misericordẽ mors inuenerit.¶Secundo patet authoritate Damasceni dicentis, post casum non est angelis pñia,quemadmodũ nec post mortem hominibus.¶Ratione sic. animæ decedentes in peccato mortali non possunt habere bonam volũtatem, cum sint obstinatæ in malo.ergo non possunt agere pñiam salutarem.consequentia est manifesta.Antecedens est beati Aug.de fide ad Petrum ita de dãnatis loquentis.voluntas eorum erit vt habeant in se semper malignitatis affectũ. qa sicut illi qui cum Christo regnant nullas in se malignitatis reliquias habent,ita illi qui erunt in supplicio ignis æterni bonam nullatenus habere poterunt voluntatem. Itẽ sic morientes in pc̃tõ mortali moriunt̃ sine pñia, sed quales egrediunt̃ de vita ista, tales ꝑmanebunt semꝑ.vnde Greg. in lib. dialogorum.qualis hinc quisq; egredit̃,talis ẽt in iudicio ꝓsentat̃.ergo vt vr̃ nunq̃ pœnitebunt.qui hic nunq̃ pœnituerunt.¶Ad rõnes in oppositũ.Ad primã de li.sapiente respõdet̃ iuxta Ale.de halis,ꝙ pñia dr̃ corrosio vermis cõsciæ.vnde eccl.8.dr̃ vindicta carnis impij ignis,& vermis. talis autẽ pñia cum non sit de peccatis cũ emẽdationis proposito, aut intẽtione placãdi Deum de offensa cõmissa, nõ est fructifera siue salutaris,sicut dicit gl.ibidẽ.vnde Aug.de fide ad Petrũ inquit,tp̃s acquirẽdi vitã æternã,in ista tm̃ vita Deus hominibus dedit,vbi esse voluit pñiam ẽt esse fructuosam, iõ aũt hæc pñia fructuosa est.quia põt hic hõ deposita malitia bñ viuere,& mutata voluntate iniusta simul opera mutare, (Primũ arg. — Opponit & Respondet. 2 — Hierony. — Damascen. — Gregor. — Ad argum. Alexander de halis. — Augustin.)

& in Deo & Dei timore gerere ea,quæ placent Deo, qđ qui in hac vita non fecerit habebit quidem pñiam in futuro seculo de malis suis,sed indulgentiã in conspectu Dei non inueniet,quia & si erit ibi stimulus pœnitudinis, nulla erit ibi correctio voluntatis:hæc Aug.de hac materia infra in distinctione septima.Litera.¶[Multiplex mĩa]Treno.3.mĩa domini multa quia non sumus consumpti,quia non defecerũt miserationes eius.[per baptismi grãm]misericorditer Deus nobis ꝓuidit de sacramento baptismi & sacro pñiæ, vt per vtrunq; nobis peccata dimittant̃,& vitã æternam acquirere possimus.magna certe & mĩa dñi in hoc,ꝙ si q mũdati sunt per baptismũ,postea labant̃ in culpam,& peccatis sordident̃ cõcessit pñiam,vt per eã ad grãe statum possint reparari[regenerationis].i.baptismi[dona violassent]peccando[ꝓprio iudicio se cõdẽnantes].i. ꝓprię consciæ iudicio iudicantes se dignos puniri,& condemnari,& cõfitentes peccata sua sacerdoti[ad remissionẽ]vnde vt inquit B.Hier.secunda tabula post baptismum est pñia[sic dicit]talis est diuinæ voluntatis ordinatio in exhibitione hmõi suæ miserationis[vt indulgentiã Dei nemo nisi sacerdotũ supplicationibus consequatur]hoc exponit̃ vno modo sic[nisi orationibus sacerdotum].i.nisi in vnitate sanctæ ecclesiæ, in qua fiunt supplicationes pro viuis & defunctis a sacerdotibus.quia extra vnitatem ecclesiæ non põt quis digne pœnitere. vt infra dis.6.§. qui vult.Hu.Secundo sic[nisi quis confiteat̃]actu, aut saltẽ cõfitendi habeat propositum[sacerdotibus]qui sunt ministri sacri pñiæ,& ẽm eorum ordinationẽ satisfacere si sit facultas,sed secundum hanc expositionem vr̃, ꝙ absolutio sacerdotis debeat per modum supplicandi & deprecandi fieri,quod est contra hoc,quod in superioribus diximus,ꝙ forma absoluendi erat ista. Ego te absoluo quę modo indicatiuo exprimit̃.¶Ad hoc respondet̃ iuxta dñm Bonauenturã, (Exponit literam. — Hierony.)

3 †ꝙ pñiæ sacr̃m est contra actuale peccatum.ad cuius curationẽ concurrit actus voluntarius.vnde licet sacr̃m habeat virtutẽ,põt tñ impediri per prauã dispositionẽ existentem in pœnitente,& illam prauã dispositionem solus Deus põt amouere,& iõ congruũ est,vt orõ depcatiua ꝓcedat formã sacri,ne effectus impediat̃ ex parte pnĩtis.Cõcordat S.Tho. in 3.parte,qui ad hãc Leonis authoritatẽ rñdẽs ita dicit, verbũ Leonis papæ est ita intelligẽdum,q̃tũ ad deprecationem quæ ꝓmittit̃ absolutioni,non aũt quin sacerdotes absoluãt, [mediator].i.Timo.2.[ptãtẽ]Ma.16.tibi dabo claues regni celorũ & Io.20.Accipite sp̃m sc̃tm̃,quorum remiseritis peccata,remittent̃ eis.de qbus clauibus.in c. seqũẽti. loquimur [per ianuã licet.n.baptismus sit ianua oĩm sacramẽtorũ est nihilominus pñia[lapsis]in pc̃tis post baptismũ[ianua] vt digne accedant ad cætera sacra maxime corporis & sanguinis Christi.nullus.n.nisi pęnitẽs de pc̃tõ & per pñiam Deo reconciliatus ad sacra debet accedere ꝓhibitũ.n. erat in lege,ne pollutus accederet ad sanctã. Leuit.19. vnde Apostolus.1.Corin.11.qui sacr̃m corporis & sanguinis Christi indigne suscipit,iudiciũ sibi mãducat & bibit,non dijudicans corpus dñi.[Si aũt.]2.pars[pro quibus dño supplicamus],ꝓ oĩbus in hac vita peregrinãtibus sancta ecclesia orat nesciẽs quis ad numerum ꝓdestinatorũ pertineat.27.q.3.corripiantur.13.q.2.nõ æstimemus[indulgẽtiæ pręsentis]. s. remissionis pc̃torum[instituta remedia].s.pñiam[carne exutus non poterit]quia sicut dictũ est in q̃stione, qui non pœnituerit in hac vita de pc̃tõ,post mortẽ de pc̃tõ pœnitere non põt. psa.6.q̃m nõ est in morte qui memor sit tui,in inferno aũt quis cõfitebit̃ tibi.q.d. nullus.[his aũt].3.pars.[necessitatis] .i.ĩfirmitatis[& periculi].i.mortis. Hu.[nec satisfactio ĩterdicẽda nec reconciliatio denegãda]quia vt dicit Aug. in li. de ciuitate Dei c.3.totũ tp̃s huius vitæ dat̃ ad pœnitẽdum, & post hãc vitã non est pñia vel cõfessio fructuosa. vt dicit gl.sup illud.psa.cõuertere dñe.[mĩæ Dei mensurã]q̃m mię eius nõ est numerus.vt inquit psa.[nec tẽpora diffinire]q̃m in quacunq; hora ingemuerit pc̃tor vita viuet Eze. 18. [nullus patit̃ moras]iustificatio.n.impij fit subito:nã sp̃us sc̃tus qui grãm infundit instificãtẽ,subito aduenit mẽtibus sup illud Act.2. factus est repente de cœlo sonus aduenientis,vbi dicit gl.ꝙ nescit tarda molimina sp̃us sc̃ti grã. sensus est,qđ spiritus sc̃tus nõ retardat in opere suo.[Ita ergo necessitati] Cõcludit ex dictis qualiter agendũ sit cũ prædictis ẽt si votis officiũ amiserint dũ tñ per iudicia[integer sensus].i. cũ ẽet in integro sensu.i.nõ alienato,sed sano ĩtellectu existẽ quæsiuisse cõprobet̃.[ꝙ & si ita.]quarta pars[testimonia]de eorũ voluntate, ꝙ volebãt & petebãt pñiam & recõciliatio- (Respondet. Bonauent. — S. Thom. — Augustin.)

nem. de conse. dist. 4. ægrotantes. & in hoc casu creditur vni soli testi, & sine iuramento. quia inde alteri non fit præiudicium ar. de conse. di. 4. cum itaque beneficium]: i. fructũ pœnitentiæ consequentur, vel beneficium tam communionẽ corporis Christi, ad quam admittitur, & ad sepulturã, & oĩa quæ pœnitentibus solita sunt conferri. 16. q. 6. qui recedũt c. si aliquibus. Hu. [seruata tamen regula canonum circa eorum personas]. i. circa personas hæreticorum, circa hos regula canonum est seruanda, quę de ista, vt non recipiantur sine iuramento & scriptura, in qua fateantur se abiurare hæresim. de scriptura habetur. 1. q. 7. conuenientibus. & de iuramento similiter habetur ibidem. c. quoties. no. ꝙ hoc quod hic dicitur non respicit istum proximum casum, in proximo enim casu hæretici reciperentur sicut & alij, vt dicit. Hug. sed respicit casum superiorem, videlicet his qui tempore & ad illum casum hæc exceptio fit.

1 *Venia datur omni pœnitenti.*
2 *Verbum generaliter prolatum comprehendit oĩa particularia.*



NEmo potest. Adhuc magister Gratianus continuando probationes, ꝙ oris confessio & operis satisfactio sint necessaria ad remissionem peccati, attento maxime, quod solis sacerdotibus data esset ligandi & soluendi potestas. Consequenter inducit authoritates aliquas ad probandum,† ꝙ omni pœnitenti venia datur, & hoc contra hæreticos quosdam qui dicebant post primam pœnitentiam non posse peccati veniam obtineri. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. In prima ponit quod nemo potest bene agere pœnitentiam nisi spem habuerit de venia. in secunda ponit errorem quorundam, qui negant lapsos post primam pœnitentiam posse consequi veniam. in tertia reprobat eam. secunda ibi, sed negat: tertia ibi. Deus autem nullius crimen. quia de hæresi ista & confutatione eius principaliter agitur infra & maxime an pœnitentia reiterari possit: in tertia diuisione infra plenius loquemur. Litera. ¶ [Nemo nisi qui sperauerit.] clarum est quòd nemo pœnitentiæ onus subire vellet, nisi spem. i. misericordiæ veniam consequendi haberet. Vnde Augu. in de verbis apostoli. spes peregrinatori necessaria est, ipsa est. n. quæ consiliatur in via, viator quidem quando laborat ambulando, ideo laborem tolerat, quia peruenit sperat, tolle ei spem perueniendi, & frangentur cõtinuo vires ambulandi [Negant.] secunda pars [negant hæretici Nouatiani infra di. 3. & 24. q. 3. Nouatiani pœnitẽtiã, fructuosam his qui prolapsi sunt in peccata post primam peractam pœnitentiam, quæ hæresis diuinæ misericordiæ aduersatur, quæ non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Item aduersatur scripturæ sanctæ. Ezec. 18. quacunque hora peccator cõuersus egerit pœnitentiam, dominus dicit, iniquitatum omnium suarum non recordabor. Item dicta hæresis contradicit determinationi Christi, qui Mat. 18. dicit Petro. ꝙ peccãti fratri culpa remitteret nõ solũ septies, sed septuagesies septies. i. quotiescũq; peccaret. vnde cum frequenter homo labatur in pctm̃, frequens est necessaria pœnitentia. [Deus autem] tertia pars [nullius criminis] quia qui omnia dicit, nihil excludit, vt dicit Apostolus. ad Hebre. 1. dominus autem ait Petro. quodcunque ligaueris & c. [Nullius ergo crimen, siue semel peccantis, siue peccantis pluries, siue ante
2 primam pœnitentiam, siue post [omnia donauit] † verbum generaliter prolatum omnia particularia comprehendit, vt distinct. 19. si Romanorum, & ita quodlibet peccatum dimittit Deus pœnitenti.

Diuisio.

Exponit literam. Augustin.

2 *Clauis quid dicatur.*
3 *Claues in ecclesia conuenientissime sunt datę sine commissæ eius ministris.*
4 *Clauis potestas quid dicatur.*
5 *Claues ecclesiæ sunt duæ, non vna tantum,*
6 *Potestas clauium dupliciter denominatur.*
8 *Claues regni cœlorum in ecclesia datæ sunt ex commiss solis sacerdotibus.*
9 *Sacerdos euangelicus siue nouæ legis habet potestatem clauium.*
10 *Abbatissæ non habent potestatem super moniales suas excommunicandi eas.*
12 *Baptismus & pœnitentia dupliciter differunt.*
13 *Remissio peccatorum quare attribuatur verbo.*



VErbum Dei. Consequẽter inducit authoritatẽ Ambr, li. de pœnitentia, c. 2. Et põt diuidi hoc capitulum in tres partes. In prima dicit, ꝙ verbum Dei. i. Dei filius authoritatiue remittit peccata, & sacerdos solo ministerio. In secunda ꝙ pariter concurrunt ius ligandi & absoluendi, ita quod cui vnum cõcessum & reliquum. In tertia quòd vtrunque ius habet ecclesia quæ catholicos nõ habet sacerdotes. & nullũ eorũ habet hæresis, q̃ catholicos nõ habet sacerdotes. 2 ibi, dñs par. 3. ibi, certũ est. Pro pleniori intelligẽtia huius capituli quæruntur quinq;.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum in ecclesia sint claues vel esse debeant.
7 ¶ Secunda vtrum solus sacerdos euangelicas habeat claues.
11 ¶ Tertium est vtrum potestas clauium se extẽdat ad remissionem culpæ.
13 ¶ Quartum de veritate huius quod dicitur in litera, quòd verbum, iudex, & sacerdos dimittunt peccata.
14 ¶ Quintum vtrum hæretici & schismatici habeant claues dimittendi peccata.

1 Ad primum Sic proceditur. Et vr̃ ꝙ in ecclesia claues esse non debeant. Primo sic, nulla necessitas est clauium, vbi ostium semper est patens & apertum. sed ostium cœli est patens, & ecclesiæ est semper apertum secundum illud Apoca. 4. vidi & ecce in cœlo ostium erat apertum, qui est Christus, qui de seipso dicit Ioã. 5. Ego sum ostium. vnde ipse ait Io. 6. oĩs qui venit ad me nõ eijciã foras. ergo ad introducendum in cœlum ecclesia non indiget clauibus. ¶ Secundo sic clauis est ad aperiendum, & claudendum. sed hoc est solius Christi, qui claudit & nemo aperit, & aperit, & nemo claudit. Apo. 3. Item Esa. 22. dabo clauem Dauid super humerum eius, vt claudat & non erit qui aperiat. ergo ecclesia in ministris suis claues nõ habet. ¶ Tertio cuicunque clauditur cœlum aperitur infernus, & econuerso. ergo quicunque habet claues cœli, habet claues inferni. sed ecclesia nõ habet claues inferni. ergo nec cęli. ¶ Quarto culpa & pœna sunt connexa. ergo remittens culpam necessario absoluit a pœna. sed gratia in contritione remittit culpam. ergo absoluit a pœna. ergo non sunt necessariæ claues, & si non sint necessariæ claues, claues non sunt. quia nihil vanum est in operibus gratiæ. ergo vr̃ ꝙ nõ sint claues. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. Item & illud Mat. 16. tibi dabo claues regni cœlorum. ¶ Respondeo hic erunt tres articuli declarandi. Primo quid vocetur hic clauis. Secundo quot claues sunt in ecclesia. Tertio an sint duæ
2 claues, vel vna. Circa primum notandum est† ꝙ nomen clauis translatum est ad spiritualia ab ipsis corporalibus. In his autem corporalibus dicitur clauis instrumentum, quo remouetur aliquod obstaculum, quoniam igitur in spiritualibus inuenimus obstaculum ad ingrediendum regnum cœleste, quod nobis clauditur per peccatum, & quãtum ad culpam, & quantum ad reatum pœnæ, ideo ad spiritualia nomen clauis transfertur vocantes clauem illam potestatem, qua tale obstaculum regni remouetur. hæc autem potestas est in trinitate per authoritatem, & à Deo dicitur, à qbusdã quòd habet clauem authoritatis. sed in Christo homine fuit hæc potestas ad remouendum obstaculum per meritum passionis, quæ etiam dicitur ianuam aperire, & ideo dicitur secundum quosdam habere claues excellentiæ, sed quia ex latere Christi dormientis in cruce sacramenta fluxerunt, qbus ecclesia fabricatur, ideo in sacramentis ecclesiæ efficacia passionis manet, & propter hoc etiam in ministris ecclesiæ, qui sunt dispensatores sacrmentorum, est potestas aliqua ad prædicta obstacula remouendum non propria virtute, sed virtute diuina, & passionis Christi, & hæc potestas metaphorice clauis ecclesiæ, dicitur, quæ clauis est ministerij. Et ita vt dicit Alexander de halis, quod est clauis authoritatis, clauis excellentiæ, clauis ministerij, prima est solius Dei. secunda Christi. tertia est prælatorum ecclesiæ. Et hæc de primo articulo videlicet quid hic vocatur clauis in eccle-
3 sia ¶ Circa secundum sit ista conclusio.† conuenientissimè claues in ecclesia ministris eius sunt datæ siue commissæ. Quæ conclusio probatur sic. Omnis dispensator habet claues eorum, quæ dispensat. sed ministri ecclesiæ sunt dispensatores diuinorum vt patet primo Corint. 4. ergo debent habere claues. ¶ Secundo sic. iuxta dominum Bonauentu. Nullus potest ingredi regnum cœlorum, nisi per ecclesiam. & hoc significatum est. Genes. 18. vbi dicitur, non est aliud nisi domus Dei: & porta cœli. sed constans est: ꝙ ad rectum ordinem

Primũ arg.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Opponit contrariũ. Respondet.

Alexander de halis.

Bonauen.

ordinem oportuit prælatos in ecclesia institui: sed nullus sufficienter portæ præest:nisi habeat clauem ipsius.ergo videtur quod dominus claues alijs côcesserit. ¶ Tertio sic.decet regem terrenum vt clauem ostij siue portæ suis seruis committat:qui ministrent in eius curia. sed non est liberalior rex terrenusá: qu æternus:imo multo magis. ergo côueniens est: ꝙ claues regni sui ministris suis commiserit.

4 †Hæc autem potestas quæ clauis dicitur ministerij diffinitur sic a Magistro sententiarum in quarto. distinctio.14.ꝙ clauis est potestas ligandi & soluendi: qua ecclesiasticus iudex dignos recipere & indignos excludere debet a regno. Cuius diffinitionis conuenientia sic ostenditur iuxta S.Th. secundum philosophum.2.de Anima,potentiæ per actus, diffininutur.vnde cum clauis sit quædã potestas:oportet ꝙ per actũ suum siue per visum diffiniatur. Et ꝙ in actu obiectum exprimatur: ex quo speciem recipit actus & modus agendi Ex quo apparet potentia ordinata. actus autem potestatis spiritualis non est vt cœlum aperiat absolute:quia iã apertum est:sed vt quantum ad hunc aperiat: ꝙ quidem ordinate fieri non potest:nisi idoneitate eius cuius aperiendũ est cœlum pensata:& ideo in prædicta diffinitione ponitur genus.s.potestas & proprium subiectum illius potestatis ꝙ est iudex ecclesiasticus:& actus.s.excludere:& recipere secũdum duos actus materialis clauis aperire & claudere: obiectum tangit in hoc:quod dicit:a regno.modus autem ex eo ꝙ dignitas & indignitass in illis in quos actus exercetur pensatur.Concordat do. Albertus magn.¶ Quantum ad tertiũ sit ista conclusio† duæ sunt claues: & nõ vna tantum licet in

5 essentia authoritatis non distinguantur:videlicet scientia discernendi:& ligandi: soluendique potestas. Conclusio hæc quo ad primam partẽ in qua dicitur:ꝙ sunt duæ claues: patet ex illo quod Augu.dicit super Io.dicit enim sic. quos dignos iudicaueritis duabus clauibus.s.discretionis: & potestatis:dimittẽtis peccata. Ecce quod ab Augustino assignãtur claues duæ:& tantum duæ. Hoc idem videtur ex verbis Rabani colligi.Item gl.Mat.16.dicit claues sunt scientia discernendi,& ligandi.& absoluendi potestas. harum clauium distinctionem assignat Albertus magnus penes duo quæ fuerunt in Christo in opere redemptionis nostrę, hoc mõ inquit in 4.sicut habetur Esa.16.vbi dicitur dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & claudet & non erit qui aperiat.aperiam: & non erit qui claudat.Filius Dei est vera clauis regni cœlorum,quia ipse aditum nobis reserauit: quẽ Adam suo peccato recluserat.vnde Grego.in oratione paschali dicit Deus qui per vnigenitũ redemptorem nostrũ æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti.In filio autem Dei sunt duo sicut dicitur.j.Corin.5.Christum Dei virtutem:& Dei sapientiam, & quia ipse his duobus reserauit in his duobus suis sacerdotibus dedit reserandi potestatem: & penes hæc duo duæ claues accipiuntur: quas dicit eas distingui penes actus proximos substantiales &necessarios:cõstat nunc ꝙ actus necessarius est discretio peccatorũ in confessione. Et etiã actus necessarius absolutio.¶ S.vero Tho. horum clauium numerum & potestatem assignat penes ea: quæ necessario requirũtur in aliquo pleno iudicio: ita dicẽs in 4.dist.18.in omni actu qui requirit idoneitatem ex parte recipientis,duo sunt necessaria,& qui debet illum actũ exercere.s.iudicium de idoneitate recipientis, & expletio actus. & ideo etiam in actu iustitiæ per quam redditur alicui hoc: quo dignus ẽ: oportet esse iudicium quo discernatur,an iste sit dignus:& ipsa redditio & ad vtrumq; horum authoritas quædam siue potestas exigitur.non dare possumus.nisi quę in potestate habemus.nec iudicium dici potest.nisi vim coactiuam habeat ex quo iudicium iam vnũ determinatur. q̃ quidem determinatio nisi speculatiuis fit per virtutem primorum principiorum.quibus resisti non potest & in rebus practicis per vim imperatiuam in iudicante existentem.Et quia actus clauis requirit idoneitatem [a] in eo:in quem exercetur: quia recipit per clauem iudex ecclesiasticus dignos: & excludit indignos:vt ex dicta diffinitione patet.ideo indiget iudicio discretionis quo idoneitatem iudicat:& ipso receptionis actu:& ad vtrumque horũ potestas quædam siue authoritas requiritur:& secũdum hoc duæ claues distinguũtur: quatũ vna pertinet ad iudicium de idoneitate eius qui absoluẽdus est:& alia ad ipsam absolutionem: & hæ duæ claues non distinguũtur in essentia authoritatis, qua ex officio vtrunque sibi competit:sed ex comparatione ad actus: quorum vnus alium supponit.¶ Secundam vero partem côclusionis probat, in qua dicitur:ꝙ prædictæ claues sunt idẽ per essentiam:& ꝙ distinguantur iuxta S.Tho.ibidem in 4.quo ad actus.Sic probat dominus Durandus in 4.dist.18.Ad plures actus subordinatos sufficit vna virtus,& vna potestas.sed actus clauium licet sint plures:sunt tamẽ subordinati. ergo ad eos causandos sufficit vna virtus.maior.patet.sol enim ꝑ eandem virtutem puta per lumen illuminat: & calefacit aerem:& isti sunt actus subordinati:& vnus præsupponit aliũ. minor declaratur.cum.n.actus clauiũ sint dignos recipere: & indignos excludere a regno:oportet ꝙ duo concurrant. vnũ est iudicare quis sit dignus vel indignus. secundum est dignum recipere,& indignum excludere.& iste secundus ꝑsupponit primum:vt de se patet:& ideo ad eandem potestatem pertinet vterque actus ordine quodam. Sicut etiam in iudicijs secularibus videmus quod eadem potestate conuenit iudici merita partium cognoscere:& sententiare contra vnam:& absoluere aliam:quia vero potentiæ denominãtur ex actibus:licet sit vna & eadem potestas:qua iudex ecclesiasticus iudicat de dignitate:& indignitate alicuius: ex qua di-

6 gnum absoluit,indignum vero non absoluit:†ideo potestas dupliciter denominatur.quia ratione primi actus vocatur clauis scientiæ:ratione vero secundi vocatur clauis potestatis,clauis autem scientiæ non est habitus scientiæ, qui in ordine fundatur:vel habitus prius acquisitus:vel industria naturalis:quę in ordinato rationem clauis sortiatur:cũ in multis ordinatis contingat nullum horum inueniri. Sed est authoritas discernendi in iudicio animæ:quam potest habere ignorans:& qua potest carere sciẽs, sicut in iudicijs secularibus aliquis habet authoritatem iudicãdi:qui non habet sciẽtiam iuris:& econuerso aliquis habet sciẽtiam iuris: qui nõ habet authoritatem iudicandi. sed cũ actus iudicandi non potest recte exerceri sine vtroque.s scientia & authoritate: & ad actum iudicãdi obligauit quis ex authoritate suscepta non autem ex sola scientia. Ideo scientia sine authoritate pôt haberi sine peccato.Sed authoritas iudicandi quæ clauis dicitur nõ pôt sine scientia absque peccato haberi.¶ Ad rationes in oppositum dicendum.Ad primam cum dicitur:ꝙ ostium cœli semper apertum est.Respondetur ꝙ ratio non procedit.quoniam vt dicit S.Tho.& dominus Bonauen.licet ostium cœli quantum est de se semper sit apertum,dicitur tamen alicui clausum:propter impedimẽtum intrãdi in cęlo.quod in ipso est.Impedimentum autem totius humanæ naturæ ex peccato primi hominis consecutum, per passionem Christi amotum est:& ideo post passionem vidit Ioã. ostiũ in cœlo apertũ:sed adhuc alicui quotidie manet clausũm per peccatum originale.quod contrahit,vel actuale,ꝙ committit:& propter hoc indigemus sacramentis vel clauibus ecclesiæ.¶ Ad secundam respondetur:ꝙ ratio non procedit.Et ratio est:quia illa quę inducũtur de Christo:ꝙ claudat & nemo aperiat:intelliguntur de clausione: qua Christus potestate excellentiæ per meritũ suæ passionis limbum clausit:ne aliquis vltra in illum descendat, & de apertione qua paradisum aperuit remoto impedimento naturæ per suam passionem.conformiter dicit dominus Bonauent.sacerdos tamen habet clauem ministerij ad remouendum impedimenta:quæ sunt peccata actualia quæ cômittimus. ¶ Ad tertiam respondetur dupliciter per Sã.Tho. & dominum Bonauenturam.ꝑmo sic.ꝙ non sit simile de claue inferni & claue cœli. Ratio quia clauis inferni qua aperitur, & clauditur est potestas gratiam conferendi: per quam homini aperitur infernus.vt de peccato educatur:quod est inferni porta,& clauditur:ne vltra in peccatum labatur gratia sustentatus.gratiam autem conferre solius Dei est: & ideo clauem inferni sibi soli retinuit.sed clauis regni est potestas etiam dimittendi reatum pœnæ: per quam homo a regno: prohibetur & ideo magis potest homini dari clauis regni quam inferni,non enim idem sunt:vt patet ex dictis.aliquis enim de inferno educitur per remissionem æternæ pænæ: qui non statim in regnum introducitur propter reatũ pœnæ temporalis qui remanet. ¶ Secundo respondetur sic.ꝙ idem est clauis cœli. vt quidam dicunt,quia ex hoc ipso ꝙ ali cui vnum aperitur:alterum clauditur. sed denominatur a digniori, & ita venit neganda minor.¶ Ad quartã respondetur negando consequentiam propter duo: vt inquit Albertus:primo quia licet gratia in contritione remittit culpã & pœnam æternam:non tamen regulariter omnem pœnã: quia non temporalem:quia pro iustitiæ debito expiãda adhuc relinquitur.¶ Secundo quia & si in cõtritione soluatur culpa

Marginalia (left): Sã.Thom. — Albertus. — Augustin. — Albertus magnus. — Gregorius. — S. Thom. — a¶ Idoneitatẽ. Adde qđ idoneitas ẽ multiplex. Pet de Anc. in c dudum nu.3. de pręsum.

Marginalia (right): Duraudus. — Ad primum argument. S. Thom. Bonauent. — Ad secũdũ — Bonauent. — Ad tertium. S. Thom. — Ad quartũ. Albertus.

culpa & pœna: non tamen hoc fit in virtute solius contritionis: sed potius & virtute clauium: sicut licet in medicina absoluatur aliqs morbus: non fit hoc virtute vnius receptionis in medicina: sed virtute cuiuslibet contenti soluitur aliquid morbi. In contritione autem cum semper intelligatur votum confitendi, & satisfaciendi: virtus clauium ibi operatur, nihil enim inquit Albertus prohibet operari clauem ante actum sacerdotis extra: sicut etiam gratia mediatoris operata est antequam esset mediator in natura mediante.

7 Ad secundum Sic proceditur † & videtur quod nō solus sacerdos euangelicus habeat claues. Primo sic. clauis est sequela ordinis. sed sacerdos legalis habuit ordinem cum sacerdos esset: & diceretur. ergo sequitur, ꝙ sacerdos legalis non tantum euangelicus habuit claues. ¶ Secundo sicut dictū est claues sunt duæ. s. sciētia discernendi & potentia iudicandi, sed vtranque habuerunt sacerdotes legales. quorum officium erat inter immundiciam, & etiam extra castra mittere: & eundem restituere, ergo &c. ¶ Tertio sic. sacerdotes legales habebāt aliquā potestatem super reliquum populum non temporalem: quia sic potestas regia non fuisset distincta a sacerdotali: sed spiritualem: sed hoc est clauis. ergo habuerunt clauem. ¶ Quarto sic. dicit enim Isidorus: ꝙ ostiarij inter bonos & malos, habet iudicium: dignos recipiunt, & indignos reijciunt, sed hæc est diffinitio clauium, vt supra visum est. ergo alij sacerdotes quam euangelij habent claues. ¶ Quinto sic. excōmunicare & absoluere videntur ad potestatem clauium pertinere: sed multi non sacerdotes excommunicant: & absoluunt: vt electi cōfirmati: officiales: archidiaconi: ergo alius quam sacerdos euangelicus habet claues. ¶ In oppositum est tex. præsentis literæ. ¶ Respondeo sit ista conclusio. † solis sacerdotibus claues regni cœlorum in ecclesia datæ sunt: & commissæ. Patet ista conclusio authoritate. & rōne. Authoritate beati Ambrosij dicentis in libro de paradiso: & habetur in litera præsenti. ꝙ ius ligandi & soluendi solis sacerdotibus permissum est. Item super illud Matt. 16. tibi dabo claues &c. dicit Augus. habent iudiciariam potestatem oēs apostoli: habet & omnis ecclesia in episcopis & presbyteris sed omnis episcopus est sacerdos. ergo solis sacerdotibus cōuenit. ¶ Rōne sic. potestas clauium apostolis data fuit cum dominus dixit Io. 20. quorum remiseritis peccata &c. igitur illis solis significatur potestas data: quibus hæc verba dicuntur: sed hæc verba solis sacerdotibus dicuntur. ergo &c. ¶ Secundo sic. omnis habens huiusmodi potestatem mediator est, & omnis talis constituitur in his: quæ sunt ad Deū: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. ergo ad eum solum pertinet hæc potestas: ad quā pertinet sacrificium offerre. sed hoc pertinet in noua lege & in veteri solis sacerdotibus ad Hebre. 5. ergo potestas clauium solis sacerdotibus conuenit. ¶ Secunda conclusio † solus sacerdos euāgelicus siue nouæ legis habet potestatem clauium. Probatur ista cōclusio, 9 vsus clauium est ad operationem regni cœlorum, vt dictum est, sed regnum cœlorum aperiri non potuit ante passionē Christi: cuius merito sublatum est impedimentum naturæ. ergo ante passionem Christi quæ facta est in nouo testamēto non debuerunt claues alicui conferri. ergo sacerdos legalis non habuit potestatem clauium. ¶ Secundo sic. sacramēta veteris legis gratiam non conferebant, sed auditus regni cœlorum aperiri non potest, nisi per gratiam. ergo per illa sacramenta aperiri non poterat: & per consequens nec sacerdos illorum minister claues regni cœlorum habebat. Est tamen notandum vt inquit tam S. Tho. quam dominus Albertus & dominus Bonauen. ꝙ licet apud sacerdotem legalem non esset vna potestas clauium: erat tamen figura quædam siue vmbra illius: quod sic declarat dominus Durandus ita dicens. potestas & vsus clauium figurabatur in officio sacerdotum legalium: eorum enim officium consistebat circa tria, dicit Durandus. s. in aperiendo: & claudendo hominibus mundis: & immundis. secūdum ritum legis materiale templum. secundo in oblatione sacrificiorum. tertio in mundatione aliquarum irregularitatum quæ incurrebantur secundum legem. In primo. s. in templo secundum duplicem sui partem. s. sanctum: & sanctum sanctorum præcessit figura ecclesiæ secundum duplicem sui partem. l. militantem: & triumphantem. In secundo. s. in sacrificiorū oblatione figurabatur administratio sacramentorum nouæ legis. In tertio vero. s. in mundatione irregularitatum figurabatur remissio peccatorum. quæ fit in nouo testamento virtute clauium: & ita sacerdos veteris legis nō habuit proprie claues: sed præcessit in eis figura clauium in hoc: ꝙ mundatos ab irregularitatibus legis admittebant in templum ad oblationem sacrificiorum. ¶ Tertia conclusio. potestas clauium de quibus loquimur non potest conuenire alicui communitati subiectiuæ, patet, quia id quod datur per consecrationem sacerdotalem, vt patet ex verbis episcopi: qui dicit impositione manuū accipite spiritum sanctū &c. quæ verba important directe vsum clauium. ergo illa potestas non nisi in habentibus consecrationem sacerdotalem: sed nulla communitas vt sic potest sacerdotalis consecrationis esse subiectum. ergo nec potestatis clauium. ¶ Confirmatur potestas clauium est annexa sacerdotio: vt habitum est in prima conclusione: quia solis sacerdotibus conuenit: sed ordo sacerdotalis vni soli personæ non communitati potest conuenire. ergo potestas clauium nulli communitati potest cō uenire vt subiecto potestatis vnde quando claues dicuntur datæ ecclesiæ, vt in c. quodcunque. 24. q. 1. intelligendum ē. sicut Hieron. super Mat. in episcopis & presbiteris, nulla. n. communitas, vt sic potest esse subiectum characteris sacerdotalis, imo nec cuiuscunq; alterius ordinis: vt patet. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur: ꝙ clauis regni cœlestis de qua loquimur consequitur ad sacerdotium, non quodcunque: sed sacerdotium quo homo in cœlestia introducitur, non erat autem huiusmodi ordo sacerdotij Leuitici & ideo claues cœli non habuerunt. Dicit aūt Albert. ꝙ sicut habuerunt ordinē: ita habuerunt clauem. habuerunt autem vmbram ordinis: quia non impressit characterem, & ideo non habent veram clauem: sed vmbram clauis: quia potestatem absoluendi & ligādi circa immundicias corporales, quæ significabant immūdicias spirituales: in quibus absoluit & ligat euangelicus sacerdos. ¶ Ad secūdā respondetur, ꝙ vt dicit dominus Albertus potestas discendi in spiritualibus & ligandi, dicitur clauis: & non in corporalibus: hanc autem nō habuit sacerdos legalis: nisi circa immundicias corporales: & potestas circa tales non dicitur clauis: sed vmbra: aut figura clauis. Et ideo dicit S. Tho. ꝙ sacerdotes legales habebant potestatē discernendi sed non vt administretur homo ab eis iudicatus in cœlestia: sed in figura cœlestium: Ad tertiam respondetur negando consequentiam: & ratio est, quia vt dicit S. Tho. ꝙ sacerdotes legales habebāt potestatem spiritualem, qua per sacramentalia legalia non a culpis sed ab irregularitatibus homines purgabant, vt ad manufactum tabernaculum aditus purgatus per eos pateret. Spiritualis autem potestas quæ clauis dicitur, est qua a peccatis & culpis homines purgātur & qua aditus regni cœlorū purgatus sic aperitur: talis autem non fuit apud legales sacerdotes. Notat hic dominus Albertus, quod spiritualia veteris testamenti & noui quasi equiuoce spiritualia dicuntur. illa enim sunt spiritualia quia significant spiritualia & diuiduntur: contra regnū & huiusmodi quæ per seculares personas & laicos dispēsantur & talia commissa sacerdotibus erant spiritualia veteris legis, & hęc sunt spiritualia sm quid. Alia dicunt spiritualia, qa cōferētia spiritū, & hæc sūt spiritualia nouæ legis & ideo potestas in talibus ē simpliciter clauis, potestas aūt in illis ē figura clauis & vmbra. ¶ Ad quartam respōdetur, quod traditio clauiū q̄ fit in ordinatione ostiarij nō signat spūalium clauiū traditionē, de quibus nūc loquimur sed signat traditionē ptātis ad executionē officij ad qđ ordinatur: ꝙ est custodia eorum, quæ sub clauibus materialibus ecclesiæ reseruantur, vt patet ex verbis episcopi in traditione sibi dictis: officium enim eius non est claudere regnum cœlorum, vel aperire sed materiale templum & excludere ab ecclesia immundos & recipere mundos, non quidem sua authoritate iudicādo qui sunt digni vel indigni, & iudicium sacerdotū exequendo. vt sic ostiarij quodammodo executores potestatis sacerdotalis videantur. ¶ Ad quintam respondetur ꝙ ratio non procedit. quia absoluere a sententia excommunicationis non est per se & directe actus clauium, sed solum ligare & soluere in foro conscientiæ, antecedit tamen & disponit ad vsum clauium, cuius ratio est, quia mediante etiā militante intratur ad ecelesiam triūphātem: & ideo actus quo aliquis excluditur per sententiam excommunicationis ab ecclesia militante, vel ad eam recipitur per absolutionē ab excommunicatione, Primus est & disponit ad actum clauium, quo aliquis absoluitur a culpa: & sic ei aperitur regnū cœlorum, propter absoluere & excommunicare potest cōpetere

Primū ar. Secundū ar. Tertiū ar. Quartū ar. Quintū ar. Opponit & Respondet. 8 Secūda conclusio. S. Thom. Bonauent. Durandus. Tertia conclusio. Ad primū argument. Albertus Ad secundū Albertus. S. Thom. Ad tertiū. S. Thom. Albertus. Ad quartū. Ad quintā

petere alijs quam ſacerdotibus cum nõ ſit directe actus clauis ſacramentalis: qui tamen ad eum præparat & diſponit: non videtur competere niſi illis: qui poſſunt ad ſacerdotiũ promoueri quantum eſt de natura ſacramenti, & quia ad hoc non poteſt promoueri mulier: ideo nulla mulier po-
10 teſt abſoluere vel ligare: vel excommunicare. †vnde abbatiſſe non habẽt poteſtatem ſuper moniales ſuas excommunicandi eas. extra de maior. & obe. c. dilecta. & de pe. & re. ca. noua. habent authoritatem corrigendi eas ſecũdum diſtinctionem monaſterij: & religionis: propter periculum cohabitationis v. rorum inter eas.

11 Ad tertium Sic proceditur. †Et videtur quod poteſtas clauium non ſe extendit ad remiſſionẽ culpæ. ¶ Primo ex authoritate beati Ambroſij in præſenti litera: qui ait. ꝙ verbũ Dei dimittit peccata, ſacerdos vero officium ſuum exercet: vel cohibet: & nullius poteſtatis iura exercet. ergo videtur quod ſacerdos nullam poteſtatem habeat reſpectu peccatorum. ¶ Secundo Augu. & Richar. de ſancto victore dicũt ꝙ in ſuſcitatione Lazari ſignificata eſt reſuſcitatio peccatoris: ſed Lazarus eſt prius a domino ſuſcitatus: quam traditus diſcipulis exſoluendus: ſicut ſuprà. e. diſt. 3. §. conuertimini. habitũ eſt. ergo abſolutio ſacerdotis ſequitur dimiſsionem culpæ & per cõſequens nõ operatur ſupra culpam. ¶ Tertio paris poteſtatis videtur interius baptizare: & a culpa mortali abſoluere. ſed Deus non debuit poteſtatem baptizandi interius communicare: ne ſpecies poneretur in homine. ergo pari ratione nec poteſtatem abſoluendi a peccato actuali. ¶ Quarto nullo modo fit remiſsio peccati: niſi per gratiam. ſed gratiam dare eſt potentiæ infinitæ. ergo poteſtas clauium cum ſit finita: nõ extendet ſe ad expulſionem culpæ. ¶ In oppoſitum eſt illud Io. 20. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis &c. ſed hoc non poteſt exponi quantum ad manifeſtationem tm̃: quia ſic ſacerdos noui teſtamenti non haberet maiorẽ poteſtatem quam ſacerdos veteris teſta. ergo exercet poteſtatem in culpæ dimiſsione. ¶ Reſpondeo dimiſsis varijs modis loquendi: quos tangit tam. Alexan. de halis: quã Bonauen. in hac materia ſecundum S. Tho. dicendum ꝙ poteſtas clauium extendit ſe ad dimiſsionem pœnæ & culpæ ꝑ modum miniſterij. Iſta cõcluſio probatur & declaratur ſic, ſicut ſe habet ſacramentum baptiſmi ad peccatum originale: ſic ſe habent ſacramentum pœnitentiæ ad actuale. ſed ꝑ ſacramentum baptiſmi dimittitur miniſterialiter culpa originalis & pœna ei debita: ſed virtus ſacramenti pœnitentiæ maxime pendet ex poteſtate clauium: vt patet ex forma abſolutionis: qua ſacerdos habens claues vtitur. ergo &c. verũ tamen eſt intelligendum vt inquit dominus Durandus ſe-
12 quendo S. Tho. †ꝙ inter baptiſmum & pœnitentiam eſt differentia duplex quo ad remiſsionem culpæ, & pœnæ, & vtriuſq;. Prima eſt quod regulariter baptiſmus reperit culpam in eo: qui baptizatur. quia communiter pro ſtatu moderno baptizantur paruuli: qui propter baptiſmi a neceſsitatem & carentiam vſus rationis non poſſunt ante baptiſmũ ſe præparare intantum, vt dimittatur eis culpa originalis, & ideo baptiſmus ſemper inuenit inuenis in eis culpam originalem, quam debet, ſed ſacramentum pœnitentiæ non confertur niſi adultis: in quibus præcedit præparatio per diſplicentiam peccati commiſsi: quæ quandoq; ſufficiens eſt ad peccati deletionem cum propoſito confitendi, & in tali ſacramentum pœnitentiæ non dimittet peccatum, cum ſit prius dimiſſum. ſed ſi non baptizarẽtur niſi adulti ſicut nõ confitentur niſi adulti: penitus eſſet ſimile per dimiſsionẽ culpæ vtrunq;: quia ſicut in adulto antequam baptizaretur poſſet præcedere pręparatio ſufficiens: per quam cum voto baptiſmi remitteretur omnis culpa, & conferretur gratia: & tũc ſequens baptiſmus nec culpam auferret, ſed prius collatam augeret: quandoque vero præcederet diſpoſitio non oĩno ſufficiens ad deletionem culpæ: tunc virtute baptiſmi actualiter ſuſcepti deletur culpa: ſic in pœnitente antequã actualiter ſuſcipiat ſacramẽtum pœnitentiæ: quoniam præcedit ſufficiens diſpoſitio delens culpam, & conferens gratiam: & tunc ſacramentum ſuperueniens culpam nõ aufert: quia non inuenit, & gratiam confert, ſed prius collatam auget: quandoque vero non præcedit ſufficiens contritio, quæ culpam deleat. ſed attritio: quæ ſuperueniente ſacramento pœnitentiæ virtute clauium efficitur ſufficiens: & ſic per ſacramentum pœnitentiæ actu ſuſceptum deletur culpa, & confertur gratia: & ita virtus clauium efficitur ſufficiens, & extendit ſe ad dimiſsionem culpæ, quando eã inuenit, ſicut baptiſmus. parum. n. eſſet dicere: ꝙ ſacerdos euangelicus virtute clauium ſolum oſtendat culpã a Deo eſſe dimiſſam, & nullo modo ad eius dimiſsionem operaret̃ ſicut ſacerdos legalis oſtendebat in aliquo lepram eſſe mundatam, quam tñ nullo modo mundabat. Iſtud. n. eſt contra dignitatem ſacramentorum nouæ legis: quę efficiunt quod figurant: ipſa aũt forma abſolutionis ſignat dimiſsionem peccati. ¶ Secunda differentia eſt: quia per baptiſmũ tollitur omnis pœna peccato debita: quodcunque ſit. quia baptiſmus eſt ſacramentũ intrantium ſtatim eccleſiæ: propter ꝙ non imputatur eis ad pœnam quidquid in ſtatu præterito egerunt, ſed pœnitẽtia non eſt ſtatus intrantium: ſed eſt iudicium, & correctio delinquentium in eccleſia. & ideo per eam non tollitur omnis pœna temporalis: quæ poteſt eſſe ad correctionem, de qua tamen virtute clauium plus vel minus dimittitur ſecundum maiorem vel minorem contritionẽ pœnitentis. ¶ Ad videndum autem quomodo clauis ſe habet ad dimiſsionẽ culpæ eſt. Notandum ſecundum S. Th. in 4. vbi ſupra, ꝙ virtus clauium operatur ad culpæ remiſsionem vel in voto exiſtens, vel in actu ſe exercens: ſicut & aqua baptiſmi. ſed ſicut baptiſmus non agit vt principale agens, ſed vt inſtrumentũ non quidem pertingens ad ipſam gratiæ ſuſceptionem cauſandã inſtrumentaliter, ſed diſponens ad gratiam: per quã fit remiſsio: ita eſt de poteſtate clauium, vnde ſolus Deus remittit culpam per ſe: & in virtute eius agit inſtrumẽtaliter & baptiſmus vt inſtrumentum inanimatum, qui dicitur ſeruus ſecundum philoſophum. 8. Ethi. & ideo ſacerdos agit vt miniſter. Et ſic patet: quod poteſtas clauium ordinatur aliquo modo ad remiſsionem culpæ: non ſicut cauſans: ſed ſicut diſponens ad eam. vnde ſicut dictum eſt ſi ante abſolutionem non fuiſſet aliquis perfecte diſpoſitus ad gratiam ſuſcipiendam in ipſa confeſsione: & abſolutione ſacramentali gratiam conſequeretur, ſi obicem non poneret. ¶ Ad rõnes in oppoſitum dicendum eſt. ad primam de verbo Ambroſii in litera reſpondetur quod non obuiat dictis, quia Ambroſius non vult negare quin miniſterialiter ſacerdos concurrat ad dimiſsionem peccati, ſed tantum quod nõ authoritate propria: ſed Dei vt patet in gl. ¶ Ad rationem reſpondetur, quod licet abſolutio actu exercita ſequatur reſuſcitationem animæ pœnitẽtis: non tamen votum eius, imo votum clauium concurrit ſimul cum cõtritione ad reſuſcitationem peccatoris. ¶ Præterea non valet iſta conſequentia. Ad remiſsionem peccati huius vel illius pœnitentis virtus clauium non concurrit: ergo ſimpliciter & abſolute virtus clauium non ſe extendit aliquo modo ad remiſsionem peccati. quod in illo culpam non deleuit, non fuit ex inſufficientia ſacramenti pœnitentiæ: ſed quia eam non inuenit: quæ iam deleta erat per contritionem: ſicut nõ eſt ex inſufficientia baptiſmi. ꝙ in adulto prius iuſtificato nullam culpam delet. ¶ Ad tertiam reſpondendo dicitur, quod ſicut Deus non conceſsit miniſtris eccleſiæ poteſtatem authoritatis, quæ eſt propria ipſius Dei, aut excellentię, quæ eſt propria Chriſto baptizandi interius: bene tamen miniſterialẽ: ita etiam hic in propoſito dicimus, quod nec poteſtatem authoritatis: nec excellentiæ remittendi peccata conceſsit miniſtris eccleſiæ: ſed miniſterialem tantum eo modo quo ſuperius declarauimus, & ita ratio non militat. ¶ Ad quartũ reſpondetur, quod dare gratiam ſicut principale pertingẽs vſque ad eſſentiam gratiæ eſt bene potentiæ infinitæ. ſed ad ad gratiam diſponere non eſt potentiæ infinitæ: dicimus autem quod virtus clauium ſicut nec baptiſmus non pertingit directe ad ipſam gratiam: ſed diſpoſitiuè, ſicut dictũ eſt & ita ratio non procedit.

13 Ad quartum Sic proceditur: † Et videtur ꝙ non conuenienter dicantur in litera præſentis capituli peccata dimittere verbum: iudex: & ſacerdos, in quo videtur innuere quod iſti diuerſimode peccata dimittunt. ¶ Primo arguitur ſic. verbum Dei increatum de quo videtur intelligi iſte tex. non differt a iudice. ergo non videtur, quod aliter dimittat peccata, quam iudex. ſ. Deus. ¶ Secundo videtur, quod iudex non dimittat peccata ſm̃ illud. pſal. ego cum accepero tẽpus iuſtitias iudicabo. ſed iuſte iudicando peccatum non dimittitur, ſed punitur, ergo videtur quod nihil eſt quod dicit iudicẽ peccata dimittere. ¶ Tertio videtur falſum dicere, cum de dimiſsione ſacerdotis dicit, ꝙ ſacerdos officium ſuum exhibet. ſed nullus poteſtatis iura exercet. ſed hoc videtur eſſe falſum

Primũ arg. — Secũdũ ar. — Tertiũ arg. — Quarta ar. — Opponit ĩ cõtrarium. — Reſpondet. Alexander de halis. Bonauent. S. Thom. — Durandus. — a ¶ Baptiſmi. adde ꝙ in baptiſmo duo ſunt neceſſaria. Pe. de no. vt nu. 1. de bapt. addit ẽt tertiũ ibidẽ. num. 2. — S. Thom: — Ad primum argument. — Ad ſcd̃m — Ad tertium. — Ad quartũ. — Primum ar. — Secundũ ar. — Tertium ar.

Opponit & Respondet Albertus.

falsum cum tam ad dimissionem culpe, quam pœnæ virtus clauium se extendat: vt dictum est supra. ¶ In oppositum ẽ authoritas beati Ambro. in litera. ¶ Respondeo dicendum quod conuenienter dictum est, quod in litera dicitur. dicimus enim cum domino Alberto in quarto. ꝙ verbum Dei dicitur vnigenitus Dei filius prout in mundum venit carnẽ assumens: ille enim peccata dimittit potestate excellẽtiæ: eo ꝙ meritum suum infiniti valoris fuit & omnia dedit ei pater in manu eius. Io. 17. vnde Io. 1. dicit. Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Iudex autem est Deus authoritate dimittens peccata secundum illud Esa. Ego qui deleo iniquitates & peccata. sacerdos vero ministerio dicitur peccata dimittere: & ita patet conuenientia differentiæ, quæ innuitur in litera de diuersitate dimittendi peccata quo Deus trinitas peccata dimittit. ¶ Ad rationes in oppositum dicẽdum est. Ad primam respondetur secundum dominum Albertum: ꝙ alius est modus quo dimittit peccata verbum incarnatũ: & alius quo dimittit iudex. Iudex enim dicitur Deus trinitas: non tamẽ dicitur verbum incarnatum. verbum. n. incarnatum dimittit redemptionis modo: quo soluit pretium pro nobis, quod nõ facit Deus trinitas. vnde obiectio præsupponit falsum. ¶ Ad secundam respondetur secundũ eundem ꝙ hoc quod hic dicitur intelligitur de iudicio quo Deus iudicat pœnitentes iudicio misericordiæ, in quo parũ est de iustitia: multum de misericordia, remittit enim pœnam æternam: & exigit temporalem: sed in futuro non remittit. ¶ Ad tertiam respondetur: ꝙ non negatur quin sacerdos habeat potestatem in ministrando, sed negatur, ꝙ propria potestate aut quod potestate sibi concessa causaliter attingat essentiam ipsius gratiæ, quod non est verum sicut dictum est.

Esa. 43. d

Ad primum argument. Albertus.

Ad secundũ

Ad tertium.

14 Ad quintum Sic proceditur. † & videtur quod hæretici & schismatici non habeant claues. Primo arguitur ex tex. præsentis capituli. in quo beatus Ambro. dicit ꝙ hæreticus non habet ius ligandi & soluẽdi. ¶ Si dicatur quod illud intelligitur quo ad executionẽ, sed non quo ad pœnitentis essentiam, ita ꝙ hæretici bene habent potestatem clauium, sed non vsum siue executionem. Contra omnis potestas spiritualis & actiua in eo qui habet vsum li. ar. exit in actum quando vult. ergo si potestas clauium manet in prædictis, cum sit potentia actiua poterit exire in actum quando voluerit. ergo si hæretici habent claues: habebunt etiam vsum siue executionem. ¶ Tertio sic. frustra est potentia quam non consequitur actus. ergo si in hæreticis & schismaticis & alijs excommunicatis aut degradatis est potentia, illa erit frustra, sed in operibus diuinis nihil debet esse frustra. ergo &c. ¶ Quarto sic. si potentia in talibus nõ potest esse in actu quæritur vnde hoc sit, si dicatur quia papa prohibet vel superior. Sed contra quantuncunq; superior prohibeat si quis conficit confectum est, si quis baptizat, baptizatũ est: ergo pari ratione si absoluat, vel liget absolutum est & ligatũ, quod est manifeste falsum, ergo redit primum. s. ꝙ tales non habent potestatem. ¶ In oppositum est, quia potestas clauium inseparabiliter sequitur sacerdotium, cum per essentiam idem sit causa charactere sacerdotali vt supius visum est in primo articulo. ergo &c. ¶ Respondeo dicendum quod sacerdotes hæretici: schismatici: excommunicati: suspensi & degradati habent potestatem clauium quantum ad essentiam, sed non quantum ad vsum siue executionem, pro qua conclusione declaranda notãdũ ẽ cũ Ale. de hal. & dño Bonau. in 4. ꝙ sicut de potẽtia visiua ẽ loqui dupliciter, vel quãtũ ad essentiã vel qtũ ad vsũ. Et quantũ ad essentiã fundatur hæc potentia, & radicatur in anima, nec animam deserit vnquam. Quantum ad vsum vero exigit organum bene dispositum. & medium illuminatum, sic in opposito est intelligẽdum: ꝙ si loquamur de potentia soluendi quantum ad essentiam sic radicaliter est in ipsa anima. sicut & charactera quo sicut superius diximus non videtur differre nisi secundum relaxationem quãdam, & hoc modo inseparabiliter se tenet cum sacerdotali ordine. ¶ Alio modo possumus loqui quantum ad vsum: & hoc modo necessario requiritur status viatoris & authoritas iurisdictionis. Quod status viatoris requiratur patet: sicut rõ merendi non competit charitati extra statum viæ, sic nec potestas reconciliandi & sacramenta dispensandi, nisi in statu ecclesiæ militantis, & sic ꝑ mortẽ dicitur potestas vsum amittere in anima separata. Item quod requiratur iurisdictio patet sic. sacerdos enim est mediator & inquãtum mediator Deo inferior est, & superior pœnitente, & arbiter & iudex homini constitutus loco Dei ad parcendum, siue soluendum: & ad puniẽdum talis iudicatio non est sine aliqua iurisdictione in eũ, qui iudicatur, quia nemo potest aliquẽ iudicare, nisi qui iudex eius constituitur ab eo, qui potest, & ideo iurisdictio est tanquam vis motiua ipsius clauis siue manus. Hac autem deficiẽte quæ clauem moueat & si assit clauis nunquã aperiet, & si amittitur hæc iurisdictio, a cessat clauis executio. Hæc amittitur dupliciter. s. per ablationem subditorum quantum ad rem, & sic in schismaticis & hæreticis, precisis, fornicarijs notorijs: excommunicatis, & huiusmodi. vel quantum ad oblationem secundum rem & secundum spem, & hoc est in degradatis in quibus sine spe recuperandi aufertur. vnde hæretici schismatici & excõmunicati dicuntur habere manum ligatam. Sed degradati amputatã. Ideo dicimus ꝙ si clauis quantũ ad esse ordinem sequitur, tamen quantum ad executionem sequitur statũ & iurisdictionem. Huius sententiæ est S. Thomas in 4. dicens quod omnibus his prædictis manet clauium potestas quantum ad essentiam, sed vsus impeditur ex defectu materię, cũ. n. vsus clauium in vtente requirat prælationẽ respectu eius in quem vtitur, propria materia in quam exercetur vsus clauium est homo subditus, & quia per ordinationem ecclesię subditur vnus alij, ideo etiam per ecclesiæ prælatos potest substrahi alicui ille qui erat subiectus ei. Vnde cum ecclesia hæreticos & schismaticos & alios huiusmodi priuet subtrahendo, vel simpliciter vel quãtum ad aliquid, quantum ad hoc quo priuati sunt non possunt vsum clauium habere. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam rationem de dicto beati Ambr. dicitur quod cum dicitur, ꝙ hæresis non habet ius ligandi & soluendi, intelligitur quantum ad vsum siue executionũ, nõ autem quãtum ad essentiam si tales fuerint sacerdotes. ¶ Ad secundam rationem q̃ est obiectio contra hanc solutionem respondetur, quod habet veritatem quando non deest materia, sicut est in proposito sicut dictum est, & ita ratio non procedit. ¶ Ad tertiam respondetur, quod cum dicitur, quod omnis potestas spiritualis &c. hæc ratio non procedit, quoniam illa potentia q̃ non exit in actum, dicitur frustra quæ. s. materiã habet subiectum & loci & temporis opportunitatem, talis autem nõ ẽ potestas, quæ ponitur in hæreticis, aut schismaticis & alijs huiusmodi. vt dictum est. vnde potestas in eis non dicitur frustra. ¶ Ad quartam respondetur quod hoc ex potentia superioris. quæ potest materiam auferre. Et cũ arguitur ex actu baptizandi, & cõficiẽdi rñdet: ꝙ nõ ẽ simile duplici ex cã. Prima est. quia nõ põt super tali auferri materia vniuersaliter, verum si posset de tritico auferre panẽ tũc posset auferre potentiæ vsum aut executionem, sed sic superior aufert materiam. s. subditos: superior enim põt subditos eximere a potestate inferioris, & hæc auferendo aufert iurisdictionem. ¶ Secũda ratio siue causa dissimilitudinis est. quia ad potestatem conficiendi non requiritur iurisdictionis authoritas: sed solum ordinis potestas, quæ inseparabiliter aĩæ iuberet, in qua omnes pares sunt. Ad vsum vero clauium requiritur iurisdictionis ptãs, vt dictum est, quæ nec inseparabiliter inest: nec æqualiter oĩbus est distributa: imo multi qui etiam potestatem ordinis habẽt, & inter habentes multiplex est differentia inæqualitatis. Litera. ¶ [Verbum Dei dimittit peccata] Io. 1. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. vbi notandum ꝙ licet remissio peccatorum sit principaliter a Deo: & a tota trinitate: quia vt dicit Aug. primo de trinita. c. 6. opera trinitatis sunt idiuisa: attribui-

15 tur tamen vero. Primo quia Deus omnia operatur per verbum, quæ est ars omnipotentis Dei: vt dicit August. 6. de trinitate. c. 10. vnde Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. ¶ Secũdo quia ad hoc verbum caro factum est: vt nos mundaret a peccatis. psa. 6. misit verbum & sanauit eos. vnde Apostolus ad hebr. primo. locutus est nobis in filio: quem constituit hęredem vniuersorum: per quem fecit & sęcula & infra purgationem peccatorum faciens. ¶ Tertio quia ad hoc in carne passus & mortuus est, vt a peccatis nos mundaret, & redimeret. Apocal. 1. qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo [sacerdos & iudex] secundum enim Albertum magnum vt visum est. per iudicem intelligitur Deus, qui solus authoritate delet peccata, ita ꝙ designaretur differentia inter modum dimittendi peccata per Deũ, per Christum. & per sacerdotẽ. quia Deus authoritate. Christus meriti prærogatiua singulari: sacerdos potestate ministeriali.

Opponit i cõtrarium. Respondet.

Alexander de halis. Bonauent.

¶ Iurisdictio Adde ꝙ iurisdictio est tãq̃ genus & cõplectẽs sub se mistũ & merum imperium etiã iurisdictionẽ simplicem Pe. de Anc. in c. cõquestus. nu. 4. de fo. cõpe. repetentes late in l. imperium. ff de iurisdi. om. iudi.

Ad primũ argument.

Ad secundũ

Ad tertiam

Ad quartũ.

Exponit literam.

Augustin.

Alber. mag

sterili.Sed hi & alij per iudicem intelligunt sacerdotẽ ipsum:qui est iudex pœnitentis:circa quẽ debet iudicare quo debeat punire: & qualiter claues circa illũ exercere debeat. vnde in apostolis dominus sacerdotibus ait.Mat.9. Sedebitis vos super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. [Sacerdos nullius potestatis].s.propriæ:quoniam nulla sua potestate,sed Dei,peccata dimittit,& sic[potestatis proprie cura non exercet].i. eum potestatem qua potest sacramenta ministrare:quæ sunt instrumenta diuinæ virtutis & gratiæ: sic enim dominus dedit potestatem ligandi & soluendi: vt patet Mat.18.[dominus par]secunda pars.quia cui competit hoc & illud,& cui nõ competit hoc,nec illud,vt dis.21.in seriori[certum est enim quod ecclesiæ vtrunque] vnde Petro Mat.16.in figura ecclesiæ dicitur.tibi dabo claues ecclesiæ.24.q.1.quodcunque[hæresis vtrũque non habet].i.neutrum, hæretici enim schismatici suspensi & excommunicati neutrum dicuntur habere.quia nec absoluere possunt:nec ligare.24.q.1.audiuimus[hoc ius solis permissum est sacerdotibus]de hoc visum est in quæstione. istis enim solis dictum est.Io.20.quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c.[sacerdotibus ab ecclesia toleratis, siue sint boni: siue mali.Hug.[veros].i.catholicos.Hu.[hæresis]pro tanto hæresis non dicitur habere sacerdotes Dei.i.veros:tum quia ordinati extra ecclesiam,& non seruata forma ecclesiæ nõ recipiunt sacerdotalem ordinem,tum quia hæretici sacerdotes non possunt absoluere: vel ligare: cum excommunicati sint:vt dictum est:& a suo officio suspensi.

Diuisio.

1 *Negare Christum vi tormentorum dicitur sacrilegium.*
2 *Negans Deum vi tormentorum minus peccat, quam qui sponte.*
3 *Deus remunerat bona mortificata ante peccatum.*
4 *Hæretici quare secludantur ab hæreditate Petri.*
5 *Peccatum repellitur quando caro per pœnitentiam laceratur & castigatur.*


Otest fieri. Hoc capitulum est authoritas eiusdem Ambro.ꝙ Gratianus inducit ad probandum:ꝙ Deus veniã donat omni pœnitenti.Et diuiditur in quinque partes.in prima facit quod dictum est.Et probat illud exemplo quodam.In secunda improbat errorem negantium potestatem dimittẽdi peccata esse in ecclesia. In tertia ponit quomodo sæpe diabolus illudatur ab his quibus molestiam infert, quia quãdoq; quos credidit inducere ad peccatum,aut desperationem, inducit ad pœnitentiam & virtutum profectũ.In quarta dicit, ꝙ sicut semel Christus pro oĩbus mortuus est:ita quoties peccata donantur eius sacramentum sumimus.In quinta dicit cõclusionẽ: ꝙ eis qui toto corde contriti aperta contritione pœnitentiam agunt: cœlestis sacramenti gratiam suscipere digni sunt.secũda ibi,quid igitur isti.tertia ibi:ęgritudo carnis.quarta ibi:sicut semel.quinta ibi:ergo euidentissime. Litera.¶[Pot fieri.]Hic sicut supra diximus ad ostendẽdũ ꝙ Deus donet materiam pœnitenti: inducit exẽplum siue cõsuetudinem,quæ seruatur inter athletas: qui quandoque ẽt victos coronant.quia bene certauerunt quasi arguendo sic. si ita est inter homines,quanto magis apud Deum:cuius materiæ non est numerus. si quis ergo in certamine Dei bene certauerit,si casu ceciderit & penituerit parcit Deus, & remuneratur eum de labore quem sustinuit bene certando. innuit autem in principio hic beatus Ambro.ꝙ quidam negant Deum timore,quidam sponte,& isti & illi peccant,sed isti minus qui timore,& illi magis qui sponte.dicit igiť [pot fieri]verũ est:ita legimus de beato Petro Luc.22.ita de beato Marcellino.qui thaura timore pœnarum idolis obtulit. vt in §.nunc autem.dist.20. [sermone].i.voce[sed tantũ] & tamen peccat grauiter,quia secundum Apostolum vtrunq; est necessarium ad salutem.s.corde & ore Deum non negare.vnde ad Ro.10.dicitur.corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem,sic quia Petrus Christũ negauit,fleuisse legitur amare Luc.22.[nũquid eadem causa] certe non licet, etiam mortaliter peccet.qui ore tantum ne-
1 gat: quod notatur cum dicitur [sacrilegium]†negare enim Christum vi tormentorum ore quamuis adhæreat corde,dicitur sacrilegium committere.quia nulla vi tormentorum debet Deum negare, imo magis mortem sustinere. vnde Lu.12.inquit saluator noster. qui autem me negauerit corã

Diuisio.

Exponit literam.

a¶Cõfessio: a. de qđ cõfessio ,pbat contra cõfitẽtẽ nõ contra tertium. C.denõ nu. pec.l. si cui. C.de bonis proscrip l.si quis in scđo & ibi Bar.& Sal.pet.Iac. in summa libellorũ rub. de rei vẽditiõne directi dñij. versic. 10.ponit&c. gl.Bernar i c.veniẽs.ex. de transact. Spe.ti.de loc. §. nunc aliqua ver. 67.

Cyprianus.

hominibus:denegabitur coram angelis Dei. hi tamen qui vi tormentorum Deum negant ore,& non corde:facilius si
2 pęnituerint,ad veniam admittuntur.†quia minus peccant, qui vi tormentorũ Deum negant,ꝗ qui sponte.[indignum est]confirmat exemplo;& consuetudine certantium [in bellis athletarum].i.pugilum.[dolo alicuius excussos].i.vacuos [sine venia patientur permanere].s.postquam pęnituerint. q.d.nullo modo est credendum.per quod datur intelligi:ꝙ omni pœnitenti peccata remittuntur. vnde Mat.4.dicitur agite pœnitentiam: & appropinquabit regnum cœlorum. [nunquid laboris].s.quem habuit in bonis operibus ante la-
3 psum.ar.† quod dominus remunerat bona mortificata ante peccatum.infra dist.2.§.hoc itaque.[dicit Petro.]Probat exemplo quo dixerat, quia sine lotione pœnitentiæ nemo peccator habet partem cum Christo [nisi lauero] Ioan.13. [Quid ergo]secunda pars.[loquitur negãtes]salutarem pœnitentiam iterandam [non suscipiunt].i.non credunt[quandoquidem recte]quia cum negent claues.i. potestatem dimittendi peccata in ecclesia:ibi peccatorum suorum nullã veniã consequentur:nec alijs dimittere possunt:[non enim habent Petri hæreditatem].i. bonorum quæ consequentur hi infra vnitatem ecclesiæ Per Petrum significatã sunt [qui Petri sedem]. i. potestatem Petro datam in clauibus [non credunt.]Nam vt scribit beatus Cyprianus in c.qui cathedram.dist.14.qui cathedram Petri super quam ecclesia fun-
4 data est,deserit: in ecclesia se esse non confidat.† merito isti hœretici ab hæreditate Petri secluduntur. Primo quia sunt veraciter hæretici contra euangeliũ Christi manifeste Mat. 16.tibi dabo claues regni cœlorum.& Mat.18.quæcunque alligaueritis &c. & Io.20.quorũ remiseritis peccata remittuntur eis.¶Secundo quia dignũ & iustum est,vt qui negãt pœnitentiam fructuosam:eis non prosit pœnitentia ad salutem.¶Tertio quia Petri negans potestatem, iustum est vt Petri potestate non iuuetur[quam].s.sedem:siue ecclesiam: cui principatus in sedem Petri locatus est iuxta.c. nolite.di. 11.[ęgritudo carnis.] tertia pars[repellit]cum enim caro ꝑ pœnitentiam laceratur,& castigatur: peccatum repellitur. vnde Eccl.2.misericors est Deus,& remittit in die tribulationis peccata, & ideo Apostolus dicebat. castigo corpus meum & in seruitutem redigo.j. Corin.9.[luxuria].i. delectatio carnalis culpam adolet].i. nutrit. Hug.[illuditur] quia per afflictionem aut infirmitatem aut incommoda ꝗ immittit,vt ad peccatum inducat:sæpe sic afflictus conuertitur ad Deum & de peccatis pœnitet: & armatur contra diabolum proficiendo in bono iuxta illud.psal. in tribulatione dilatasti mihi [& quod nocet corpori] qui enim per pœnitentiam corpus suum macerat,& affligit videtur corpori nocere ipsum debilitando ; sed in hoc iuuat spiritum, & quo Apostolus loquitur ad Galaten.quinto.spiritu ambulate:& desideria carnis nõ adimplete.quia vt dicit ad Ro.8.si secundum carnem vixeritis:moriemini.si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. [sicut semel]quarta pars.Christus enim pro peccatis mortuus est: iustus pro iniustis &c.1.Pe.3.& Ro.6.ꝙ enim mortuus est peccato mortuus est semel[quotiescunque donantur].i.remittuntur[sumimus]sensus vnus est.cum a peccatis mũdamur passionis Christi fructum sumimus:siue sentimus,per quem & remissiõ peccatorum. Alius est [quoties peccata remittuntur sumimus].i.digni sumus sumere nisi authoritati pœnitẽtiam imponentis.[prohibeamur]sacramentum corporis Christi & sanguinis Christi per quem fit remissio peccatorum secũdũ illud.26.hic est calix sanguinis noui testamẽti,qui ꝓ vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum [Ergo euidentissime] quinta pars [prædicatione domini] Mat.4.pœnitentiam agite:appropinquabit regnum cœlorum[ecclesia grauissim criminis reis si ex toto corde]secundũ illud Eze.conuertimini ad me in toto corde vestro &c. [manifesta]id est aperta clara integra confessione pœnitentiam egerunt, poterit illius cœlestis sacramenti gratia infundi.

Hugutio.


Vantum libet ergo mortui. Fetor &c. Consequenter magister Gratianus inducit hanc Ambrosij authoritatem lib.de pœnitentia tam in fauorem quod cuicunque pœnitenti venia donetur,quam in reprobationem hæreticorum, qui pœnitentiam salutarem negabat lapsis. Et diuiditur in duas partes. in prima

Diuisio.

in prima facit quod dictũ est inducens ad hoc historiam re
suscitationis Lazari:p quã designatur resuscitatio peccato-
ris per pœnitentiam.in secunda applicat malignitatem Iu-
deorum inuidentium miraculo Christi ad hæreticos qui sa
lutarem pœnitentiam negabãt reiterari posse in ecclesia.se-
cunda ibi,in tanta enim gratia.nihil hic disputandũ occur
rit.Litera.¶[Quantumlibet ergo mortui].s.in peccatis[fe-
tor sit aboletur]vbi sacrum redoluerit vnguentum[.s.con
tritionis:quod vnguẽtum compositum est]vt dicit Bernar. Exponit literam.
[ex amarissimis herbis].i.ex recordatione peccatorũ: p hoc
.n.vnguentum aboletur omnis fetor cuiuscunque peccati.
sic enim Maria Magdalena effudisse dicitur:prout legimus
alabastrum vnguenti:& tota domus impleta ẽ ex odore vn
guenti.Io.12.[& prodijt defunctus.] Notãdum quod vt in
quit S.Tho.supra Io.dupliciter mystice exponitur hoc ab S.Thom.
Augu.secundum duplicem modum prodeundi,prodijt nã
que peccator quando exijt pœnitendo a consuetudine pec
cati ad statum iustitiæ.2.Corin.7.exite de medio, qui tamẽ
habet manus ligatas institis.i. cruciatibus concupiscen-
tijs. ¶ Secundus modus prodeundi qui per confessionem
de quo dicitur Prouer.8.qui abscondit scelera sua:non diri-
getur.sic.n.procedere est ab occultis velut exeundo per cõ
fessionem manifestari.[Et solui iubetur] per ministros ec-
clesiæ.Hu.[eius vincula].s.pœnæ peccatorum: quæ post re-
missionem culpæ & pœnæ quam consecutus est per diuinã
gratiam in contritione remanent persoluendæ, quas eccle
siæ ministri virtute clauium alleuiare dicuntur:& pro parte
relaxare[in peccato est] quo ad obligationem persoluendi
pœnam temporalem.Hu.[tollitur velamen] quod autẽ fa-
cies eius sudario tecta erat,hoc est quod in hac vita plenam
cognitionem Dei habere non possumus inquit S.Tho. vbi
supra quia vt dicitur.1.Corin.12.videmus non per speculũ S.Thom.
in enigmate &c. & ideo eum soluere iubet, & sinere abire
quia post hanc vitam auferentur a peccato surgentibus oĩa
velamina:vt Deum facie ad faciem contemplentur,vt dici-
tur.1.Corint.15.vel sic.tollitur velamen: in contritione.n.
non solum remittitur culpa,& pœna æterna,sed etiam tol-
litur caligo & tenebra quo obtenebrabatur cordis facies ne
agnosceret veritatem gratiæ.i.vtilitatem diuinæ gratiæ,& ẽ
institutio peccati,aut gratiæ.& de hoc datur cognitio.vnde
Malachiæ.3.conuertimini, & videbitis quid sit inter iustũ
& impium.sed quia dãnatus est[non enim habet quod eru-
bescat cui peccatũ dimissum ẽ]psal.31. beatus vir cui nõ im
putabit dominus peccatũ.sic.infra eo.quamobrem 50. dis.
ferrum.[Nam deleta iniquitate.In tanta secunda pars.[Cõ
mouebantur]quia ex hoc miraculo qui debebant Deũ ve-
nerari commoti sunt contra dominum,& collegerunt prin
cipes & pharisei consilium,quomodo Iesum traderẽt, & oc
ciderent.Io.11.[Lazarum] de quo Ioan.12.[Nonne vos] o
hæretici.[successores].i.imitatores, successores eorum sunt
hæretici non successione carnis:sed criminis[quorum].s.Iu
deorum[hæredes].i.imitatores[mortuos]in peccatis[reui-
uiscere]per pœnitentiæ acceptationem.[ita quidẽ].i. quan-
tum in vobis est[iterum vultis interficere]quia negatis eos
resuscitatos [beneficia] resurrectionis Hu.[resuscitatus]. s.
Lazarus[ad cenam venit]cum Christo in quam Martha mi
nistrabat,ita etiam peccator postquam per pœnitentiam re
suscitatus est dignus efficitur accedere ad cenam mẽsæ cor
poris Christi & sanguinis.

1 *Pœnitentia vera non existit extra ecclesiam.*
2 *Iudas si se conuertisset obtinuisset veniam.*
3 *Pœnitentia vera quid exigat.*



His potestatis suæ Gratiam

&c.Hoc idem scribit Ambrosius in quibus ĩ-
uehit contra hæreticos,qui salutarem negant
pœnitentiam in ecclesia. Et diuiditur in tres Diuisio.
partes.In prima inuehit contra præfatos hæreticos. In secũ
da ostendit quod tanta sit apud Deum amplitudo clemẽtię
& pietatis,quod si Iudas pœnituisset veniam fuisset conse-
cutus.In tertia ostendit quid requiratur ad veram pœnitẽ-
tiam.secunda ibi:Arbitror enim.tertia ibi: qui agit pœnitẽ
tiam de oĩbus.patebit in expositione literæ. Litera ¶ His] Exponit literam.
.i.hæreticis supradictis[negat].s.Christus[potestatis suæ gra
tiam].i.effectum,qui est remissio peccatorum. Io.20.quo-
rum remiseritis peccata remittũtur eis.[qui].s.hæretici[cœ
lestem eius potestatem].i.potestatem aperientem cœlos se-
cundum illud Mat.16.tibi dabo claues regni cœlorum,quæ
est potestas ligandi:& soluendi[diabolico]Iudei enim & cũ
eis hæretici isti remouent ab ecclesia Christi potestatem di
mittendi peccata: ascribentes hoc diabolicæ fictioni velut
maligni Iudei,qui dicebant.Luc.11.de Christo in principe
demoniorum eijcit demonia[vt omnium temporum.] In
istis comprehenduntur omnes hæretici & schismatici
quibus dominus ait.nisi pœnituerint in hac vita de sui erro
ris prauitate, qđ Iudeis dixit.Io.11.dico vobis quia morie-
mini in peccato vestro, [& quidem omne peccatum nega-
re potestatem in ecclesia dimittẽdi peccata est omne].i.ma
gnum peccatũ ac nociuum circa singulos & vniuersos [qd
mirum &c.]non enim est mirum[quod qui propriam salu
tem abijcit].s.aliorum salutem neget. quia Eccle.3.dicitur.
qui sibi nequam cui bonus,vtique nulli.hi ergo hæretici ꝓ
priam abijcientes salutem non mirum si alijs negent in ec-
clesia pœnitentiam salutarem.†Et dicit in ecclesia,quia ex-
1 tra ecclesiam non vera pœnitentia existit.quia potestas ligã
di & soluendi data est ecclesiæ catholicæ in Petro. Mat.16.
[Nihil a vobis differant] qui.s.a vobis hæreticis pœnitentiã
petunt,quam ab ecclesia exclusi dare non potestis.vnde qui
ab hæreticis scienter absolui quærunt,cum illis sunt in erro
2 re de clauibus ecclesiæ male scientes.[Iudas.]secunda pars.
†Hic certum est,quod si Iudas apud Christum vere pœnitẽ
do se conuertisset,sicut fecit latro pẽdens in cruce. Luc.23.
veniam obtinuisset.hoc.n.dominus cuique pœnitenti pro
3 misit.Oseæ.18.[Qui ait.]tertia pars[lachrimis]† qa vera pœ
nitentia vt peccator non tantum defleat sed etiam ꝙ emen
det,& satisfaciat pro peccato,tunc enim beatus vir vere pæ
nitens,cuius tecta sunt delicta.& cui dominus non imputat
peccatũ.vt psal. 31.dicit quia lachrimosa cõtritio in qua de
letur peccatum requirit propositum confitendi: & satisfa-
ciendi pro loco & tempore,si assit facultas,requiritur quod
peccator confiteatur, & opere satisfaciat, & emendet, alias
non est vera contritio.



Nonnulli.


Hoc idem etiam scribit Ambro-
sius lib.de pœnitentia contra quos
dam ficte pœnitentes.quod & si non vere pœni-
teant petunt recipi ad communionem.Et diuidi Diuisio.
tur in tres partes.In prima ponit quod dictum est.In secun
da reprehendit eos.In tertia confirmat authoritate, ꝙ tali-
bus non sit danda communio.secunda ibi:hi enim non. ter
tia ibi,cum præceptum.omnino clare patebunt in exposi-
tione literæ.Litera.¶[Nonnulli].i.multi exterius opera pœ Exponit literam.
nitentiæ fingentes,qui veraciter interius nõ pœnitent [pos
sunt]tamen a sacerdotibus[pœnitere].i.exteriorem pœni-
tentiam sibi exponi, quod ficte faciunt.Primo ꝙ inter bo-
nos & digne sacra communione computentur. secundo vt
se solutos a peccatis laudentur,in quo sacerdos talem ad cõ
munionem admittens indiscrete peccat, & sic per indiscrẽ
tam aliorum absolutionem ipse ligatur,& hoc est quod di-
cit in secunda parte.[hi enim non tam soluere].i.se esse ab-
solutos ostendere,[quam sacerdos ligetur.Cum præceptũ ẽ
peccatoribus enim post facilem pœnitentiam non est sacra
communio danda,vt pro reuerentia tanti sacramenti inte-
gra pœnitentia & completa expietur.secundo vt per dilatã
communionem efficacius pœniteant.tertio vt diutius ma-
nentes in pœnitentia pateat an vere pœnituerint, vel ficte.
quarto ne indignis corpus domini non ad vitam sed ad iu-
dicium tribuatur,& hoc notabiliter hic tangitur.quia sacer
dotibus dicitur.[Nolite sanctum dare canibus]Mat.7. [nec
ponere margaritas ante porcos]quãdiu enim homines non
pœnitent de peccatis. canes & porci dicũtur. vnde.j.Pet.2.
dicitur de his qui post viam domini susceptam retrocedũt
per culpam.canis reuersus ad vomitũ suum.& ideo eis non
sunt faciliter danda consortia sacræ communionis dicit, qa
per sacram communionem vniuntur Christo,& ecclesiæ ac
merentur consortia beatorum spirituum. Hæc authoritas
nolite sanctum &c:exponitur de verbo prædicationis etiã
supra 19.q.3.noli.

1 *Acquiritur aliquid facilius de nouo, quam recuperetur amissum.*
2 *Renuntiare seculo quis dicatur.*
3 *Somnus nimius operatur ad lasciuiam carnis nutriendam.*
4 *Positi in peccatis non debent accedere ad vnionem corporis dominici.*

Sunt



Vnt qui arbitrantur. Hoc idẽ est etiam beati Ambrosii in quo reprehendit quorũdam opinionẽ:alias errorem,quod credũt quod sufficienter pœniteant si abstineant a susceptione sacramentorum & maxime a communione corporis & sanguinis Christi. Et diuiditur hoc capitulũ in quatuor partes. In prima facit quod dictum est. In secunda ostẽdit quam difficile sit congruam facere pœnitentiam:assignãdo ad hoc plures causas. In tertia instruit pœnitentem,ne arrogãter sed humiliter & reuerenter accedat ad sacramenta. In quarta ostendit vnde lapsus in peccatum potest,& debet sumere materiam doloris de lapsu suo,secunda ibi, facilius. tertia ibi:nemo in peccatis. quarta ibi:nihil est quod tam sumi. que omnia patent in expositione literæ. Litera. ¶ Sunt] error illorum erat,æstimabant enim, quod sufficienter pœniterent si abstinerent a sacramẽtis propria authoritate sua, & maxime a communione corporis & sanguinis Christi. in quo errãt.& inducere videtur duas rationes. Prima quia hęc abstinentia cum sit seuera pœna, qua priuant se tanto bono deberet eos inducere ad dolendum de culpa, propter quam indignos se arbitrantur percipere corpus Christi. ¶ Secũda quia ipsi iudicant, & propria authoritate hanc pœnam sibi imponunt,quæ eis a sacerdotibus imponenda esset, quando rõ imponẽdi occurreret. vnde inquit[seniores hi qui in se iudices sunt]qui pœnã ꝓscribũt.i.imponunt[si remediũ].i.pœnitentiam,quæ est medicina peccati. Hu.[quos ob pœnam] .s.talẽ.s.se abstinere a sacramentis. [Cõueniebat dolore &c. Hic tamen notandum est. quod non reprobatur hic quod peccator quandiu est in peccato abstineat a communione corporis domini,cum ad hoc teneatur ne indignus accedẽs iudicium damnationis sumeret. 1. Cori. 11. Sed reprobatur peccator qui pœnitentiam non agit conterendo confitẽdo vt sic dignus fiat,vt non priuetur tanto bono. Reprobantur etiam de hoc quod credebant tales,quod abstinẽtia illa a sacramentis sufficerent,& ita non petebant pœnitentiam[facilius.] secunda pars. dicit.n.ꝙ difficilius est agere vere pœnitentiam:quam seruare innocentiam. infra.e.di.3.§.hæc de charitate[congrue]& ita est argumentum.† quod facilius de nouo aliquid acquiritur,quam recuperetur amissum ..vt infra distin.3. reperiuntur.& dicit Boethius, facilius est ad virtutem exigere nouos,quam reuocare veteres vel præteritos, causa difficultatis ponitur cum ponunt ea quæ veram pœnitentiam impediunt in hoc mundo cum ait.[vbi].i.in hac vita ponit tria. Primũ est ambitio honoris & dignitatis, quæ obstant pœnitentiæ humilitati,quæ fit in cinere & fauilla. secundum est vini effusio,quæ est libidinis incentiuũ. Prouer. 20. luxuriosa res est vinum. tertium est coniugalis vsus: licet cum excedit moderamen. aut lex matrimonij violatur: alias vsus cõiugalis est licitus. ¶ Seculo]hic ponit quæ proficiũt ad veram pœnitentiam agendam.s.[renuntiare seculo]& vere renuntiandum est seculo,quia mundus totus positus est in maligno,vt dicat pœnitens illud ꝙ dicit Apostolus ad Gala.6. mihi mundus crucifixus est,& ego mundo. nam qui diligit mundum & quæ in mundo sunt[a], non est charitas Dei in eo. Sed quid dicitur hic renuntiare mundo,quod cõmunio sit omni vere pœnitenti:etiam si non renunciet mundo
2 sicut faciunt religiosi. † Dicendum quod renuntiare seculo in hoc loco dicitur quis,qui seculum Deo non præponit, & ita licite vtitur mundanis,& mente tamen tendit in Deum siue in æterna, qui enim aliter diligit mundum siue ea quæ sunt in mundo.† ea præponendo Deo non est charitas Dei
3 in illo.[Et ipsi somno minus indulgendum]† quoniam somnus nimius ad carnis lasciuiam nutriendam operatur. vnde Mat.16. Dictum est apostolis dormientibus. vigilate, & orate ne intretis in tentationem[interpellẽdum est gemitibus] vt pœnitens dicat illud. psal.6. laborabo in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum , lachrimis meis stratum meum rigabo[suspirijs]somnus interrumpendus ẽ suspirijs:vt pœnitens dicat illud Iob.3. antequam commedo suspiro[orationibus]vt pœnitens obediat voci Petri dicẽtis. 1.Pe.4. Sobrij estote,& vigilate in orationibus.[moriatur]q enim ab his quæ naturæ accommodata sunt vsui vitæ hominem abstinet quasi mortuus est mundo, vt viuat in Christo sicut enim Apostolus ait ad Col.3. mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo.[abneget]Luc.6. qui vult venire post me abneget semetipsum,& tollat crucem suam & sequatur me.[abneget ergo].i.deficiat a seipso , aliter enim ad Deum qui est supra se appropinquare non poterit [mactet in se vetustatem]quia aliter nouitatem vitæ non consequetur. de consec. dist.4. omnis qui . Hug.[totus immutetur].i. vndique a malo ad Deum vertatur supra.e.distin.§. conuertimini.[Nemo &c.]secũda pars. [in peccatis positus].s. mortalibus[sacramentorum]quandiu enim quis manet in peccato indignus est perceptione sacramentorum ne detur sanctum canibus. Mat.7.[scriptum est].s. Ecclesiast.21.[fili peccati]mortaliter[quisce] a perceptione corporis domini[dicimus]agit de tempore agendæ pęnitentiæ[quæ culpa]i. feruor luxuriæ [deferuescat] .i. refrigescat. dum enim luxuria est in impetu & in augmentũ non faciliter accẽditur ad veram pœnitentiã,vel vt dicit gl. quasi vellet dicere,si in iuuentute non pœnituimus saltem in senectute pœniteamus[reuerentiores] † in peccatis enim positi non debent vsurpare dominici corporis vnionem,sed propter reuerentiam tanti sacramenti debent abstinere,ne indigne sumentes iudicium sibi manducent & bibant,non dijudicantes corpus domini. j.Corin.11.[nam si Moysi]ꝓbat per Moysem quod in peccatis constituti abstinere debẽt a cõmunione corporis Christi,& tangit illud Exo.3.ꝙ cum Moyses pascendo oues venisset ad montem Sinai & vidisset quendam rubum ardere & non comburi dixit. vadam & videbo visionem hanc magnam,quare non comburatur rubus, cernens autem dominus quod pergeret ad videndum vocauit eum de medio rubi. Moyses Moyses qui vocanti domino respondit,assum, at ille, ne appropinques huc solue calciamentum de pedibus tuis,locus enim in quo stas terra sancta est,hic enim figurat, quod nemo in montem qui Christus est mons pinguis mõs coagulatus. psal.67. qui lapsis abscissus est de mente vteri virginis,& creuit in montem magnum. Dan.2. hic enim est rubus in flamma ignis ardẽtis charitatis qui videtur ardere in similitudine carnis peccati,& tamen nullo ardore culpæ cõburitur quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius,2.Pe.2. hoc cum Moyses cernere vellet,& tãtũ mysterium perscrutari dictum est sibi,ne accederet[quãto magis quia peccator]dum mortalibus quasi calciamẽtis pedes affectus habet constructos ad tantum sacramentum accedere non debet nisi cuncta terrena vitia deponat & mortalia, vt dicit glo. ibi Exo.4.[nihil est quod].4.pars. magnam certe materiam doloris peccatori administrat consideratio ipsa: vnde cecidit,vnde lapsus fuerit & in quem locũ,& quid perdiderit peccando. lapsus quidem est a statu innocentiæ: a statu gratiæ,& dilectionis creatoris sui, a splendore virtutum: & contemplatione cœlestium ad istas terrenorum cupiditates, & rerum vilium ac carnalium inordinatos complexus.



Iror. Contra inducit authoritatem Cypriani aduersus præfatos hæreticos Nouatianos negantes lapsis pœnitentiam salutarẽ. Et diuiditur hoc.c. in duas partes. In prima ponit siue narrat opinionem erroneam quorundã in qua plurimum admiratur, ꝙ illi talem errorẽ dicerent,tum cum sit contra sacram scripturã, tum cũ contra articulum,vnam sanctam catholicam ecclesiam sanctorum communionem remissionem peccatorum. in secunda authoritatibus quibusdam eam reprobat.2. ibi: cum scriptũ sit. Litera. ¶[Scriptum sit]Apoca.2. vnde.s. de statu gratiæ & virtutum priora].i. similia opera fac qualia ante lapsum facere consueueras[scriptum]Thob.4. eleemosyna ab oĩ peccato & morte liberat. quod est verum tã de eleemosyna spirituali,quam corporali[nõ vtique ab illa]hic declarat Cyprianus a qua morte liberat pœnitentia. incurrit enim hõ mortem peccati originalis ex morte culpæ Adę: de qua Rom.5. per vnum hominem intrauit peccatum in omnes,& per peccatũ mors.& ab ista morte culpæ,& alijs peccatis liberat baptismus Christi passionis virtute,dicente propheta Eze.36. Effundam super vos aquam mundam , & mundabimini ab inquinamentis vestris. Denique quia vix est homo qui post gratiam baptismi non peccet,& non cadat in peccata actualia quæ si sint mortalia,mortem inferunt animæ secundum illud. anima quæ peccauerit ipsa morietur. Eze.18. ab ista autem reparatur quis per pœnã:vnde propheta Eze.18. dicit si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus,& custodierit omnia præcepta mea : & fecerit iudicium,& iustitiam vita viuet,& nõ morietur.& hoc est quod sequitur[ab ea]scilicet morte actualium peccatorum.

1 *Venia donatur peccatoribus pœnitentibus.*

Deus

Diuisio.

Exponit literam.

[a] ¶ Renũtiare. renuntiatio quæ ex facto rei uitat potẽtior & validior ẽ q̃ q̃ fit verbo. Petr. de Anc. in c. ex literis, nu. 6. de vita & hone. cleri.

Diuisio.

Exponit literam.

2 Deus qualiter dicatur superari & vinci instantia precum.
3 Latro pendens in cruce qualiter dicatur martyr.
4 Iudex potius debet sequi misericordiam quam seueritatem.



Mportuna. Consequenter ad propositum suum contra præfatos hæreticos negantes pœnitentiam salutarem dare lapsis. inducit authoritatem beati Hiero. per quam ostendit quod peccatoribus pœnitentibus venia donetur. Quod capitulum potest diuidi in duas partes. in prima facit quod dictum est inducendo ad illud exempla plurima. in secunda cōcludit, quod in ecclesia materia nemini denegāda eſt. vnde sacerdos debet pœnitentem non despicere. sed cum multa charitate amplecti: & suscipere ad pœnitentiam, quod etiam exemplo euangelico confirmat. 2. ibi: quorsum &c. sequitur quæ omnia patent in expositione literæ. Litera. ¶ [Importuna] inducit ad ostendendum.

Diuisio.

Exponit literam.

1 † quod peccatoribus pœnitentibus venia donetur, quatuor exempla. primum est de muliere Chananea, de qua habetur Mat. 15. quæ post Christū & apostolos clamoribus importuna erat, misericordiā petēs pro filia sua quæ a demonio vexabatur, quæ tandem meruit audiri, quia ad præces suas sanata est filia sua. ¶ Secundum exemplum ponit de amico, quia media nocte vadit ad amicum, & petit panes ab eo, de quo tāgitur Luc. 11. qui licet statim non impetrauerit nihilominus post multas instantias obtinuit panes quos voluit, ita peccator debet oportune importune sine intermissione orando instare. vt ianua grāæ ea aperiatur. ¶ Tertium exēplum ponit de publicano. de quo habetur Luc. 18. cū ait [Deus qui nullius superari viribus pōt] Iud. 15. Adonai domine Deus magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo pōt: publicani] & quanuis Deus proprie nō vincatur, nec superetur:

2 † dicitur tamē
a instantia precum[a] superari & vinci, quia precibus hominū flectitur, publicanus enim iste perseuerauit in oratione sua, pectus percutiens per contritionem, & dicebat per veram confessionem, domine miserere mihi peccatori, & ita tandem meruit vt venia cōsecuta iustificatus descenderet in domum suam [Niniue] quartum exemplum ponit de ciuitate Niniue, de qua Iosue. 4. habetur quæ licet peccatis subuerti meruerit, nihilominus [fletibus stetit] .i. permansit. & non perijt [quorsus]. 2. pars. i. hac ratione hæc inducta sunt vt exemplo mīæ saluatoris nostri vere pœnitentibus in ecclesia mīa non denegetur, sed bonus prælatus magnus, s. officio & dignitate est: paruum]. i. humilem peccatorem satisfacere volentem aspiciat pietatis oculo, vt pater filium prodigum misericorditer suscepit: Lucæ. 15. & quemadmodum pastor perditam ouem morbidam q̄siuit. & inuentā in humeris portauit Matt. 18. & Luc. 15. sic bonus prælatus debet peccatori misereri, & eum spiritualibus confouere vt ad ouile domini eum reducat [Christus] ostendit quod dixit exemplo Christi qui latronem secum pendentem in cruce a dextris, & orante, domine memento mei dum veneris in regnū tuum [tulit]. i. suscepit ad misericordiā: vnde ei dixit hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. [& ne quis seram] ex facto enim latronis probatur quod non est sera siue tarda. i. infructuosa pœnitentia quacunque hora huius vitę facta. & si in vltimo vitæ fiat dum tamen vera sit, vnde ad ostendendum hoc, Christus fecit homicidij pœnam martyrium] quod tamen non est sic intelligendum. vt inquit gl. quod fuit martyrium in rei veritate, cū latro nō pro Christi nomine fuerit crucifixus, sed pro meritis facinorum suorum. vt dicit Aug. & habetur de confe. di. 4. in c. baptismi vicem. vnde ipse ait digna factis recipimus, & pœna non facit martyrem. sed causa. vt dicit Aug. quare martyr non fuit, ꝙ

a ¶ Instātia pcū. preces an inducāt simoniā vide Pe. de An cha. in c tuā in dño. nu. 3. de ætate & qual. & ꝓ seipso semp dicitur illicite. ibidem num. 4.

3 & est verum. † eius ergo pęna martyriū dicitur ratione æterni præmij quod quasi martyr recipit confitendo vel rōne confessionis, quam in patibulo habuit, sicut enim martyr sic & latro inter pœnas Christum confiteri non timuit, de hac materia disputauimus exponendo literam præfati. c. s. baptismi vicem. de confe. di. 4. ibi: vide plenius. [filium.] introducit aliud exemplum [prodigum]. i. populum gentilē iuxta gl. Lucæ. 15. qui dissipauit omnia bona sua [naturalia & gratuita viuēdo luxuriose cum meretricibus]. i. cum demonibus vana idola colendo vel cum terrenis cupiditatib. vel cum secularibus [sanctus] hanc historiam habes. s. di. 37 §. hinc. vel etiam moraliter [prodigum]. i. quemcūque peccatorem luxui & carnalibus concupiscentijs expositum [&

Augusti.

nonaginta nouem] ponit hic aliud exemplum. de quo etiā habetur Lucæ. 15. [99]. i. nouem ordinibus angelorum [derelictis] in cœlo angelicam naturam in summa beatitudine persistentem, quasi dereliquit quando seipsum exinaniuit [vna ouicula]. s. centesima. s. homo. quia centenarius numerus est perfectus, Deus centum oues .i. perfectum numerū cum angelorum & hominum substantiam creauit. sed vna perijt, quando homo pascua vitæ peccando dereliquit [remansit pdita] & proiecta in terram. Hug. [pastoris]. i. Christi aduehit ad aulam cælestem [vbi vero] quasi elicit corollarie, quod vbi peccator venerit cognoscens [siue intelligēs] & confitens vulnus sui peccati [& tradiderit]. i. præsentauerit: siue exhibuerit se [medico spirituali]. s. sacerdoti [paratū satisfacere] ibi profecto potius mansuetudo lenitatis est, qđ disciplina correctionis exercenda dicente apostolo, ad Gala. 6. fratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi homines instruite in spi

4 ritu lenitatis. argu. † quod iudex potius debet sequi misericordiam, quam seueritatem. ar. dis. 45. licet. & 2. q. 5. quanto & dist. 86. odio. Hu.

2 Peccatum omne in hac vita deleri potest per pœnitentiam. Et contrarium dicere est erroneum nu. 3.
4 Peccatum ad mortem potest intelligi dupliciter.
6 Peccatum in spiritumsanctum quid dicatur. Et quæ sunt eius species. nu 9.
7 Bonitas appropriatur spiritui sancto. potentia patri. sapientia filio.
8 Peccare ex certa malitia contingit dupliciter.
10 Dona Dei quibus retrahimur a peccato sunt duo.
11 Impœnitentia dupliciter consyderatur.
12 Peccatum ad mortem potest dici tripliciter.
14 Peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile multipliciter.

Quod autem omni peccāti. Iuxta diuisionē, superius positam, hæc est secunda principalis secundæ partis principalis huius primæ diuisionis. Et diuiditur in quatuor partes. in prima arguit per quatuor authoritates, quod non sit verum, quod supra Ambrosius dixerat videlicet quod omni peccanti venia promittitur. secundo respondet ad illas authoritates vno modo. tertio respondet alio modo. quarto ex prædictis elicit conclusionem, ꝙ sine cōfessione & operis satisfactione non remittatur peccatū. 2. ibi, sed huiusmodi interrogationes. 3. ibi, potest etiā secūdū Aug. 4. ibi: ex his itaque. ¶ Pro intelligentia pleniori contentarum materiarum in hoc capitulo quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primo quæritur: vtrum omni peccanti per pęnitentiā venia promittatur.

5 ¶ Secundo vtrum finalis impœnitentia conuenienter assignetur inter species peccati, siue blasphemiæ in spiritum sanctum.

13 Tertio vtrum ex iustitia diuina infligatur peccatoribus impænitentibus pœna æterna.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quod nō omni peccanti venia promittatur: & arguitur primo authoritatibus quas Gratianus inducit in litera. s. ex illo. j. Io. 5. est peccatum ad mortem non pro eo dico vt oret quis. item ex illo quod habetur Ecclesiast. 12. quis medebitur incantatori vulnerato a serpente. itē ex. 1. Reg. 2. si sacerdos peccauerit quis orabit pro eo. ¶ Secūdo arguitur sic. ad Hebr. 10. dicit Apostolus voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur hostia pro peccato: sed in pœnitentia homo se offert hostiā Deo, secundum illud. psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. ergo pœnitentia peccata eorū (qui pro lapsi sunt post notitiam veritatis) non delet. ¶ Tertio sic. ad Heb. 12. Apostolus. quod Esau non inuenit locum pœnitentiæ. gl. i. locum veniæ, quamuis cum lachrymis inquisiuisset eam, & ita pœnitebat, & tamen veniā non adinuenit, & tamen non fuit multum enormis peccator, ergo multo minus qui sunt in grauibus peccatis semper veniam consequuntur. ¶ Quarto ex eo habetur. 2. Machab. 9. de Antiocho: quod orabat scelestus ille dominū a quo non erat misericordiā consecuturus: non ergo omni peccanti & pœnitenti venia promittitur. ¶ Quinto arguitur ex illo Matt. 12. qui dixerit contra spiritum.

Primū arg.

Secūdū ar.

Tertium ar.

Quartū ar.

Quintū ar

spiritum sanctum,s.verbum non remittetur ei, nec in hoc seculo,nec in futuro. *Sextum ar.* ¶Sexto dicit Isido.in li.de ordine creaturarum,de demonibus loquens ait,ꝙ non pœnituerunt, si pœnituissent veniam non inuenissent. *Opponit & Respondet prima con clusio.* ¶In oppositum est tex.præsentis ca.¶Respondeo dicendum est ad hanc quæ-
2 stionem sub duabus conclusionibus.prima est.†Omne peccatum in hac vita per pn̄iam deleri pôt.Quæ conclusio probatur primo per illud quod dn̄s ait Eze.18.de peccatore pęnitente oīm iniquitatum eius quas operatus est non recordabor.¶Secundo sic.Lucæ 5.ait dominus non veni vocare iustos,sed peccatores ad pn̄iam,sed inutilis esset ista vocatio pœnitentibus,nisi veniam de quocunq; pc̄tō largiretur. ergo omne peccatum in hac vita per pn̄iam deleri pôt. ¶Tertio sic.maior est mīa Dei,q̄ iniquitas hoīs.vnde reprehēdit ille qui dixit maior est iniquitas mea,q̄ vt merear veniā, sed pn̄ia mīæ Dei innititur.ergo oīa pc̄tā quantūcunq; magna sint,pn̄ia deleri possunt.Quod confirmat̄ per illud,quod supra dixit beatus Chrysosto.etiā si ad summum quis perue- *Chrysosto.* niat malorum,& tn̄ velit reuerti,suscipit eum dn̄s libēter & amplectit̄.ergo omnis agens veram pn̄iam apud dominum *Secūda con clusio. S.ThoA.*
3 inuenit veniam.¶Secunda conclusio.†dicere ꝙ aliquod sit peccatum in hac vita,de quo aliquis pœnitere non possit & veniam consequi est erroneum.hanc conclusionem probat S.Tho.in 3.parte q.86.ar.1. ex multis,tū primo,quia p hoc tolleretur libertas arbitrij. ¶ Tum secundo quia derogaret virtuti gratiæ per quā moueri pôt cor cuiuscunq; peccatoris ad pœnitendum,sed illud Prouerb.21.cor regis in manu dn̄i quocunq; voluerit vertet illud.¶Tertio quia repugnat diuinæ mīæ de qua dicitur Ioel.2.benignus & misericors,& pstabilis super malitia vinceretur quodammodo Deus ab homine,si homo peccatum vellet deleri,quod Deus delere non vellet.¶Quarto.quia hoc derogat virtuti passionis Christi per quā pn̄ia operat̄,sicut & cætera sacramēta cum scriptum sit prima Io.2.ipse est propitiator pro peccatis nostris,non solum nostris sed totius mundi.¶Iam dicendū est ad rationes & authoritates. *Ad primū authoritatē S.Thom.* Ad primam authoritatem quæ
4 est beati Io.respondet̄ iuxta S.Th.3.q.de malo. † ꝙ peccatū ad mortem pôt intelligi dupliciter vel quo aliquis vsque ad mortem perseueret.& sic pro tali non est orandū, quia suffragia non prosunt damnatis qui sine pn̄ia decedūt.& hoc modo authoritas non facit ad propositum, qm̄ nos loquimur de peccatore viatore. Alio modo peccatum ad mortē pôt intelligi,quod ex malitia committitur,& tūc (vt S.Th. ait) nō prohibetur quin aliquis pro eo oret,sed non quilibet est tanti meriti vt orando Dei gratiam impetrare possit,qa sanatio talium est quasi miraculosa,sicut si diceretur ꝓ resuscitatione mortui,non dico vt oret quis.i.quicūq;,sed aliquis magni meriti apud Deum.¶Cōformiter dominus Bonauent.dicit in 2.sententiarum.di.43.ꝙ cum dicit Apostolus,non dico vt oret pro eo quis,sensus est.i.quæuis persona q.d.difficile est pro tali exaudiri, quia talis iam est inter incorrigibiles computandus. *Ad secūdā authoritatē* ¶Ad secundam respon. vt dicit Gratia.in litera,ꝙ huiusmodi interrogationes non semper negationem inferunt,sed potius difficultatem & charitatē notant,vt est illud Matth.24.quis putas est fidelis seruus,& prudens &c.vnde gl.super illud Eccle.12.quis medebitur incantatori dicit sic,quia hæretici difficile corriguntur. magister vero Nic.de lyra.exponit sic.quis miserebitur incanta- *Nic.de lyra* tori à serpente percusso.q.d.pauci aut nulli.quia sic erat edoctus,quod debuit præcauere sibi.q.d.sic & tu edoctus es per me propter quod præcauere debes.hæc ille. *Ad tertiam authoritatē* ¶Ad tertiā authoritatem quæ habetur.1.Reg.2.respondetur iuxta superius dicta ꝙ in illa interrogatione non notatur simpliciter negatio siue prohibitio orationis pro sacerdote in Deū peccante,quoniam vt ait S. Tho.in quæstione de veritate non prohibetur quis orare pro quibuscunq; peccatoribus in hac vita,sed tm̄ importatur paucitas eorum ad quos pertineat orare pro talibus,quasi induratis & grauissimis vulneribus sauciatis.hæc.n.vt inquit S.Tho.non nisi ad aliquem perfectum pertinet,vel notatur difficultas,quia talibus tardius & difficilius tribuitur venia.vnde gl.super illo verbo.1.Reg.2. ita habet,si peccauerit vir &c.non eo modo peccatur in virum quo in Deum, quia peccare in virum.i. contra proximū leuius & venialius, in Deū quoq; peccare.i.à cultu eius recedere impietatis peccatum est, quod difficilius punitur & tardius remittitur.& cum quis in virum peccat, placato viro facit sibi Deum placabilem,sed cum quis in Deum peccat quis orabit pro eo.i.per quem sibi faciet Deum propitium,non ꝙ nulla speranda sit venia eis qui in Deum peccant officio.sed maior est pœna,& tardior est venia his qui in rebus Deo sociatis offendunt,quam si verbo vel facto læserint proximum,quia quanto maior gloria, tanto grauior est offensa.hæc gl.¶Ad secūdam rationem quæ sumitur ex *Ad secun. S. Thom.* Heb.10.respondetur,ꝙ vt inquit S.Tho.in 4.Apostolus loquitur ibi de hostia q̄ vniuersaliter pro peccatis totius mundi oblata est.s.Christo,quæ est vnica & singularis, nec iterū pro peccatis delendis offertur,sed vnica sua oblatione videlicet ad hoc ꝙ per pœnitentiā & alia sacramenta omnia peccata possunt dimitti,vel dicendum,quod illud intelligatur de voluntarie peccantibus.i. voluntate permanentibus in peccato.talibus.n.vt dicit gl.non relinquitur hostia.i. non prodest Christus qui est hostia pro peccatis. ¶Ad tertiam *Ad terti. S. Thom.* resp.iuxta S.Tho.in 3.parte & in quarta, quod Esau de quo loquitur apostolus locum veniæ non inuenit,quia non vere pœnituit.& si lachrymas exterius emiserit, ꝙ patet ex hoc, ꝙ dicit,veniet dies luctus patris mei,& occidam Iacob fratrem meum.concor.dn̄s Bonauen. ¶ Ad quartam rationē *Ad quartū.* quæ erat de Antiocho eadem respōsio est.ꝙ Antiochus nō vere pœnituit interius quamuis exterius pœnitentiæ verba proferret.vnde non dolebat de culpa præterita propter offensam Dei sed propter infirmitatem vitandam corporalē quam patiebatur.¶Ad quintam respondetur qn̄ arguit̄ ex *Ad quintū* illo Mat.12.qui dixerit &c.respondetur ꝙ illud verbū blasphemia contra spiritum sanctum est finalis impœnitentia. vt Aug.dicit in lib.de verbis domini ꝙ pœnitus est irremissibile,quia post finem huius vitæ non est remissio peccatorum vel si intelligatur per blasphemiam spiritus sancti, dicitur non remitti.s.de facili,quia tale non habet causam excusationis,vel quia pro tali peccato aliquis etiam in hoc seculo & in futuro punitur,vt dicit beatus Chryso. referens ad hoc,ꝙ Iudæi pro blasphemijs in Christum illatis passi erāt pœnam.& in hoc seculo per Romanos, & in futuro seculo in damnatione inferni,vt deducit S.Tho.tam in 2.2. quàm *Chryso. Ad sextu.* in quæstione de malo.¶Ad sextam rationem respondetur negando iuxta magistrum Alexan.de ha.& dominum Bonauen.ꝙ agere pœnitentiam siue dolere de culpa commissa est dupliciter,aut propter læsionem naturæ, aut propter offensam maiestatis diuinæ,& priuationem iustitiæ. primo modo pœnitentiam de culpa commissa potest habere quis ex sola natura sine aliqua gratia,sicut.n.homo naturaliter se diligit:ita etiam odit omne,propter quod malum incurrit. & hæc pœnitentia est in malis & in damnatis,sed in hac viuit & regnat mala voluntas,cum sit proprij boni amica. & ideo Deus eam non acceptat,nec quis sic pœnitens inuenit gratiam vel veniam,de qua pœnitentia dicitur Sapien.5.de damnatis pœnitentiam agentes.Alia est pœnitentia (qua qs pœnitet propter offensam Dei paratus facere emendam.& hæc adeo disponit ad gratiam, ꝙ nullus sit pœnitens, quin inueniat gratiam.& ideo nulli eam dat nisi cui proponit facere misericordiam,& quoniam diabolus siue dānatus hāc habere non potest.& ideo non potest habere veniam, sed si per impossibilem poneretur, ꝙ diabolus hāc haberet vtiq; Deus daret ei & gratiam,& veniam.vt dicit Bernardus libro *Bernard.* de gradibus humilitatis.quod.8.dicit Isidorus ꝙ demones veniam non haberent etiam si pœniterent.dicendum ꝙ loquitur de pœnitentia quantum ad primum modum.s. quæ est propter pœnas non propter offensam siue iustitiam Dei. vt dicit dominus Bonauen.& Alex.de halis in quarto. *Bonauent.*

Ad secundum

Sic proceditur.†Et videtur ꝙ finalis impœnitentia nō sit blasphemia in spiritum sanctum.¶ Primo sic.blasphemia in spiri- *Primū arg.* tum sanctum,dicitur verbum oris quo quis blasphemat spiritum sanctum,secundum illud Mat.12. qui dixerit verbū contra spiritum sanctum non remittetur ei nec in hoc seculo,nec in futuro.sed finalis impœnitentia non videtur pertinere ad verbum oris.ergo non vr̄ conuenienter dici, ꝙ impœnitentia cum dicere videatur permanentiam in peccato vsq; ad mortē non videtur dicere speciale peccatum,sed potius circunstantiam quandam peccati.ergo non est peccatū in spiritum sanctum,quod est speciale peccatum. ¶Secūdo *Secūdū ar.* sic.contingit ꝙ aliquis non pœnitet,quia nescit se peccasse, ergo videtur quod aliqua impœnitentia sit ex ignorantia. ergo talis nō erit species peccati in spiritum sanctum, ꝙ vniuersaliter est ex malitia.¶Si tu dicas ꝙ tunc est peccatū in spm̄ sanctū qn̄ ex certa sciētia.Obijcit cōtra hoc,quia scientia non variat genus peccati, cum sit circunstantia. si ergo

Quartū ar.

impnīa procedens ex ignorantia non est species peccati in spiritum sanctum, videtur ꝙ nec impœnitentia procedens ex certa scientia. ¶Quarto sic, omne peccatum ad mortem dicitur finalis impœnitentia vt habetur ex litera præsenti. sed nō videtur esse idem peccatum ad mortem quod peccatum in spiritum sanctum. ergo &c. consequentia videtur bona. & antecedens patet, quia de peccato in spiritū sanctum potest quis pœnitere sicut de desperatione, aut inuidētia fraternæ gratiæ, peccatum autem ad mortem dr̄ in quo quis moritur, & pro quo non oriatur vt in litera habet. ¶In oppositum est tex. præsentis literæ, in qua dr̄. ꝙ fidem quæ per dilectionem operaẗ deserere vsq; ad mortē est blasphemia in spiritū sanctum, & est dictum Aug. ¶ Respōdeo hic erunt duo articuli declarandi. Primus erit quid dicaẗ peccatum in spiritum sanctū. Secundus erit de speciebus quæ asignantur hmōi peccati in spiritum sanctum. ¶ Circa primū est notandum. ꝙ vt dicit S. Thom. tam in 2.2. q. 14. quàm in quæstione de malo. q. 3. ꝙ de peccato in spiritum sanctum tripliciter aliqui loquuntur. antiqui. n. doctores. s. Athanasius Hilarius, Ambro. Hiero. & Chrysosto. dicunt esse peccatum in spiritum sanctum, qn̄ ad literam aliquid blasphemū dr̄ contra spiritum sanctum, siue spiritus sanctus accipiatur ẜm ꝙ est nomen essentiale conueniens toti trinitati, cuius quælibet persona & spiritus sanctus est, & sanctus, siue prout est nomen personale vnius in trinitate psonæ, & ẜm hoc distinguit Mat. 12. blasphemia in spiritum sanctum contra blasphemiam in filium hoīs: Christus. n. operabatur quædā humanitus comedendo, bibendo, & alia hmōi faciendo, & quædam diuinitus. s. demones eijciendo, mortuos suscitando, &c. hmōi, quæ quidem agebat & per virtutem ꝓpriæ diuinitatis, & per operationem spiritus sancti, quo ẜm humanitatem erat repletus. Iudæi autem quidā primo dixerant blasphemiam in filium hoīs cum dicebant eū voracem, potatorem vini, & publicanorum amatorē, vt habetur Matt. 11. Post aūt blasphemauerunt spiritum sanctum, dum opera quæ ipse operabatur virtute diuinitatis, & per operationem spiritus sancti attribuebant principi demoniorum, & ꝓp hoc dicuntur in spiritum sanctum blasphemasse, & hoc de primo modo accipiendi peccatum in spm̄ sanctum. ¶Secundo modo Aug. lib. de verbis domini blasphemiam siue peccatum in spm̄ sanctum dicit esse finalem impœnitentiam: qn̄. s. quis perseuerat in pc̄tō mortali vsq; ad mortē, ꝙ quidem non solum verbo oris fit, sed etiā cordis & operis, nō vno, sed multis. manifestū est aūt ꝙ spiritus sanctus charitas est, per charitatē aūt fit remissio peccatorum. & ideo remissio peccatorum est effectus appropriatus spiritui sancto, ẜm illud Io. 20. accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis. ille ergo dr̄ loqui verbum irremissibile, a in spiritum sanctum qui corde, ore opere, sic remissioni peccatorum repugnat, & in pc̄tō perseuerat vsq; ad mortē. & ita ẜm Aug. impnīa perseuerans vsq; ad mortē, est pc̄m̄ in spm̄ sanctum, quia vero sicut remissio pc̄torum est appropriata spiritui sancto, ita & bonitas huic. ¶ Tertio modo apud magistros sequentes aliquo modo Aug. peccatum in spm̄ sanctum dr̄ esse peccatum quo quis peccat contra appropriatum spūi sc̄tō. quod est bonitas, bonitas. n. appriaẗ spūi sancto, sicut patri appropriaẗ potentia, & filio sapientia. vnde queādmodum pc̄m̄ in patrē dr̄ qn̄ peccatur ex infirmitate, peccatum aūt in filium qn̄ peccat ex ignorātia, ita peccatum in spm̄ sanctum dr̄ qn̄ peccaẗ ex certa malitia, siue ex electione mali quod quidē contingit dupliciter. vno modo ex inclinatione habitus vitiosi acquisiti qui malitia dr̄. & sic non est idem peccare ex malitia, quod peccare in spm̄ sanctū. Alio modo contingit ex eo, ꝙ ꝓ contēptum abijciẗ & remouetur id, quod per electionē mali poterat impedire. sicut spes per desperationem, & timor per ꝑsumptionem, & quædā alia hmōi, de quibus infra in 2. art. dicetur, hæc autem oīa quæ peccati electionem impediunt sunt effectus spiritus sancti in nobis, & ita ex malitia peccare, est peccare in spm̄ sanctum. & hæc de primo artic. ¶Circa ẜm sit ista conclusio. peccati in spm̄ sanctum tertio modo accepti, conuenienter asignanẗ istæ species, videlicet desperatio, præsumptio, obstinatio, impnīa, inuidentia fraternæ gratiæ, & impugnatio veritatis agnitæ. patet conclusio per magistrum senten. di. 43. secundi sententiarum ponunẗ etiam in gl. decreti super litera præsentis. §. ¶Præterea has spēs ponit B. Aug. in diuersis locis. vnde in li. de fide ad Petrum dicit. ꝙ illi qui desperant de indulgentia pc̄torū, vel

Opponit in cōtrarium. Respondet.

S Thom.

6

Ambrosius.

Augustin.

a ¶Irremissibile. Adde Bar. in l. qui ea mente in vlti colū. ff. de fur. gl. in ca. æqualis. 25. distin.

a

7

8

9

Augustin.

qui sine meritis de mīa Dei præsumunt, peccant in spiritū sanctum, ecce duas spēs. s. desperationem, & ꝑsumptionem. & in Enchiridion dicit. ꝙ qui in obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est pc̄tō in spm̄ sanctum. ecce tertiā speciem, s. obstinationem. item in libris de verbo domini dicit. ꝙ impœnitentia est peccatum in spiritum sanctū. ecce quartam speciem. s. impœnitentiam. item in libro de sermone domini in monte dicit. ꝙ inuidentiæ faucibus fraternitatem impugnare est peccare in spm̄ sanctum. ecce quintam speciem. s. inuidentiam fraternæ gratiæ. item in libro de vnico baptismo dicit. ꝙ qui veritatem contemnit, aut circa fratres malignus est quibus veritas reuelatur, aut circa Deū ingratus est, cuius inspiratione etiā instruitur, peccat in spiritum sanctum. ecce sextam speciem. Quarum specierum distinctio sic accipi potest iuxta S. Thom. in 2.2. vbi supra hoc modo, spēs istæ distinguunẗ ẜm remotionē vel contemptū eorū per quæ pōt hō ab electione peccati impediri, quæ quidē sunt vel ex parte diuini iudicij, vel ex parte donorum ipsius, vel ex parte etiā ipsius peccati. Auertiẗ aūt hō ab electione pc̄ti ex consideratione diuini iudicij, quod habet iustitiam cum mīa, & per spem quæ consurgit ex consideratione mīæ remitentis pc̄tā, & præmiantis bona, & hoc tolliẗ per desperationem. & iterum per timorem qui cōsurgit ex consideratione diuinæ iustitiæ punientis pc̄tā. & hoc tolliẗ per præsumptionem dum. s. aliquis se ꝑsumit gloriā adipisci sine meritis, vel veniā sine pnīa. ¶ Dona aūt Dei qui
10
bus retrahuntur à pc̄tō sunt duo quoru vnū est agnitio veritatis, contra quod poniẗ veritatis agnitæ impugnatio, dū. s. aliquis veritatem fidei agnitā impugnat, vt licentius peccet. Aliud est auxilium interioris gratiæ, contra ꝙ ponit inuidentia fraternæ gratiæ, dum. s. aliquis non solum inuidet personæ fratris, sed etiā inuidet gratię Dei crescenti mūdo. ex parte vero peccati duo sunt quæ hoīem à pc̄tō retrahere possunt, quorū vnum est inordinatio & turpitudo actus, cuius cōsideratio solet inducere in hoīe pnīam de pc̄tō cōmisso. & contra hoc poniẗ impnīa non quidē eo modo quo dicit ꝑmanentiā in pc̄tō vsq; ad mortem, sicut supra in arg. ꝓcedēti impnīa accipiebaẗ, sic. n. non esset spāle peccatū, sed quædā circunstātia peccati, sed accipiẗ hic impnīa, ẜm ꝙ importat propositū non pœnitendi. aliud aūt est paruitas & breuitas boni, quod quis in pc̄tō quærit, ẜm illud Ro. 6. quē fructum habuistis in quibus nunc erubescitis, cuius cōsideratio inducere solet hoīem ad hęc, ꝙ eius voluntas in pc̄tō non firmeẗ, & hoc tolliẗ per obstinationem, qn̄. s. hō firmat suum ꝓpositum in hoc, ꝙ pc̄tō inhæreat. & de his duobus modis, dr̄ Hiere. 8. nullus est qui agat pnīam super pc̄tō suo dicens, quid feci? q̄tum ad primū oēs conuersi sunt ad cursum quasi equus impetu vadēs ad pliū q̄tum ad ẜm. Secūdū vero dn̄m Bonauē. sufficientia & numerus ꝑfatarū specierū sic sumitur. peccatum in spiritum sanctum directe est cōtra effectū spiritus sancti, qui dr̄ gratia pœnitentialis. hęc autē pnīalis gratia ẜm ꝙ in sacramento consideraẗ, tria respicit, videlicet medicum, & ęgrotum, & ministrū. Ex parte medici concurrunt ista duo mīa, & iustitia. mīa per quā remittit offensam, & iustitia per quā exigit emendam. Cōtra mīam est desperatio, contra iustitiam est præsumptio, similiter ex parte ęgroti sunt duo, videlicet detestatio peccati præteriti & propositū non peccādi: nisi. n. hęc duo in se habeat ęgrotus non est idoneus ad hoc ꝙ gratia spiritus sancti habeat in ipsum efficaciam. Contra detestationem peccati est obstinatio contra vero propositum non peccandi est finalis impœnitentia. Similiter ex parte ministri duo concurrunt, videlicet veritas doctrinæ per quam peccatorem docet, & instruit sanctitas gratiæ per quam ipsum adiuuet & subleuet, contra veritatem doctrinę est impugnatio veritatis agnitę, contra sanitatem gratię est inuidentia fraternę gratiæ, & sic patet & numerus & sufficientia prędictarum specierum. & hęc de secundo: ¶ Nunc dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, quod loquēdo de peccato in spiritum sanctum secundum primam acceptionem secundum quam peccatum in spiritum sanctum dicitur peccatum verbi, quo quis contra spiritum sanctum blasphemat, finalis impœnitentia non est peccatum in spiritum sanctum, & hoc modo ꝓcedit ratio. sed loquendo de peccato in spiritum sanctum secundo aut tertio modo, finalis impœnitentia bene est peccatum in spiritum sanctum, vt visum est, & hoc modo ratio non procedit, vt patet. ¶Ad secundam rationem respondetur iuxta dominum Bonauen.

S. Thom.

Bonauent.

Ad primū argument.

Ad secundū

11 Bonauen.ſuper ſm ſententiarum.† ꝙ impœnitentia dupliciter conſideratur, videlicet priuatiue & contrarie, ſi dicatur priuatiue non eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, vt accipitur vt eſt ſpãle peccatum, quia ſic non ponit nouum peccatum ſed circunſtantiã peccati præcedentis. ¶Alio modo poteſt dici contrarie, & ſic impœnitentia importat voluntatẽ nõ pœnitendi, & talis ex malitia procedit, & eſt pctm̃ in ſpiritũ ſanctum cum ſit vna ſpecies eius vt dictũ eſt. & hæc eſt ſnĩa S.Tho. in 2.2. & parum ante poſitum eſt in ſecundo articulo. ¶Ad tertiã reſpondet ſicut ad præcedentem concedendo, ꝙ finalis impnĩa priuatiue dicta ſiue vt tm̃ dicit permanentiã in peccato vſq; ad mortem non eſt pctm̃ in ſpiritum ſanctum, vt eſt ſpãle peccatum, ſed finalis impœnitentia cõtrarie dicta prout. ſ. importat ꝓpoſitum non pœnitendi ſic eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, nec valet id, quod cõtra obijcitur, videlicet ꝙ ſcientia non variat genus peccati, qm̃ vt dicit Bonauen. hoc non eſt rõne ſcientiæ, ſed rõne malitiæ, ex qua procedit. ¶Ad quartam rñdet negãdo conſequẽtiam. quia licet non oẽ peccatum ad mortem ſit peccatum in ſpiritum ſanctum, tñ aliquod eſt. ¶ Pro quo notandũ iuxta dñm Ale. de halis in 2. & dominum Albe. in 2. parte ſum

S Thom.
Ad tertium

Bonauent.
Ad quartũ.

Alexander de halis.
Albertus.

12 mæ ſuæ, † ꝙ peccatum ad mortem põt dici tripliciter, vno modo vt ſit idem pctm̃ ad mortem, ꝙ pctm̃ mortale ſm ꝙ dr̃. 1. Io. vlti. oĩs iniquitas eſt pctm̃ ad mortẽ. Alio modo dr̃ peccatum ad mortem quo quis finaliter ſeparatur à Deo ſicut mors animam ſeparat irregreſsibiliter à corpore. tertio modo dr̃ peccatum ad mortẽ, quod non ex infirmitate, aut ignorantia ſed ex malitia ſicut ſuperius explanatum eſt procedit, & hoc modo dr̃ in gl. 1. Io. vlti. ſupra alia pctã, eſt peccatum ad mortem, quod non humana fragilitate cõmittit, & ideo oratione iuſtorum non purgatur, tale eſt illud pctm̃ quo ad agnitionem Dei quæ ꝑ gr̃m Dei data eſt quis impugnat fraternitatem, & aduerſus gratiã quæ data eſt, & qua reconciliatus eſt inuidiæ faucibus agitat. ¶Qua diſtinctione habita poſſent poni tres concluſiones. Prima ꝙ capiendo pctm̃ ad mortẽ primo modo omne pctm̃ in ſpiritũ ſanctũ eſt pctm̃ ad mortẽ, ſed non econuerſo: patet concluſio. ¶Secunda concluſio. capiendo pctm̃ ad mortem. ſecundo modo pctm̃ ad mortẽ põt dici pctm̃ in ſpiritum ſanctũ, ſed nõ omne peccatum in ſpiritum ſanctum, dr̃ peccatum ad mortem hoc modo. patet concluſio de finali impœnitentia, quę eſt peccatum in ſpm̃ ſanctum, & tamen non omne peccatũ in ſpiritum ſanctum eſt hmõi peccatũ ad mortem, ſicut dicebatur in argumento. ¶ Tertia concluſio capiendo peccatum ad mortem, tertio modo peccatũ ad mortem eſt idem re, ꝙ peccatum in ſpiritum ſanctum capiendo illud ſm tertium modum accipiẽdi aſsignatum in primo articulo differens rõne ab eo quia peccato in ſpiritum ſanctum dr̃ propter impugnationem contemptum, & abiectionem gratię, qua fit remiſsio peccati. peccatum vero ad mortem, quia diſponit irremiſsibiliter ad pœnam, & hęc de iſta quæſtione.

Prima concluſio.
Secunda cõluſio.
Tertia concluſio.

13 Ad tertium Sic proceditur. † Et vr̃ ꝙ ex iuſtitia diuina non deleat peccatoribus impœnitentibus pœna æterna. ¶Primo ſic. pœna non debet excedere culpam. Deut. 25. ſm menſurã delicti erit plagarum modus. ſed culpa eſt temporalis. ergo pœna non debet eſſe æterna. ¶Secundo ſic. duorum peccatorum mortalium vnũ eſt grauius altero. ergo ſm iuſtitiam vnũ debet puniri maiori pœna, q̃ alterũ, ſed nulla pœna poteſt eſſe maior quã æterna, cum ſit infinita. ergo non cuilibet peccato mortali debetur pœna æterna, & ſi vni non debetur nulli debetur, cũ eorum non ſit dicenda infinita. ¶Tertio ſic. a iuſto iudice pœnæ non inferuntur niſi ad correptionem, vnde in 2. Ethico. dr̃ ꝙ pœnæ ſunt quædam medicinæ. ſed ꝙ impij inæternũ puniantur hoc non eſt ad correptionem eorum, nec aliorũ, cum tunc non ſint futuri alij qui per hoc corrigi poſſunt: ergo ſecundum diuinam iuſtitiam non infertur impijs pro peccatis pœna æterna. ¶In oppoſitum eſt primo illud Mat. 25. ibunt hi. ſ. peccatores in ſupplicium æternum Deus autem nullum iniuſte punit: ergo ex iuſtitia diuina pœna ęterna infertur peccatoribus impœnitentibus. ¶ Secundo ad idem eſt text. præſentis literæ. ¶Reſpondeo ad videndum qualiter pœna æterna quæ eſt infinita poteſt puniri iuſte culpa quæ videtur finita cum ſit temporalis. Diſtinguẽdum eſt iuxta dominum Duran. in 4. di. 44. de infinitate pœnæ, quia poteſt attendi ſecundum intenſionem & acerbitatem, vel ſecundum durationem, ſi infinitas attendatur ſecundũ intenſionem ſeu acerbitatem, tunc ſit iſta prima concluſio. non eſt danda pœna infinita ſecundum acerbitatem. Iſta cõcluſio probatur ſic. in quacunque natura ſpecifica eſt dare terminum in minus in illa eſt dare terminum in maius. hi enim termini ſibi inuicem reſpondent. ſed in omni qualitate eſt neceſſarium dare terminum in minus alioqui nõ poſſet corripi per contrarium remittens ipſum. ergo in omni qualitate eſt dare terminum in maius, & ſi ſic non poteſt infinitum intendi. Et confirmatur. ſicut in quantitate ſecundum ſe & abſolute non eſt dare terminum, ſed ſemper eſt diuiſibilis in infinitum, ita in ea non eſt dare terminum in maius, imo quantum eſt de ſe augeri poſsit in infinitum ſucceſsiue dare econtrario. quia in qualitate & in re omni naturali habente latitudinem graduum eſt dare terminum in minus neceſſe eſt dare terminum in maius, nec poſſet eſſe ꝓceſſus in infinitum etiam ſucceſsiue, & multo magis eſt impoſsibile, ꝙ ſit actu infinita. cum igitur acerbitas pœnæ attẽdatur ſecundum intenſionem qualitatis vel formæ quæcunque ſit illa, patet ꝙ nulla pœna poteſt eſſe infinita ſecundũ acerbitatem. ¶Secunda concluſio eſt, ꝙ etiam dato ꝙ poſſet eſſe pœna talis infinita intenſiue non tamen infligeretur pro peccato mortali. patet iſta concluſio pro tanto qa Deus pronior eſt ad reddendum præmium pro merito quam ad infligendum pœnam pro peccatis. ſed pro nullo merito quãtumcunq; magno reddet Deus præmium infinitum intenſiue. viſio. n. beata erit finita in quocunque fuerit. ergo pro nullo peccato quantumcunq; magno infligeretur pœna infinita. ¶Tertia cõcluſio eſt. ꝙ ſi loquamur de infinitate pœnæ quantum ad durationem ſic iuſte debetur peccato mortali pœna infinita. Quæ concluſio probatur ſic. ſicut ſe habet præmium ad meritum, ſic ſe habet pœna ad culpam, ſed ſm diuinam iuſtitiam merito temporali debetur præmiũ æternum, ſm illud Io. 6. omnis qui videt filium & credit in eum habet vitam æternam, ergo & culpæ temporali ſm diuinam iuſtitiã debetur pœna æterna. ¶Secundo ſic. ſm philoſophum in 5. Ethico. pœna taxatur ſm dignitatem eius in quem peccatur. vnde maiori pœna punitur qui percutit alapa principem, quàm alium quemcunque. ſed quicunque peccat mortaliter peccat contra Deum, cuius præcepta trãſgreditur, & cuius honorem alteri impartitur, dum in alio finem conſtituit. maieſtas autem Dei eſt infinita. ergo quicunque peccat mortaliter dignus eſt pœna infinita. ergo videt ꝙ iuſte aliquis pro peccato mortali perpetuo punit. ¶ Tertio ſic. ſicut eſt in ciuitate mũdana ſic ſuo modo debet eſſe in ciuitate Dei. ſed in ciuitate mundana ſic eſt ꝙ ille qui ex culpa ſua ſubuertit quantum in ſe eſt pacem & amicitiam ciuium adinuicem, vel obedientiam ad principem, mereret totaliter extirpari à ciuitate per mortem, vel per exilium, vel carcerem perpetuum, quæ eſt pœna perpetua ſm capacitatem ſubiecti, & ſecundum intentionẽ legis quo ad hoc vt in perpetuum non reuocetur ad ſocietatem communitatis contra quam deliquit, ergo eodem modo debet eſſe in ciuitate Dei, in qua congregantur homines lege Dei & charitate, ꝙ ille qui ſubuertit quantum in ſe eſt ordinem charitatis ad proximum vel ſubiectionis ad Deum, quod fit per quodlibet peccatum mortale meretur extirpari à conſortio Dei & ſanctorum per mortem exilium vel carcerẽ, hæ autem pœnæ ſunt ſimpliciter perpetuæ Dei. ſ. mors &c. exilium à patria & carcer inferni, quia ſubiectum iſtarum pœnarum perpetuo durabit. ꝙ autem pœna quã ciuitas mundana infligit perpetua non reputatur, hoc eſt per accidens, ſicut inquit S. Tho. videlicet ꝙ inquantum homo nõ perpetuo viuit vel etiã inquantum ipſa ciuitas deficit. vnde ſi hõ in perpetuum viueret pœna exilij & ſeruitutis quæ per legem humanam inferuntur in eo perpetuo manerent, qui vero hoc modo peccant, vt tamen non reddantur digni totaliter ſeparari à ſanctæ ciuitatis conſortio, ſicut peccantium venialiter tanto eorum vita erit breuior, vel diuturnior quanto magis purgabiles erunt vel minus, ſecundum quòd eis peccata plus vel minus inhæſerint. ¶ Quarto ſic. manente culpa ſemper dicitur manere pœna, in damnatis autem perpetuo durabit culpa propter obſtinationem mentis eorum. ergo perpetuo manebit pœna. ¶ Quinto, quia homo in ſuo æterno peccauit. vnde beatus Grego. in 4. dialogo, & ponitur in litera præſenti, ad magnam iuſtitiam iudicantis pertinet vt nunquam careat ſupplicio qui nunquam carere voluit peccato. ¶ Et ſi obijciatur quod quidam peccantes mortaliter proponunt vitam ſuam quãdoq; ĩ melius cõmutare, & ita ſm hoc nõ eẽnt digni ęterno

Primũ ar.
Secundũ ar.
Tertiũ arg.
Opponit in cõtrarium.
Reſpondet.
Prima concluſio.
Secunda cõcluſio.
Tertia concluſio.
S.Thom.
Gregorius.
Opponit in cõtrarium.
Reſpondet

S. Thom. supplicio, vt videtur. ¶Ad hoc vt respondet S. Tho. in 4. vbi supra dicendum ſm quosdam, ꝙ Grego. loquitur de voluntate quæ manifestatur per opus, qui. n. in mortale peccatum propria voluntate labitur se ponit in statum à quo eripi nō potest, nisi diuinitus adiutus, vnde ex hoc ipso ꝙ vult peccare, vult consequenter in pctō perpetuo remanere. homo. n. est spiritus vadens. s. in pctm̄, & non rediens per seipsum, sicut si aliquis se in foueā proijceret, vnde exire non posset, nisi adiutus, posset dici ꝙ in æternū ibi manere vo uit quātūcunq; aliud cogitaret, vel potest dici & melius, ſm eundem S. Th. ꝙ ex hoc ipso quod mortaliter peccat finem suum in creatura constituit, & quia ad finē vitæ tota vita ordinatur, ideo ex hoc ipso vitam suam ordinat ad illud pctm̄, & vellet perpetuo in illo manere, si hoc sibi posset esse impune.

Ad primū argument. ¶His habitis dicendū est ad rōnem in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam & rō est. quia cū pœna vt dictum est duplicem habeat quantitatem ſm. s. intēsionē acerbitatis, & ſm durationē tēporis, quātitas pœnæ rn̄det quantitati culpæ ſm intensionē acerbitatis, vt ſm ꝙ grauius peccauit, ſm hoc grauior pœna ei infligat̄. vnde Apoc. 17. quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tm̄ date ei tormentum & luctum, non aūt rn̄det duratio pœnæ durationi culpæ. vt dicit Aug. 21. de ciuita. Dei: non adulteriū, quod in momento temporis perpetratur momentanea pœna punit̄ etiam ſm leges humanas. & ita ratio nō procedit. ¶Vel dicendum. ꝙ ſm ꝙ Greg. soluit, ꝙ quamuis cu pa sit

Ad secūdū. actu tēporalis, voluntate tn̄ est æterna vt iam expositum est. ¶Ad secundam rn̄detur, ꝙ rō non procedit. quia iam vt dictum est quantitati culpæ respondet quantitas pœnæ ſm intensionem. vt quanto pctm̄ sit grauius, tanto pœna sit acer-

Ad tertium bior, & ideo pctōrum inæqualium erunt pœnæ inæquales ſm intensionem, æquales aūt duratione. ¶Ad tertiā respondetur negando assumptum vniuersaliter, dicimus. n. ꝙ pœnæ quantum ad sui institutionem sunt ad corruptionem vt earum metu hoīes retrahantur à malis, sed quantum ad earum actualem inflictionem nō semꝑ sunt ad correctionem nisi pœnæ illæ quæ non sunt ad exterminationem finalem illius qui punit̄. illæ autem quæ sunt ad exterminationem possunt pro nunc esse ad correctionem aliquorum, sicut dānatio æterna impiorum est ad correctionem eorum qui

Exponit literam. nunc sunt in ecclesia, sed non ad correctionem eorum qui puniuntur. Litera. ¶[Quod autem] inducit Gratianus tres authoritates ad probandum ꝙ non oī peccanti venia detur [Io.] in epistola & Io. 5. [alibi leg tur]. s. Ecclesiasti. 12. [itē]. 1. Reg. 2. [si sacerdos &c. sed hmōi interrogationes]. 2. pars. hic ponit̄ prima responsio quę est, ꝙ hmōi interrogationes quis &c. hic non inferant siue importāt absolutam negationem, sed difficultatem & raritatē, ad hoc ponit duo exempla. primum est in euangelio. Matt. 24. vbi dr̄ quis putas est fidelis seruus &c. vbi non simpliciter negatio importat̄: sed vt dicit gl. difficultas notat̄ hinc etiā ponit̄ ſm exemplum [Ambrosius Deus quis similis tibi] non vtiq; denotat negationem simpliciter [qm̄ imago Dei patris filius Dei est] Co lo. 1. qui est imago Dei inuisibilis primogenitus oīs creaturæ, & ad Heb. qui cum sit splendor & figura. s. imago substātiæ eius. [similiter accipiēdum est] vt. s. non negatio sed difficultas aut raritas denotet̄ [quis hoc est singularis aliquis]. i. singularis meriti, quia vt supra in quæstione diximus ex S.

Sā. Thom. Tho. nō q uilibet est tanti meriti vt orando pro tali veniam impetret [nam qūo] ostēdit rōne, ꝙ B. Io. cum ait quis orabit pro eo. s. delicto graui, non intellexit ꝙ oīo nullus, quia vt inquit, ipse bn̄ legerat Moysem rogasse & impetrasse pro populo Israel, qn̄ idolatrauerat, vt habetur Exo. 32. vbi legitur. ꝙ Moyses cernens dn̄m iratum contra populum Israel, qui in Deum peccauerat idolatrando, ita vt dn̄s diceret Moysi dimitte me, vt irascat̄ furor meus cōtra eos, & deleā eos &c. nihilominus Moyses orabat pro populo dicens. cur dn̄e irascit̄ furor tuus contra populum tuū, quiescat ira tua, & esto placabilis sup nequitia populi tui. placatusq; est dn̄s ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum

Contra Hugutio. & Archidiac. suum: & sic patet ꝙ ēt orat̄ pro his qui voluntarie peccauerunt in Deum [Hieremiam] probat ēt exemplo Hiere. quē ēt orasse, vt habet̄ Trenorum vlti. non ignorabat Be. Io. sed Hu. & Archid. post non plene intelligentes, iudicio nostro, hunc locum dicunt super illud [si sacerdos peccauerit quis orabit ꝑ eo] sed quid vult ista interrogatio & talis respōsio, nonne oēs rogant pro papa, tam clerici quā laici. 40. di. si papa. sed dico ꝙ non remouet nisi orationē, quæ cum pnīa solemniter imponit̄, ta lis. n. pnīa non debet imponi clericis. quia postmodum non possent restitui ꝑ scandalum. est ergo sensus ſm eos [si sacerdos] qui est vnctus peccauerit quis orabit pro eo]. i. debebit orare pro eo imponendo ei manū solenniter sicut laico. q. d. nullus, quia postea non posset ad officium reparari. hæc illi. ꝙ iste sensus datus per istos doctores non sit verus facile quisq; pōt intelligere qui cognoscit ꝙ textus illius authoritatis sumptus sit de veteri testamento. 1. Reg. 2. apud quos non erat ritus ille ponendi solennē pœnitentiam nec laicis nec sacerdotibus, & ideo exponendus est sicut diximus. [potest]. 3. pars. datur hic secunda responsio, pro qua notandum, ꝙ sicut supra diximus dupliciter accipitur peccatum ad mortem, ita dupliciter exponit̄ illud, quis orabit pro eo. vno modo dicitur peccatū ad mortem, quod ex certa malitia committitur, & de isto cum dicitur quis orabit pro eo, exponitur sicut iam dictum est videlicet quod non inferat omnino negationem orandi, sed difficultatem. ¶ Secundo modo accipitur ad mortem pro peccato finalis impœnitentiæ, & tunc ly quis tenetur negatiue. q. nullus. & de isto modo subiungit dn̄s. [potest etiam ſm Aug. ad mortem inclusiue] hæc est blasphemia in spiritum cum sit, vt supra dictum est contra attributum spūs sancti, quod est remissio peccatorum. blasphemare. n. in spiritum sanctū non solum cōuenit ore, sed corde & opere sicut superius diximus [quā in euangelio] Mat. 12. & Mar. 3. & dicit Aug. in li. de sermone dn̄i, ꝙ tanta est labes huius peccati, ꝙ habilitatem deprecandi subire non pōt, † vbi notandū Augustin.

14 ꝙ ſm diuersas acceptiones peccati in spm̄ sanctum diuersimode dr̄ peccatum in spm̄ sanctum irremissibile, si. n. dicat̄ peccatum in spm̄ sanctum. s. finalis impnīa, sic dr̄ irremissibile, quia nullo modo remittit̄. peccatū. n. mortale in quo hō ꝑseuerat vsq; ad mortem inclusiue dr̄ simpliciter irremissibile, quia nec in hac vita remittit̄ per pnīam, nec ēt in futuro remittetur, ſm autem alias duas acceptiones dr̄ irremissibile, non quia nullo modo remittatur, sed quia quātum est de se habet meritum vt non remittatur [finem autem] assignat cām, quare irremissibile sit pctm̄ præfatum, qa ex quo sine fine peccauit iustū est, vt sine fine puniat̄ [voluissent impij] scribit hæc Grego. ad iustitiam iudicantis hoc plane exposcit diuina iustitia, tum primo vt dictū est ex parte obiecti, quod est maiestatis infinitæ, iustū. n. est vt qui infinitam maiestatē offendit, infinitā pœnā subeat ſm capacitatē suā. tum secundo quia talis in æterno suo peccauit: talis. n. ęterna pœna iuste puniendus est. tum tertio quia qtū in se talis semꝑ in pctō manere voluit, & ideo merito pœna æterna puniēdus venit [ex his ergo apparet]. 4. pars, in qua concludit ex ꝓcedentibus authoritatibus, ꝙ sine confessione oris & satisfactione operis non remittatur peccatum. cætera plana sunt.

1 *Confessio an sit de iure naturali. & nu. 3. & 5.*
2 *Ius naturale dicitur dupliciter.*
4 *Confessio est de iure diuino.*
6 *Præceptum de confessione non est ab homine puro institutum.*
7 *Confessionem duo respiciunt.*
8 *Confessio qualiter fuerit in lege naturæ, in lege veteri, & nunc sit in lege noua.*
9 *Diabolus quare non fuit requisitus de culpa.*
10 *Deus quare interrogauit Adam & Euam ante condemnationem.*
11 *Egressus quid dicatur.*
12 *Demones an possint expelli a corporibus obsessis virtute melodiæ. Quod non. num. 13.*
14 *Virtus diuina potest mediate vel immediate agere in demones*
15 *Melodia potest vexationem mitigare.*
16 *Lunatici vnde dicantur.*
17 *Musica an valet ad curandas infirmitates aliquas.*
18 *Delectatio quid dicatur.*
19 *Cythara Dauid figurabat crucem Christi.*
20 *Baptismus Ioannis quare dicatur baptismus pœnitentiæ.*
21 *Confessio dicitur sufficere pœnitenti si fuerit cordis contritio.*

Denique vt perspicue. Hic est tertia pars principalis huius diuisionis, in qua magister Gratianus prosequitur eam partem quæstionis dicentium non sola cōtritione pctā deleri. probans per multas authoritates, ꝙ peccata sine oris confessione non dimittātur. Et potest diuidi in generali in quatuor

Diuisio. tuor partes.quoniam in prima inducit authoritates veteris testamenti.in secunda noui. in tertia inducit alias mistim veteris & noui simul.in quarta concludit ex illis notum esse nullum sine confessione veniam posse delictorum suorum promereri.secunda ibi in euangelio quoque.tertia ibi, hinc Christus.quarta ibi,ex his omnibus, quia in hac parte inducuntur authoritates veteris testamenti in fauorem confessionis,& etiam quæ respiciunt statum ante legem. ¶Pro

Quęstio. 1 ampliori intelligentia huius capituli quæritur.† Vtrum confessio sit de iure naturali.Et arguitur ad partes,& videtur in

Primū ar. primis sic,argumentis sumptis ex præsenti litera. Et primo sic. Adam vituperatur quòd excusauit delictum cum debuisset humiliter confessus fuisse. ergo peccauit contra ius non scriptum à Deo, quia nullum erat scriptum: non contra ius propositum eadem ratione. ergo relinquitur quod peccauit contra ius naturale,ergo confessio videtur de iure

Secundū ar. naturali.¶Secundo sic.Cain à quo quærit Deus quid fecit vituperatur, quod non humiliter recognouit & confessus est,cum ergo tunc non esset nisi ius naturale videtur con-

Tertiū arg. tra ius naturale peccasse.¶Tertio sic.Iob non erat subiectus nisi legi naturali,sed ipsa sua peccata confitebatur, vnde ait de se Iob.30.si abscondi vt homo peccatum meum & celaui in sinu meo iniquitatem meam.ergo videtur quòd confes-

Quartū ar. sio est de iure naturali.¶Quarto sic.præcepta illa quæ manent in lege veteri & in lege noua sunt de iure naturali. sed confessio fuit in lege veteri.vnde dicitur Esa.43. narra si qd habes vt iustificeris.ergo videtur quòd confessio est de iu-

Quintū ar. re naturali.¶Quinto sic.pœnitentia est de iure naturali,cō stat ergo quod partes ipsius sunt etiam de iure naturali, sed

Sextum ar. vna earum est confessio.ergo &c. ¶ Sexto sic. pœnitentia est quoddam totum,sicut dictum est, quia habet plures partes ordine quodam ipsam constituentes,& in ordine illo cō tritio est prima,quæ est de iure naturali, & vltima satisfactio,quæ etiam est de iure naturali, cum ergo confessio sit

Opponit ĩ cōtrarium. media,ipsa erit de iure naturali,vel dicatur quare non. ¶ In oppositum arguitur sic.vt Isidorus dicit,ius naturale est idē

Responde. apud omnes,sed confessio non est eodem modo apud omnes.ergo confessio non est de iure naturali. ¶ Respondeo pro pleniori intelligentia huius quæstionis duo articuli declarabuntur.Primus erit circa quæsitum quomodo confessio sit de iure naturali & quomodo non.Secundus secundū quem differentem modum confessio fuit in lege naturali, in lege veteri,& in lege noua. ¶ Circa primū articulum est notandum quod vt inquit Albert.magnus in 4. sententiarum.distinct.16.& concordat S.Thom.†ius naturale dupli-

2 citer dicitur.primo modo & proprie quod.s. dictat natura faciendi secundum diffinitionem illam Tullij. ius naturale est quod non opinio genuit sed innata quædam vis instruit, & sic dicitur ius naturale stricte. ¶ Alio modo dicitur ius naturale id, quod constitutum est à natura naturante, quomodo dicitur naturale alicui rei id,quod ei à suo creatore imponitur.Qua distinctione posita sit ista prima conclusio responsalis ad quæsitum.†Confessio sacramentalis non est de iure naturali primo modo loquendo, probatur con-

3 clusio multipliciter. Primo sic iuxta S. Tho. & Durādum. Omne quod directe pertinet ad fidem est de his quę sunt supra totam rationem naturalem, sed confessio peccatorum sacramentalis pertinet directe ad fidem. ergo confessio sacramentalis est de his quæ sunt supra totam rationem naturalem,& per consequens non est de iure naturali: maior patet quia fides est de his quæ excedunt rationem naturalem, iuxta.c.ad Hebr.11.minor similiter patet.quia omnia sacramenta nouæ legis protestationes quædam fidei sunt.confessio autem prout de ipsa in præsentiarum loquimur sacramentum est.ergo confessio non est de iure naturali, quod innititur puræ rationi naturali non supposita fide. ¶Secundo præfata conclusio probari etiam videtur ex illo.naturale est cuilibet celare verenda corporis,ergo similiter verenda spiritus.sed peccata sunt turpitudines animæ. ergo peccata confiteri magis videtur esse contra naturam,quam secundū naturam. ¶ Tertio sic. confessio fit ei qui habet claues,sed claues non sunt de naturali iuris institutione. ergo nec con

Secūda conclusio. fessio.¶Secunda conclusio.†confessio non est de iure positiuo humano directe,sed tm̄ de iure diuino. ista cōclusio ꝓ

4 bat sic iuxta dn̄m Duran. in 4. nulla lex pōt præcipere nisi cuius transgressorem pōt punire.frustra.n.forent tūc leges quæcunque nisi transgressores possent punire.& ideo Philosophus.4.Ethic.dicit.ꝙ oīs lex habet vim coactiuā per pœnam,sed nulla lex humana posset punire illū qui non cōfitetur pc̄tm̄ sibi soli notū,quia non posset cōstare an haberet pc̄tm̄.ergo confessio peccati occulti directe nō ex aliq̄a lege humana est.restat ergo ꝙ solū sit de diuina lege, nec obstat quod etiam præcepit cuilibet semel confiteri in anno. extra de pę.& re.omnis vtriusq; sexus.quia ecclesia directe non præcipit confessionem. quia non posset sed indirecte, quia præcipit aliquid ad quod confessio est necessaria, puta susceptionem eucharistiæ ad quam digne suscipiendam ne

5 cessaria est confessio oblata copia sacerdotis.¶ Tertia conclusio.†ꝙ capiendo ius naturale largo modo prout.s.se extē Tertia conclusio.
dit ad oē id quod constitutum est à natura naturāte, siue ꝓ eo quod imponit rei à suo conditore, cōfessio est de iure naturali,patet quia hoc modo de iure naturali est quicquid diuina lege institutum est.vnde Gratianus id prin.huius aurei voluminis decretorum diffiniens ius naturale dicit.ius naturale est quod in lege & in euangelio declaratur alias continetur.Ex his conclusionibus ostendit primo corrollarie falsitas glossatoris.l.decreti qui in princ.5.dist.de pœnitentia, Cōtra gl.
narrando varios modos dicendi de institutione confessionis dicit sic.sed varios dr̄ eam.s. confessionem institutam à quadam vniuersali traditione potius quam ex noui vel veteris testamenti authoritate.traditio ecclesiæ obligatoria est, vt præceptū est,ergo necessaria cōfessio in mortalibus apud nos,apud græcos non. quia non emanauit ad illos traditio talis.falsitas huius patet.primo in hoc,quod dicit,ꝙ confessio instituta est non authoritate noui aut veteris testamenti,sed traditione vniuersalis ecclesiæ,tum primo ex dictis in secunda conclusione, quia tunc sequeretur ꝙ ipsi q̄ in his quæ sunt iuris positiui habet ptātis plenitudinem in dispensando posset dispensare ꝙ quis homini non confiteatur.sed hoc est falsum.ergo & illud ex quo sequit. Quod vero hoc sit falsum probat S.Th.in 4.di.17.vbi manifeste ostē dit opinionem præfatam falsam esse sic.d.ministri ecclesiæ S Thom.
instituuntur in ecclesia diuinitus fundata, & ideo institutio ecclesiæ præsupponitur ad operationē ministrorum, sicut opus creationis præsupponit ad opus naturæ,& quia ecclesia fundat in fide & sacramentis,ideo ad ministros ecclesiæ nec nouos articulos fidei edere,aut editos remouere,aut noua sacramenta instituere,aut instituta remouere pertinet, sed hæc est ptātis excellentiæ quæ soli debetur Christo, qui est ecclesiæ fundamentum,& ideo sicut papa nō pōt dispēsare vt aliqs sine baptismo saluetur,ita nec saluetur sine cōfessione,ſm ꝙ obligat ex vi sacramenti,sed potest dispensare in confessione ſm ꝙ obligat ex ꝑcepto ecclesiæ vt posit aliquis di tius confessionem differre,quàm ab ecclesia institutum est.hæc S.Tho.tum tertio falsitas præfatæ opinio- S.Thom.
nis ostenditur,quia ex ea sequitur ꝙ papa non obligaret ad confessionem.sed hoc est falsum.ergo & illud ex quo sequitur.¶Probatur consequentia tum quia papa canonibus nō alligatur.vt in §.his itaq;.25.q.1.& extra de ele.c.significasti,tamen quia traditio vnius summi pontificis non obligat alium,cum non habeat imperium par supra parem. vt in c. innotuit.de elec.& extra de ver.sign.exit.li.6.præterea glossator præfatus falsum dicit in eo, ꝙ dicit ꝙ præceptum de confessione non obliget græcos,cum.n.confessio sit de iure diuino sicut ostendimus,omnes fideles qui pc̄tm̄ mortale post baptismū incurrerunt tenent ad cōfessionem. dicit .n.Boethius li.de cōsolatione,si medicinam expectas oportet ꝙ morbum detegas.sed de necessitate salutis est, ꝙ ho- Boethius.
mo siue græcus siue latinus medicinā de peccatis accipiat, ergo & de necessitate salutis est ꝙ morbum per confessionē detegat.¶Secundo ēt corollarie patet falsitas dicentiū, ꝙ ꝑceptum de confessione non habetur expresse nisi in ca. oīs vtriusq; sexus.extra de pe.& re.quod fuit factum ab Inno.3.in conci. Lateranen.patet falsitas huius tum ex iā dictis,tum etiā quia beatus Ambr.& beatus Aug. præcesserūt concilium illud plus q̄ sexcentos annos,qui tn̄ probant necessitatē confessionis libris suis de pnīa,quarum plures authoritates & testimonia inducuntur à Gratiano in hac. 1.distin.¶ Tertio corollarie etiā patet falsitas dicentium, ꝙ pręceptum de confessione emanauit ab apostolo.Iaco. Iaco.5. confitemini alterutrū pc̄tā vestra, patet falsitas huius,tum primo qa cum beatus Iacobus non potuerit sua authoritate obligare totam ecclesiam,cum non vniuersalis ecclesiæ pastor fuerit,sed tm̄ eps Hieroso.non oēs fideles obligarentur ad confessionē, tum secundo quia cū omne institutum ab hoīe posset ab hoīe capere dispensationē, sequeretur quod

præceptum de cõfessione ab homine esset dispensabile, qđ improbatum est supra, dicendum est ergo vt dicit S. Th. in 4. vbi supra † ꝙ præceptum de confessione non est ab homine puro institutum, quãuis sit à beato Iacobo promulgatũ, sed à Deo institutionem habuit. q̃uis expressa eius institutio non legať, tñ quædã eius præfiguratio inueniť, & in hoc quod Io. confitebanť pc̃tã qui baptismo ipsius ad gratiã præparabanť, & in hoc etiã ꝙ sacerdotibus leprosos transmisit, qui quamuis non essent noui testamenti sacerdotes, tñ in eis noui testamenti sacerdotiũ significabatur. hæc S. Tho. concordat Alber. in 4. ad idem est magister Alex. de ha. qui querens in 4. vbi in euangelio sit instituta confessio, post narrationem multorum modorũ dicendi dicit sic. Respõdeo ꝙ dñs saluator hoc sacramentum instituit salutis. † Sed nota ꝙ duo respiciunt confessionem, vnum materiale, videlicet delectio peccati, hoc autem nõ instituit dñs lucide, sed insinuatiue. Mat. 3. pœnitentiam agite, quo intelligitur digna satisfactio, quæ debet fieri arbitrio sacerdotis, ad quod necessario requiritur confessio. Aliud est formale. s. potestas absoluendi, & quantum ad hoc instituta fuit in collatione potestatis clauium pœnes quam residet virtus ipsius sacramenti formaliter, ergo & complete instituit eam Deus conferẽdo potestatem clauium beato Petro. Mat. 16. & alijs apostolis Io. 20. hæc Alex. patet ergo qualiter confessio tam quantũ ad materiale, quam ad suum formale completiuum fuerit à Christo instituta. & hoc de primo articulo. ¶ Quantum ad 2m articulum in quo videndum est † 2m quem differentem modum confessio fuerit in lege naturæ, lege veteri, & lege noua cum ex authoritatibus inductis in litera habeatur, ꝙ in vtraq; fuerit. Pro quo notandum est iuxta dñm Albe. in 4. ꝙ in confessione concurrunt tria, primum est peccati recognitio, 2m est peccati manifestatio, tertium est enarratio peccati in specie, & circunstantiarum enodatio siue expositio. Quo habito dicendum est, ꝙ confessio quantum ad primum, videlicet peccati recognitionem inter hominem & Deum fuit in lege naturali. de qua dicit in psa. 31. Dixi confitebor iniustitiam meam domino &c. in lege autem veteri fuit confessio quantum ad recognitionem peccati inter se & Deum, & quantum ad aliquam manifestationem in genere, non tñ in specie in signo non in verbo quia offerendo capram vel hędum sciebatur, ꝙ peccauerat, sed quia hoc sacrificium erat pro quolibet peccato per ignorantiam facto nõ erat ista manifestatio nisi in genere & nõ in specie. ¶ In lege autem noua confessio fit per enarrationem peccatorũ in specie, & circunstantiarum factam homini. & hæc de secundo articulo. ¶ Ad rationes factas in oppositum respõdẽdum est. Ad primam respondetur ꝙ Adam vituperatur de hoc, ꝙ peccatum suum corã Deo non recognouit, non aũt de hoc, ꝙ confitebantur homini, quia tunc nullus erat pter vxorem suam. confessio autem quæ fit Deo per recognitionem peccati est de iure naturali. dicit. n. lex naturæ peccatũ non esse superbe excusandum, sed humiliter recognoscendũ: nunc. n. loquimur de confessione quę fit homini sponte ad remissionem peccatorum consequendam, talis autẽ non est de iure naturali, sed diuino, vt dictum est vnde ratio non procedit. ¶ Ad secundam respondetur simili modo. vel dicendum vt ait magister Alexander de halis, confessio quæ exigebatur à domino ab Adam & Cain non fuit sacramentalis, sed canonica, quia exigebatur à iudice punituro seu cõdemnaturo eum, vt euidentia facti sequentis ostendit, & ita non procedit. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta dominũ Albertum, quod Iob non loquitur de absconsione quæ est in confessione facta sacerdoti, sed potius de absconsione, quã facit deprehensus in peccato, quando peccatum negat se fecisse, vt alijs iustus videatur. Et ista expositio trahitur ex gl. ibidem, & illud non est ad propositum, conformiter respõdet S. Tho. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Ratio est iuxta sanctum Thomam, quia præcepta legis manent eodem modo in lege Moysi, & in lege noua. cõfessio autem non. quia licet aliqualiter (vt prædiximus) esset in lege Moysi, non tamen eodem modo, sicut in lege noua, sicut nec in lege naturæ. In lege enim naturæ sufficiebat interior recognitio peccati ad Deum, sed in lege Moysi oportebat aliquo signo peccatum protestari, sicut per oblationẽ hostiæ pro peccato, ex quo etiam homini innotescere poterat eum peccasse, non autem oportebat vt speciale peccatum à se commissum manifestaret, aut peccati circunstantias, sicut in lege noua oportet. ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta dominum Albertum, quia licet pœnitentia secundum quod est in genere virtuosa seu in genere virtutis. sit de iure naturali. Naturale enim est, ꝙ quis pœniteat de malis q̃ fecit quãtum ad hoc ꝙ doleat se fecisse, & dolens remedium quærat per aliquem modum, vt inquit S. Thom. in 3. parte, non tamen ꝙ est in genere sacramenti, 2m quam cõsiderationem assignatur vna eius, pars. confessio est de iure naturali nulla. n. ratio naturalis, vt inquit dominus Duran. dictat ꝙ illud quod est secretum mihi dicã alteri, & ꝙ per eius absolutionẽ habeã reconciliationem. ¶ Ad sextam respõ. negando consequentiam. & ratio est 2m dominum Alber. in 4. ꝙ non eodẽ modo sunt istæ partes pœnitentiæ. quia prima & vltim. pars respiciunt peccatum in pœnitente secundum pęnam vel 2m culpam, sed confessio non respicit hic nisi quod est in ministro ecclesiæ qui constituitur ad sacramenti dispensationẽ, & habet vim clauium, & ideo prima & vltima pars sunt iuris naturalis. sed non media quæ non respicit nisi tãtum ea quæ sunt sacramenti, & non virtutis pœnitentiæ, nisi forte quo ad recognitionem peccati cor Deo, & ideo sequitur, sed prima & vltima sunt de iure naturali, ꝙ sit media quia non eodem modo sunt partes eius. hæc Alber. conformiter dominus Bonauen. respondet d. quòd istæ tres partes respiciunt pœnitentiam secundum ꝙ est virtus, & 2m ꝙ est sacramentum, sed specialiter contritio & satisfactio respiciũt virtutem, sed confessio magis est pœnitentiæ, vt est sacramẽtum. Litera. ¶ [Deniq;] continuat probationem per multas authoritates & exempla ꝙ sine confessione à peccato nullus mundari possit. Est nihilominus notãdum, quòd loquitur multum vniuersaliter de confessione, quia non tantum vt dicit manifestationem delicti factam homini, sed etiam prout dicit solam recognitionem delicti inter hominem & Deum, cuiusmodi fuit confessio in statu naturæ, vt in quæstione declarauimus quoniam si loqueretur solum de confessione sacramentali quę pars ponitur sacramenti pœnitẽtiæ probationes positæ in litera non essent efficaces, incipit à peccato primorum parẽtum [requisiti]. i. interrogati. [primi parentes à domino] quare culpam talem commisissent non vt Deus aliquid sibi ignotum per eorum remissionem agnosceret, sed vt confitentes. i. recognoscentes humiliter peccatum suum veniam de eo consequerentur. Gen. 3. [serpens aũt]. i. diabolus qui inuidus & venenosus [serpente]. i. organo vsus est ad deceptionem primorum parentum. † dia bolus ergo non est requisitus de culpa. tum primo quia peccatum eius non est remissibile, & hoc est quod dicitur in litera, quia per confessionem quamcunq; nõ reuocabatur ad vitam. tum secundo, quia diabolus iam erat condemnatus, inquisitio autem fit ante condemnationem, vnde magister Nico. de lyra dicit super hunc locum Gen. 3. † considerandum ꝙ ante condemnationem interrogauit Deus virum & mulierem, quia nullus condemnãdus ante inquisitionẽ, 2m illud Ecclesiast. 11. antequam interroges non vituperes quemquam: serpentem autem non interrogauit, quia diabolus qui in serpente loquebatur non pro suo fuerat condẽnatus, & de cœlo empirco deiectus. Cain] 2m ponit exẽplum. quod habetur Gen. 4. [primæ præuaricationi]. i. peccato primorum parẽtum. vel primæ præuaricationi. i. odio fraterno. quia prius cepit eum odire, & postea ex odio & inuidia interfecit eum. Hug. [vbi est frater tuus.] non interrogat ex ignorantia. sed vt responsione conuincat eum rationabilius [maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear] .i. tantum est peccatum meum, vt non cadat sub mĩa Dei. vbi dicit Aug. mentiris Cain, maior est Dei mĩa, quam oĩm peccatorum miseria [vagus]. i. instabilis. [à facie Dei] non quidem à diuinitate, quia sicut ait Nic. de lyra, cum vbique sit, ab ea nullus potest ingredi. † sed egressus est à facie similitudinis, vel creaturæ in qua Deus loquebatur, vel vt dicit gl. interli. i. à misericordia Dei & participatione lucis eius [dissimulant] id est, nolunt confiteri in corde Deo, & ore sacerdoti. Hugu. [reges] inducit tertium exemplum, duo quippe isti reges qui fuerunt scilicet Pharao rex Aegypti. & Abimelech Gerare [per ignorantiam ducti] propter dictum Saræ quæ dixerat se sororem esse Abrahæ. [in Abraham deliquerunt] auferendo eius vxorem, quam credebant esse sororem eius. [sanari meruerunt] scilicet sanitatem obtinuerunt. Gene. 2. [passiones morum] id est, delicta siue peccata quæ sunt peccata id est, passiones siue infectiones animarum [non sanantur nisi orationibus] ecclesiæ supra ea. distinct. §. multiplex.

plex[Moysi]quartum exemplum[præcepit]Leui.13. vbi dicitur,plaga lepræ si fuerit in homine adducetur ad sacerdotem.& videbit eam,in quo significatur ꝙ peccator peccati lepra percussus debet se ostendere per confessionem sacerdotibus,vt mundetur à culpa.tangit hic Hu.4.genera lepræ designata in antiqua lege,quæ quia ad longũ repetit hic gl. ideo pertranseo[contaminaretur vel mundaretur].i.vt mũda vel immunda iudicaretur,siue ostenderetur[Saul]sequit quintum exemplum Saul,de quo habetur.1.Reg.16.vbi dr̃. quandocunq; malignus spiritus arripiebat Saul, & Dauid tollebat cytharam,& percutiebat manu sua,& refocillabat Saul,& leuius habebat,recedebat.n.ab eo spiritus malus, in quo designatur,ꝙ peccata à diabolo non liberabantur nisi Dauid.i.ecclesia orationibus Deo psallat pro peccato orando ipsum mouendo,& ad pœnitentiam cõtriti cordis & cõfessionem ad satisfactionẽ reducat[spiritualis gratiæ]id est, charitatis vel ecclesiasticæ vnitatis, quam qui non participant digne pęnitere non possunt vel consequi salutẽ,vt infra.di.6.qui vult.hic.n.sæpe contingit ꝙ ad preces siue ꝑdicationem ecclesiæ aliquis compũgitur & inspiratur ei fides per quam peccata tolluntur,& ita dicitur ecclesia hic face-

Quęstio.

12 re.Hug.¶Verum circa hunc locum surgit quæstio.† vtrum virtute melodiæ possint expelli demones à corporibus obsessis. Et videtur primo ꝙ sic. ex textu præsentis literæ, in quo dicitur. ꝙ cũ Dauid psalleret seu psalterium arriperet & corã Saule psalleret ab eius vexatione diabolus cessabat. 1.Reg.16.dicitur ꝙ recedebat ab eo spiritus malus.¶Secundo sic.Thobiæ.6.dicit angelus Raphael de iecore piscis, ꝙ super carbones ponatur fumus eius exurit omne genus demoniorum,siue à viro,siue à muliere.odor autem huiusmodi fumi non est maioris virtutis,quàm melodia, maxime cũ sensus auditus sit magis disciplinabilis.ergo &c. ¶Tertio in musica Guidonis dr̃.ꝙ sunt quidam demones qui melodiã sustinere non possunt.¶ Quarto Iosephus libro de Iudaico bello dicit ꝙ in exercitu Titi cum obsideret Hierusalem, erat quidam qui per lapidem annuli demones expellebat à corporibus obsessis.¶Quinto Salomonem dicitur etiam fecisse exorcismos ad demones expellendos,ista autẽ sunt quædam sensibilia.vnde non videtur in eis esse maior virtus quã in melodia.ergo &c. ¶In oppositum arguitur ex illo Iob. 41.non est potestas super terram quæ ei comparetur, dicit de diabolo ex quo patet,ꝙ maior est virtus demonis, & superior quã cuiuscunque rei corporalis vel sensibilis,minor autem potestas non habet efficaciam super maiorem , vel econuerso.melodia vero est quidam sensus immutans auditum corporalem.ergo virtute melodiæ non possunt expelli demones à corporibus obsessis.¶Respondeo dicendum,ꝙ nobis videtur sub aliquibus conclusionibus sequendo maxime determinata per magistrũ Nico.de lyra super primum

Primum ar.

Secundũ ar.

Tertium ar

Quartũ ar.

Quintũ ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

13 librum reg.c.16.¶Prima conclusio.†nec melodia nec herba nec cuiuscunque lapidis virtus,aut rei sensibilis substantia potest naturali virtute in demonem aliquid agere,per ꝙ possit ad aliquid compelli,nec per consequens à corporibus obsessis expelli,aut eius vexationes excludere.hæc cõclusio probatur sic.nullus spiritus separatus potest naturaliter pati ab homine seu à corpore.patet quia agens præstantius est passo.,vt & de anima habetur.& Aug.2.super Gen. sed demon est spiritus separatus,ergo sequitur ꝙ nulla res sensibilis,aut virtus corporalis potest in demones aliquid agere directe vel indirecte,cum sint substantiæ spirituales, per quod possint ad aliquid compelli &c.quæ conclusio etiam ponit à magistro Henrico de gandauo in 8. quolibeto. q.35. qui ita dicit,ꝙ non est aliqua vis in lapidibus,aut herbis quæ demonem cogere potest vel fugare vllo modo. licet fingere posset se cogi per herbas aut lapides aut carmina,hoc autẽ nullum horum facere posset nisi Deus supernaturaliter eis huiusmodi virtutem indidisset,quemadmodum indidit eã sacramentis & verbis sacramentalibus.¶Secunda conclusio.

Prima conclusio.

Augustin.

Hẽricus de gandauo.

Secũda conclusio.

14 †diuina virtus potest immediate vel mediate puta mediantibus angelis bonis aut sanctis agere in demones,& eos compellere ad aliquid agendum.patet conclusio,cum diuina virtus sit superior cui subiecta est oĩs potestas alia. vnde Christi discipuli.72.reuertentes gaudentes dicunt Christo, dñe etiã demonia subijciunt nobis in nomine tuo.¶Tertia cõ-

Tertia conclusio.

15 clusio.†melodia vel aliqua res sensibilis põt vexationem mitigare,ita vt per illa sensibilia afflicti cũ demonibus leuius ferãt,hoc tñ non agendo in demonem,sed in vexatum à demone.hæc conclusio ostendit dupliciter.primo ex parte di-

spositionis maioris vel minoris ipsius subiecti,quod vexat à demone sic.cũ ẽm Arist.2.de aĩa. actus actiuorum sunt in patiente disposito,oĩs causa limitatæ virtutis potest inducere effectum intensiorem in disposita materia,& minus intẽsum in minus disposita materia,demon autem est limitatæ virtutis:ergo intensiorem inquietationem potest facere in hoĩe disposito ad illam vexationem , siue ad illud ad quod intendit demon vexando inducere,q̃ in hoĩe contrariæ dispositionis,vtpote si aliquis est dispositus ad passionem melancholicam,q̃ illum hoĩem qui habet contrariã dispositionem,ꝑp quod demones quia nõ possunt materiã corporalẽ ẽm suã voluntatẽ trãsmutare,sed hęc faciãt mediãtib.actionibus corporalibus:in suis.n.actionib.hoĩes affligendo aliq̃ cõsiderant dispositionẽ materiæ corporalis. † vnde dñr aliq

16 lunatici,vt dr̃ Mat.4.& 18.qui ẽm variam dispositionẽ lunæ affligunt à demonibus ex diuina ꝑmissione,quia luna habet dñium super humida,& ẽm hoc cerebrum hoĩs quod inter oẽs partes corporis est magis humidũ,magis est aptũ ad suscipiendũ actionẽ demonis,vno tpe q̃ alio ẽm varium motum lunæ,sed certum ꝙ herbæ vel melodia,vel aliæ res sensibiles multũ possunt dispositiones corporis immutare, & ex cõsequenti sensibilitatis motus de herbis.5.de hoc manifestum est cũ quædã hoĩes magis inclinent ad delectationes corporales, & q̃dã ad tristitiã.de harmonia etiã patet.8.Politi.per philosophum qui vult,ꝙ diuersæ armoniæ habẽt ꝓuocare diuersas passiones in hoĩe,hoc ẽt refert Boethius in musica sua:refert etiã author de ortu scientiarum,vbi loqui

Boethius.

17 tur de vtilitate musicæ.† & dicit ꝙ valet ad curãdũ infirmitates aliquas,vel alleuiandũ.& ita patet ꝙ herbæ vel armoniæ q̃nq; possunt causare in hoĩe aliq̃ dispositionẽ cõtrariã illi vexationi,qua demon conat hoĩem vexare, & per consequens patet,ꝙ per tales res sensibiles causari põt dispositio in corpore humano,per quã minus subdatur actioni demonum,& sic afflictio ab eo causata diminuitur , & alleuiatur. ¶Secundo ostenditur siue declaratur præfata conclusio ex parte perceptionis,quæ requiritur ad afflictionem,& sic ad

18 afflictionem requirit perceptio†delectatio.n.est coniũctio conuenietis cum conuenienti,cũ perceptione eiusdẽ, & iõ illud quod minuit perceptionem hmõi , diminuit & alleuiat affectionẽ,melodia vero attrahit ad se mentis intẽtionem,& per cõsequẽs ab alio retrahit,& sic põt alleuiare afflictionem à demone cãtam in hoĩe inq̃tum retrahit ad se attentionẽ,& retrahit ab afflictionis perceptione,sed demonem affligentem nõ põt expellere vt dictũ est.¶Ad primũ igit dicendũ est,ꝙ per melodiã virtute naturali Saul leuius poterat ferre,vt dictum est,sed per eã,vt sic demon recedebat,sed magis virtute diuina immediate vel mediãtibus Angelis sanctis ex merito Dauid qui laudes diuinas in cythara canebat ꝓ salute Saulis, sicut & ꝑ orationes leguntur demones expelli à corporibus obsessis,melodia ẽt ad hoc aliquo mõ faciebat nõ agendo in demonẽ,sed inq̃tum deuotionẽ Dauid excitabat. sic & 4.Reg.3.c.dr̃,ꝙ Heliseus fecit adduci psalteriũ,vt mẽs eius in Deum eleuaret, & eodẽ mõ est in proposito,ex melodia mẽs Dauid magis eleuabat in deũ, & eius laudes ad expulsionẽ demonis erant magis efficaces apud Deum:vel põt dici ꝙ si ad melodiam illã Saulis recedebat spiritus malus,non erat propter vim melodiæ,sed ꝓ

Ad primũ argument.

19 pter virtutem crucis Christi.†quã cythara Dauid figurabat & hæc responsio colligit ex gl.ordinar.1.Reg.16. vbi ita dr̃ Dauid in cythara sua malignum spiritum compellebat , nõ ꝙ tãta vis erat in cythara,sed in signo crucis Christi quę de ligno chordarũ extẽsione gñabatur,quę iam tunc demones effugabat &c.¶Ad ẽm dicẽdum.vt dicit Nico.de lyra,ꝙ liber Thobię non est de canone,& ideo licet recipiatur in ecclesia ad legendum pro ędificatione,tñ non est efficax ad ꝓbationem alicuius dubij,vt dicit Hier.in ꝓlogo galeato.verumtñ põt dici,ꝙ fumus illius iecoris non expulit demonem,sed meritum orationis Thobię,quod per fumi odorẽ designabat,& hoc patet per illud quod ibidẽ dr̃ , ꝙ angelus Raphael apprehendit demonẽ & religauit eũ in superioribus Aegypti.ex quo patet ꝙ nõ virtute fumi iecoris,sed virtute sancti angeli voluntatem diuinã exequẽtis,fuit ille demon expulsus,& ita fuisset in quacũq; alia persona,vbi talis oratio & diuina ordinatio affuisset.& hoc mõ intelligenda sunt verba angeli Raphaelis , vt exponit Nicolaus de lyra. ¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ de dicto illius Guidonis non est curandũ multũ,cum nullius sit authoritatis.põt etiam dici ꝙ ad melodiam repellũtur propter sanctitatem melodiam

Ad secundũ Nic.de lyra Hieron.

facientis, vt dictum est de Dauid vel propter malitiam ipsius, vtpote si fiat ad hoc vt per hoc reuerentia Deo debita demonibus tribuatur, cuiusmodi sunt cupidi, & sic recedũt non sicut coacti, sed voluntarie vt tales hoĩes in errore teneant, & in sua seruitute, ꝙ maxime desiderant. ¶Ad quartum per hoc idẽ patet responsio de illo qui in exercitu Titi demones expellebat, ꝙ hoc arte magica faciebat per pacta cum demonibus inita tacita, vel expressa, quibus fingunt se expelli, vt hoĩes in errore teneant, & in sua seruitute, vt dictum est. ¶Ad quintum de exorcismis à solutione cõfectis dicendum, ꝙ si fecit ea tempore quo habebat spiritum Dei illis repellebantur demones virtute diuina, sicut supra dictum est de oratio nibus sanctorum, si autem confecit eos postquam spiritu Dei priuatus est repellebantur eis demones arte magica, prout demones fingunt se expelli modo ꝓdicto vt hoĩes teneant in suo errore. [Dauid quoque ponit sextum exemplum. Legitur. n. 2. Regu. 2. ꝙ dominus misit Natham prophetam ad Dauid redarguere eum de peccato adulterij, quod cõmiserat cum Bersabee, & homicidij Vriæ comminans eidem pœnam à domino contra eum promulgatam, qui Dauid compunctus confessus est peccatum suũ dicens. peccaui domino. dixit quoque Nathan ad Dauid. dominus quoque transtulit peccatum tuum. vbi patet ꝙ ad cõfessionem peccati transfertur. i. remittitur, peccatum, & sibi dr, non morieris. quia Eze. 18. dr ꝙ si peccator auerterit se ab iniquitate sua, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur. [Achab] ponitur septimũ exemplũ. de hoc legitur. 3. Regum. 21. ꝙ cum esset vinea Naboth, & cũ cuperet Achab rex, & non posset eam habere, iratus est, & commotus maligno consilio Iesabel interfecto Naboth vineam eius occupauit, cui dominus, an. s. per prophetam Heliam tesbitem. occidisti insuper & possedisti in loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum &c. cum autem audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, & factus est sermo ad Heliam tesbitẽ dicens nonne vidisti Achab humiliatum corã me, quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malũ domui suæ. Ex hoc patet ꝙ Deus cor contritum, & humiliatum non despicit, & ꝙ confitentibus sua peccata remittit. [de innocentis]. Naboth [audiret] per Heliam [reueritus] humiliando se, & pñiam agendo de peccato suo [Niniuitę] ponitur octauum exemplum. de hoc habetur Ionæ. 3. vbi præcepto regis omnes egerũt penitentiã. sic. n. rex inter cætera ait. operiant saccis homines & iumenta, & clament ad dominum in fortitudine, & conuertat vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorum, quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & auertatur furor iræ suæ, & non peribimus. & vidit Deus opera eorum, quia cõuersi sunt de via sua mala. & misertus est eis dñs [quis scit] hoc scriptum est non in Iona, sed Ioel. 2. ex quibus patet ꝙ pœnitentibus, & peccata sua confitẽtibus Deus peccata sua dimittit [Nabuchodonosor commutatus] nonum ponitur exemplum de Nabuchodonosor, de quo habetur Dan. 4. de quo etiã habetur. 23. q. 4. Nabuchodonosor [commutatus] non quidem ꝙ in bestiam fuerit substãtialiter mutatus, sed quia bestiali modo viuebat, vt dicit Nico. de lyra sup Dan. & inducit. c. remittuntur. 23. q. 5. [non autem quia per pœnitentiam reuocari ad regnum meruit. vt 24. q. 4. Nabuchodonosor [deniq;] ponitur decimum exẽplum de plebe Israelitica quod habetur ex historia. 4. Reg. & per Esaiam prophetam [captiuata] suis demeritis exigentibus, à qua nõ est liberata nisi Danielis & aliorum sanctorum precibus, & per confessionem suorum peccatorum, orauit. n. Daniel ꝓ peccatis populi. Dan. 2. orauit etiam Hiere. Trenorũ. 4. [in euãgelio quoq; &c.] ponitur. 11. exemplum de his quos beatus Io. baptizabat quos primo ad pœnitẽtiam vocabat. Matth. 3. pœnitentiam agite [baptismo pœnitẽtię]. s. baptismo Io. 2 non Christi. †baptismus Io. dicitur baptismus pœnitentiæ, vt dicit magistersenten. in 4. di. 3. quia erat in pœnitẽtia, nõ in remissione peccatorum, baptismus vero Christi nõ in remissione, quia Ioannes baptizans hoĩes ad pœnitentiam vocabat, & quos baptizabat pœnitere docebat, ſm illud Matt. 3. veniebant ad eũ in Iordanem confitentes peccata sua, verum in baptismo Io. non dabatur remissio peccatorũ quæ data est in Christi baptismo, vt in c. non regenerabantur de consẽ. di. 4. [Christus quoque] 12. exemplum ponit de Christo, quod inducitur ad ostendendum, ꝙ confessio sit necessaria ad salutem, quia quos Christus sanauit propria petitione eorum aut amicorum salutem illis tribuit ad clamorẽ Chananeæ illius filiam sanauit. Mat. 8. similiter filiam Archisynagogi. Mar. 2. & sic de alijs per euangelia discurrendo [Luca. n.] s. 7. c. [pro socru] febricitante [leprosus vero] Lu. 5. Ma. 8. [cœcus] de quo Lu. 18. [tres mortuos]. s. filiã principis synagogæ. Mat. 9. & filium viduæ. Luc. 7. & Lazarum. Ioan. 12. [quartum] de hoc quarto in euangelio nihil expresse legit. bene quidem legitur ꝙ Christus cuidã discipulo dixit Mat. 8. ꝙ eum sequeretur, & ille ait. domine permitte me ire & sepelire patrem meum, Iesus autem ait illi. sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. vbi Christus non rogatur ꝙ mortuum resuscitaret: sed ꝙ mortuum sepelire ꝑmitteret. sed in hoc bene est figura ꝙ peccator qui peccatũ suum vult sepelire, & non confiteri ꝙ à culpa non resurgat [ex quibus] concludit ex præcedentibus exemplis ꝙ ad remissionem culpæ necessaria est confessio ecclesiæ intercessio [hinc] alijs exemplis confirmat præfatam conclusionem. s. exemplo Dauid qui ante confessionem suorum peccatorum flagellari meruerat, postea correctus dicebat [quoniã tacui]. s. peccata mea non confitendo, quæ confiteri debebã inueterauerunt omnia ossa mea]. i. interior fortitudo & virtus defecit si contra fecisset, vt dicit Aug. in glo. [innouaret virtus robusta in domino] si. n. clamasset peccator inueniretur in se infirmus, sed fieret in domino firmus, nunc autem peruerse tacuit peccata, & clamauit merita. vnde subdit [dũ clamarem tota die] vbi Cassiodorus inquit. tacuit. n. quæ dã non tacuit quædam. vnde proficeret non tacuit, vnde deficeret tacuit, confessionem clamauit, de meritis præsumptionem nõ fecit. hæc ibi [membrorum ait hinc Christus] aliud exemplum [Christus. n. de persona non absorbeat profundum] gl. peccatorum, quod deglutit animas. vnde vt dicitur Prouer. 18. impius cum in profundum venerit malorũ contemnet, hæc pericula imminent membris eius pro quibus hæc dicit [nec vrgeat super me puteus os suum] hoc est, vt dicit gl. Aug. [profunditas] iniquitatis humanę [vrgeat]. i. claudat [nunquam si cecideris &c. hinc idem] ad prædictam conclusionem inducit alias authoritates [introite]. psa. 29. [portas eius] glo. Ambro. i. misericordiæ Dei [in confessione] in portis initium & cõfessio peccatorum à qua incipiemus ad misericordiam Dei intrare [hinc] consequenter ad idem inducit, quod ideo Io. s. Mat. 3. [& saluator] Mat. 4. [exordium in actibus]. Actu. 4. [& his facile.] concludit quòd sine confessione non habetur venia, & ad hoc inducit sequentes au-
2 1 thoritates [sufficit] hæc scribit Leo papa† cõfessio. n. dicitur sufficere pœnitenti si præfuerit cordis contritio. sicut. n. in psa. 31. dicitur dixi confitebor aduersum me, & tu remisisti impietatem peccati mei. Ex quo patet ꝙ confessio quæ fit Deo subintellecta cordis contritione sufficit ad salutem, nõ tamen contempta oris confessione, quæ fienda est sacerdoti pro tempore & loco. nam dominus sacerdotibus ait. Ioan. 20. quorum remiseritis peccata remittuntur eis [pœnitentia] idem Leo hoc scribit, dicit ꝙ pœnitentia. i. absolutio & indulgentia non est deneganda, sed dulciter concedenda [vt ad indulgentiæ medicinam]. i. remissionem peccati aĩa vulnerata peccatis ꝑueniat. in hoc sacerdos imitetur exemplũ Samaritani qui sauciati vulnera curauit. Luc. 15.

Ad quartũ. Ad quintũ. Nic. de lyra

Augustin. Cassiodor. Augustin. Ambrò.

a ¶ Remissio peccatorũ. in baptismo dimittũtur pctã, & nõ lex. Petr. de Anc. in c. gaudemus num. 20. de diuor.

2 *Satisfactio quid dicatur. Et qualis esse debeat. nu. 11.*
3 *Satisfactio qualiter differat à restitutione.*
4 *Homo efficitur debitor Deo dupliciter.*
5 *Satisfactio est duplex.*
6 *Iustitiæ nostræ dupliciter considerantur.*
9 *Debitum honoris est quadruplex.*
12 *Peccatorum radices sunt tres.*
13 *Sententia dupliciter intelligitur.*


On sufficit. Postquam ostẽdit necessariã esse pœnitẽtibus confessionẽ, nunc consequenter ostendit necessariã ẽt fore illis satisfactionem. Et pôt hæc pars in tres partes diuidi. Primo facit ꝙ dictum est, videlicet ostendit pœnitẽti de præteritis peccatis necessariam esse confessionem, & satisfactionem. secũda ostendit vtilitatem eius. Tertio ꝙ per opera pœnalia satisfactio sit exercenda, etiam à multis abstinendo, secundum ibi, nouit, tertium ibi, aliud est quidem. Pro pleniori intelligentia huius literæ veniunt quatuor quærenda.

1 ¶Primum

1 ¶ Primum est vtrum sit possibile homini pro peccatis suis satisfacere.
7 ¶ Secundum est vtrum in satisfactione requiratur opus exterius.
8 ¶ Tertium est vtrum oporteat quod satisfactio fiat p opera pœnalia.
10 ¶ Quartum est: vtrum conuenienter assignentur partes satisfactionis in litera, cũ dicitur pęnitentiæ lamenta &c. cooperantibus eleemosynis & ieiunijs.

1 **Ad primum** Sic proceditur.†Et videtur quòd possit Deo satisfacere. Primo sic. satisfactio debet ęquari offensæ; sed offensa in Deum commissa ē infinita, quia quantitatem recipit ab eo, in quem committitur, cum plus offendat qui principem percutit, quam alium quemcunque. cum ergo actio hominis non possit esse infinita, videtur quod non sit possibile, quod homo Deo satisfacere possit. ¶ Secundo. seruus (quia totum q habet domini est) non potest aliquid domino recompẽsare, sed nos serui Dei sumus, quicqd nos boni habemus ab ipso habemus. cum ergo satisfactio sit recompensatio offensæ præteritæ, videtur quod non sit possibile hominem Deo satisfacere. ¶ Tertio sic. ille cuius totũ quod habet non sufficit ad vnũ debitum soluendum, non potest pro alio debito satisfacere. sed quicquid homo est, habet & potest, non sufficit ad persoluendum debitum pro beneficio creationis. vnde Esa. 15. dicit. quod ligna libani non sufficient ad holocaustum. ergo nullo modo potest homo satisfacere pro debito offensæ cõmissæ. ¶ Quarto confirmatur per illud Esa. 64. omnes iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatæ. Ex quo videtur. q per nulla opera iustitiæ facta per nos cum sint vilia, potest Deo satisfieri. ¶ Quinto sic. pactum actuale mortale est grauius quam originale. sed pro originali nullus potuit satisfacere, nisi esset Deus & homo. ergo nec pro peccato actuali. ¶ Sexto peccatũ diaboli non excessit peccatum nostrum in infinitum. vt patet. sed diabolus non potuit satisfacere Deo p peccato suo, ergo nec homo. maxime cum natura & virtus demonis fuit multo fortior & nobilior, quã humana. ¶ In oppositum est beatus Aug. in litera præsenti. ¶ Respondeo videndum est prius quid sit satisfactio. secundo de quæsito. ¶ Quantum ad primum sciendum est iuxta dominum Durandũ†quod satisfactio est actus iustitiæ reducentis inæqualitatem iustitiæ commissæ per offensam ad æqualitatem iustitiæ per emendam.†& differt a restitutione proprie dicta. cum enim iustitia ordinet hominem ad alterum qui ordo potest esse conclusio ad res exteriores, vel quo ad actiones & passiones dupliciter potest se habere homo ad alterũ iniuste, vel in rebus tantum eis iniuste subtrahendo vel retinendo, vt in vsura, vel in actionibus iniuriãdo alteri tantũ verbo, vel verbo & facto. ita quod de rebus exteriorib. nihil sibi subtrahat. Prima autem inæqualitas reducitur ad æqualitatem iustitiæ per restitutionem, reddendo tamen quãtũ subtractum est de rebus exterioribus. sed secunda reducitur ad æqualitatem iustitiæ per satisfactionem. quandoque tñ restitutio accipitur pro satisfactione, sed proprie loquendo restitutio ē tm de rebus exterioribus iniuste habitis, satisfactio aũt p iniurijs iiuste illatis. Ex quo patet q licet ad restitutionẽ sufficiat ductio ad æqualitatẽ iustitię in rebus, ad satisfactionẽ tñ reqritur reductio ad æqualitatẽ iustitiæ & amicitiæ. quia iniuriosa actio nõ solũ est contra iustitiã, sed contra amicitiam. Est ergo satisfactio recompensatio per emendam ad recõciliandum amicitiam. Et hæc de primo. ¶ Quantum ad secundum sit ista cõclusio. possibile est homini Deo satisfacere pro peccato. Probatur conclusio primo sic, per illud Matt. 14. patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. ¶ Secundo ratione sic. sicut Hierony. dicit. qui dicit Deũ aliquid impossibile præcepisse, anathema est. sed satisfactio est in præcepto. Luc. 3. facite dignos fructus pœnitentiæ. ergo possib le est Deo satisfacere. Pro cuius cõclusionis declaratione est notandum iuxta Sã. Tho. in quarto. 4 †quod dupliciter homo ipsi Deo debitor efficitur. vno modo ratione beneficij accepti. Alio modo ratione peccati commissi. Et sicut gratiarum actio, vel cultus latriæ vel si quid est huiusmodi respicit debitum accepti beneficij, ita satisfactio respicit debitum peccati commissi. in his autem honoribus qui sunt ad parentes, vel Deos: etiã secundum philosophum impossibile est æqualens reddere, secundum quantitatem, sed sufficit quòd homo reddat qd possibile est. vt habetur. 8. Ethic. & hoc etiam est æquale aliqualiter. s. secundum proportionabilitatem. quia sicut se habet hoc quod Deo esset debitum ad ipsum Deum, ita hoc quod ipse potest ad eum, & sic aliquo modo forma iustitiæ seruatur. Et similiter est ex parte satisfactionis. ¶ Est ergo conclusio. quod homo non potest Deo satisfacere si sy satis quantitatis æqualitatem importet, bene autem potest, si importet æqualitatem proportionis vt dictum est. & hoc sicut sufficit ad rationẽ satisfactionis. dominus vero Albertus magnus in 4. habet alium modum loquendi, quia licet
5 in re non differat. dicit enim† quod duplex est satisfactio. s. secundum æquale iuris & secundum arbitrium eius cui facta est iniuria. loquendo primo modo de satisfactione non conuenit Deo satisfacere ab aliqua creatura a rationibus positis in arguendo sed loquendo. secundo modo bene conuenit soluere Deo pro peccato, quod exigit a nobis & de quo est ipse contentus. vnde Micheæ. 6. quod dignum offeram domino curuabo genu Deo excelso, nunquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos, nunquid placari potest Deus in milibus arietum. &c. & infra indicabo tibi, o homo quid si bonum, & quod dominus requirat a te vtique facere iudicium & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Et ad hoc videtur declinare sententia domini Durandi, qui dicit quod si æqualitas inter offensam & emendam consideretur secundum absolutam comparationem rei ad rem, quæ dicitur æqualitas proprie dicta, impossibile est hominem Deo satisfacere pro peccato. Si vero accipiatur æqualitas secundum acceptationem illius, cui fit emenda, quæ dicitur æqualitas interpretatiua, solum possibile est hominem Deo satisfacere. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. Ad primã dum dicitur quod satisfactio debet æquari offensæ. respondent aliqui, vt dominus Bonauentura, quod offensa habet infinitatem ex parte auersionis, & sic gratis dimittitur, sed ex parte conuersionis finita ē, & sic per ea satisfieri potest, sed hæc responsio vt dicit S. Thom. nulla est, quia satisfactio non respondet peccato, nisi secundum quod est offensa Dei, quod non habet ex parte conuersionis, sed solum ex parte auersionis. ¶ Secũdo iuxta Albertum magnum in 4. respondetur, quod argumentum procedit de satisfactione quæ importat æqualitatem quantitatis secundum quam (vt dictum est) homo Deo satisfacere non potest: & ita ratio non procedit. ¶ Vel tertio dicendũ iuxta S. Tho. in 4. quod sicut offensa habuit quandam infinitatẽ ex infinitate diuinæ maiestatis, ita etiam satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ materiæ, prout ē gratia informata, per quam acceptum redditur, quod homo reddere potest. ¶ Vel quarto respõdetur, quod licet hõ ex se satisfacere non possit pro peccato ex parte auersionis reddendo æqualens, potest tamen per hoc quod sibi communicatur meritum passionis Christi quod fuit aliquo modo infinitum. vt in tertio sententiarum dis. 18. dicit beatus Thom. ¶ Sed contra hanc solutionem quam approbat San. Tho. arguit dominus Durandus in quarto distin. 15. dicens quod nec Christus sm quod hõ pro se ipso potuit Deo reddere æquiualens pro beneficijs acceptis. cum ergo quicquid erat in Christo secundum humanam naturã esset obligatũ & ei debitum, non potuit esse satisfactio de condigno pro quocunque peccato considerando naturam rei, vel operis, sed solum secundum acceptationem Dei gratuitam. ¶ Sed salua reuerentia dñi Durandi ratio sua non militat. ¶ Pro quo sciendum, quod valor & efficacia operis non debet cõsiderari ex parte instrumenti, sed ex parte principaliter agẽtis, sicut valor & efficacia scripturæ, scit enim vnus scriptor ex eodem calamo melius scribere quam alius. vnde cum humanitas ĩ Christo vt inquit Damascenus se habeat vt instrumentum diuinitatis, valor & efficacia passionis & actionis Christi debet cõsiderari ex parte suppositi Christi. quod ē infinitæ virtutis, & ideo passio Christi potuit habere infinitam efficaciam ex parte suppositi, quod secundum humanitatem patiebatur. Ex quo sequitur quod condigne potuit satisfacere pro peccato quod infinitatem dicitur habere ex parte auersionis. Ex his potest solui ratio in oppositum vt inquit Durand. in responsionibus Durandi, quoniam licet operationes naturæ humanæ si substitissent in proprio supposito essent obligatæ Deo, non tamen ita videntur in supposito diuino, sicut nec ipsum suppositum diuinum. non enim suppositum diuinum obligatum erat vt secundũ naturam humanam pateretur. vnde condignam satisfactionẽ potuit facere. ¶ Ad secundam rationem principalem cum dicit, q

Marginal notes (left): Primũ arg. — Secundũ ar. — Tertiũ arg. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Sextum ar. — Opponit in cõtrarium. — Durandus. — Hierony. — S. Thom.

Marginal notes (right): Albertus magnus. — Durandus. — Ad primum argument. — Bonauent. — S. Thom. — Albertus — S. Thom. — Opponit in cõtrarium Durandus. — Respondet. — Damasce. — Ad secũdũ.

S. Thom. dicit, quod seruus &c. respondetur iuxta S. Thomā in quarto ad minorem, quod non ita sumus serui, quod non simus domini actuum nostrorum. Pro quo notandum, quod homo qui ad imaginem Dei factus est aliquid libertatis participat, inquantum est dominus suorum actuum per lib. ar. & ideo ex hoc ꝙ li. ar. agit. Deo satisfacere potest, quia quamuis Dei sit prout a Deo, est sibi concessum tamen libere, traditum est vt eius dominus sit quod seruo non cōpetit. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Thom. quod ratio illa concludit, ꝙ Deo æqualens satisfactio fieri non posit, non autem quod non posit sufficiens fieri, quamuis enim homo totū posse suum Deo debeat, non tamen ab eo exigitur de necessitate, vt totum quod posit faciat quia hoc est imposibile secundum statum præsentis vitæ, vt totum posse in aliquid vnum expendat cum oporteat eum circa multa solicitū esse, sed est quædam mensura homini adhibita, quæ ab eo requiritur scilicet, impletio mandatorum Dei & super ea potest aliquid erogare, vt satisfaciat & conformiter dominus Albertus respōdens ait. quod licet totum debeamus ꝙ sumus & possumus ratione conditionis, non tamen exigit dominus a nobis iure stricto, & ideo secundum suum arbitrium possumus satisfacere.

Ad tertium S. Thom.

Ad quartū. Albertus. ¶ Ad quartam quod inducitur in confirmatione respondetur secundum eundem dominum Al-
6 bertum † quod iustitiæ nostræ dupliciter considerantur. s. in comparatione ad nos: & ad gratiam informantem, quam habemus a Deo. Primo modo considerando dicit Esaias, ꝙ verum est, ꝙ iustitiæ sunt quasi panni menstruosi, quia multi sunt defectus nostri nec subijciunt pro peccato. Secundo autem modo consyderatæ sic Deo accepta sunt opera nostra, & satisfactionem merentur. concordat S. Thom.

Ad quintū. S. Thom. ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam, & ratio est quia sicut dicit S. Thom. quanquam peccatum originale minus habeat de ratione peccati, quam actuale mortale, & ita minus graue sit in ratione peccati, & vituperabilis, tamen ē grauius peccatum, quam cum ad bonum quod per ipsum corrūpitur. quia est ipsius humanæ naturæ infectio. & ideo per vnius hominis puri satisfactionem expiari non potuit, sicut actuale mortale, per quod tantum bonum huiusmodi personæ corrumpitur.

Ad sextum. ¶ Ad sextam respondetur negando consequentiam. quoniam diabolus nō dicitur non posse satisfacere pro peccato suo propter maioritatem delicti, sed quia est insusceptibilis pœnitentiæ & gratiæ, quę substramētum est & ratio satisfactionis, cum sit obstinatus in malo, & hoc idem est de homine dānato, & hæc de primo articulo.

7 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur quod in satisfactione non requiratur opus exterius.

Primū ar. Primo sic. Ioann. 5. dixit dominus languido quem sanauerat ad piscinam, ecce sanus factus es noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid cōtingat, sanato ergo non iniunxit dominus aliquid, nisi voluntatem peccandi q̄ est motus interior. sed omnis Christi actio nostra est lectio. ergo sacerdos pœnitenti sanato per contritionem non debet iniungere exteriorem satisfactionem. non ergo est necessaria satisfactio.

Secundū ar. ¶ Secundo ad idem videtur per quod dominus mulieri deprehensæ in adulterio non iniunxit vlteriorem satisfactionem. Io. 8. sed tantum dixit ei. vade & noli amplius peccare.

Tertiū arg. Opponit & Respondet. ¶ Tertio idem videtur ꝑ illud Ecclesiasti. 21. fili peccasti: non adijcias iterum. ¶ In oppositum est tex. præsentis literæ, vbi Augustinus dicit non sufficit &c. ¶ Respondeo dicendum ꝙ in satisfactione quæ pro peccatis iniungitur ab ecclesia, necessarium est opus exterius. patet hęc conclusio. tum quia de peccatis cōfesis fit per se satisfactio secundum arbitrium ecclesiæ, sed etiam non arbitratur satisfactionem iustam, nisi fuerit operæ exteriori. quia huiusmodi solum iniungit pœnitentibus. ergo in satisfactione necessarium est opus exterius. ¶ Secundo idem patet quia partes satisfactionis sunt oratio, ieiunium, eleemosyna. sed ista sunt opera exteriora: ergo conclusio vera. Est tamen hic

Alexander de halis. ¶ Remissio nē, adde ꝙ satisfactio ī foro pœnitētiæ nō tollit pœnam ciuilē Pe. de Anc. in c. accusasti nu. 2. de accusa.

iuxta dominum Ale. de halis notandum in quarto quod est satisfactio sacramentalis vtpote illa quæ iniungitur ab ecclesia, & hoc non fit nisi per opus exterius, & hæc proprie est satisfactio, & est vna pars pœnitentiæ & de ista loquitur conclusio. Alio modo extenso dicitur satisfactio opus quodcūque siue interius, siue exterius, quo pœnitens meretur reatus sui peccati remissionem: cuiusmodi sunt opera, quæ superintendunt pœnitentes operibus iniunctis ab ecclesia, & huiusmodi sunt de cōsummatione & securitate satisfactionis. Nota ergo. quod quædam sunt de fundamento satisfactionis sicut cauere a peccatis. sine quo non prodest satisfactio. Eccle. 24. qui baptizatur a mortuo & iterum tāgit mortuū quid prodest ei sanatio eius quædam sunt ad expeditionem siue facilitatem satisfactionis, sicut vitatio consortij mali, q̄a inter malos socios non fit satisfactio. vnde Mat. 17. egressus Petr. foras fleuit amare, vbi dicit gl. ab impiorum consilio seclusus culpam lauat, quod non intus. vnde super illud negauit coram omnibus nescio quid dicis, dicit gl. q̄ ā noxia prauorum colloquia quæ cogunt Petrum negare Deū. Quædam sunt de substantia satisfactionis: vt ieiunium, oratio, & eleemosyna, & hoc iniungunt sacerdotes pœnitentibus, cum dicunt, cauete a peccatis, vitare consortia malorū, ieiunate, orate, eleemosynam date. Quædā sunt de consummatione & ꝑfectione & securitate satisfactionis, sicut sunt alia bona, quæ faciunt pœnitentes supra satisfactionem iniūctam a sacerdote. vnde Esa. 2. docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. i. per sacerdotem docebit nos quid teneamur agere: & hæ sunt viæ, sed nos strictiorem viam faciamus, quam iniuncta sit. sunt enim strictiores semitæ, quā viæ. & hæc iniungunt sacerdotes in vniuersali, cum dicūt in pœnitentibus. omnia bona quæ facietis sint vobis pro pœnitentia.

Ad argum. ¶ His visis facile est respondere ad obiecta, ad omnia illa quæ obijciuntur, quod dominus remiserit peccatū sine obiectione iniunctionis exterioris satisfactionis. respondetur dupliciter. hæc primo iuxta magistrum Alexandrum de halis. quod Deus non iniunxerit satisfactionem exteriorem, quoniam videbat contritionem esse sufficientem, ad deletionem maculæ & pœnæ, sed sacerdos noster qui non vidit corda pœnitentium: nescit an sufficiens sit contritio, & propter hoc iniungit satisfactionem exteriorem.

Alexander de halis.

Sā. Thom ¶ Secundo respondetur iuxta S. Thomam in tertia parte, & melius, ꝙ ad potestatem excellentiæ quam solus Christus habuit ꝑtinuit, ꝙ Christus effectum sacramenti pœnitentiæ qui est remissio peccatorum contulit illis, sine pœnitētiæ sacramēto, licet non sine interiori pœnitentia. quam ipse in illis per gratiā operatus est. ad illud ꝙ obijcitur de ecclesiastico. respondetur. quod hoc non sufficit. s. non adijcere, nec ibi etiā dicitur quod illud sufficiat. vnde subditur de satisfactione orationis cum subditur. sed de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.

8 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur quod satisfactio non debeat fieri per opera pœnalia.

Ad primum argument. Primo sic. Anselmus libr. cur Deus homo dicit, quod satisfacere sit honorem debitum Deo contribuere. sed hoc alijs quam pœnalibus operibus impendi potest. ergo satisfactionem non oportet pœnalibus operibus fieri.

Secūdū ar. ¶ Secundo sic. per satisfactionem oportet fieri recompensationem ad diuinam offensam. sed nulla recompensatio videtur fieri per opera pœnalia. quia Deus non delectatur in pœnis nostris. ergo non oportet satisfactionem per operā pœnalia fieri.

Tertium ar. ¶ Tertio sic. quanto aliquod opus ex maiori charitate procedit, tāto opus minus est pœnale. quia charitas pœnam non habet. 1. Io. 4. si ergo oportet opera satisfactoria esse pœnalia quanto sunt magis ex charitate facta: minus erunt satisfactoria. ꝙ est falsum. ergo &c.

Quartū ar. ¶ Quarto sic. si opus satisfactorium est necessario pœnale, sequitur ꝙ quanto est pœnale, est magis satisfactorium. sed magis est pœnale tepido & carnali ieiunare vna die, quam viro deuoto & feruenti per totam vnā quadragesimam. ergo iste magis satisfacit ieiunando vna die, quam ille per totam quadragesimam. quod est inconueniens. quia sic reportaretur cōmodum defectu & malitia.

Quintū ar. ¶ Quinto sic. si hoc esset verum multis præclusa esset posibilitas satisfaciendi, vt illis qui nullum opus pœnale agere possunt.

Opponit ī cōtrarium. ¶ In oppositum est tex. pręsentis literæ. vbi dicit Aug. non sufficit eas res in melius cōmutare & a pręteritis malis recedere, nisi de his etiā q̄ facta sunt satisfaciat dn̄o per pœnitentiæ lamenta, vel dolorē, vel per humilitatis gemitum.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum. ꝙ satisfactio fienda est per opera. hæc conclusio probatur primo ꝑ illud Grego. in homilia. Iustum est vt peccatum tanto maiora sibi inferat lamenta per pœnitentiam, quanto maiora intulit sibi damna per culpam. veritas conclusionis sic ostēditur iuxta Sā. Tho. in 4. di. 15. satisfactio respectum habet & ad præteritam offensam, pro qua recompensatio fit per satisfactionem, & etiam ad futuram culpam. a qua per eam præseruamur, & quantum ad vtrunque exigitur, quo satisfactio per opera pœnalia: recompensatio enim offensæ importat adæquationem, quam oportet esse eius, qui offendit ad eum

S. Thom.

ad eum in quem offensa commissa est. Adæquatio in humana iustitia attenditur per subtractionem ab vno, qui plus habuit iusto, & additionem ab altero, cui subtractū est aliqd. Deo autem quamuis ex parte sua nihil subtrahi possit, tamen peccator quantum in ipso est aliquid ei subtraxit peccando: vt dictum est. vnde oportet ad hoc quod recompensatio fiat, ꝙ aliquid subtrahatur a peccante per satisfactionē quod in honorem Dei cedat. opus autem bonum ex hoc ꝙ est huiusmodi, non subtrahit aliquid ab operante, sed magis perficit ipsum. vnde subtractio non potest fieri per opus bonum, nisi pœnale sit, & ideo ad hoc quod aliquid sit subtractorium: oportet quod sit bonum, vt in honorem Dei fiat, & pœnale vt aliquid peccatori subtrahatur. Similiter etiam pœna a culpa futura præseruat, quia facile homo ad peccata redit, ex quo pœnam expertus est. vnde Philosophum pœnæ medicinæ sunt. Ceterum rationabilitatem huius conclusionis videlicet ꝙ satisfactio exercenda sit per opera pœnalia ostendit dominus Bonauentura sequendo magistrum Alex. de halis ex quatuor. ¶ Primo ex eo, quod in satisfactione est honoris ablati debita redditio, qui enim honorē Deo abstulit in culpa offendendo, debet honorem Deo reddere subijciendo se Deo in pœna. vnde amplius honorem istum debet homo reddere, quam si non abstulisset. & ideo requiritur vt non tantum famuletur per bonam operationē. verum etiam seipsum deijciat per pœnam assumptam. ¶ Secunda ratio quia satisfactio est deordinata reordinatio, de qua qui deordinat se per commissionem culpæ, optime reordinat se per perpensionem pœnæ, ideo &c. ¶ Tertia ratio. quia satisfactio videtur esse infirmantis curatio. curatio autem fit per contraria, cum ergo inducta sit infirmitas per delectationem culpæ, curari debet per sustinentiam pœnæ. ¶ Quarto quia in satisfactione est debiti solutio. vnde cum peccator debitor sit pœnæ merito debet per pœnam satisfactionem impendere, merito ergo satisfactio exercenda venit per opera pœnalia. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta magistrū

Bonauent. Alexander.

9 Alex. de halis & dominum Bonauenturam † quod quadruplex distinguitur debitum honoris. est enim debitum honoris veniens ex bono collato, & hunc debemus impendere per gratiarum actionem. & est debitum honoris veniēs ex mandato iniuncto, & hunc debemus per obedientiæ subiectionem. Et est debitum veniens ex maiestatis imperio & homine, debemus hūc per latriæ adorationem. Et est quarto debitum honoris proueniēs ex peccato commisso, & iste honor redditur Deo per sui ipsius punitionem, & hæc est in satisfactione. Et conformiter Sā. Tho. in quarto respondet dicens, quod debitum pro peccato est recompensatio offensæ, quæ sine pœna peccantis non fit: & de tali debito Anselmus loquitur. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Thom. quod quamuis Deus non delectetur in pœnis, vt pœnæ sunt delectatur tamen in eis, vt sunt iustæ, & sic satisfactoriæ esse possunt. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ maior illius argumentationis est distinguenda. Pro quo notandum quod sicut in satisfactione cōsideratur pœnalitas, ita in merito consideratur difficultas. diminutio autem difficultatis aut attenditur ex parte ipsius actus, & si sic talis difficultas diminuit meritum ceteris partibus, aut difficultas attenditur ex parte voluntatis & tunc diminutio difficultatis ex promptitudine voluntatis non diminuit meritum, sed auget. Et similiter in proposito. dicimus enim, quod diminutio pœnalitatis ex prōptitudine voluntatis quam facit charitas non dimittit efficaciam satisfactionis: sed auget. & rō non procedit. ¶ Ad quartam respondetur iuxta magistrum Alexandrum de halis, & dominum Bonauenturam, quod aliquid est pœnale naturæ, quia natura est sicut abstinentia ieiunij, & erogatio bonorum ex quibus esset sustentanda infirmitas humana. aliquid vero est pœnale ratione deordinationis culpæ, qua inordinatur voluntas, & inhabilitatur ad bonum, cuiusmodi est tepor, & carnalitatis, his enim deordinatur voluntas. prima pœnalitas congruit operibus satisfactionis. secunda non. ratio autem procedit de secunda nō de prima. ¶ Ad quintam vbi obijcitur, quod aliqui ratione infirmitatis vel debilitatis nihil pœnale possunt sustinere. Respondetur quod & si hoc supponatur licet aut raro aut nunquam accidat, nisi forte in graui & perpetuo languore, talibus non sunt indicenda huiusmodi opera laboriosa: sed illis sufficit dolor perpetuus, & detestatio commissi, & pro positum satisfaciendi si possibilitas daretur &c.

Ad primum argument. Bonauent.

S. Thom.

Ad secundū S. Thom.

Ad tertium S. Thom.

Ad quartū.

Ad quintū.

10 Ad quartum Sic proceditur † & videtur quod nō conuenienter assignentur partes satisfactionis in litera, cum dicitur, nisi satisfaciat domino ꝑ pænitentiæ lamenta &c. cooperantibus eleemosynis: & ieiunijs. Primo sic. quia tres partes ponuntur satisfactionis: s. ieiunium, oratio, & eleemosyna. hic nō ponuntur nisi duæ, s. eleemosyna & ieiunium, ergo &c. ¶ Secundo sic. dicit Apostolus. 1. Cor. pietas valet ad omnia. ergo vbi Apostolus loquitur de pietate, quæ est in eleemosynarum largitione. ergo est antidotum vniuersale circa omnem morbum spiritualē. ergo sufficit eleemosyna pro omni peccato. ergo superflue posuit ieiuniū. ¶ Tertio satisfactio necessaria est ad emendationem peccatorum, sed eleemosyna ab omnibus peccatis emundat Luc. 11. date eleemosynam, & oīa munda sunt vobis. ergo omnia alia sunt superflua. ergo inconuenienter opera satisfactoria in litera designantur. ¶ In oppositum est authoritas beati Augusti. ¶ Respondeo dicendū. quod conuenientissime assignātur partes satisfactionis, oratio: ieiunium: & eleemosyna. cuius conclusionis conuenientia ostēditur ex tribus iuxta S. Tho. in quarto. primo ex parte bonorum: quæ sunt in nobis, quæ nobis subtrahimus ad

Primū arg.

Secundū ar.

Tertiū arg.

Opponi: in cōtrarium.

S. Thom.

11 honorem Dei. Pro quo notandum quod † satisfactio debet esse talis, per quam nobis aliquid subtrahimus ad honorem Dei. nos autem non habemus nisi tria bona. s. bona animæ, bona corporis, & bona fortunæ. s. ex bonis quippe fortunę subtrahimus aliqd ꝑ eleemosinā, sed ex bonis corporalibus subtrahimus aliquid nobis per ieiunium, ex bonis autē animæ non oportet ꝙ aliquid subtrahamus nobis quantū ad essentiam vel quantum ad diminutionem ipsorū. quia per ea efficimur Deo accepti, sed per quod ea submittimus totaliter Deo, & hoc fit per orationem. ¶ Secundo colligitur conuenientia partium satisfactionis ex parte radicum pec

12 catorum, † quæ tres sunt & esse ponuntur. 1. Io. 3. s. concupiscentia carnis concupiscentia oculorū: & superbia vitæ. quia enim tria sunt propter quæ est necessaria satisfactio conuenienter assignata sunt tria satisfactoria. s. ieiunium contra cōcupiscentiā carnis. erogatio eleemosinæ cōtra cōcupiscētiam oculorum. Cōtra superbiam vitæ humilitas orationis. vt Aug. dicit super Mattheum. Si vis orationem tuam volare ad cœlum, fac ei duas alas ieiunium, & eleemosynam. hęc enim tria tollunt pondus peccati. Abstinētia tollit pondus carnis: eleemosyna auaritæ, oratio vero superbiæ. ¶ Tertio numerus iste cōuenienter accipitur ex parte, qua satisfactio nis est peccatorum suggestionibus aditum non indulgere, quia omne peccatum vel in Deum committimus, & cōtra hæc ordinatur oratio, vel in proximum, & contra hæc eleemosyna, vel contra nosmetipsos, & contra hoc ordinatur ieiunium. ¶ His habitis respōdendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando minorem. dicimus quod omnes tres ponantur in litera pręsenti, quoniam per contriti cordis sacrificium quod in oratione perficitur quæ est pius affectus mentis in Deum directus. ¶ Ad secundum respondetur iuxta magistrum Alexandrum de halis, quod licet eleemosyna valeat ad omne genus peccati delendum. s. dispositiue, non propter hoc sequitur, ꝙ aliæ partes satisfactionis non sint satisfactoriæ non enim dicitur pietas ad omnia valere quia sit medicina generalis sanans omnes morbos per cōtrarietatem, sed quia aliquo modo est operatiua ad remissionem oīs peccati ex Dei misericordia. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta Sanct. Thomam in quarto. quia licet singula illorum. scilicet orationis, ieiunij, & eleemosynæ per quandam conuenientiam singulis peccatis approprientur. quia congruū est vt in quo quis peccauit in hoc puniatur, & etiam ꝙ peccati commissi per satisfactionem radix abscindatur, tamen quodlibet horum peccato satisfacere potest. vnde vni qui non potest vnum ex eis perficere, iniungitur aliud, & preci pue eleemosyna aliorum vires supplere potest, inquantum alia satisfactionis opera per eleemosynam sibi quisque mereatur quodammodo in illis, in quibus eleemosynam tribuit. vnde non oportet quod si eleemosyna mundat peccata, quod propter hoc aliæ satisfactiones superfluāt. Litera. ¶ [Non sufficit] ad salutem [mores in melius]. i. a malis actibus cessando opera bona exercere [& recedere a præteritis malis] s. abstinere nisi &c. vbi manifeste necessitas pœnitentiæ ostenditur. hic enim ordo diuinæ iustitiæ exigit, vt primo se puniat pœnitens dolens de commissis: hac enim via venit Deus ad pœnitentiā, vt conferat illi gratiam gratum facientem

Augusti.

Primū arg.

Ad secundū Ale. de hal.

Ad tertiū S. Thom.

Exponit literam.

facientem.vnde psal.84.iustitia ante eum ambulauit.gl.prima hoīs est vt puniat se malū,& faciat se bonum & hæc est via domini vt veniat ad eum.propter quod dicitur Eze.21. In amaritudinibus ingemiscens coram me.vnde Ambro.li

Ambrosius.

bro de pœnitentia.si conuersus ingemueris tunc saluaberis. expectat ergo gemitus nostros:sed temporales, vt remittat perpetuos: expectat lachrimas nostras, vt profundat pietatem suam.expectat nostram cōuersionem, vt reuertatur ipse ad dandum gratiam.non ergo sufficit vt dicit Augu.in litera ad salutem consequendam æternam [mores &c. nisi ꝑ pœnitētiæ lamenta per contriti cordis sacrificium.]psal.50. sacrificium Deo spiritus contribulatus &c. in quo vt diximus orationis suauitas intelligitur[cooperantibus eleemosynis & ieiunijs]eleemosyna ieiunium & oratio ponuntur partes satisfactionis, vt infra videbitur. [Nouit] secunda pars ponitur vtilitas pœnitentiæ. quoniam ad pœnitentiā

Ambrosius.

nostram mutat Deus sententiam suam . vnde Ambrosius ita habet libro.2.de pœnitentia.c.8.tanta est enim pœnitentiæ medicina,vt propter pœnitentiā mutare videatur Deus suam sententiam,in te igitur est vt euadas.Pro hac parte no

13 tat quod sententia dupliciter intelligi potest. vno modo ꝑ diuina præordinatione, & prouidentia qua disponit per iustitiam peccata puniēda,& isto modo sicut Deus est immutabilis,qui dicit.ego Deus & nō mutor.Malachiæ.4. sic sententia quantum ad diuinam prouidentiam & præordinationē est oīno immutabilis,cum sit stabilis & æterna . Alio modo potest accipi Dei sententia quo ad effectum fiendū in creatura Dei exterius.secundum quam peccator puniendus est.ipse tamen Deus præuidit & præordinauit, ꝙ peccator ad eum conuerteretur:& ei miserebitur,& pœnam quā meruit non infligat,& isto modo dicitur sententia Dei mutari pro quanto dominus æternaliter & immutabiliter effectum iustitiæ mutat in effectum misericordiæ, nulla mutatione existente in Deo,& sic intelligitur scriptura. Ionæ. 3.vbi dicitur quis scit si conuertatur,& ignoscat Deus. & reuertatur a furore iræ,suæ & non peribimus &c.

Aliud est quidem. Hoc.c.habetur.11. q.1.& ibi exponitur.inducitur autem hic iudicio nostro ad significandum,quod satisfactio pro peccatis exercenda est per opera pœnalia,cum pœnitentem postulantem illicitorum veniam oporteat etiam a licitis abstinere sicut a cibis multis ieiunando,& aliquando a repetendo debita,illa remittendo.quia vt dicit Grego. in homi. super euangeliū ductus est Iesus in desertum.dignum est vt quisquis se in pęnitentia maceret, etiam hoc ꝙ iste competit sibi interdicat,sic nobis afflictis a Deo dimittitur quod iniuste egimus si pro amore illius hoc quod iuste competit relaxamus.

1 *Baltheus quid dicatur.*
2 *Peccator debet se induere cilicio in signum pœnitentiæ.*

Qui sanctus sacerdos est. &c.Hoc scribit beatus Hierony.super Malachiam prophetam: & inducitur hic a Gratiano ad ostendum necessitatem pœnitentiæ peccatoribus ex parte sumptionis corporis Christi ad quam omnes fideles tenentur saltem semel in anno iuxta.c.omnis vtriusque sexus.extra de pæ. & re.ad ꝗ nemo nisi dignus admittendus est:peccator autem non potest digne accedere nisi per acta pœnitentia peccatorū suorum.Et potest diuidi in duas partes. In prima ostendit qui-

Diuisio.

bus virtutibus adornatus debet iustus accedere ad hoc sacramentum. In secunda ostendit, quod peccator ad sacram cōmunionem accedere non debeat,nisi præuia penitentia de peccatis.secūda ibi, qui autem peccator est.quia de damnatione indigne accedētium ad sacramenti communione satis disputatum est in tractatu de cōse.di.2. circa.c.qui scelerate.supersedemus ab illa disputatione & venimus ad lite-

Exponit literam.

ram.Litera.[¶ Qui sanctus].i.bonus.[comedit in pascha] de quo dicitur.1. Corint.5.pascha nostrum immolatus est Christus,itaque epulemur in azimis synceritatis, & veritatis agnum.i.Christum . in sacramento enim dominici corporis iam nō agnus typicus,seu figuratiuus immolatur,sed verus agnus quem Ioā.monstrauit Io.1.dicens Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi, probet igitur se homo, qualiter de pane illo edat,& calice bibat,vt digne & cū sanctimonia sanctum sanctorum , sicque transeat de vitijs ad virtutes,& celebret pascha & phase,hoc est transitus domi-


1 ni.vt scribitur Exo.11.[baltheo]baltheus erat zona , quæ præcingebatur sacerdos dum ingrediebatur tabernaculum ad ministrandum in sanctuario, vt patet Exo. 29. in quo figura erat quod pœnitens qui sacerdos dici potest , qui se offert per pœnitentiam sacrificium & hostiam placentē Deo secundum illud.psal.50.sacrificium Deo spiritus contribulatus &c.vel[baltheo].i.castitate quasi zona, sicut enim zona stringit vestes ne defluant,si c castitas restringit hominem. ne defluat in luxuriam vel carnales concupiscentias. Hug.¶[audiat] Lucæ.12.[lumbi vestri præcincti] id est motus carnalium desyderiorum cohibete, & refrenate cin-

Grego.

ctorio castitatis:vnde Greg.homilia.13.ait lumbos præcingimus,cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus [& lucernæ ardētes in manib. vr̄is].i.opera vr̄a ardeant charitate,& luceant alijs cōuersationis honestate in exemplū. hæc enim duo facit lucerna,ardet.n.in se, & lumen alijs præbet.vnde in laudem beati Io.dicitur Io.5.erat lucerna ardēs. prædicta autem duo simul iunxit.s.quod sint præcincti lūbi.& lucernæ ardentes in manibus vestris,quoniam vnū nō placet Deo sine altero.s.cum quis vel bona agit nondum refrenata luxuria,vel caste viuit non exercens se per bona ope-

2 ra.Hu.[qui autem]secunda pars.[cilicio]†peccator enim in signum pœnitentiæ debet se induere cilicio.si enim Io. Baptista in vtero sanctificatus vt peccata vitaret pilis camelorum indutus mira abstinentia voluit vti, quanto magis qui in peccatorum delicijs fuerunt debet agere pœnitentiā in cilicio & cinere,vt eis culpa remittatur.[ingrediatur ecclesiam].i.ecclesiæ vnitatem , a qua peccando discesserant, ad quam reuerti habet per chritatem & pœnitētiam,aliter.n. digne pœnitere non potest.vt infra di.6.qui vult. non.n.est hoc intelligendum de ingressu vel regressu corporali ecclesiæ,quoniam pro nullo peccato est abstinēdum ab introitu ecclesiæ,nisi quis sit excommunicatus vel interdictus, vel nisi ex causa sit ei interdictum [in sacco].i.grosso & aspero vestimento[compescat]alia litera habet compēsēt:vt.s. qualis fuit in delicijs:saltem talis.i.nō minus studiosus vel intētus siue voluntarius sit in austeris & asperis.& qualis fuit in actione vitiorum,talis sit.i.feruens in fructu bonorum operum.47.dist.omnes.

1 *Pœnitentia an tollat totaliter reatum.*



Si agamus. Dictum est beati Hieronymi super Amos prophetā, & inducit beatus Hieron.ad inuitandum nos ad pœnitentiam,ostendendo eius fructum.& vtilitatem:quoniam vt inquit si agamus pœnitētiam,Deus etiam pœnitebit suæ sententiæ , &

Diuisio.

rursus promittit prospera si pœnitentiam egerimus.Et potest diuidi hoc.c.in duas partes. Primo ponit quod dictum est.Secundo ostendit illud duobus exemplis.secunda ibi, cu-

1 ius rei exemplum.¶ Pro cuius capituli pleniori intelligentia.Quæritur vtrum pœnitētia tollat reatum totaliter siue totum reatum cui homo est ratione peccati obnoxius. Et

Ad primū argument.

videtur quod sic ex textu præsentis literæ,dicit enim Hieronym.si agamus pœnitentiam ipse Deus pœnitebit sententiæ suę , sed si nobis agētibus pœnitentiam manebit adhuc reatus pœnæ in nobis.Deus non pœniteret sententiæ , quia sentētiauit nos ad pœnam,cuius oppositum dicit Hieronymus hic.& supra Ambrosius cum dixit,nouit dominus mutare sententiam,si tu noueris emendare delictum.ergo vi-

Ambrô. Ad secundū

detur quod pœnitentia tollat totum.¶ Secundo sic.bonum est efficacius ad agēdum,quam malum.quia malū non agit

Dionysius.

nisi virtute boni vt Dionysius dicit. sed per vnū actum peccati homo & culpam & reatum incurrit.ergo & per actum

Ad tertium

contritionis a culpa & reatu absoluitur . ¶ Tertio sicut baptismus est proprium remedium contra originale peccatū: ita pœnitentia cōtra actuale.sed medicina propria videtur esse maioris efficaciæ respectu morbi cuius est medicina , ꝗ alia,quæ non est propria . ergo si efficacia baptismi tāta est respectu peccati actualis,quod delet pœnam & culpā, multo fortius vt videtur pœnitentia,quæ est propria medicina cōtra actuale habebit efficaciam tollendi actuale peccatū. quantum ad culpam & reatum.¶ In oppositum est beatus

Oppositū cōtrarium

Grego.dicens proculdubio sine vltione delictum nō deserit, aut enim ipse homo in se hic pœnitus punit , aut Deus

Respondet

cum homine vindicans pcutit . nequaquam ergo peccato parcitur,quia nullatenus sine vindicta relaxatur.¶ Respondeo dicēdum sub vna conclusione , quod licet per pœnitētiam simul cum dimissione culpæ non tollatur totus reatus pœnitentia

pœnitentia tamẽ quo ad oẽs eius partes cõpleta tollit totũ reatum. Ista conclusio declaratur iuxta Sã. Thom. & Petrũ de Tarantasia in quarto secundum philosophum. 8. Ethic. tam iustitia quam amicitia in æqualitate quadam consistit. qui ergo aliquem offendit, peccat contra æqualitatem amicitiæ inquantum affectum debitum non impendit, & contra æqualitatem iustitiæ, inquãtum rem debitam subtrahit. & sic hæc duo in offensa quãdoque diuiduntur, ita etiam in recompensatione separantur, sicut quando pœna per violẽtiam offendenti infertur fit recompensatio quantum ad iustitiam, sed non quantum ad amicitiam. Similiter quando offendens offensum verbis placat: nondum re subtracta restituta fit recompensatio non iustitiæ, sed amicitiæ. peccator ergo per affectum peccati amicitiam violauit, & p obedientiam diuinæ legis honorem Deo debitum subtrahit, & ex primo amittit gratiam, & incurrit offensam. ex secundo meretur pœnam, vt ab eo qui per inobedientiam subtraxit, subtrahatur per pœnam. & hoc meritum pœnæ reatus dicitur, & ideo per pœnitentiam qua homo se Deo supponit, peccata præterita detestando cum emendationis proposito, remittitur quidẽ peccatũ quãtũ ad offensam, sed nõ oportet quod remittatur quantum ad totum reatum, nisi pœna iam soluta, & sic per pœnitentiam non simul cum culpæ dimissione etiam totus reatus dimittitur. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. dicimus enim, quod agentibus pœnitentiam tollitur reatus pœnæ æternæ simul cum dimissione culpæ quam sequitur, & ita damnationis sentẽtia mutata est, reatus autem pœnæ temporalis qui remanet non tollitur quousque pœnitentia quo ad omnes eius partes sit completa, si autem nos plene pœnitentiam agimus, absque dubio quo ad omnem reatum mutata est diuina iustitia. qualiter autem diuina iustitia mutetur supra dictum est in capitulo non sufficit. & infra plenius dicetur in c. quãobrem. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. & ratio est quoniam licet bonum efficacius sit ad agẽdum: quam malum: ita difficilius est ad constituendum quã malum. In hoc ergo efficacior apparet ratio boni, quã actio mali. quia actio mali nunquam terminatur ad malum, qđ nõ habeat admistum bonum, sed actio boni terminatur ad bonum quandoque cui non admiscetur malum, nõ tamen oportet quod si aliquod malum per vnum actum malũ incurritur, quod per vnum actum bonum opposita bona reparentur. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. & ratio est, quoniam non est similis ratio de baptismo & pœnitentia. tum primo quia vt dicit S. Thom. baptismus est spiritualis regeneratio. & quia non potest esse generatio vnius, nisi per corruptionem alterius, ideo oportet ꝙ in baptismo quicquid ad præcedẽtem vitam pertinebat, totum aboletur. s. & culpa & reatus, nisi sit defectus ex parte recipientis. sed pœnitentia non est regeneratio, sed magis reparatio vitæ prius habitæ, & ita non est simile, & etiam quia baptismus proprie est apertio ianuæ non est aliquid quam solutio reatus culpæ, cuius proprie est dimissio pœnæ non autem pænitentiæ. Litera. ¶ [Si agamus]. s. pœnitebit, non. n. faciet quod facturus credebatur. Hiere. 18. si pœnitentiã egerit gens ista, postea agam & ego pœnitẽtiam super malo ꝙ cogitaui vt facerem eis. [prospera] prospera enim dominus promittit si conuerterint se a peccatis, & per pœnitentiam egerint. Amos. 9. [pœnitebit] qualiter. n. dicatur Deus pœnitere, & sententiam mutare dictum est. s. 4. dist. [sed & cõcilio cuius rei] secunda pars. [sunt liberati]. s. samaritani, qa pœnitentiam egerunt. Oseæ penul. & vlt. & actuum 8. [alij]. s. filij Israel, eo quod pœnitentiam non egerunt in deserto mortui sunt: & alij de illis postea in terram promissionis iã diu optatam peccata de quibus noluerunt pœnirere perdiderunt. Hug.

S. Thom. — Adprimum argument. — Ad secundũ — Ad tertiũ — Ss. Thom. — Exponit literam.

2 *Eleemosyna quid sit.*
3 *Eleemosyna est actus alicuius virtutis. Et cuius. nu. 4.*
5 *Eleemosyna est pars satisfactionis.*
7 *Eleemosynam dare cadit sub præcepto. Et quomodo. nu. 8.*
9 *Eleemosyna ad quod præceptum decalogi deducatur.*
11 *Prophetia quid dicatur.*
12 *Præscien ia diuina respicit futura secundum duo.*
13 *Consilium Dei quid dicatur.*
14 *Sententia Dei al quando mutatur.*
15 *Minori non licet, quod nou licet maiori.*



Vamobrem. Cõtra magister Gratianus introducit pictum beati Hieronymi super Danielem ad supradictam sententiam ostendendam, videlicet qđ satisfactio cuius vna pars est ipsarum eleemosynarum largitio, sit necessaria pœnitentibns. Et potest diuidi hoc capitulum in quinque. Primo ponit vtilitatem elargitionis eleemosynarũ, & operum misericordiæ. d. quod eleemosyna redimuntur peccata. Secundo mouet quæstionem quomodo posset stare exhortatio ad eleemosynam faciendam pro peccatis: si sententia Dei sit immutabilis. Tertio soluit hanc quæstionem. & declarat duobus exemplis, qđ sententia Dei mutatur. Quarto inducit adhuc exẽplum aliud ad probandum idem. Quinto reprobat vtilitatem quorundam, qui absolute & simpliciter sine conditione peccatoribus veniam po[...]entur. secũda ibi, si prædixit: tertia ibi, quod facile soluitur. quarta ibi: dicamus quidem. quinta ibi, cum beatus Daniel. Pro pleniori intelligentia præsentis literæ veniunt tria quærenda.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum eleemosyna sit pars satisfactionis.
6 ¶ Secũdum vtrum dare eleemosynam cadat sub præcepto.
10 Tertium vtrum in prophetia inueniatur semper immobilis veritas.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ eleemosyna non sit pars satisfactionis. Et primo sic. nam illud quod est alijs debitum: non est satisfactorium. sed dare eleemosynam est debitum charitatis, etiam in eo qui peccatũ non habet. ergo eleemosyna non est pars satisfactionis dicenda. consequentia patet. & maior patet. quia quod est debitum ex vno, non est satisfactorium ex altero. minor probatur per illud quod dicitur Io. vl. Si quis habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suũ necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei est in illo. ¶ Secundo sic. nihil potest esse perfectum si pars ei subtrahatur. sed potest aliquis satisfacere de aliquo peccato etiam si nullam eleemosynam det. ergo satisfactionis pars non est eleemosyna. ¶ Tertio sic. in sacramentis necessitatis sicut patet in baptismo adhibetur remedium, ꝙ nulli possit deesse, sicut aqua. sed pœnitentia est sacramentũ necessitatis, vt ex superioribus patet. ergo cum dare eleemosynã non possit cuilibet competere, qui peccare potest. quia non est nisi possidẽtium aliquid. ergo videtur quod nõ debet poni pœnitentiæ & satisfactionis pars. ¶ In oppositum est. c. præsens. ¶ Secundo est gl. super Lucam. 3. facite dignos fructus pœnitentiæ, dicẽs, quod dare eleemosynam sit pars pœnitentiæ, sed non nisi ratione satisfactionis. ergo est pars satisfactionis. ¶ Respõdeo hic videbuntur tria. primo quid sit eleemosyna. secundo cuius virtutis actus sit. tertio quomodo sit pars satisfactionis. ¶ Quantum ad primum sciendum est quod diffinitio eleemosynæ quam conuenienter
2 assignãt doctores est ista † quod eleemosyna est opus: in quo datur aliquid indigẽti ex compassione propter Deum. vbi notandũ ꝙ eleemosyna est nomẽ grcęum, & dr̃ ab eloys ꝙ est misera, vel miseria quia miseriã alienam suã facit. vnde sicut homo miseriam a se expellit quantum potest: ita misericors miseriam alienam expellit ei subueniendo, quæ quidẽ subuentio fit per hoc, quod ei communicat sua bona. vnde ipsa communicatio bonorum propriorum ad miserũ eleemosinæ nomen accepit, hæc autem communicatio non potest esse meritoria, & virtuosa, nisi quando propter Deum fit, & ideo in diffinitione prædicta tãguntur omnia, quæ ad diffinitionem eleemosynæ concurrunt, secundum quod est meritoria, ipsa. n. miseria aliena quæ est misericordiæ principium tangitur in hoc, quod dicit indigenti. misericordia aũt quæ ex miseria aliena nascitur in nobis, tangitur in hoc ꝙ dicit ex cõpassione. sed misericordiæ effectus in releuando alienam miseriam quasi suam tangitur in hoc, quod dicitur opus in quo aliquid datur. hæc. n. est essentia ipsi eleemosynæ, sed intentio recta in Deum, quæ dat ei raeionem merendi, tangitur in hoc, ꝙ dicitur propter Deum. ¶ Quantum ad secundum est cõclusio † quod eleemosyna est actus
3 alicuius virtutis. patet ista conclusio, nihil est meritorium nisi actus virtutis. vt etiam philosophus dicit. sed eleemosyna est maxime meritoria. ergo est actus alicuius virtutis. ¶ Secunda conclusio † eleemosyna est actus virtutis miseri-
4 cordiæ, probatur ista conclusio iuxta S. Tho. in secunda secundæ. q. 32. arg. primo. actus exteriores ad illam virtutem reducuntur ad quam pertinet id quod est motiuum huiusmodi actus

Primũ arg. — Secũdũ ar. — Tertium ar — Oppositũ in cõtrarium. — Respondet — primã con clusio. — Secunda cõ clusio.

modi actus.motiuum autem ad dādum eleemosynam est, vt subueniatur necessitatem patienti,vt patet ex diffinitione superius posita eleemosynæ, quod quidem pertinet ad misericordiam.vnde manifestum est,quod dare eleemosynam est actus misericordiæ.vnde etiam apparet ex ipso nomine:nam in græco vt supra iuduximus a misericordia deriuatur.sicut in latino miseratio.verum quoniam misericordia effectus charitatis,ex consequenti dare eleemosynā est actus charitatis mediante misericordia.Si dicatur quod cū satisfactio sit actus iustitiæ,per cōsequens eleemosyna quæ ponitur satisfactionis pars erit actus iustitiæ.

Opponit in cōtrarium

Respondet.

¶Respōdetur quod nihil prohibet actū qui est proprie vnius virtutis elicitiuæ alicui alteri virtuti attribui sicut imperāti, & ordināti,ad suum finem,& hoc modo dare eleemosynam ponitur inter opera satisfactoria, inquātū miseratio in defectum patientis ordinatur ad faciēdum pro culpa,secundum autem, quod ordinatur ad placādum Deum habet rationem sacrificij,& sic imperatur a latria.cōcordat Albertus. ¶Quantū

Albertus.

5 ad tertium sit ista conclusio. Eleemosyna est pars satisfactionis,quæ conclusio probatur sic. Primo omne opus bonum pœnale est satisfactoriū.sed eleemosyna est huiusmodi,ergo &c.

Durandus.

¶Secundo sic iuxta dominum Durandum,iustitia humana exemplata est a diuina. sed secundum iustitiam humanam satisfacit homo de offensa commissa: non solum per pœnam qua corpus affligitur,sed per eleemosynam tanquam per redemptionem,quæ exhibetur.ergo iustitiam diuinam non solum satisfacit homo per ieiunium, tanquam per pœnam,qua corpus affligitur,sed per eleemosynam tāquam per redemptionem quæ exhibetur.

Ad primum argument. S.Thom. Albertus.

¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respōdetur tam iuxta S.Thom.quam Alber.quam etiam Durandum:negando vniuersaliter maiorem.dicimus enim quod dare eleemosynam quādoque est in præcepto,& tunc est meritoria, & nō satisfactoria. quia in casu illo nullus dat loquendo proprie, sed reddit alteri,quod est debitum. quandoque vero nō est in præcepto,& tunc non solum est meritoria, sed satisfactoria,cum sit opus bonū & pœnale,quod exigebatur ad opus satisfactorium.punitur enim quis non solum ex afflictione corporis,sed etiam ex subtractione rerum. qn̄ vero eleemosyna sit in præcepto,& quando non videbitur in quæstione sequenti.

Ad secundū

¶Ad secundam respondetur. quod ratio illa procedit de parte integrali eleemosyna autem nō est talis pars integralis,sed magis subiectiua,& ideo etiā sine ipsa satisfactio completam suam rationem habet in qualibet suarūspecierum.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur iuxta dominum Albertum,quod in eleemosyna sunt duo,s.voluntas communicanda se & sua pauperibus indigentibus propter Deum, & ex parte illa habent vim meriti,quando illa volūtas est per gratiam informata.Aliud est datum ipsum & hoc quandoque non habetur,tūc dicit quod primum est quod facit eleemosynam partem satisfactionis. quando voluntas perfecta est, & sine illa parte non est satisfactio.hanc autem omnis homo habere potest:& dare.Et conformiter S.Tho. respōdet dicens.quod vbi omnino facultas tam respectu eleemosynarum corporalium spiritualium deesset voluntas complete sufficeret.

6 Ad secundum Sic proceditur, Et videtur quod dare eleemosynam nō cadat sub præcepto.

Primū arg.

Et primo arguitur ex litera præsenti. vbi inducitur illud Dani.4.quamobrem consilium meū tibi placeat, redime peccata tua eleemosynis.ergo videtur quod eleemosyna cadat sub consilio,& non sub præcepto.

Secundū ar.

¶Secundo sic. cuilibet licet re sua vti, & eam retinere,sed retinendo rem suam aliquis alij non dabit eleemosynam.ergo licitum est eleemosynam non dare,ergo dare eleemosynam non est in præcepto.

Tertiū argi

¶Tertio sic.omne quod cadit sub præcepto obligat aliquo tempore transgressores ad peccatum mortale. si ergo dare eleemosynam cadat sub præcepto,esset determinare aliquod tempus:in quo homo peccaret mortaliter, si eleemosynam non daret.hoc non videtur,quia semper probabiliter estimari potest,quod pauperi aliter subueniri pōt per alium, & quod est in eleemosyna erogandum possit ei esse necessariū, vt in præsenti vel in futuro.ergo videtur ꝙ dare eleemosynam non cadat in præcepto.

Opponit ī cōtrarium.

¶ In oppositū sic.nullus punitur pœna æterna pro omisione alicuius. ꝙ non cadit sub præcepto, sed aliqui puniuntur pæna æterna pro omisione eleemosynarum, vt patet Matt.26.ergo dare eleemosynam cadit in præcepto.

Respondet.

¶Respondeo hic videnda sunt tria. primo ꝙ eleemosyna cadat sub præcepto. 2.qūo cadat sub præcepto. tertio ad quod præceptum decalogi reducatur.
7 ¶ Quantum ad primū sit ista conclusio dare eleemosynam cadit sub præcepto.probatur conclusio. dicit.n. super illud Mat.6.te autem faciente elemosynam &c.gl.cōscientiæ facienti eleemosynam pro præcepto adimplendo miscet se laudis appetitio. Item Ambrosius ait. pasce fame morientem, si non pauisti occidisti. ergo est in præcepto.

S. Thom.

¶ Ratione sic iuxta S. Tho. in secunda secundæ.vbi supra, dilectio proximi stat in præcepto.ergo necesse est omnia cadere sub præcepto,sine quibus dilectio proximi non cōseruatur.ad dilectionem autem proximi pertinet vt proximo non solum velimus bonum, sed etiam operemur.secūdum illud.1. Io.3.non diligamus verbo: nec lingua, sed opere & veritate.Ad hoc autem quod velimus & operemur bonum alicuius requiritur quod eius necessitati subueniamus quod fit per eleemosynarum largitionem.¶Quantum ad secun-

S.Thom.

8 dum est notandum iuxta S.Tho.vbi supra. quod cum præcepta dentur de actibus virtutum,necesse est ꝙ hoc modo dare eleemosynam cadat sub præcepto: secundum quod actus est de necessitate virtutis.s. secūdum quod recta ratio requiritur, secundum quam est aliquid considerandum ex parte dātis: & aliquid ex parte eius cui est eleemosyna danda,ex parte quidem dantis considerandum est, vt illud qđ est in eleemosynas erogandum sit superfluum secundum illud Luc.6.quod superest date eleemosynam: & dico superfluum:non solum respectu sui ipsius: quod est necessarium naturæ siue vitæ suę proprię: sed respectu aliorum quorum cura sibi incumbit, quia prius oportet quod vnusquisque sibi prouideat,& his quorum cura sibi incumbit,& postea de residuo aliorū necessitatibus subueniatur, respectu quorū, dicitur necessarium personæ,secundū quod ꝑsona dignitatem importat.sicut etiam natura primo accipit sibi ad sustētationē proprij corporis,ꝙ est necessarium ministerio virtutis nutritiuæ,superfluum autem erogat ad generationem alterius per virtutem generatiuam.Ex parte autem recipiētis requiritur quod necessitatem aliquā habeat:alioqui non esset ratio quare ei eleemosyna daretur, sed cum non possit aliquo vno omnibus necessitatem habētibus subueniri: nō omnis necessitas obligat ad præceptum. sed illa sola, sine qua is qui necessitatem patitur sustentari non potest. in illo enim casu locum habet quod Ambrosius dicit. pasce fame morientem,si non pauisti occidisti.sic ergo dare eleemosynam de superfluo est in præcepto, & dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate,alias autem dare eleemosynas est in consilio:sicut & de quolibet meliori bono dantur cō-
silia.¶Quantū ad tertium dicimus ꝙ præceptum de elee-
9 mosyna facienda cadit sub præcepto affirmatiuo:patet. qa præcepta affirmatiua non obligant ad semper,quāuis semper obligent.obligant enim pro loco & tempore,& secundum alias determinatas conditiones,quod autem ita sit de largitione eleemosynarum, patet ex iam dictis. reducitur autem vt dicit S.Tho.& Albertus magnus ad præceptū de honoratione parentum.honor autem ille secundum Aug. ad reuerentiam & subuentionem in necessarijs pertinet, & nomine parētum generaliter omnis proximus intelligitur.

S.Thom. Albertus. Ad primū argument.

¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondet S Tho. in 2.2.vbi supra ꝙ Daniel loquebatur regi, qui non erat legi Dei subiectus,& ideo etiam ea quæ pertinebant ad præceptum legis quam non profitebatur erant proponenda per modum consilij: vel potest dici, quod loquebatur in casu isto,in quo dare eleemosynam nō erat in præcepto.

Ad secundū

¶ Ad secundam respondetur.primo quod maior non est vniuersaliter vera. Pro quo notandum est ꝙ sicut est accipere superfluum,& diminutum in datione, & retentione,& acceptione,vt philosophus dicit.4. Ethico.& ideo aliquis retinendo sua contra virtutem facit quandoq; etiam per consequēs contra legem Dei,quæ ad oēm virtutis actum sufficiēter ordinat, quamuis non faciat contra legē secularis fori,quæ nō potest perfecte ad omnes virtutes ordinare.¶Secundo respondetur ad minorem. ꝙ in casu illo quando quis est in statu extremæ,necessitatis,efficiuntur sibi omnia cōmunia.vnde etiam si acciperet per furtum vel per violentiam non peccaret, & ita falsum est quod in illo casu non dando eleemosynam retineat sua.

Ad tertium

¶ Ad tertium respondetur.quod est aliquod tempus dare in quo mortaliter peccat,qui eleemosynam dare omittit. hoc autem tempus in quo obligat præceptum de dandis eleemosynis accipitur ex

pitur ex

pitur ex parte accipientis,& ex parte dantis.vt dicit S.Tho.
Ad quartū. tam in quarto:quam in 2.2.Ex parte aūt accipientis quādo
apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ nisi
ei subueniatur,vt cum aliquis vidit alios impotentes,vel pi
gros ad subueniendum , & pauperem indigentem cibo &
potu,& alijs vitæ necessarijs,nec posse sibi satisfacere. nō.n.
expectanda est vltima necessitas.quia tunc forte non posset
iuuare naturam iam fame & siti consumptam,ex parte au-
tem dantis quando homo habet multa quibus non indiget
nec ad sustentationem vitæ sui & suorum, nec ad decentē,
statum sui conuersationem : etiam si pauperes extremæ ne-
cessitatis non compareant, nec oportet occasionem futu-
ræ necessitatis prætendere,vltra probabilia signa futuræ ne
cessitatis,quia hæc est superflua solicitudo,quam Deus pro-
hibet.Matt.6.Nolite soliciti esse &c. Concordat Albertus
per totum in quarto.

10 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur quod in
prophetia non semper inueniatur im-
primum ar. mobilis veritas.Et primo arguitur ex litera præsenti.vbi ha
betur, quod Esaias prophetice pronuntiauit Ezechiæ regi
dicens.dispone domui tuæ,quia morieris tu:& non viues.&
tamē additi sunt vitæ 15.anni.& habetur.4.Reg.20.& Esa.
38.similiter in litera ponitur historia de Niniuitis quibus
Ionas prophetauerat adhuc 40.dies & Niniue subuertetur
Ionæ.3.& tamen non fuit ita. ergo non semper prophetia
Secundū ar. est immobilis veritas.¶ Secundo sic.illud quod non imple-
tur nisi aliqua variabili conditione existente, non habet im
mobilem veritatem.sed prophetia aliqua.s.comminationis
est, quæ non impletur nisi variabili conditione existente.s.
perseuerantia malitiæ seu iniquitatis : vt habetur Hiere.18.
vbi dominus dicit.repente loquar aduersus gentem & ad-
uersum regnum,vt eradicem & destruam : & disperdam il
lud.si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo quod locu-
tus sum aduersus eam:agam & ego pœnitentiam super ma-
Tertiū arg. lo,quod cogitaui vt facerem ei.¶ Tertio sic.Esa.30.dicit gl.
ꝙ Deus prophetis reuelat suam sententiam : sed non consi-
lium . sententia autem eius est variabilis vt ibidem dicitur,
& etiam hic habetur in litera.& supra.e.di.nouit.ergo in ꝓ
phetia non est semper immobilis veritas.¶ In oppositū est
gl.in princi.psalterij quæ ait . prophetia est diuina spiratio.
vel reuelatio rerum euentus immobili veritate denuntians
Opponitur contrariū. ¶Respondeo dicendum sub vna conclusione quæ est ista,ꝙ
licet res prophetatę sint mobiles,prophetia tamen ipsa siue
Respondet prophetica cognitio est immobilis veritatis. Ista conclusio
11 probatur sic.†prophetia est cognitio intellectui prophetæ
impressa ex reuelatione.vnde Hieronymus dicit quod pro-
Hierony. phetia est signum diuinæ præscientiæ . sed præscientia Dei
est immobilis veritatis.ergo & prophetia.Pro cuius plenio
ri intellectu notandum iuxta S.Tho.3.q.de veritate , quod
S. Thom. in prophetia est duo considerare.s. ipsas res prophetatas: &
cognitionem quæ de illis habetur, & horum duorum inue-
nitur diuersus ordo originis. ipsæ.n.res prophetatæ sunt im
mediate a causis mobilibus sicut à causis ꝓximis. sed a cau
sa immobili sicut a causa remota.cognitio vero prophe-ti-
ca econuerso est a diuina præscientia:sicut a causa proxima:
a rebus vero prophetatis non dependet sicut a causa: sed so
lum sicut earum signum omnis autem effectus in necessita
te & contingentia sequitur causam proximam & non pri-
mam causam.vnde res ipsæ prophetatę mobiles sunt : sicut
prophetica cognitio est immobilis,sicut & diuina præscien
tia,a qua deriuatur,sicut exemplatum ab exemplari. ¶ His
habitis dicēdum est ad rationes in oppositum . Ad primam
Ad primum argument. respondetur negando consequentiam.Pro quo notandum
12 iuxta S.Thomam in secunda secundæ† quod præscientia di
uina respicit futura secundum duo.s.secundum quod est in
Sā. Thom. seipsis,inquantum scilicet principaliter respicit,& secundū
quod sunt in suis causis,inquantum.s.videt ordinem causa-
rum ad effectus,& quamuis contingentia futura prout sunt
in seipsis, sunt determinata ad vnum , tamen prout sunt in
suis causis nō sunt determinata, quin possint aliter euenire,
& quamuis ista duplex cognitio semper in intellectu diui-
no coniūgatur,non tamen semper cōiungitur in reuelatio
ne prophetica,quia impressio agentis non semper adæquat
eius virtutem.vnde quandoque reuelatio prophetica est q̄-
dam similitudo impressa diuinę præscientiæ prout inspicit
ipsa futura cōtingētia prout sunt in seipsis, & talia eueniūt
sicut prophetantur , sicut illud Esaiæ.7. Ecce virgo conci-
piet.Quandoque vero prophetica reuelatio est impressa si-
militudo diuinæ præscientiæ,prout cognoscit ordinem cau
sarum ad effectus,& tunc quandoque aliter eueniunt quam
prophetantur nec tamen prophetiæ subest falsum,nam sen
sus ꝓphetię est,ꝙ inferiorū cāsarū dispositio siue naturaliū si
ue humanorū actuum hoc habet,vt talis effectus eueniat,&
secundum hoc intelligitur verbum Esaiæ.de quo argutum
est,dicentis.morieris tu & nō viues.i.dispositio tua ad mor
tem ordinatur.Et eodem modo accipitur id , quod dictum
est de Iona adhuc.40.dies & Niniue subuertetur.i. hæc me-
rita eius exigunt vt subuertatur.¶Ad secundam responde- Ad secundū
tur negando minorem,dicimus.ꝙ prophetia comminatio
nis omnino habeat immobilem veritatem,non enim est de
euentibus rerum sed de ordine causarum effectus vt dictū
est,& hūc ordinem esse,quem propheta prædicit necessariū
est,quamuis euentus quandoque non sequatur ,vt patet ex
illo Hieremiæ quod inductum est . Et sic patet ꝙ quam-
uis sit variatio in euentibus,nō tamen est in ipsa ordine cau
sarum de quo est ipsa prophetia.¶Ad tertiam respondetur Ad tertiū
negando consequentiam.Pro quo notandum iuxta S.Tho.
13 in q.de veritate†quod consiliū Dei dicitur ipsa æterna Dei
dispositio,quæ nunquam variatur,propter quod dicit Gre- Gregorius.
gorius ꝙ Deus nunquam mutat consilium . sententia vero
dicitur hoc ad quod aliquæ causæ ordinatæ sunt,sententiæ
enim in iudicijs & causarum meritis proferuntur,quando-
que autem hoc ad quod causæ sunt ordinatæ est a Deo ab
æterno dispositum,& tunc idem est Dei consilium & sentē
tia. Quandoque vero id, ad quod ordinatæ sunt causæ non
est ab æterno dispositum,& tunc Dei consilium & sentētia
feruntur ad diuersa.ex parte ergo sentētiæ quæ respicit cau
sas inferiores inuenitur mutabilitas:sed ex parte consilij in-
uenitur semper immutabilitas. ꝓphetæ vero reuelatur q̄n-
que sententia consilio conformis, & tunc prophetia habet
immobilem veritatem quantum ad euentum. quandoque
vero reuelatur sententia non conformis consilio , & tunc
habet immobilem veritatem quantum ad ordinem , & nō
quantum ad euentum vt dictum est.Litera.¶[Quamobrē]
verba sunt Danielis ad Nabuchodonosor.Danielis.4.[consi Exponit literam.
lium dare] eleemosynam dicit consilium non quod dare
eleemosynam nunquam cadat in præcepto.sed quod aliq̄
etiam cadit sub consilio,vel capit consilium non prout di-
stinguitur contra præceptum , sed pro exhortatione ad ꝙ-
cunque bonum agēdum,sicut accipitur prouerbiorum pri-
mo.Omne consilium despexistis redime peccata tua]id est
pœnas peccatis eius debitas & iam tibi in visione demon-
stratas[& iniquitates].i.mala tibi superuentura debita ini-
quitatibus tuis.[misericordijs].i.operibus misericordiæ,er-
ga pauperes[si forte &c.]dubitatiue loquitur, quia Daniel
sciebat,quod quandoque Deus mutat sententiam : licet nō
consilium.vt dictum est.vel sic dubitatiue loquitur:vt dicit
glo.quia potest deesse contritio cordis sed primum videtur
magis ad propositum Danielis.[Si prædixit] secunda pars.
verba sunt Hieronymi argumentantis ex verbis Danielis.
[quæ mutari non potest] qualiter autem sententia dicatur
quandoque mutari in quæstione dictum est.[Quod facile.]
14 tertia pars,solutio est in hoc, † quod sententia Dei quando-
que mutatur · sicut exemplo ostendit in rege Ezechia , quē a†Mutatur. Adde ꝙ eodē iudicio durāte p̄t s̄niam īterlocutoriā executioni demādatam cōtrario imperio reuocare ex rōnabili cā glo. in l. i. ff. de præto. stipula. & ibi Bar. idē Bar. in l ꝙ iussit ff. de re iudi.
Esaias propheta Dei dixerat moriturum , & tamen ad pre-
ces Ezechiæ & Niniue Dei sententia mutata est . tales enim
comminationes semper intelliguntur sub conditione.mu-
tatur ergo sententia Dei non iudicij varietate , sed eorum
mutatione.qui conuersi per pœnitentiam liberari merue-
runt.Hu.[rursum].i.sicut Deus comminatur mala peccan
tibus,ita indulgentiam bona agentibus.[alioqui sensus est:i.
nisi præstaret indulgentiam bona agenti , cur inferret ma
la agenti malum,æquum enim est , vt sicut mala agentibus
infert mala,sic bene agentibus parcat:& conferat bona.ar.
2.quæstione.5.quanto[in reuerentiam]. id est contra æqui-
tatem reuerendam,& amplexandam loquitur].i. loqui vi-
detur Hugu.sicut ergo minatur dominus mala, mala agen
tibus,ita bona bene agentibus pollicetur.[non in homines]
non enim Deus odit creaturas suas:quæ bonæ sunt . Sapien
tiæ.11.nihil odisti eorū:quæ fecisti.sed vitia & peccata ho-
minum puniūtur a Deo,& displicent ei infra distin.4.§.itē
sed nec a nobis est odiendus homo, sed eius peccatum siue
vitium.vt di.86.ca.odio. [dicamus quidem & aliter]quarta
pars.vbi ponit aliud exemplum in quo sententia Dei muta
ta est,nam facienti Nabuchodonosor iuxta consilium Da-
nielis eleemosynas in pauperes,dilata est sententia Dei vsq;
ad.22.

ad.12.menses.rursus eo superbiente,& dicente, nonne hæc est babylonia magna &c.accelerata est sententia contra eū. vnde vt habetur Danielis.4.adhuc erat sermo in ore eius.& ecce vox de cœlo dicens.tibi dicitur Nabuchodonosor. regnum transit a te &c.[Sic ergo bonum misericordiæ perdidit malo superbiæ forsitan]verba sunt Danielis.[Cum beatus Daniel.]verba sunt Hieronymi.quinta pars.[de sententia Dei dubitet] nesciebat an mutaretur[temerariā]& est ar
15 gumentum†quod non licet minori quod non licet maiori.argu.8.q.1.si ergo[audacter]id est præcise sine conditione.Hug.&c.

1 *Misericordia & iustitia an.concurrant simul in opere iustificationis impij.*
2 *Quod sic.n.4.*
3 *Misericordia dicitur tripliciter.*
5 *Rectores debent miscere misericordiam cum iustitia.*



Vide benignum. Contra magister Gratianus inducit hoc c.q̄ est B.Hieronymi ad exhortationem pœnitentiæ.Et sumitur ad hoc argumentū ex parte benignitatis Dei. Et potest diuidi in tres partes.In prima dicit q̄d Deus erga peccatores ita benignus sit & pius: vt iustitiam suam multam temperet misericordia & benignitate, quod exemplariter ostendit in filijs Israel. In secunda ex parte superiori hortatur quemlibet ad pœnitentiam celerem peccatorem:& voluntariam. In tertia ponit, quod ad habendam remissionis gratiam a Deo præuenire debet clamor orationis.secunda ibi:disce & hoc o tu.tertia ibi, sed id cōsiderandum. *Diuisio.*

1 ¶Pro pleniori intelligentia venit merito quærendū.†vtrū in opere iustificationis impij simul concurrat misericordia & iustitia.Et videtur quod nō.Primo in nullo opere simul concurrunt misericordia & iustitia.ergo nec in opere iustificationis impij. consequentia patet,antecedens probatur. quia actus iustitiæ est reddere debitū.sed Deus nulli est debitor.ergo in nullo opere Dei simul concurrunt misericordia & iustitia. *Quæstio. Primū arg.* ¶ Secundo sic. misericordia facit contra merita,vt dando bonum ei,qui non meruit.Iustitia vero secundum merita,sed idem opus non potest fieri contra merita & s̄m merita.ergo nō simul cōcurrunt in eodē opere. *Secundū ar.* ¶Tertio sic.ibi nulla vr̄ seruari iustitia:vbi nullū meritū p̄cessit.patet cū iustitia meritū respiciat.sed impio q̄ iustificatur nullum meritum præcessit,ergo non videtur in iustificatione impij simul concurrere iustitiam cum misericordia. *Tertiū arg.* ¶Quarto sic.iustificatio fit per gratiam, sed si gratia ex meritis non est gratia:ergo aut est ibi iustitia, aut est ibi gratia.sed est ibi gratia.ergo non est iustitia, & per consequens in opere iustificationis non simul concurrunt misericordia cum iustitia. *Quartū ar.* ¶In oppositum est textus præsentis literæ.itē est Augu.qui in libro de concordia euangelista. dicit Deus qui res suas curat iuste & misericorditer procurat,vt nec p̄cludat misericordia iustitiam, nec iustitia misericordiā excludat.ergo videtur quod in omni opere Dei misericordia & iustitia simul concurrunt. *Opponit in cōtrarium.* ¶ Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus. *Respondet.*
2 ¶ Prima est.†quod in omni opere misericordia & iustitia simul concurrunt.Conclusio ista patet ex illo psalmistę.24. vniuersæ viȩ dn̄i misericordia & veritas.super quo verbo dicit Casiodorus.hæc duo in opere domini simul sunt,& sic non nobis simul appareant. *Prima conclusio. Cassiodor.* Est tamen hic notādum iuxta dominum Bonauenturam in 4.
3 distinct.46.† quod m̄ia dicitur tripliciter, similiter & iustitia:vno modo dicitur misericordia largisima diuinæ benignitatis affluentia. Communiter vero dicitur benignitas in supererogationem bonorum. stricte vero dicitur pietas in subleuatione malorum.Similiter & iustitia dicitur diuinæ communisimæ bonitatis condescendentia.Cōmuniter vero dicitur liberalitas in retributionem præmiorum. stricte seueritas in punitionem malorum.Secundum ergo hos tres modos simul cōcurrunt misericordia & iustitia, in eodem opere.patet.nam primo mō misericordia diuinæ bonitatis affluentia,& iustitia diuinæ bonitatis condescendentia sunt in eodem opere,& in omni opere Dei. quia omnia facit ex affluenti bonitate,& nihil facit ex affluenti bonitate,nisi quod deceret bonitatem suam. similiter secūdo misericordia quæ est benignitas in supererogatione bonorū: & iustitia quæ est liberalitas in retributione premiorum,simul concurrunt. quia cui retribuit bona non retribuit nisi merenti,& supra id quo meruit.Similiter tertio mō misericordia quæ est pietas in subleuatione malorum.& iustitia quæ est seueritas in punitione malorum,simul concurrunt & nunquam ita seuere ponit,quin aliquod debitum de pœna dimittat.sic igitur patet,q̄ misericordia & iustitia communisime sunt in eodē opere q̄a in oī opere Dei,sed coīter sunt in opere retributionis bonorū, p̄prie aūt sunt in opere retributionis pœnarum,& suppliciorum.
4 ¶Secunda conclusio†in opere iustificationis concurrunt simul misericordia & iustitia.patet conclusio. tum ex prædicta cōclusione, quia si in omni opere simul ista concurrūt,ergo in opere iustificationis.consequentia patet per locū a superiori ad suū inferius. *Secunda cōclusio.* ¶Secundo patet ex litera præsentis capituli. Est tn̄ considerandum vt dicit dominus Bonauentura, quod licet in omni opere iustificationis simul cōcurrunt misericordia & iustitia,non tamen secūdum idem.Et hoc patet sic. quia impius ex peccato offendit Deum:& dignus est pœna æterna,& ita est ibi offensa & reatus ad pœnam, & misericordia est in remittendo offensam & reatum ad pœnam æternam, sed iustitia est in obligando ad pœnam temporalem tantū. *Bonauent.* ¶Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando antecedens: & ad probationem respondetur. q̄ in operibus Dei reperitur ratio debiti,non tamē ex parte agentis:quia Deus nulli est debitor. sed ex parte recipientis: vt S. Tho.pulchre ostendit tam in prima parte,quam in quęstionibus de veritate, debitum est vnicuiq; rei.vt habeat ea,quæ exigit sua natura tam in essentialibus:quam in accidentalibus.& sic Deus iustitiam operatur,quando dat vnicuique quod debetur ei secundum rationem suæ naturæ, & suæ conditionis. Et licet Deus hoc modo debitum alicui det,non tamen ipse est debitor sicut diximus, quia ipse ad alia non ordinatur, sed potius alia in ipsum. modo iustitia in Deo quandoque dicitur decentia suæ bonitatis,q̄nq̄ue vero retributio pro meritis: & vtrunque modum tangit Anselmus dicens.cum punis malos:iustum est in se,quia illorum meritis conuenit.cum vero parcis malis iustum est,quia bonitati tuæ condecens est. *Ad primum argumentum.* ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. dicimus enim,quod semper in eodem opere concurrunt licet non secundū idē: sed secundū aliam rationem, inquātum enim tribuit Deus alicui quod meruit, est iustitia:inquantum vero vel vltra donat,vel infra punit,misericordia. & ita non procedit ratio. *Ad secundū* ¶ Ad tertiam respondetur iuxta dominum Albertū in quarto. quod in iustificatione principaliter relucet misericordia & veritas,siue iustitia secundū exhibitionē promissi, quia hæc promisit.vnde super illud psal.50.vt iustificeris in sermonibus tuis.dicit vna gl.vt iustus ostendaris in sermonibus tuis,quibus peccatoribus veniam promisisti.iustitia.n.est ibi, quæ est decentia diuinæ bonitatis. vnde Anselmus.si parcis peccatori iustum est: decet enim te. Concordat S.Thom. in quarto. *Ad tertium Albertus.* ¶ Ad quartam respōdetur iuxta dominum Bonauenturam in 4.quod quātum ad gratiæ collationem est tantum misericordia, nō iustitia, nisi iustitia dicatur condecentia bonitatis. quantum vero ad pœnæ exactionem est proprie iustitia, & hoc de ista cōclusione sufficiat.Litera. *Ad quartū. Bonauent.* ¶[Vide] pro intelligentia huius literæ, est sciēdum quod prout legitur Iudicum.4.c.post mortem Iosue filij Israel fecerunt malū in conspectu domini:& seruierunt Baalim:& alijs idolis:& dijs terræ.vnde dominus iratus tradidit eos in manus Chusaurasathaim regis Mesopotamiæ & Syriæ,& seruierunt eis octo annis,& tādem clamauerunt ad dominum,qui eis suscitauit liberatorē Othoniel filium Thener fratrem Caleph minorem: & fuit dominus cum eo, & pugnauit aduersus Chusaurasathaim,& oppressit eum:& quieuit terra 40.annis.dicit ergo Hierony.super istum locum.[vide &c.misericordiam cum seueritate]disciplinæ
5 † hæc enim duo debēt rectores miscere.i.non vnum sine altero habere.vt di.45.disciplina. seueritatem disciplinæ dicitur dominus seruare in hac historia, in hoc quod filios Israel qui malum fecerant tradidit in manus oppressoris misericordiam vero in hoc, q̄ non tradidit eos in p̄petuum,sed ad tempus.s.octo annis[modum].i.quantitatem [tradidit pœnæ]sub.s.Chusaurasathaim .s.[quanto tempore].i.octo annis,quia tanto tempore seruierunt idolis gentium.& ideo tanto tempore propter illud peccatum traditi sunt pœnæ, & seruituti regis illius.[disce] secunda pars. in qua exhortatur

qua exhortatur peccatores, vt saltem tanto tempore pœnitere vellent seruiendo iustitię, quantō seruierunt peccato. vt iuxta mensuram peccati sit plagarum modus. Deuteronom.25.& Apocalyp.17.quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei de tormento. Nota tamen quòd dicit [tanto & quanto] non est restringendum ad certam quātitatem temporis. q.d. si multo tempore peccasti, multo tēpore pœniteas, afflictio enim pœnitentiæ magis respondet quantitati culpæ, quam diuturnitati temporis vt infra videbitur distinctio.3. productior [satisfac] in confessione [pœnitentiæ]. 1. in assumptione pœnitentiæ [non expectes] ostendit qualis debet esse pœnitentia nostra. primo quidem festina. celeriter enim homo debet ad Deum cōuerti, & de peccatis pœnitere. iuxta illud, non tardes conuerti ad dominū. ¶Secundo debet esse voluntaria, non necessitate excitata, inquit enim propheta voluntariè sacrificabo. & de istis dicit Hieronymus non expectes vt humiliet te [Chusaurasathaim] .i. diabolus cui traderis, vt te humiliet & affligat, si tu per te non humiliaueris per pœnitentiam [temperet] pœnam æternam omnino auferendo, & infligendo pœnam aliquam temporalem. [Sed & si] quarta pars in qua beatus Hieronymus dat intelligere, quòd ad habēdum gratiam & beneficium liberationis de manu diaboli inimici nostri, necessarius est clamor orationis, qa sicut filij Israel traditi sub manu Chusaurasathaim, quandiu non clamauerunt ad dominum, non est eis suscitatus liberator: ita peccator positus sub manu diaboli non liberatur, nisi clamore orationis clamet ad dñm cum Psal. dicens. psal.6. miserere mei domine, quoniam infirmus, sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. vel muliere cananea dicente & clamante. domine miserere mei fili Dauid, quoniam filia mea. i. conscientia mea, male à demonio vexatur.

3 *Vnio membrorum adinuicem reperitur quadruplex in corpore naturali.*
4 *Infideles non pertinent ad vnionem corporis ecclesię.*
5 *Fideles peccatores pertinēt aliquo modo ad vnitatem ecclesiæ. Et quid de iustis. num 6.*
7 *Hominum quatuor sunt genera.*
8 *Ecclesia an equam esset Christo desponsata habebat rugam & maculam.*

Ecclesia autem. Consequenter Gratia. inducit hoc dictū Hieronymi in quo habetur. ꝙ peccator sorde peccatorum maculatus non sit de ecclesia tanquā eius membrum existens, vt ex parte periculi in quo stat peccator moueatur ad pœnitentiam. Et potest diuidi in duas partes. In prima parte probat. ꝙ sorde peccatorum maculatus non possit appellari de ecclesia per hoc, quia ecclesia est non habens rugam nec maculam. Secundo confortat peccatorem dicēdo, quòd possibile est illi, si voluit à peccato mūdari, & per consequens effici de ecclesia extra cuius vnitatē fuerat per peccatum separatus. secunda ibi, possibile est. Pro pleniori intelligentia huius capituli sunt duo quærenda. (Diuisio.)

1 ¶Primum est vtrum ecclesia militans sit non habens maculam aut rugam.

2 ¶Secūdum est, vtrum peccator aliqua sorde maculatus de ecclesia possit appellari, aut Christo subiectus.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur ꝙ ecclesia militans non sit non habens maculā, & rugam, sed habeat tam maculam quam rugam. (Primū arg.) ¶Primo sic. ecclesiam pro præsenti statu non est libera ab omni immundicia peccati. ergo sequitur ꝙ non sit non habens maculam. consequentia videtur manifesta. antecedens patet ꝑ illud. 1. Io. 1. si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est. (Secundū ar.) ¶Secūdo Christus docet orare omnes fideles pro peccatorum suorum remisione, sic. dimitte nobis debita nostra &c. quam orationem quotidie facit ecclesia, quod tamen vanum esse videretur si ecclesia nullam haberet peccati maculam, maxime cū dicat Augustin. in libro de bono perseuerantiæ. hoc modo Pelagiani confunduntur hæretici, qui audent dicere hominem iustum in hac vita habere nullum peccatum, & in talibus hominibus esse iam in præsenti tempore ecclesiā non habentem maculam, aut rugam, & ponitur in gloss. continua. (Tertiū arg.) ¶Tertio ecclesiæ non conuenit pro statu præsentis vitæ non habere maculam aut rugam, sed tantum pro statu futuræ vitæ, quando apparebit gloriosa. ergo nunc quo dicitur tempore militans, non est non habens maculam aut rugam. consequentia patet. antecedens probatur authoritate Augustin. in fine primi libri enchiridion, qui tractans illud Apostoli ad Ephesi. 5. vt exhiberet sibi ecclesiam non habentem maculam aut rugam. dicit sic. per hæc omnia prorsus hominum mala Christiani lauacri sanctitate tolluntur, quo mundat ecclesiam suam Christus, vt exhibeat eam sibi non in isto seculo, sed in futuro non habentem maculā, nec rugam, aut aliquid huiusmodi. nam qui modo eam talem esse dicunt, & tamen in illa sunt, quoniam & ipsi fatentur se habere peccata, si verum dicunt, profecto quoniam mundi non sunt, à peccatis, habet in eis ecclesia maculam. si autē falsum dicunt, quia corde duplici loquuntur, habet in eis ecclesia rugam. si autem dicunt se habere ista non ipsam, ergo se non esse membra eius, nec ad corpus eius pertinere fateātur, vt etiam sua confessione damnentur. (Augustin.) ¶In oppositum est textu. præsentis literæ siue capituli quod est Apostoli ad Ephe. 5. Item est illud Canti. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. (Opposita contraria. Responde.) ¶Respondeo dicendum, ꝙ ecclesiā non habere rugam, aut maculam, potest intelligi dupliciter. vno modo per immunitatem ab omni peccato, & contagione cuiuscunque corruptionis, aut imperfectionis. Et hoc modo sit ista conclusio, quòd ecclesia Dei pro statu pręsentis vitæ non est non habens maculam, aut rugam, sed tantum hoc conuenit sibi pro statu vitæ futuræ. s. pro statu gloriæ. ¶Ista conclusio probatur ratione, primo sic. Pro nullo statu pro quo fideles non sunt immunes ab omni peccato, & liberi ab omni contagione corruptionis aut imperfectionis, ecclesia potest dici non habens maculam aut rugam. patet quia ecclesia est collectio fidelium iuxta. cap. ecclesia. de consec. distinc. 1. sed pro statu præsentis vitæ non est datum fidelibus carere omni peccato, ac immunes esse siue liberos ab omni contagione, siue vetustate corruptionis, aut imperfectionis vt notum est. dicitur enim. 1. Ioā. 1. sicut arguendo inductum est. si dixerimus quoniam peccatum non habemus. ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. sed si cōfiteamur peccata nostra fidelis est Deus &c. super quo verbo dicit in glo. beatus Aug. quia sine peccato in hac vita esse non possumus, Prima salutis spes est ipsa confessio. ergo sequitur ꝙ ecclesia pro statu præsentis vitæ dici non potest veraciter prædicto modo habens maculam, neque rugam. (Augustinus) Ista etiam conclusio patet secundo authoritate. dicit. n. B. Aug. in lib. 2. retra. capi. 45. vbicunq; autem commemoraui ecclesiam non habentem maculam aut rugam, nō sic capiēdum est. quasi iam sit, sed quæ præparatur, vt si quando apparebit ecclesia gloriosa, nunc autem propter quasdā ignorantias & infirmitates membrorum habet vnde quotidie dicit: dimitte nobis debita nostra. (Augustinus) Item idem Au. libro de perfectione iustitiæ dicit sic. Tūc ecclesia erit sine macula & ruga, aut aliquid hmōi, quando erit gloriosa. non. n. mō in tantis periculis in tantis scandalis, in tanta permistione hoīm pessimorum & in tantis opprobrijs impiorum dicendū est eam esse gloriosam. (Augusti.) Item idem Aug. in li. de moribus ecclesiæ. sic accipiendum est, ꝙ ait Apostolus. Christus dilexit ecclesiā, & seipsum tradidit pro ea, mundās eā lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam non habētem rugā, nec maculā, aut aliquid hmōi, hoc est lauacrum aquæ in verbo quo mundat ecclesia. sed cū tota dicat q̄diu hic est dimitte nobis debita nostra, non vtiq; hic est sine macula, aut ruga, aut aliquid hmōi, hæc Aug. (Augusti.) ¶Secundo modo. ecclesiā non habere maculam aut rugam potest intelligi per immunitatem ab his vitijs & peccatis, cum quibus nec lux diuinæ gratiæ aut virtus charitatis per quam nos manemus in deo, & Deus in nobis. 1. Io. 4. stare non pōt, cuiusmodi sunt peccata mortalia, siue criminalia, & de hoc modo loquendo sit ista cōclusio. Ecclesia Dei etiam pro statu pręsentis vitæ est non habēs maculā aut rugam. patet ista conclusio, primo ex symbolo patrum dicentium. & vnā sanctā catholicā ecclesiam. sanctitas autem vt dicit B. Diony. 12. ca. de di. no. est ab oī immūdicia libera & perfecta mundicia. (Dionysius.) cum. n. Christus sponsus ecclesiæ sit speciosus forma præ filijs hominum, & sanctorum sit, sanctam habet sponsam, qui ait Leui. 12. sancti estote quoniam ego sanctus sum. vnde Cantico. quarto ad ecclesiam sic loquitur. tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. quod vero de macula mortalis peccati intelligatur exp. esse patet ex multis gloss. Primo ex gloss. super illud Canti. 4. macula non est in te, dicit sic, scilicet, criminalis culpæ. Item ita habet gloss. decreti in ca.

omnibus consideratis. 24.q.1. super verbo sine macula. Idē habet gloss. Hugutionis in c. præsenti. super verbo, maculā nec rugam. dicit sic. vtrunque intelligitur de peccato mortali. nam sine veniali nullus potest esse in hac vita, vt infra distinct. 3. §. verba. cap. de quotidianis. hæc ille. & ita Archi. sequens Hu. exponit. s. de sorde mortalis peccati. talis enim ecclesia est in his quæ numero & merito sunt de ecclesia, cuiusmodi sunt omnes fideles qui fide per dilectionem operantem vniuntur Christo. ¶ His habitis facile patet responsio ad rationes in oppositum. procedunt enim omnes de non habere maculam, nec rugam per immunitatem ab omni peccato tam veniali, quam mortali, & per liberationem ab omni vetustate corruptionis, siue imperfectionis. hoc autem modo concedimus, quòd ecclesiæ pro statu præsentis vitæ secundum quam dicitur militans non conuenit non habere maculam aut rugam, ut dictum est. de his diximus plenius in libro primo nostro de ecclesia, vbi de ecclesiæ sanctitate tractauimus.

Archidiac.

Ad argum.

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur quod peccator sorde peccati maculatus sit de ecclesia dicendus. Primo sanctitas ecclesiæ non excludit à membris suis omne peccatum. vt patet ex præcedenti quæstione. ergo per hoc quòd quis est sorde peccati maculatus non est dicendus de ecclesia non esse consequentia patet. ¶ Secundo hoc idem arguitur ex multis metaphoris, quibus Christus in euangelio ecclesiam comparauit, vt puta sagenæ missæ in mari & ex omni genere piscium congreganti. Matth. 13. super quo dicit beatus Gregorius in hom. sancta ecclesia comparatur sagenæ missæ in mari &c. quia nunc bonos malosque communiter quasi permistos pisces fidei sagena continet. ¶ Tertio ar. sic. Ecclesia dicitur fidelium vniuersitas siue collectio. sed fideles multi sunt sorde peccati maculati. ergo etiam tales sunt de ecclesia dicendi. ¶ Quarto si solus à peccato mundus esset de ecclesia dicendus cum dicatur ecclesiastic. 69. Nemo scit vtrum dignus amore vel odio sit. de nullo possemus scire an sit sorde peccati maculatus, an non, & per consequens de nullo adulto possemus scire an sit de ecclesia, quod videtur inconueniēs. ergo videtur quòd quilibet fidelis etiam si sit peccati sordibus maculatus sit de ecclesia dicendus. ¶ In oppositum est authoritas beati Hieronym. in litera. ¶ Respondeo dicendum quòd cum ecclesia collectio siue vniuersitas sit fidelium, in vnius veri Dei vnius fidei professione conuenientium intantum quis ad ecclesiam Dei pertinere aut de ecclesia esse dicitur, quantum vnitati & ecclesię communioni sanctę Dei participat. † In corpore autē naturali reperitur

Primū arg.

Secundū ar.

Tertium ar.

Quartū ar.

Opponit in cōtrarium.

Respondet.

3 quadruplex vnio membrorum adinuicem. Prima est secundum conformitatem naturæ. quia omnia membra constāt ex similibus eisdē partibus, & sunt vnius rationis, sicut manus & pes, ex carne & osse, & sic dicuntur esse vnum. s. genere vel specie. ¶ Secunda est per colligationem eorum adinuicem per neruos & iuncturas, & sic dicuntur continuatione. ¶ Tertia est secundum ꝙ diffunditur vitalis spiritus & vires per totum corpus. ¶ Quarta est secundum ꝙ omnia mēbra perficiuntur per animam. quæ est vna numero in omnibus membris, & hæ quatuor vniones inueniuntur in corpore mystico quod est ecclesia. vt deducit S. Thomas in 4. sententiarum. dist. 13. Prima est notandum omnia mēbra eius sunt vnius naturæ, vel genere vel specie. Secunda est inquantum colligata sunt adinuicem per fidem, quia sic continuā tur in vno credito. Tertia est secundum quam vnificantur per gratiam & charitatem. Quarta est secundum quam in eis est spiritus sanctus, qui est vltima perfectio, & principalis vnio corporis mystici. quasi anima in corpore naturali. Prima autem dictarum vnionum non est vnio simpliciter. ratio quia illud in quo est vnio puta ipsa natura non est vnū numero, sicut est in tribus sequentibus vnionibus. quia per fidem & charitatem in vno credito & amato secundum numerum vniuntur: similiter spiritus sanctus vnus numero omnes implet. Habemus igitur ex prædictis tres conclusiones. Prima quòd homines infideles non pertinent ad vnio

S. Thom

Prima conclusio.

4 nem corporis ecclesiæ actu, nec per consequens Christus est caput eorum, nisi in potentia secundum. s. quod sunt vnibiles corpori. ¶ Secunda est † quod homines fideles peccato

Secūda conclusio.

5 res pertinent aliquo modo ad vnitatem ecclesiæ inquantū continuantur ei per fidem, quæ est vnitas materialis, cum autem fides sine operibus mortua sit vt habetur Iacobi. 2. non possunt dici membra proprie corporis ecclesiæ, sicut nec membrum mortuum, nisi æquiuoce. ¶ Tertia conclu-

Tertia conclusio.

6 sio † quòd homines fideles in gratia existentes cum vniantur secundum tertiam vnionem, quæ est formalis respectu huius secundæ & iterum secundum quartam, quæ est completiua totius, tales simpliciter & proprie dicūtur de ecclesia tanquam eius vera membra. Vbi notandum pro declaratione eorum quæ dicuntur in gloss. quòd cum vnitas fidei informis sit vnitas imperfecta, vnitas autem quæ est per fidem charitate formatam, sit completa charitasque ipsa principium & radix meriti, vt colligitur, ex Apostolo. 2. Cor. 13. Illi qui in ecclesia continentur per solam fidem informem, dicuntur de ecclesia in comparatione iustorum, quasi esse solo numero siue solo nomine. qui vero per vnitatem fidei quæ per dilectionem operatur in ecclesia sunt numero, & merito. siue nomine, & re ad ecclesiam pertinere dicuntur. vnde Augustin. super Ioan. tractans illud. vnus ex vobis &c. dicit vnus ex vobis numero, non merito. vnus specie, non virtute. commistione corporali, non vinculo spirituali. carnis adiunctione, non cordis socius vnitate. & glos. magistri super psal. 25. de malis loquens ita dicit, & si de nobis sunt corpore, non mente numero, non merito. nomine non nu-

Augustin.

7 mine. † Ex hoc patet distinctio quatuor generum hominū, quæ ponitur, quòd sunt quidam in ecclesia nomine & re, vt boni catholici in gratia existentes. hi enim sicut nomine dicuntur membra ecclesiæ ita sunt re siue proprie. Alij vero nec nomine nec re pertinent ad ecclesiam actu vt infideles. Quidam vero nomine tantum, sicut fideles peccatorū mortalium sordibus inuoluti. hi enim cum sint vita gratiæ carētes, non proprie membra ecclesię dici possunt sed nomine tantum. Quidam vero sunt re tantum de ecclesia, sicut sunt cathecumini ante susceptionem baptismi in gratia, & charitate existentes, de quibus in capitulo non dubito. de cons. distinct. 4. ¶ His habitis ad rationes in oppositum facile est respondere. Ad primam respondetur. quòd sanctitas ecclesiæ licet non excludat vniuersaliter à membris ecclesiæ omne peccatum, excludit tamen omne peccatum mortale. & hinc est, quòd nullus sorde peccati mortalis maculatus dicitur de ecclesia esse, ita vt membrum eius ita proprie esse dicatur, quod est numero & merito, siue nomine & re esse de ecclesia. ¶ Ad secundam respondetur, quòd ex illis metaphoris euangelicis licet habeatur, quod aliquo modo fideles peccatores ad ecclesiam pertineant, sicut & verum est in quantum. s. continuantur eidem per fidem, non tamen habetur quòd pertineant ad vnitatem ecclesię, sicut membrū eius vna. cum enim in corpore Christi, vt dicit Hugo de sancto Victore nihil sit mortuum, nullus vitæ gratia priuatus cuiusmodi est qui peccati mortalis sorde maculatur, ꝓprie potest dici membrum eius. vnde Apostolus, qui non habet spiritum Christi non est eius. gloss. membrum. ¶ Ad tertiam respondetur, quod licet ex hoc quòd ecclesia dicitur collectio omnium fidelium sequitur bene, quòd omnes fideles aliquo modo pertineant ad ecclesiam, non tamen habetur ex hoc, quòd omnes æque perfecte pertineant ad vnitatem eius, sed aliqui solo numero. Alij vero numero & merito, sicut dictum est. vnde beatus Augus. de hac differentia dicēs, eorum qui sunt in ecclesia ita dicit libro de baptismo contra Donatistas. Hæc domus scilicet ecclesia, est in vasis aureis & argēteis, & lapidibus, & lignis imputribilibus. Hęc domus dicitur templum Dei sanctum, quod estis vos. hoc quippe in bonis fidelibus & sanctis Dei seruis vbique dispersis, & spirituali vnitate coniunctis in eadem communione sacramentorum, alijs autem ita esse dici in domo, vt non ptineant ad compagem domus nec ad societatem fructiferæ pacificæq; iustitię, sed sicut esse palea dicitur in frumentis. nam & istos in domo esse negare non possumus, dicente Apostolo. in magna autem domo non solum aurea vasa vel argētea, sed & lignea & fictilia. & alia quidem sunt in honorem, alia vero in contumeliam. hæc Augustinus. de hac materia plurima scripsimus in libro primo summæ nostræ de ecclesia per plura capitula in principio. ¶ Ad quartā respondet. ꝙ rō non procedit. quia maculatus sorde peccati mortalis licet negetur esse de ecclesia merito, siue vt membrū verū corporis Christi, nihilominus nō negatur esse aliquo modo de ecclesia, inqtū. s. continuatur per fidē oībus alijs fidelibus, & cōcurrit cū eis in vna cōione sacrorū, sub qua vnitate simul cum granis paleæ miscentur vt dicit beatus Augustin. in capi. est vnitas. de consec. dist. 4. vbi ita inquit. est vnitas ecclesiæ, quæ late patet in sacramentorum videlicet

Ad primū argumen.

Ad secūdū

Ad tertium

August.

Ad quartū.

societate

ſocietate & communione, quæ complectitur cum granis & paleis.cum autem dicit Augusti. nihil homini ſit certius ſua fide qua creditur.licet non ita ſit de charitate, certum erit vnicuique,ꝙ numero pertineat ad vniuerſalem eccleſiã.quia vt dicit Aug.vbi fides ibi eccleſia, licet certitudinaliter de ſe nõ ſciat aut de alio adulto via humana an ptineat ad eccleſiam,merito tanquam verum membrũ ipſius corporis Christi.Litera.¶[Eccleſia Christi]ad Ephe.5. [maculam]hæreſis:vel peccati mortalis.pſal.100. ambulans in via immaculate hic miniſtrabit mihi.Itẽ beati immaculati in via &c.[nec rugam] ſimulationis vel duplicitatis intentionis:quã non habent qui recte coniuncti ſunt Christo: & eccleſiæ.Iob.16.rugæ meæ teſtimoniũ dicunt contra me [vel aliquid huiuſmodi]gl.magiſtri.i.peccatũ aliquod:per quod ſit dãnabilis.[qui ergo elicit ex pdictis hoc[ꝙ q ſorde peccati].ſ.mortalis[de eccleſia non poteſt appellari].ſ. merito: licet bene numero:nec Christo ſubiectus tanquam eius verũ membrum:vt dicit apoſtolus & ſupra induximus.qui nõ habet ſpiritum Christi non eſt eius membrũ [poſsibile aũt

8 eſt]2.pars.[vt qũo eccleſia quæ prius rugã &c.]† eccleſia.n. antequam eſſet Christo deſponſata cum erat in gentibus vel iudeis habebat maculam:vel rugam infidelitatis,& ſpiritualis immundicitiæ:ſed poſtq̃ Christo deſponſata eſt,mũda eſt per lauacrũ regenerationis dicẽte Apoſtolo ad Ephe. 5.tradidit ſemetipſum pro ea:vt illam ſanctificaret mundãs lauacro aquæ in verbo vitæ &c.& ad Titum.3.ẽm ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti:quem effudit in nos abunde. & Hier.33:emũdabo illos ab oĩ iniquitate [currat ad medicũ] .ſ.Christum qui ſanat oẽs infirmitates noſtras,vel ſacerdotem miniſtrũ eius[non habẽt opus]Lucæ.5.ſ.ad recuperandam ſanitatẽ:licet bene ad conſeruandam [de eccleſia].i. de vnitate eccleſiæ: merito non ſolũ numero a qua receſſerat per peccatum mortale, per ꝙ charitas quæ corpus eccleſiæ maxime venit ab anima expellitur corpus Christi eſt.Colo. primo dicit Apoſtolus.ipſe eſt caput corporis eccleſiæ.

1 *Cogitare ea quę ſunt mala an ſit peccatum.*
2 *Cogitatio de malo ſiue de peccato poteſt haberi tripliciter.*
3 *Peccatum poteſt eſſe dupliciter in cogitationibus.*



Vper tribus. Cõſequẽter magiſter Gratianus continuando cõcluſionem ſuam:videlicet ꝙ pœnitentia ſit neceſſaria peccatori ad veniam conſequendam, introducit cap.hoc in quo iuxta expoſitionem moralem beati Hieronymi,oſtendit ꝙ de oĩbus alijs peccatis peccator in præſenti vita conſequitur veniam per pœnitentiam: niſi de impœnitentia.Continuantes enim vitam in peccatis Deus nõ ſuſcipit ad miſericordiam,ſed grauiter punit & flagellat.Et poteſt diuidi in duas partes. In prima parte introducit ad hoc quod diximus:quod dominus per Amos prophetam comminatur contra Azaelem regem Samariæ, qui non tantum ſemel & bis ſed continuauit pluribus vicibus per ſe qui populum Dei.In ſecundo tropologice exponit de peccatore ad propoſitum ſuum.2.ibi iuxta. ¶ Hic non videntur alia quærenda niſi.¶1 † Vtrum cogitare ea quæ ſunt mala ſit peccatum.Et videtur quod non.quia cogitare malum non videtur malum,niſi aſsit voluntas faciendi. ergo ante cõſenſum qui ponitur in ſecundo gradu in cogitatione nõ cadit peccatum. ¶ Secundo confirmando iſtam rationem arguitur ſic.ſubiectum peccati eſt voluntas:ſed cogitatio p̃cedit voluntatem:ergo,primum peccatum non poteſt eſſe in cogitatione.¶ Tertio ſic.prædicantem aut diſputantem de malis neceſſe eſt cogitare quæ mala ſunt, ergo cogitare quæ mala ſunt eſſet peccatum,videtur quod nemo diſputare aut prędicare de malis poſſet,ſine aliquo peccato.ſed hoc eſt inconueniens &c. ¶ In oppoſitum eſt textus præſentis literæ.qui eſt Beati Hieronymi. ¶ Reſpondeo dicendum,

2 † qđ cogitatio de malo ſiue de pc̃tõ põt tripliciter haberi. vno modo vt cogitetur quid ſit malum culpæ:& ſpeciebus eius,& quid operetur in homine:& talis cogitatio põt pertinere ad doctrinam veram & ſanam,& ſic cogitare de malo non eſt peccatum aut culpabile.ſed poteſt eſſe meritoriũ ſicut & cogitare de virtutibus:quid ſit,& huiuſmõdi. nã cogitans de natura vnius oppoſiti habet cogitare de natura alterius.quia contrariorum eadem eſt diſciplina. vt dicit Philoſophus.¶ Secundo modo poteſt haberi cogitatio de peccato,vt peccatum vitetur ꝓpter ſui turpitudinem & deformitatem:propter quam cogitans declinat a peccato: & vt peccatum abomineť: & ſic cogitare de peccato eſt laudabile & bonum.Eze.8.& dixit dominus ad me ingredere & vide abominationes peſsimas,quas iſti faciunt.¶ Tertio modo poteſt haberi cogitatio de malis vt delectetur in eis cogitãs ſiue vt adimpleat ea opere,& talis cogitatio eſt mala, & puerſa Eſa. 23.puerſa eſt hæc veſtra cogitatio.Et in pſ.129. qui cogitauerunt iniquitatem in corde ſuo. hoc autem modo cogitare male eſt primum peccatum,vt dicitur hic.¶ Secundo notandum iuxta S.Tho.in 2.ſententiarum. di.33.q.

3 1.ar.2.† quod peccatum in cogitationibus poteſt eſſe dupliciter.vel inquantum cogitationes ſunt, & ſic non eſt in eis niſi peccatum vanitatis, ſecundum quòd intellectus debet occupari vtilioribus cogitationibus, & occupatur inutilibus,nec hoc in culpam imputatur,niſi ſecũdum quòd actus eſt interius natus à voluntate impari,vel inquãtum cogitationes propter delectationem rei cogitatæ quærũtur, ſicut eſt de cogitatione fornicationis.& ſic potius eſt peccatum in ipſa cogitatione rei cogitatæ ſecundum memoriam, vel ſpeciem,quam in ipſa cogitatione.¶ His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum. Ad primam reſpondetur negando aſſumptum.multi.n. delectantur in cogitationibus multorum malorum,quas tamen opere complere non proponunt,nec volunt.¶ Ad ſecundam reſpondetur notando primo iuxta ſanctum Thomam in 2.ſententiarum diſt.41. quòd ſubiectum peccati poteſt accipi vel primum vel proximum.proximum ſubiectum peccati eſt illa potentia quæ actum peccati elicit,& ſic in diuerſis potentijs conuenit eſſe peccatum,& non ſolum in voluntate.Primum autem ſubiectum peccati eſt ex quo ineſt homini peccati ſuſceptibilitas,& quia homo non eſt ſuſceptibilis culpæ, niſi ſecundũ quòd eſt dominus ſuorum actuum, & hoc ſibi competit, ſecundum quòd eſt voluntatem habens, & ideo hac ratione voluntas dicitur primum ſubiectum peccati.¶ Ratione vero illius quòd in arguendo dicitur quòd intellectus ſiue cogitatio præcedit voluntatem: ¶ Eſt notandum ſecundo cũ ſancto Thoma in 1.2.q.74.ar.4.ꝙ voluntas quodammodo mouet & præcedit rationem,& ratio quoddãmodo voluntatem.vnde & motus voluntatis poteſt dici rationabilis, & actus rationis poteſt dici voluntarius. & ſecundum hoc in ratione inuenitur peccatum, vel prout eſt defectus eius voluntarius, vel prout actus rationis eſt principium actus voluntatis.& ita patet reſponſio. ¶ Ad tertiam patet reſpõſio ex dictis.dicimus enim,quòd totaliter cogitare mala nõ eſt malum,ſed vt dictum eſt poteſt eſſe meritorium. litera. ¶ [Super tribus ſceleribus] verba ſunt Amos prophetæ in perſona domini comminantis populo Damaſci,& Azael regi eius qui decem tribus Iſrael grauiter ſæpe afflixerat, & eſt ſenſus vt inquit gloſſ. ſi Azael & populus Damaſci ſemel vel bis tantummodo populum meum eſſet perſecutus, forſitan parcerem ei, ſed quia diu expectaui ad pœnitentiam vt conuerſus acciperet ſanitatem. econtra ipſe abuſus mea patientia tertio & quarto afflixit, cogor mutare ſentẽtiam vt plagis corripiam delinquentes.[Super quartum non cõuertam eum]ſcilicet Azael regem,& populum eius, ſcilicet ab inſania ſua ad miſericordiam, vt dicit gloſſ. interlib. vel [non conuertam eum]id eſt,non expectabo eum amplius, vt conuertatur,& ſanetur,ſed flagellis & plagis eum corripiam.Hugu.[iuxta] ſecunda pars ſi ſunt verba Hieronymi. & habentur in gloſſ.ordinaria ſuper Amos in primo capitu. vbi ſic habetur. Primum peccatum eſt mala cogitare. Secundum conſentire. Tertium eſt opere adimplere. Quartum eſt non pœnitere.qui in tribus prioribus peccat ſi pœnitet conuertit eum dominus ad vultum clementiæ ſuæ, ſi vero non pœnitet auertit ab eo vultus clemẽtiæ ſuæ gl. hæc

1 *Pœnitentia an ſit ſecunda tabula poſt naufragium. Quia ſic. numero. 2.*
3 *Abſcondere dicitur dupliciter.*



Ecunda tabula Conſequẽter ad oſtendendum neceſſariam peccatoribus eſſe pœnitentiam ad veniam conſequendam, introducit dictum Hieronymi dicentis.quòd ſecunda tabula poſt naufragium eſt peccata ſua ſimpliciter confiteri.Et poteſt diuidi in duas partes.In prima ponit quod dictum eſt.In ſecunda exhortatur ad pœnitetiã 2. ibi,

Marginalia: Exponit literam. — Diuiſio. — Quæſtio. Primum ar. — Secundũ ar. — Tertiũ arg. — Opponit & Reſpondet. — Ad primum argumentũ — Ad ſecundũ S.Thom. — S.Thom. — Ad tertium — Exponit literam.

ibi, imitati estis. ¶Pro pleniori intelligētia literę pśentis ve ntl hic disputandum. ¶†Vtrum pnīa sit secūda tabula post naufragium. Et videtur ꝙ non, dicitur Mat. 3. pœnitentiā agite. ibi gl. ait. Prima virtus est pœnitentia perimere veterem hominē. si ergo est prima virtus, est prima tabula, virtus.n. vel gratia est remedium spiritualis naufragij. ¶Secundo sic. fundamentum in ædificio non tenet secundum locum: sed primum. sed pœnitentia in ædificio spirituali est fundamentum secundum illud Heb. 6. non rursus patientes fundamētum ab operibus mortuis: vnde & præcedit ipsum baptismum, secundum illud Actu. 2. pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum. ergo pœnitentia non debet dici secūda tabula. ¶Tertio omnia sacramenta sunt quædā tabulæ. i. remedia contra peccatum: sed pœnitentia non tenet s̄m locum inter sacramenta, sed magis quartum. ergo pœnitentia non debet poni secunda tabula post naufragiū. ¶Quarto secunda dicit ordinem, aut naturæ aut temporis, non temporis: quia sicut actuale peccatum prius fuit quàm originale, sicut in primis parentibus, sic tabula quæ est remedium actualis naufragij prior fuit tabula quæ est remedium originalis. In primis.n. parentibus persona ratione culpæ psonalis corrupit naturam, natura autem deinceps corrupit personam corruptione, culpæ originalis. Nec etiam dicit ordinem naturæ, quia sicut voluntas est primum principium peccati, ante quod nullum est naturaliter primū, sic & peccatum voluntarium prius est natura peccato, quod contrahimus cum origine naturali. ¶Quinto super illud Es. 3. peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt: dicit gl. secunda tabula post naufragium est impietatem peccatorum abscōdere: sed pœnitentiæ non est abscondere: sed reuelare impietatem. vnde Prouer. 28. dicitur, qui abscondit scelera sua, nō dirigetur &c. ergo cum actus contrarij non conueniant eidem, pœnitentia non erit secunda tabula dicenda. ¶In oppositum est textus præsentis literæ. ¶Respondeo, hic sunt videnda duo. Primum est de modo quorum locum tenet pœnitentia. Secundum est qua ratione siue similitudine pœnitentia dicatur secunda tabula post naufragium. ¶Circa primum est ista conclusio. †Conuenienter pœnitētia est dicta secunda tabula post naufragium. Ista conclusio declarat̄ sic iuxta S. Thomam in tertia parte. q. 84. id quod est per se naturaliter. prius est eo quod est per accidens, sicut & substantia prior est accidente, sacramenta autem quædam ordinantur ad salutē hominis sicut baptismus. qui est spiritualis regeneratio, & confirmatio quæ est spirituale augmentum, & eucharistia quæ est spirituale nutrimentum, pœnitentia autem ordinatur ad salutem hominis, quasi per accidēs, supposito quodam. s. ex suppositione peccati: nisi.n. homo peccaret actualiter, pœnitentia non indigeret. Indigeret tamē baptismo & confirmatione & eucharistia. sicut enim in vita corporali non indigeret homo medicatione, nisi infirmaretur, indigeret tamen homo per se ad vitam generatione, alimēto, & nutrimento. & ideo pœnitentia tenet secundū locum respectu status integritatis, qui confertur per sacramenta prædicta. Et ita patet primum. ¶Circa secūdum est duplex modus designandi rationem similitudinis quare pœnitentia dicatur secunda tabula post naufragium. Primus est S. Thom. dicit enim sic in quarto, locutio Hieronymi est metaphorica. Illi enim qui prospero itinere nauigāt mare, prima tabula sustentantur. i. ipsa naui integra, sed naufragium passi alicuius tabulæ nauis fractæ auxilio ad portum salutis ducūtur, & hæc secunda tabula dicitur quæ post naufragium. & non quòd sit secunda post naufragium, sed quia existens est secunda post primam quæ erat ante naufragium. vnde consuetudo sua est, vt patet sua dicta legenti, vt omne illud quod pręstat remedium post aliquod eueniens secundam tabulam post naufragium vocet. gratia autem baptismalis per quam in ecclesia collocamur, cuius figura fuit arca Noe, dicitur prima tabula ante naufragiū, sed quia per peccatum mortale naufragium passis, & gratia innocentiæ cadentibus non restat aliquod remedium, nisi pœnitentia. & ideo pœnitentia dicitur secunda tabula. Albertus vero magnus, & Alexander, & Bonauentura dicunt, pœnitentiam esse secundam tabulam post naufragium ponentes, quòd duplex sit naufragium. vnum. s. quod factum est per originale peccatum, & tabula saluans ab illo est baptismus. Aliud est quod est factum per actuale siue personale peccatum. & tabula saluans est pœnitentia baptismus. ergo & pœnitentia quæ duæ tabulæ ferunt ad litus post naufragium tale, & hæc ex ipso magis conuenit cum glo. decreti, & hæc de secundo. ¶Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta magistrum Alexandrum de halis, quòd virtus pœnitentiæ non dicitur prima virtus simpliciter, sed lapsis in mortale post baptismum. Quod manifestū fit ex eo quod dicit Sanctus Thomas in quarto. videlicet ꝙ fides & spes non habent rationem perfectæ virtutis, nisi secundum quòd sunt informatæ charitate, & secundum hoc pœnitentiam sequuntur, & sic aliquo modo verū est, quod est prima inter omnes alias virtutes. hæc ille. Et ita cum simpliciter non sit prima virtus, non sequitur quod sit prima tabula. ¶Ad secundam respondetur iuxta sanctum Th. in tertia parte. quod pœnitentia non potest dici fundamentum spiritualis ædificij simpliciter, id est in prima ædificatione. sed est fundamentum in secunda reædificatione quæ fit post destructionem peccati. Nam primo redeuntibus ad Deum occurrit pœnitentia. pœnitentia etiam quæ baptismum præcedit non est pœnitentiæ, sacramentum. ¶Ad tertiam respondetur iuxta magistrum Alexandrum de halis. in 4. Primo negando consequentiam. argumentū enim hoc non valet. pœnitentia est secunda tabula. ergo secundum sacramentum, instantia tali, iste est secundus Archidiacon. in tali ecclesia. ergo est secunda persona. ¶Secundo respondetur secundum eundem quòd pœnitentia est secundum sacramentum inter sacramenta delentia culpam, non autem secundum culpam simpliciter. ¶Ad quartam de ordine respondetur iuxta magistrum Alexādrum de halis. in 4. quòd est considerare peccatum originale & actuale absolute, & in se. & sic actuale est prius natura quàm originale, sicut causa quàm effectus. & est considerare ipsa in comparatione ad subiectum: & hoc duobus modis, vel in cōparatione ad subiectum primum, id est, primum hominem, & sic actuale fuit prius originali, vel in comparatione ad naturam propagatam, & sic originale natura & tempore prius est quā actuale. prima autem tabula & secunda datæ sunt in remedia peccatorum, secundum ꝙ determinantur circa naturam propagatam siue hominem descendentem à primis hominibus, vel parentibus, propter quod primo conuenit quod primo sit prima tabula, quæ est remedium originalis. deinde secunda, quæ est remedium actualis. ¶Ad quintam respondetur. †ꝙ abscondere dicitur dupliciter. vno modo celādo peccata nostra, & non confitendo, & secundum quod dicit Prouer. 18. qui abscondit &c. Alio modo delendo peccatū per contritionem, confessionem, & satisfactionem. hæc absconsio fit per pœnitentiam, de hac in psa. 31. beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorū tecta sunt peccata, & de tali loquitur glo. & hæc de quæstione ista. Litera. ¶[Secunda tabula culpam simpliciter] id est, sine plica simulationis. simpliciter. i. integraliter. simpliciter. simpliciter se accusando absq; aliqua ruga accusationis [imitati] 2. pars [gemitus] interiores siue etiam exteriores.

Primū arg. — Secundū ar. — Tertium ar. — Quartū ar. — Quintū ar. — Opponitur contrariū. — Respondet. — S. Thom. — S. Thom. — Albertus magnus. Alexander. Bonauent. — Ad primū argu. — S. Thom. — Ad secundū S. Thom. — Ad tertium Ale. de Ha. — Ad quartū. Ale. de hal. — Ad quintū. — Exponit literam.

1 *Natura diuina an sit magis prona ad indulgendum, quam ad vindictam.*
2 *Deus qualiter dicatur summe iustus.*
3 *Iudex potius debet sequi misericordiam.*
4 *Ecclesia militans designatur per tabernaculum.*



Via diuinitatis natura. Post quā superius magister Gratianus ad exhortationem pœnitentiæ introduxerat argumēta ex parte necessitatis pœnitentię, dicendo eam esse secundam tabulam post naufragium. Consequenter ad eādem exhortationem pinguiorem faciendam introducit ex parte Dei admirabilem eius naturam quæ ita naturaliter & essentialiter atque fontaliter bona benigna pia & clemens est, vt magis prona sit ad indulgendum peccatoribus ad eam reuerti volentibus, quam ad puniendum peccatores. Et potest diuidi hęc pars in duas partes. Primo quidem hoc probat authoritatibus sacrę scripturę. Secundo exemplo. 2. ibi, ne forsan. ¶Pro pleniori intelligentia pręsentis capituli venit disputādum. ¶†Vtrum verum sit dictum Hieronymi dicentis quòd diuinitatis natura magis ad indulgendum prona sit, quàm ad vindictam. Et arguitur primo quòd nō. ¶Primo sic. misericordia & iustitia, equales sunt in Deo. sicut oēs pfectiones q̄ in Deo eē dicunt. ergo æque diuinitatis natura prona est ad vindictā, quæ

Diuisio. — Questio. — Primū arg

quæ est opus iustitiæ, sicut ad indulgentiam quæ est effectus misericordiæ. ¶Secundo sic. iustitia in Deo est in summo. Patet quia tũ, vt inquit, Anselmus, iustior Deo nequit ꝑ cogitari, tum quia quicquid est in Deo est in summo, cum sit infinitũ, ergo ita diuinitatis natura prona est ad vindictam, sicut ad indulgentiam. Tertiũ arg. ¶Tertio ad Heb. 10. dicitur ꝙ horrendum est incidere in manus Dei viuentis. sed hoc nõ esset si diuinitatis natura æque prona foret ad vindictam, sicut ad indulgentiam. Opponit & Respondet ¶In oppositum est authoritas Hieronymi. in præsenti litera. ¶Respondeo dicendum ꝙ dictũ Hieronymi videlicet ꝙ diuinitatis natura pronior sit ad indulgentiam quàm vindictam est verissimum. Ista cõclusio probatur primo ex isto quod Ezec. 18. inquit dominus. nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. ¶ Secundo ratione sic. vnaquæq; natura ad id magis prona, quod intrinsece cõuenit ei & ex proprijs, quàm ad id, quod sibi ab extrinseco & quasi alienum est. patet hoc. sed misereri & parcere atque indulgere conuenit naturæ diuinitatis quasi ex proprijs intrinsece. Gregorius. Ait. n. Grego. Deo cuius substãtia bonitas, natura dulcedo propriũ est misereri semper & parcere. punire autem siue vindictam inferre est quasi Deo alienum. vt Esa. 27. patet, & ab extrinseco venit, s. hoc exigẽtibus demeritis peccantium. vnde Sapientiæ primo dicitur Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorũ. Impij autem manibus & verbis accersiunt illam. ¶Tertio sic probatur conclusio ex cõditione summæ bonitatis, quæ Deus est, cuius tanta est plenitudo, vt non modo super bonos, sed etiam super malos gratiæ suæ radios expendat. vnde Mat. 5. inquit Christus, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui vos oderunt: orate pro persequentibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & iustos, & iniustos. Anselmus. Hac respõsione vtitur Anselmus prosologion. c. 9. respondendo ad quæstionẽ illam. vnde est ꝙ dominus vult saluare malos cum sit summe iustus. Et respondet dicens. vere in altissimo & secretissimo latet fons bonitatis tuæ, vnde manat fluuius mĩæ tuæ. Nam cum totus & summe iustus sis, tamen idcirco malis, benignus es, quia totus summe bonus es, Minus namq; bonus esses, si nulli malo bonus esses. Ideo ergo misericors es q̃a totus & summe bonus. ¶ Quarto colligitur ex eo quod S. Thom. S. Thomas dicit tam in 2.2. quam in quæstionibus de veritate. quod sub prophetia comminationis quia frequentius inuenitur reuocata comminatio, quam punitio: Deus. n. pronior est ad miserandum quam ad puniendum. hæc S. Tho. ¶Quinto veritas præfatæ conclusionis colligitur clarissimè ex multis quæ diuinitatis clemẽtia erga peccatores misericorditer quotidie operatur, peccatores. n. nõ statim punit sed patienter expectat, benigne reuocat, vlcisci dissimulat, de multis periculis liberat, gratiam donat, datam multiplicat, multiplicatam conseruat in cœlo præmiat. Item ex misericordia Deus ad se redeuntem peccatorem hilariter suscipit ad pœnitentiam, cor emollit, offensam cito dimittit, iniuriæ post remissionem non meminit. ¶His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primu argumen. Ad primam respondetur negando consequentiam, licet. n. iustitia Dei cum sit diuina essentia sicut & misericordia sint æquales, nihilominus tamen non sequitur, ꝙ diuinitatis natura æque prona sit ad puniendum sicut ad indulgẽdum rationibus assignatis. vnde Iaco. 2. dr̃. ꝙ misericordia superexaltat iudiciũ m. & propheta in ps. 144. Miserationes eius sup oĩa opera eius. Ad secũdũ ¶Ad secundam rationem cum dr̃, ꝙ iustitia est summa &c. respõ-
2 detur negando consequentiam. †q̃m Deus non dr̃ summe iustus per recessum à mĩa ad seueritatem, sed per recessum ab iniustitia. S. Thom. Mĩa. n. vt dicit S. Tho. in 4. di. 46. non repugnat iustitiæ. quia elargiri aliquid de bonis supra debitum, vel citra debitum de malis, non est cõtra iustitiam, sed præter eã. Augustin. Et ideo nec immẽsitas mĩæ excludit iustitiam à diuino opere, nec immensitas iustitiæ mĩam. Hinc Aug. dicit. ꝙ Deus naturaliter misericors est, paratus vt saluet clementia quos non potest saluare iustitia. Ad tertium ¶ Ad tertiam de authoritate ad Heb. 10. respondet ꝙ authoritas illa non facit contra, & negatur consequentia. q̃m ex hoc ꝙ horrendum sit incidere in manus Dei viuentis, Non sequitur quin pronior sit ad indulgendum quàm ad puniendum. sed pro tanto dr̃ horrendum incidere in manus Dei, S. Thom. sicut inquit S. Tho. in 4. vbi supra. videlicet per remotionem resistentiæ, quia eius iræ nemo resistere potest, cum sit omnipotens, nec ab eo fugere, cum sit vbiq; præsens. Nec coram eo fallaciter se excusare,

cum omnia sciat. Litera. ¶[Quia. clemens est] Deus pœnitẽtibus: propitiatur. n. peccatis eorum. Exponit literam. Exo. 33. Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Et. 2. Paralipo. 30. Pius. n. & clemens est dominus Deus noster. [Ma-
3 gisq;]ar. † ꝙ iudex potius debet sequi mĩam. arg. supra. 35. q. 9. [longam indulgentiam] vnde ait mĩam volo, & non sacrificium Ozeæ. 6. [quoniam non vult] Ezec. 18. [Ad veram pœnitentiam] pœnitentia vera est vt inquit Grego. Grego. præterita mala plangere, & plangenda non perpetrare. [Cito] quia in quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum suarum non recordabor. Augustin. vnde Augu. in libro de differentia spiritus & animæ. Nemo de Dei pietate diffidat, quoniam maior est eius mĩa, quam nostra miseria. & quisquis ad eum toto corde clamauerit exaudiet illũ. quia misericors est, tardius si quidem vr̃ ei peccatori veniam dare, quàm ipsi peccatori eam recipere. sicq; festinat absoluere reum à tormento conscientiæ suæ cum plus cruciet eum compassio miseri, quàm ipsum miserum cõpassio sui. [Ne forsan] est. 2. pars, in qua Hieronymus super Ezec. prophetam loquẽs inducit exemplum vt hic Gratianus dicit. sed de Iudæis ad literam intelligitur, mystice vero de omnibus peccatoribus, quibus ne desperent de venia promittit Deus, ꝙ si pœnituerint habitabunt in tabernaculis iustorum. quia per pœnitentiam Deo & ecclesiæ reconciliati reuertentur ad ecclesiæ communionem, à qua separati merito erant per peccatum mortale & participes fiant festiuitatis angelicæ, de qua dicit Lucæ. 15. gaudium est angelis super vno peccatore pœnitentiã agente. [Adhuc inquit sedere in tabernaculis sicut in die festiuitatis]. s. schenophegiæ, in qua Iudæi singulis annis habitarunt sub vmbraculis, in memoriam. 40. annorum in quibus in deserto fuerunt sub tabernaculis. q. d. sicut olim vos de Aegypto liberaui & habitastis in tabernaculis, sic nunc educam vos de tribulatione, & imminenti captiuitate, si ad me reuerti volueritis. [vt ꝙ] verba sunt Hieronymi exponentis mystice prædicta verba domini in Ozeæ. 12. c. [vt ꝙ facit baptismus id facit pœnitentia]. s. quo ad mundationẽ à peccato in baptismo susceptam & consecutionẽ vitæ æternæ. [In tabernaculis saluatoris hoc est in ecclesia]. i. in vnitate ecclesiæ, de qua per peccata egressi erãt vt supra e. dis. qui
4 sanctus. † Et tñ hic notandum ꝙ ecclesia militans merito designatur per tabernaculum sm̃ illud Apoc. 21. ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Dr̃ autem ecclesia tabernaculum pro conditione status præsentis vitæ, qui status est status militiæ. Iob 7. Militia est vita hominis super terram, & peregrinationis, quia dum viuimus in mortali hoc corpore peregrinamur à domino. 2. Cor. 5. Augustinus de quo tabernaculo dicitur psa. 30. proteges eos in tabernaculo tuo: super quo verbo dicit Aug. sic, quid est tabernaculum ecclesia huius temporis, quæ tabernaculum ideo dr̃, q̃a adhuc in terra est, & peregrinatur, tabernaculum est, habitaculum militum in expeditione positorum. Hęc ille.

1 *Promissiones diuinæ an capiant mutationem vt hominum precibus obt ineantur aut retardentur negligentia.*



Dem prædixit. Postquam magister Gratianus sanctorũ authoritatibus inuitauit peccatores ad pœnitentiam ex parte clementiæ, & pietatis diuinę, qua pœnitentibus indulgentiam promittit. Nunc admonet eos, ꝙ si promissionem diuinam consequi desiderant, necesse est vt illam cum instantia deuotis precibus expostulent, ne propter negligentiam promissio retardetur, aut per offensam omnino subtrahatur. Et potest diuidi hoc capitulum principaliter in duas partes. Diuisio. In prima ponit quod dictum est. In secunda elicit cõclusionem. 2. ibi, In cinere. Item prima in quatuor exempla quę inducit ad probationem intentionis suę. Subdiuisio. Prima in principio. 2. ibi, denique in Genesi. 3. ibi, vnde & Hieremię. 4. ibi, & ad Samuel. ¶Pro pleniori intelligentia pręsentis ca-
1 pituli. Queritur. ¶† Vtrum promissiones diuinæ capiant mutationem vt hominum precibus obtineantur, aut retardentur negligentia. Quæstio. Et arguitur ꝙ non. ¶ Primo sic. Primum ar. Istud quo posito vel remoto nihilominus adhuc res habet effectũ suũ nõ iuuat nec impedit, sed siue oratio fit siue nõ ꝓmissio bonorũ siue cõminatio pœnarũ sem ꝑ habebit locũ, dr̃. n. 1. Re. 15. porro triũphator in Israel nõ parcet, nec. n.

homo est qui agat pœnitentiam. ergo siue fiat oratio siue non semper adimplebuntur diuinæ promissiones. ¶ Secundo sic. q habet immutabilẽ veritatẽ nullo mõ põt variari, sed promissiones diuinæ habẽt immutabilẽ veritatẽ, ait. n. ppheta ps. 144. fidelis dñs in oĩb. verbis suis. ergo &c. ¶ Tertio sic. tales promissiones aut sunt intelligendæ cum conditione aut sine conditione. Non primo. quoniam talis conditio non exprimitur, tum etiam quia tunc promissiones diuinę essent dubiæ. Si vero sunt sine conditione sequitur, q simpliciter quocunq; addito vel remoto adimplebuntur. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum q vt inquit Nicolaus de lyra super illud Hiere. 18. c. Agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem ei. quod pœnitentia in Deo non habet locum, ita q velit aliquid, & postea nolit: quia voluntas eius est immutabilis. sed sicut noster intellectus immaterialiter intelligit materialia, ita volũtas diuina immutabiliter vult mutabilia. Sciendum tñ, q promissiones diuinæ aliquando pronuntiantur prout sunt in dispositione diuinæ mẽtis, & tũc eueniunt in effectu immutabiliter, & hoc modo dicit Samuel de abiectione Saulis illud. 1. Re. 15. quod inductum in primo argumento. videlicet porro triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectet. nec. n. homo est, qui agat pœnitentiam. Aliqñ vero denuntiantur prout sunt in causis secundis, videlicet in hoĩem meritis vel demeritis, secundum q̃ sm legem diuinam meruerunt puniri, vel præmiari. & talia non semper eueniũt sicut sunt nũtiata, eo q causæ sunt mutabiles. possunt. n. homines mutari de bono in malum & econuerso. & sic dr̃ Ionæ. 3. adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. sic. n. meruerant peccata Niniuitarum. sed quia Niniuitę egerunt pñiam, subuersio non est subsecuta, vt dr̃ ibidem. Sic ergo & hic promissione Dei dicit adimpleri vel impediri ex parte secundarum causarũ. vnde promissiones diuinæ bonis hoĩm operibus adimplentur. Sic. n. quædã pdestinata sunt vt inquit Greg. in dialogo, & habetur in c. obtineri. 23. q. 4. vt precibus obtineãtur. dicunt etiam retardari, aut diuina impediri negligentia, aut demeritis hoĩm, quibus indigni reddunt diuinorum promissorum. ¶ Quibus habitis dicendum est ad rõnes in oppositum. Ad primam illud quo &c. Respondetur negando minorem vniuersaliter. Et ad probationem cum inducitur illud. 1. Reg. 15. Iam responsum est. videlicet q promissio bonorum siue comminatio malorum cum denuntiãtur p ut sunt in mente diuina immutabiliter veniunt. Et ita accipitur illud. 1. Reg. 15. promissiones vero bonorum siue cõminationes malorum pronuntiatæ prout sunt in causis secundis non immutabiliter adimplentur sed variant ad mutationes secundarum causarum, sicut loquitur text. noster. ¶ Ad secũdam rñdetur ad minorem. q licet promissiones diuinæ ex parte diuinæ voluntatis habeant immutabilitatem, ex parte tñ causarum secundarum mutabilitatem habent, vt dictũ est. vnde rõ non procedit. ¶ Ad tertiam rñdet q promissiones præfatæ bonorum, & comminationes malorum sunt accipiendæ cum conditione. vnde Hie. 18. cum conditione exprimunt cum dr̃. Si pñiam egerit gẽs i la &c. Et si qñq; sine conditione exprimantur. vt est illud Ionæ. 3. Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, cum conditione tñ intelligendæ sunt. Et cum arguit tunc promissiones diuinæ essent dubiæ. Rñdetur q falsum est, stante. n. ordine illo causarum verissimæ sunt atq; certissimæ. Litera. ¶ [Prędixerat]. s. Hier. 29. Hoc est primum argumentum sicue exemplũ, q inducit ad pbandum q pmissiones diuinę adimplentur et orationibus. Et ita licet venia pmittat peccatoribus, debet tñ cum instantia postulari. vt inquit Hieremias. hæc dicit dñs. cum ceperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum. quod fuit completũ per Esdram & Neemiam. qui ædificauerunt tẽplum Hierusalẽ. & Esdræ. 6. [q̃ res]. i. promissio ista [Danielem] Dan. 9. [non negligẽter] sed solicita cura & vigili, quod prædixerat Hie. orauit implẽdũ. Dan. 9. [vt quod dñs. p eorũ pces adimpleat.] Quędã. n. sic pdestinata sunt, vt precibus obtineantur. 22. q. 4. obtineri. [Et ne negligentius] Inducitur alia rõ, quare pcibus & orationi insistẽdũ sit. q dñs sæpe vr̃ pmittere quod postea mutat, si videat hoĩes negligẽtes. vnde in pœnitentibus debet esse diligẽtia. & instãtia orationis contra neglıgẽtiam & desidiã, debet et esse humilitas contra superbiã, quia superbis Deus resistit, humilibus aũt dat grãm.

Secundũ ar.
Tertiũ arg.
Opponit & Respondet. Nic. de lyra.
Gregor.
Ad primũ argument.
Ad secundũ
Ad tertium
Exponit literam.

prima Petri quinto [In Gen.] 2. pars vbi inducit exẽplũ sm ad probandum, q promissio Dei retardatur, aut alienatur pp negligentiam hoĩum, quę offensam parit Dei. nã Deus noluit punire peccata hoĩm, sed dedit eis spacium pęnitendi. 120. annos. vnde cum Deus videret humanum genus per centum annos remanere in peccatis, & non pœnitere de sua malitia, noluit expectare. 20. annos. sed aquis diluuij deleuit. vnde gl. super illud Gen. 6. dicit. eruntq; dies illius centum 20. anni ante diluuiũ. s. ad agẽdũ pñiam. sed quia in malitia perseuerauerũt ante pfixum centesimo anno non expectatis. 20. deleti sunt, ĩ quo fuit mutata Dei sñia, q̃ qualiter mutari possit superius circa. c. q̃obrem. c. distinctione diximus, [vnde Hie. dr̃]. s. septimo. 3. pars, in qua inducitur tertiũ exẽplum. [nõ exaudiã te] quia ille nõ vult pœnitere. Hu. [Et ad Samuelẽ]. 4. pars. [ad propositũ]. 1. Reg. 15. dixit dñs ad Samuelẽ. [vsq; quo luges Saul]. s. orãdo p eo [cũ ego proiecerĩ eum] ne regnet super Israel. [In cinere ergo & sacco] quæ sunt signa pñiæ [nõ q incredulus esset] non. n. erat Samuel propheta incredulus verborum domini, quæ ipse. 1. Re. 15. dixerat Sauli. tũc. n. Samuel ait. scidit dominus regnũ Israel à te, & reddidit illud proximo tuo meliori te. sed quia nesciebat vtrum dominus ad mĩam conuerteretur, & ad orationes & preces remitteret Sauli culpã, sicut remisit Dauid qui ait. psa. 31. & tu remisisti impietatẽ peccati mei. vnde Ioel. 2. dr̃. quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem. Samuel quoq; orauit pro Saule, vt in hoc prælati exemplum accipiant, q sint diligentes, & non segnes ad orandum pro peccatis populi, vel refertur illud ad Danielem. Aut in cinere & sacco orauit, postulabat &c. [ne scilicet.] securitas &c. negligentiam &c.

Nota hic tiam.

2 *Eleemosyna corporalis potest tripliciter considerari.*
5 *Satisfactionis efficacia inuenitur in tribus partibus satisfactionis.*
6 *Eleemosyna quare dicatur medicina.*
Et quare dicatur pretiosa. nu. 7.



Edicina &c. Magister Gratianus ĩ hoc c. cõmẽdat inter alia opera satisfactoria opus mĩæ, siue eleemosynæ. Et diuiditur in tres partes. In 1. ostẽdit q eleemosyna sit medicina aĩæ. In 2. q inter alia medicamenta animæ sit præstantius. In 3. concludit corrollarie quod sit vniuersale medicamentum contra omne peccatum, q cõfirmat authoritate sacræ scripturæ. 2. ibi, medicamentum. 3. ibi, & vniuersum ipse efficit. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum eleemosyna corporalis habeat effectũ aliquem spiritualem.
3 ¶ Secundum est vtrum sit vniuersale medicamentum contra omne peccatum.
4 ¶ Tertium est vtrum eleemosyna sit potior pars satisfactoria, quàm alia satisfactionis opera. s. quam ieiuniũ & oratio.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quòd eleemosyna corporalis non habeat effectum spiritualem. Primo sic. effectus non est potior sua causa sed bona spiritualia sunt potiora corporalibus. ergo eleemosyna corporalis non habet effectum spiritualem. ¶ Secundo dare corporale pro spirituali vitium simoniæ est. sed hoc vitium est omnino vitandum. ergo non est danda eleemosyna ad consequendum effectus spirituales. ¶ Tertio sic multiplicata causa multiplicatur effectus, si ergo eleemosyna causaret effectum spiritualem, sequeretur quòd maior eleemosyna magis proficeret spiritualiter, quòd est contra illud quod legitur Lucæ. 21. de vidua mittente duo æra minuta in Gazophilacium, quæ secundum sententiam domini plus omnibus misit. Non ergo videtur, quòd eleemosyna corporalis habeat aliquem effectum spiritualem. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli: vbi Ambrosius inquit. quòd medicina misericordiæ tollit peccata magna. Item quòd eleemosyna à peccato liberat. Et Ecclesiast. dicitur. 29. eleemosyna viri gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. sed isti sunt effectus spirituales. ergo eleemosyna corporalis effectum spiritualem operatur. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum S. Th. in 2. 2. q. 32. ar. 4. Eleemosyna corporalis tripliciter potest considerari. vno modo secundum sui substantiam, & secundum hoc non habet nisi corporalem effectum inquantum. s. supplet corporales defectus proximorum. ¶ Alio modo potest considerari ex

2

parte

Primũ arg.
Secundũ ar.
Tertium ar.
Opponit in cõtrarium.
Respondet S. Thom.

parte causæ eius, inquãtum.s. aliquis eleemosynam corporalem dat propter dilectionẽ Dei & ꝓximi, & quãtum ad hoc confert factum spiritualem secundum illud Ecclesi.29. perde pecuniam propter fratrem, pone thesaurum in præceptis altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum. ¶ Tertio consideratur ex parte effectus, & sic etiam habet fructũ spiritualem, inquantum.s. proximus cui per eleemosynam corporalem subuenitur, mouetur ad orandum pro benefactore. vnde & ibidem subditur. conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. *Ad primũ argumentũ* Ad primam cũ arguitur, ꝙ effectus non est potior &c. respõdet̃, ꝙ rõ illa ꝓcedit de eleemosyna considerata sm̃ suam substãtiam, sm̃ quàm considerationem dictum est, ꝙ non habet effectum spiritualem. *Ad secundũ* ¶ Ad secundam dicẽdum. quã ille qui dat eleemosynam non intendit emere aliquod spirituale per corporale, quia scit spũalia in infinitũ corporalibus præeminere, sed intendit per charitatis effectũ spũalẽ seruitutẽ promouere. *Ad tertium* ¶ Ad tertiũ dicẽdum. ꝙ rõ non procedit. quia licet vidua dederit minus sm̃ quantitatẽ, plus tñ dedit sm̃ suã proportionẽ, ex quo pensatur in ipsa maior charitatis effectus ex qua corporalis eleemosyna spiritualẽ efficaciam habet.

3 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ eleemosyna nõ sit vniuersale medicamentum contra oẽs morbos aĩæ siue cõtra omne peccatũ. *Primũ arg.* ¶ Primo sic. Aĩa mundat̃ per expulsionem omnium vitiorum quæ singulis virtutibus, vitijs contrarijs expellũtur. sed eleemosyna non est actus omnium virtutum. ergo non vr̃ ꝙ sit vniuersale medicamentum contra oẽ peccatum. *Secundũ ar* ¶ Secundo sic. oĩa vitia non habent illam connexionem quã habent virtutes. vnde illa est simpliciter falsa, qui habet vnũ vitiũ habet oĩa. ergo nullus actus alicuius virtutis singularis, inquantum hmõi oĩa vitia expellit. cum ergo eleemosyna sit actus spãlis virtutis, non vr̃ ꝙ sit medicamentum vniuersale contra oĩa vitia. *Tertium ar.* ¶ Tertio arguit̃ per illud Hieronymi non sanat oculum, quod sanat calcaneum. ergo idem quod prius. *Opponit in cõtrarium.* ¶ In oppositum est Io. Chrysostom. in litera dicens, ꝙ herba hæc.s. eleemosyna dominatior & potentior est, & vniuersum efficit. Item & illud dictum Christi, quod inducit Chryso. in probationem dicti sui. date eleemosynam, & oĩa munda sunt vobis. Ecce quod ait oĩa vniuersaliter. ergo cum eleemosyna mundat animam ab oĩ immundicia peccati erit vniuersale medicamentũ contra oẽs morbos. *Respondet* ¶ Respondeo dicendum ꝙ eleemosyna quodãmodo est vniuersale medicamentum contra oẽ peccatum. Cuius conclusionis veritas colligit̃ ex multis. primo ex illo Apostoli. 1. Tim. 4. pietas vtilis est, quia.s. ad oĩa peccata delenda. Ecc. 3. Ignẽ ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Item est vtilis ad bona promerenda. Eccl. 24. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso. Item est vtilis ad oĩa mala propellenda inimici. Eccl. 29. super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Item promeretur specialem Dei mĩam. Mat. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi mĩam consequent̃. Item ad gloriã perducit. Mat. 25. venite bñdicti patris mei, &c. Item dicit apostolus vbi supra habet promissionem vitæ, quæ nunc est & futuræ. ¶ Secundo rõne sic declaratur. Eleemosyna est efficax contra duas radices peccatorum, quæ sunt amor siue ardor male accendens, & timor male humilians. hæc.n. sunt duæ radices peccatorum. *Augustin.* vt dicit Augu. super illum versum. psa. 89. Incẽsa igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt. Est autem ardens cupiditas velut ignis malus & timor male iacẽs velut malum frigus, contra malum ignem est eleemosyna velut aqua Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua & eleemosyna resistit peccatis. Contra malum frigus est eleemosyna velut ignis Prouer. 25. si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitierit da ei aquam bibere. Prunas.n. congregabis super caput eius. Et ita patet ꝙ eleemosyna cum sit efficax cõtra radices omnium peccatorum, quodammodo sit vniuersale contra omne peccatum. ¶ Præterea tertio hoc etiã colligitur ex hoc, ꝙ dñs mũdat aĩam ab omni peccato per gratiam, quã de sola mĩa infundit. vnde mĩa vel opus mĩæ, quodammodo contrariatur omni pctõ. Omne.n. peccatum est miseria aĩæ, & aĩam efficit miserã ꝗ quodãmõ releuat mĩa, mĩa Dei effectiue, mĩa hoĩs dispositiue. ¶ Cæterum quarto sic. Eleemosyna prodest & facienti, & recipiẽti. vnde quodammodo habet vtilitatem vniuersalem. hæc aũt vniuersalis vtilitas attribuit̃ ei non ꝑ proprietatẽ, sed per appropriationẽ, non effectiue proprie dicendo, sed præparatiuẽ siue dispositiue vt dicit Alexander de halis. *Alexander de halis.* ¶ His habitis dicendũ est ad rõnes in oppositum. *Ad primũ argument.* Ad primam cũ dr̃ ꝙ singulæ virtutes expellunt singularia vitia. Respondet̃ ꝙ hoc est verũ ꝓprie loquendo, sicut ꝓpria antidota, & sicut ꝗ sunt illis directe cõtraria, sed nec hoc impedit quin eleemosyna disponere possit ad oĩm vitiorum purgationẽ vt dictũ est. *Ad secundũ* ¶ Ad secundã cũ dr̃ de connexione rñdetur. quod licet nõ sit illa cõnexio vitiorũ, quæ est virtutũ, nihilominus actus vniuscuiusq; virtutis ꝑparat & disponit aĩam, & habilitat ad purgationẽ vitiorũ, & hoc maxime cõuenit mĩæ queadmodum expositũ est. *Ad tertium* ¶ Ad tertiã rñdet̃ ꝙ licet vt inquit Hieron. quod sanat oculũ, nõ sanat calcaneũ.s. effectiue, & quasi proprium antidotũ. Nihilominus idẽ põt esse ꝑparatiuum, & dispositiuum ad sanitatẽ aliorũ. rñdet̃ ẽt ꝙ non est simile de medicinis spiritualibus, & corporalibus. qm̃ quælibet medicina spũalis grã vel virtus est incõtingens oĩno cuilibet morbo spirituali.s. peccato mortali. Medicina autem corporalis nõ sic. sanat enim vnam infirmitatem corporalem, alia perseuerante, siue permanente in corpore infirmo.

4 **Ad tertium** Sic procedit̃. † Et vr̃ ꝙ eleemosyna nõ sit magis satisfactoria sed minus ꝗ alia opera satisfactionis. *Primũ arg.* ¶ Primo sic. cum per satisfactionẽ sint cãæ peccatorum excidendæ, illud vr̃ esse potius inter opera satisfactoria, quod est contra potiorẽ radicẽ peccati. sed illa est superbia vitæ, contra quã directe est orõ. ergo oratio vr̃ magis satisfactoria inter partes satisfactionis. *Secundũ ar.* ¶ Secũdo sic. satisfactionis, opus oportet esse pœnale, & Deo acceptũ. sed ieiuniũ est magis pœnale ꝗ eleemosyna, & oratio est opus Deo magis acceptum, ꝗ eleemosyna, inquantum minorẽ familiaritatẽ cũ Deo acquirit. ergo eleemosyna est minus satisfactoria ꝗ alia. *Tertium ar.* ¶ Tertio sic. Matt. 17. dr̃, hoc genus demoniorũ nõ eijcit̃ nisi ieiunio & oratione, nec fit aliqua mẽtio de eleemosyna. ergo ieiunium & orõ sunt efficaciora ad delendum pctm̃, & ad satisfaciendum ꝗ eleemosyna. *Opponit in cõtrarium.* ¶ In oppositum est tex. ꝑsentis capituli, vbi eleemosyna præstantior herba dr̃ inter oẽs medicinales. *Secunda oppositio.* ¶ Item est gl. sup illud Apostoli. 1. ad Timo. 4. Pietas ad oĩa valet. ita.d. omnis summa disciplinæ Christianæ est in mĩa, & pietate, sed in illo cõsistit summa rei quod est in re ꝑcipuũ. ergo ꝑcipuũ inter alia est eleemosyna. *Respondet* ¶ Respondeo dicẽdũ. ꝙ eleemosyna est potior pars satisfactionis inter oẽs partes satisfactionis. i. ꝙ magis sit satisfactoria, ꝗ ieiunium aut oratio. Conclusio ista licet satis patet ex dictis in superioribus articulis, declaratur tñ sic iuxta S. Tho. in 4. di. 15. *S. Thom.* vbi notãdũ ꝙ efficacia satis-
5 factionis inuenit̃ in tribus satisfactionis partibus sicut virtus totius potentialis in partibus eius, ꝗ quidẽ complete in vna inuenit̃, & in alijs diminutẽ. Sicut tota virtus aĩæ inuenit̃ in rõnabili, sed in sensu aĩa inuenitur diminute adhuc, magis diminute in vegetabili. Eleemosyna vero includit in se virtutem orationis, & ieiunij duplici ratione. Primo quia eleemosyna cum cui dat̃ constituit debitorem ad ieiunandum & orandũ, & alia bona (quæ põt) faciendum pro eo ꝗ dedit. Secundo qa eleemosyna ꝑp Deum data est quædã obligatio Deo facta. vnde Philosophus etiã dicit. 4. Ethicorũ. ꝙ dona habẽt aliquid simile Deo sacratis. Oblatio aũt Deo facta habet vim orationis, & similiter inqtum bona exteriora ad corporis conseruationem ordinat̃ subtractio exteriorũ bonorũ ꝑ eleemosynam quasi virtute continet ieiuniũ, quo maceratur corpus. Et similiter oratio virtute continet ieiuniũ quia extẽsio intellectus debilitatẽ corporis parit, vt dictũ est. vnde eleemosyna cõpletius habet vim satisfactionis, quàm oratio, & oratio quàm ieiunium. Et ideo dr̃. 1. ad Tit. 4. corporalis exercitatio ad modicum vtilis, est & propter hoc eleemosyna magis indr̃, vt vniuersalis medicina peccati, ꝗ alia. vnde Lu. 11. date eleemosynã & omnia munda sunt vobis. Et Dan. 4. peccata tua eleemosynis redime. Et Thobiæ. 4. eleemosyna ab oĩ peccato liberat. ¶ Oĩbus habitis dicẽdum est ad rõnes in oppositũ. *Ad primum argumentũ* Ad primã rñdetur, ꝙ contra supbiã vitæ est ẽt eleemosyna, quia (vt superius habitũ est) virtute continet orationẽ. vnde ratio non ꝓcedit. *Ad secundũ* ¶ Ad secundã rñdet̃ negãdo cõsequẽtiam. Nam quis pœna reqritur in satisfactione tñ principalius est attẽdenda bonitas actus, ꝗ pœnalitas. Et quia eleemosyna plus habet de rõne boni, ꝗ ieiuniũ, inqtum immediatius se habet ad charitatẽ, & inqtũ nõ est singulare bonum facientis, sed commune facienti, & accipienti, eleemosyna plus erit satisfactoria, quam ieiunium. Similiter & oratio licet hominem magis familia-

familiarem Deo reddat, quàm eleemosyna. sicut contemplatiua quam actiua, tamen intercessorum per elemmosynam multiplicatio plus valet ad impetrandum remissionẽ peccatorum, quàm singularis vnius hominis oratio. ¶ Ad tertiam respondetur etiam negando consequentiam & ratio est, quia satisfactio est medicina & præseruans à peccato futuro, & expians à præterito. Et quamuis eleemosyna habeat vim expiandi quodcunque peccatum præteritum, nõ tamen habet vim præseruandi à futuro peccato, sicut proprium antidotum. quia vero ieiunium & oratio præseruant à quibusdam peccatis non solum per modum meriti, quod eleemosyna facit, sed per modum contrariæ consuetudinis. Nam vt ibidem dicit gl. Ieiunio sanantur pestes corporis, sed oratione pestes mentis. inde est, ꝙ aliqua peccata tantũ ieiunio, vel oratione sanantur. Non sequitur tamẽ propter hoc, ꝙ elemosyna non sit potior pars satisfactionis. Litera text.

Exponit literam.

¶[Medicina] hoc scribit Ambrosius in sermone de Abra-
6 bam. † dr̃ autem conuenienter: ꝙ eleemosyna sit medicina. Primo quia medeť & sanat morbos animæ facientis eleemosynam curando eũ à pc̃tõ Thobiæ. 4. Eleemosyna ab oĩ peccato & morte liberat. Secundo quia medeť, & sanat infirmitatem egentis eleemosynam suscipientis, quia esuriens reficitur, sitiẽs potatur, nudus vestitur, incarceratus liberatur, infirmus corpore curatur, & mortuis sepultura præbeť. Eccle. 29. conclude eleemosynam in sinu pauperis & hæc pro te exorabit ab omni malo. [Tollit peccata magna] i. mortalia, vel pœnas debitas pro peccatis magnis satisfaciendo pro eis, habemus plura subsidia] cuiusmodi sunt oĩa bona opera virtutum & maxime charitatis mĩæ quibus peccata nostra redimimus.]i. quibus à debitis peccatorum nostrorum absoluimur. Dani. 4. Daniel regi Nabuchodonosor ait. quamobrem rex consilium meum tibi placeat, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperũ [redime peccatum tuum] i. pœnam peccati tui. Hug. [non venalis est dominus vt pœnitentia flectatur, quia bonorũ nostrorum non indiget psal. 15. [sed tu ipse venalis es diabolo] à te ipso [peccatis tuis] i. ære peccatorum tuorum. i. delectatione. quasi pretio. 15. q. 1. non est. vbi dicit Ambrosius.

Ambrosi.

Neminem iugo seruitutis possidet diabolus, nisi se ei prius peccatorum ære vendiderit. Et Esa. 50. dr̃. Iniquitatibus ve-
7 stris venditi estis [pretiosa.] † pretiosa plane est mĩa. Tum qa per eam homo redimit animam suã à morte peccati. Thobiæ. 4. misericordia liberat à morte. Secundo pretiosa, præfertur. n. sacrificio. Ozeæ. 12. mĩam volo & non sacrificium [Medicamentum hęc est. 2. pars. vbi præfert eleemosynam oĩbus alijs operibus satisfactionis, & est authoritas. Io. Chrysost. dicit [ꝙ eleemosyna est fortius]. i. potius medicamentum [Sicut. n.] inducit similitudinem ad hoc dicens. [Sicut in præceptis medicinæ medicamentum] i. medicinalis confectio [viam dominatissimam] sic & in pœnitentia, licet ad salutem animæ & remissionem pœnæ multa concurrant. vt corporis maceratio per ieiunia, & corporis afflictiones, peregrinationes, orationes, restitutiones &c. sed omnibus his salubrior est eleemosyna. vnde potior herba dr̃ in medicamẽto pœnitentiæ, ꝙ pœnitentiæ medicamentum cõficitur ex tribus herbis, sed eleemosyna, ieiunio, & oratione, & dominatior quàm pluribus proficit & profuit, quoniam ipsa præ alijs non tantum facientibus vt dictum est, sed etiam alijs quibus fit prodest. ipsa. n. & proximum reficit, & consolať. Item mundi contemptum inducit. ipsa Deum placatũ reddit, facientemq; vita æterna dignum constituit. [Sequitur & vniuersum.] vltima pars vbi describitur corollarie ex dictis. vt vniuersale medicamentum contra omnem animæ morbum sequitur confirmatio. Audi quid dicit sacra scriptura] s. Luc. 11. date eleemosynam & omnia &c.

ꝙ Mĩa. Ad. de ꝙ mĩa ẽ vĩus cõis. Spe. in titu. de instrum. edict. §. 14. versic. sæpe etiam.

1 *Dolor cõtritionis an debeat esse maior pro maioribus peccatis.*
2 *Pœnitentia agenda est festinanter.*



Eus diffinitionem. Id est, differentiam nõ facit. Prius magister Gratianus induxit ad pœnitentiam tam ex parte promptitudinis diuinæ clementiæ ad indulgendum, quam ex parte vtilitatis ipsius pœnitentiæ. Nunc inuitat ad idem ex parte benignitatis diuinæ in recipiendo quemlibet peccatorem pœnitere volentem, quæ sine personarum aliqua acceptione ad se omnem redeuntem recipit, siue magnum, siue paruum, siue nobilem, siue ignobilẽ, diuitem, siue pauperem, antiquum in peccatis, siue iuuenem à vera pœnitentia nullum excludens, qui omnibus ait, pœnitentiam agite appropinquabit. n. regnum cœlorum. Matt. 4. Et diuidi potest in tres partes. In prima dicit, ꝙ Deus in receptione peccatorum nullam personarum differentiam attendit: sed indifferenter omnem redeuntem, sed suscipit, quod duabus rationibus ostendit. prima ex eo ꝙ omnibus mĩam indifferenter promittit. secunda ex eo, ꝙ relaxandi licentiam sacerdotibus sine vlla exceptione commisit. In secunda parte docet ꝙ licet ex parte Dei nulla sit personarum acceptio, seu differentia, ex parte tamen peccatorum debet attendi differentia in ipsis peccatis, vt maiora crimina maioribus fletibus abluantur. & maiori satisfactione expientur. In tertia ostendit, quòd etiam quærenda sunt suffragia ecclesiæ. In quarta ostendit, ꝙ huiusmodi pœnitentia non sit inchoanda: quia. s. immediate post cognitionem peccati exemplo Adæ quem pellibus mortuorum animalium indutum in signum pœnitẽtis, eiecit de paradiso. ibi, sed qui culpam. 3. ibi, fleat pro te ecclesia. 4. ibi, Adam. ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius capituli quæritur. ¶ † Vtrum pro maioribus pecca- 1
tis debeat esse maior dolor contritionis. Et videtur ꝙ non. Motus contritionis delens culpam est subitus siue in instanti, sicut patet in iustificatione impij. sed non potest vnus motus intensior esse simul & remissior. ergo dolor contritionis non debet esse maior de vno peccato, quam de alio. ergo &c. ¶ Secundo sic. de peccato est dolor præcipuè ſm ꝙ à Deo auertit, sed in auersione oĩa peccata conueniunt. quia omnia tollunt gratiam, qua anima Deo coniungitur. ergo de omnibus peccatis est æqualis dolor cõtritionis. ¶ Tertio sic. dolor contritionis respicit peccatum quantum ad duo. s. quantum ad offensam, & quantum ad damnum. sed quantum ad offensam omne peccatum habet rationem infiniti, cum sit contra Deum infinitum. Quantum ad damnũ omne peccatum aufert omnes virtutes. vnde Iacobus apostolus ait. qui peccat in vno factus est omnium reus. cum ergo damnum & offensa habeant rationem æqualitatis, videtur ꝙ dolor contritionis sit de omnibus æqualis. ¶ In oppositũ est textus præsentis capituli. Item est illud Deut. 25. secundum mensuram peccati erit plagarum modus. sed in cõtritione peccatis plagæ commensurantur, quia contritio habet propositum satisfaciendi annexum. ergo cõtritionis dolor maior debet esse de vno peccato, quàm de alio. ¶ Respõdeo dicendũ quod de maioribus peccatis maior dolor habendus est. Ista conclusio probatur multipliciter. Primo sic. Maior dolor est habendus de mortali, quam de alio minus graui. ¶ Secundo sic. cõtritio est dolor rationalis, sed dolor talis sequitur æstimationem rationis, estimatio vero rationis non æqualiter pensat omnia peccata, sed quædam maiora, quædam minora, ergo pari ratione dolor contritionis secundum quantitatem peccatorum mensurandus est. ¶ Verum pro intelligẽtia maiori huius, qualiter. s. hoc verum sit tam de dolore superioris effectus, quàm de dolore sensitiuæ partis ex electione pro peccato assumptus, [& clariori respõsione ad argumenta est notandum cum S. Tho. in 4. distinctione. 17. quod de contritione dupliciter possumus loqui. vno modo secundum quod sigillatim singulis peccatis respondet, & sic quantum ad dolorem superioris affectus requiritur, quod de maiori peccato quis doleat magis, quia ratio doloris est maior in vno quam in alio. s. offensa Dei. magis. n. inordinato actu Deus magis offenditur. Similiter etiam cum maiori culpæ maior debeatur pœna, etiam dolor sensitiuæ partis secundum ꝙ pro peccato ex electione assumitur quia pœna debet esse maior de maiori peccato. vnde Greg. magis se debet punire, qui grauius peccauit. Aliud est de dolore sensitiuæ partis secundum quod ex impressione superioris appetitus nascitur, quia tunc quãtitas doloris attenditur secundum dispositionem inferioris partis ad recipiendum impressionem à superiori, & non secundum quantitatem peccati. ¶ Alio modo potest accipi contritio, secundũ ꝙ est simul de omnibus sicut in actu iustificationis, & sic q̃uis sit actus vnus, tamen distinctio peccatorum virtute manet in ipso, vel ad minus habet propositum de singulis cogitandi annexum & sic habitualiter est magis de vno quã de alio. hęc sanctus Thom. concordat, magister Alexander de hal. dominus Albertus magnus, & dominus Bonauentura in quarto. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur, quòd quamuis in contritionis motu subi-

Diuisio.

Quæstio. Primũ ar.

Secundũ ar.

Tertiũ arg.

Iaco. 2. b

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

S Thom.

Gregorius.

S. Thom.

tu subitaneo non posit inueniri distinctio actualis intensionis doloris respondens diuersis peccatis, inuenitur tamẽ habitualiter sicut dictum est. Ad idem est dominus Albertus magnus, qui respondens huic argumento dicit: ꝙ detestatio ista dupliciter consideratur. s. in actu vel in ordine rationis elicientis actum. Si in actu tunc indiuisa est actio de omnibus peccatis: & non de vno plus & de alio minus. Si autem in ordine rationis elicientis attenditur, tunc est de maiori maior detestatio, & de minori minor in habitu rõnis. ¶Ad secundam respondetur negando consequentiã. quoniam licet (vt dicit S. Thomas) quodlibet peccatum a Deo auertat: & gratiam tollat: tamen quoddam plus elongat ꝙ aliud: inquantum habet maiorem dissonantiam ex sua inordinatione ad ordinem diuinæ bonitatis quam aliud. & per consequens magis de eo dolendum venit. ¶Ad tertiam respõdetur eodem modo. dicimus enim iuxta dominum Bonauenturam. quod separatio attenditur in elongatione secundum dissimilitudinem & offensam. & contemptum. damnum vero secundum amissionem gratuitorum. & vulnerationem naturalium: siue debilitatem. In his autem gradus est. vnde ratio illa non procedit. quoniam licet Deus ab oĩbus offendatur, tamen aliqui contemnunt eum plus: aliqui minus. Et similiter in aliquo peccato quis plus læditur quã in alio, & tunc a virtute elongatur. & ita ratio non procedit. Litera. ¶[Deus diffinitionem]. i. distinctionem [non facit] quia indifferenter quemlibet peccatorem ad se reuertentẽ recipit. Ipse. n. Ioan. 9. qui venerit ad me non eijciam foras. [Qui misericordiam suam aliquando promisit]. id est ratio Eze. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus suis &c. sequitur, vita viuet, & non morietur &c. [& relaxandi licentiam] Mat. 16. quodcunque ligaueris super terram &c. & Io. 20. quorum remiseritis peccata remittuntur eis. [Ecce]. 2. ratio. [Sed qui]. 2. pars. culpam exaggerauerit] id est cumulauerit, vel auxerit &c. j. secundum quod maior fuerit culpa: maior fit dolor de culpa, vel satisfactio pro culpa [abluuntur]. i. sunt abluenda [maioribus fletibus] interioribus & exterioribus. Sequit [fleat pro te mater.] Tertia pars vbi quærenda essent ecclesiæ suffragia ostendit cũ ait [fleat pro te mater ecclesia] quę est omnium fidelium mater: vt dicit Augu. de moribus ecclesiæ. ca. 36. quæ pro filijs suis flens dominum deprecatur velut illa Cananea, quæ vt Matthæ. 15. dicitur, pro filia flens clamabat. domine miserere mei, quia filia mea male a demonio vexatur. Quærẽda certe sunt suffragia matris ecclesiæ quoniam vt inquit Augu. libro de pœnitẽtia. c. 9. & habetur. di. 6. in principio. nisi enim ecclesiæ vnitas succurrat, vbi quod deest peccatori sua opitulatione compleat: de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim, & pietas fidei expostulat credere, qđ omnes eleemosynæ totius ecclesiæ & orationes, & opera iustitiæ, & misericordiæ succurrunt recognoscenti mortem suam. Ideo nemo pœnitere potest, quem non sustineat vnitas ecclesiæ. hæc Augu. Et ista videtur vera intelligentia huius literæ, licet gl. & Hug. referant ad manifestum & publicum crimen: ꝙ tunc. s. manifeste & publice deflendum est, vt pro eo oret ecclesia, vnde non videtur intelligere beatum Augu. qui subtiliter valde loquitur [videat te Christus merentẽ] interius corde: & exterius per signa pœnitentiæ. [Et dicat beati] Matth. 5. beati qui lugetis quia consolabimini [Amat vt pro vno &c.] videns lachrimas multorum mouebitur ad misericordiam, vt in euangelio. Lu. 7. apparet de filio viduæ. Sequitur [Adam] ecce quartũ vbi exemplo Adæ statim agenda est pœnitẽtia post agnitionem peccati: vt inquit Ambrosius. Adam post culpã statim de paradiso Deus eiecit. non distulit: sed statim separauit a delicijs, vt ageret pœnitẽtiam. vt patet Gen. 3. [tunica pellicea]. i. de pellibus animalium mortuorum: vt signum suæ mortalitatis secum deferret: & habitum pœnitentis. Hugo. apparet ergo. ꝙ pœ
2 nitentia agenda est festinanter absq; retardatione secundũ illud Eccle. 5. ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem.

Albertus. — Ad secundũ S. Thom. — Ad tertium — Exponit literam. — Augustin. — Augustin. — Ambrosius.

2 *Pœnitentia potest accipi dupliciter.*
3 *Status hominis ante baptismum non diuersificatur per mortale & veniale.*
4 *Necessitas est duplex.*
5 *Pœnitentiam esse necessariam de venialibus potest intelligi dupliciter.*
6 *Peccatorum venialium tria sunt genera.*
8 *Infusio nouę gratiæ non requiritur ad remissionem peccati venialis.*
10 *Peccata venialia dispositiue inducunt ad peccatum mortale.*
11 *Actus peccati disponit ad aliquid dupliciter.*
12 *Dispositio comparatur ad habitum sicut imperfectum ad perfectum, & hoc dupliciter.*
14 *Christianus quilibet in hac vita constitutus debet dicere orationem dominicam.*
15 *Esse an possit aliquis sine peccato veniali.*
16 *Pœnalitates præsentis vitæ non auferuntur per baptismum.*
17 *Peccatum omne an habeatur in decalogo.*
18 *Peccatum dupliciter potest prohiberi.*
19 *Peccata mortalia prohibentur tripliciter.*
20 *Peccata quare dicuntur debita.*
21 *Pœnitentia leuis quæcunque facta in charitate facit ad remissionem culpæ.*
22 *Habens rancorem fraternum an peccet mortaliter.*



Res autem. Authoritas ista est beati Augu. libro de pœnitentia ad Pelicianum: vbi ostẽdit tria esse genera siue species pœnitentiæ. Et diuiditur hoc capitulũ principaliter in tres partes. In prima ponit, ꝙ tres sunt species pœnitentiæ. videlicet pœnitentia ante baptismum, pœnitentia venialium: & pœnitẽtia mortalium. In secunda prosequitur eas, primam ibi: vna est. secundam ibi, altera vero pœnitẽtia. tertiam prosequitur ibi, tertia est actio. Pro pleniori intelligentia eorum quæ in hoc capitulo continentur quæruntur quinque.

Diuisio.

1 ¶Primo vtrũ diuisio pœnitẽtiæ posita ĩ litera sit cõueniẽs.
3 ¶Secundo vtrum de venialibus teneantur pœnitere.
7 ¶Tertio vtrum peccata venialia deleantur per tunsionem pectoris, per orationem dominicam: & aliqua alia. s. aquam benedictam.
9 ¶Quarto vtrum peccatum veniale possit fieri mortale.
13 ¶Quinto vtrum omnes homines in hac vita mortali possint dicere cum veritate orationem dominicam.

1 Ad primum Sic proceditur. Et videtur quod diuisio pœnitentiæ posita non sit cõueniens. ¶Primo sic. baptismus est ianua sacramentorum & pœnitentia dicitur secundum Hieronymum. 2. tabula respectu baptismi. vt patet. supra e. di. §. secunda. sed secundũ non est ante primũ, ergo incõuenienter dr̃ quod illud ꝙ est ante baptismum sit species pœnitentiæ. ¶Secundo sic. ei q non est regeneratus in aliqua natura non competit actio illius naturę. sed baptismus est quædam generatio in spiritualem vitam. ergo ei qui non est baptizatus non competit aliqua actio spiritualis vitæ. sed pœnitentia est huiusmodi, cũ sit quoddam sacramentum. ergo non potest competere alicui ante baptismũ. ¶Tertio quod potest destruere maius potest destruere minus. sed mortale est maius peccatum. ꝙ veniale: illa ergo pœnitentia quæ est de mortalibus: eadem etiam est de venialibus. ergo non debent poni diuersæ species pœnitentiæ. ¶Quarto sic. sicut post baptismum peccatur venialiter & mortaliter: ita etiam ante baptismum. si ergo post baptismum distinguitur pœnitentia venialium & mortalium: pari ratione debet distingui ante baptismum. & sic sunt quatuor. ¶Quinto pęnitentia solennis est quidã motus pœnitentiæ. ergo de ipsa debuit facere mentionem. sed hoc non facit. ergo videtur insufficiẽter ponere partes pœnitentiæ. ¶In oppositum est authoritas beati Augustini in præsenti capitulo. ¶Respondo dicẽdum sub quatuor conclusionibus. Prima conclusio conuenienter assignatur quædam pars pœnitentię ante baptismum. patet conclusio ex textu præsenti. ¶Secundo ex illo Actu. 2. pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Est tamen notandũ
2 pro intellectu istius conclusionis. ꝙ pœnitentia potest accipi dupliciter. s. vt est virtus: & vt est sacramentum, ſm autem quod est virtus importat detestationem peccati cũ proposito abolendi peccatum secundum conditionem status peccantis: & quicunque non detestatur peccatum adhuc voluntatem in peccato fixam habet. voluntas autem in peccato fixa manens nõ est susceptiua gratiæ baptismalis, & ideo requiritur ante baptismum quasi remouens prohibens peccati commissi detestatio, & destructio eius propositũ hinc dicit beatus Augu. & habetur in litera præsenti. Omnis. n. quiiam suæ voluntatis arbiter constitutus est: cum accedit ad sacramen-

Primum ar. — Secundũ ar. — Tertiũ arg. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Opponit ĩ cõtrarium. Prima conclusio.

ad sacramenta fidelium: nisi eum pœniteat vitæ veteris nouam inchoare non potest. & ita patet q ante baptismum in adultis requiritur pœnitentia: secundum quod est virtutis actus, quæ fit prior baptismo vel tẽpore: vel natura. Sed pœnitentia secundum quod est sacramentum consistit in dispositione ministrorũ ecclesiæ: & quia ecclesiæ sacramenta non dispensantur nisi illis: qui sunt de ecclesia, ante baptismum sacramentum pœnitentiæ non competit: cũ per baptismum homo de ecclesia. fiat. hinc dicit Apostolus ad Ro. 11. sine pœnitẽtia sunt Dei dona: & vocatio Dei vbi dicit glo. gratia Dei in baptismo non requirit gemitum. nec planctum: nec opus aliquod exterioris pœnitentiæ sed solã fidem omnia gratis condonat. Cõcordat S. Thomas: & magister Alexander de halis. ¶ Secunda conclusio. Conuenienter ponit, pars siue species pœnitentiæ pœnitentia peccatorum mortalium commissorum post baptismum. patet conclusio ex præsenti litera. Tum ex gl. super illud. psal. 6. Lauabo per singulas noctes &c. quæ dicit. i. mundabo conscientiam meam ostendendo per singulas noctes. i. per singula peccata. ergo de singulis mortalibus. ¶ Tertia conclusio. conuenienter ponitur pœnitentia pars siue species pœnitentiæ venialium. Patet conclusio tum ex litera præsenti, tum ratione sic, pœnitentia vt dicit Augustin. & habitum est supra eadem distincti. est vindicta puniens in se qđ dolet commisisse. sed aliquis debet dolere non solum de his q̃ commisit mortalia: sed etiam de his quæ commisit venialia & in se punire. ergo non tantum mortalium est pœnitentia sed etiam de venialibus. ¶ Quarta conclusio. Conuenienter assignatæ sunt tres partes siue species prædictæ pœnitẽtiæ, & non plures. probatur conclusio sic. Istæ species assignantur secundum statum pœnitentis: sed status pœnitentiæ nõ diuersificantur nisi tripliciter. ergo tantum tres species pœnitentiæ sunt assignandæ. ¶ Pro intellectu minoris propositionis est notandum cum S. Thoma in quarto: q istæ partes pœnitentiæ distinguuntur secundum diuersos modos, quibus pœnitentia agitur: vnde sunt partes subiectiuæ pœnitentiæ virtutis, non pœnitentiæ sacramenti. quia vna pars non pertinet ad pœnitentiæ sacramentum: quamuis aliæ duæ pertinere possunt: & accipiuntur isti modi secundum diuersum statum pœnitentis. quia aut est extra ecclesiam & numero. & sic est prima pœnitẽtia: quæ est ante baptismũ. Aut est extra merito, sed non numero, & sic est. 2. quæ est de mortalibus. aut omnino est intra ecclesiam, & sic competit ei tertia: quæ est de venialibus. ¶ His habitis dicendũ est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ex dictis: quoniam pœnitentia quæ ponitur ante baptismum nõ est sacramentum: sed actus virtutis disponentis ad sacramentũ baptismi. ¶ Ad secũdam responsio est eadem. quoniam pœnitentia illa non est sacramentum. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. & ratio est: quia licet pœnitentia quæ delet mortalia deleat. etiam venialia, non tñ econuerso: & ideo hæ duæ pœnitentiæ distinguuntur, & habent se sicut perfectum & imperfectum. ¶ Ad quartam respondetur iuxta S. Thomam. in 4. parte negando consequentiã, & ratio est. quia ante baptismum non sunt peccata venialia sine mortalibus. & quia mortale sine veniali dimitti nõ potest, ideo ante baptismum nõ distinguitur pœnitentia mortalium & venialium, sicut post. vnde non est similis ratio. In quarto vero respondens San. Thomas dicit. q ratio non
3 procedit & assignat rationem. † quoniã status hominis ante baptismum non diuersificatur per veniale, & mortale quantum ad hoc, quod esse de ecclesia vel non esse. sed diuersificat post, quia per mortale post baptismum commissum efficitur quis extra ecclesiam merito, sed non per veniale: vnde non est similis ratio. ¶ Ad quintam patet responsio ex dictis, non enim præcedit ratio, quia pœnitentia solemnis nõ diuersificat statum pœnitentis, quantum ad hoc. quod est esse de ecclesia: vel non esse & ideo de ea non fit hic quæstio.

3 Ad secundum Sic procedit. † Et videtur q non teneamur pœnitere de venialibus. Primo sic. illa quæ non tenemur vitare quod non fiant de his non tenemur pœnitere si fiant. hoc autem certum est. quia virtus pœnitentiæ sicut detestatur factum: ita cauet faciendum. sed nullus tenetur vitare ne fiant venialia. & loquor de tentione necessitatis. ergo nec de factis pœnitere. ¶ Secundo ad nihil tenemur sine quo potest esse charitas. sed charitas potest esse sine deletione venialiũ, quia stat cũ venialibus, ergo non tenemur de eis pœnitere. ¶ Tertio si pœnitentia aliqua requiritur ad remissionem venialiũ ex quo mortale est in infinitũ maius veniali, videtur quod ad deletionem mortalis requiritur in infinitum maior pœnitẽtia. sed talis nõ est possibilis fieri ab homine. ergo si ad deletionem venialis requiratur pœnitẽtia, nullus posset facere pœnitentiam de mortali. quod est incõueniens. ergo &c. ¶ Quarto sic. ad rationem veræ pœnitentiæ pertinet: vt patet ex eius diffinitione superius. e. di. posita nõ solum q homo doleat de præterito: sed etiam qđ proponat cauere de futuro, sine tali proposito peccata venialia dimittuntur: cũ certum sit homini vt habetur ab Aug. in præsenti textu, q sine peccatis venialibus præsentem vitam ducere non possit. ergo peccata venialia possunt remitti sine pœnitẽtia: & per consequens de eis pœnitere non tenemur. ¶ Quinto sic. pœnitentia non est sine actuali displicentia peccatorum. sed peccata venialia possunt dimitti sine displicentia eorum: sicut patet de eo, qui dormiens occideretur propter Christum. statim. n. euolaret: qđ non contingit manẽtibus peccatis venialibus. ergo venialia possunt remitti sine pœnitentia. ¶ Sexto per orationem dominicam sicut habetur in litera, & etiam aquam benedictam tolluntur venialia, nulla actuali existente displicentia eorum, ad remissionem eorum non est necessaria pœnitentia. ¶ In oppositum est Augustinus in præsenti litera vbi vnam speciem pœnitẽtiæ ponit esse venialium. ¶ Respondeo dicendum sub hac conclusio. q pro venialibus pœnitere tenemur aliquo mõ: & aliquo modo non tenemur. Pro cuius conclusionis declaratione est notandum iuxta S. Tho. in 4. di. 16. quod cũ quis dicitur aliquid ad aliquid teneri quædam necessitas importatur ad illud.
4 † Necessitas autem est duplex. vna absoluta & secundũ hanc homo tenetur facere illa sine quibus non est salus: & hoc modo necessitatis homo nõ tenetur ad venialis peccati pœnitẽtiam. quoniam ex peccato veniali homo mortem incurrit, nisi forte ex contemptu dimittat. Alia est necessitas ex suppositione alicuius finis: sicut dicitur aliquid esse necessarium sine quo non possumus finem intentum consequi: & hoc modo necessitatis homo tenetur de venialibus pœnitere: si ei remitti debeant in hac vita. Magister vero
5 Richardus in 4. suo ita dicit † de venialibus pœnitentiam esse necessariam dupliciter potest intelligi. Aut quod sit necessaria ad earũ remissionẽ, aut q sit necessaria ad salutẽ pœnitentium. primo modo dicit de lege cõi pœnitentiam esse necessariam de peccatis venialibus implicite vel explicite in speciali, vel cõmuni. quod probat sic. Quandiu enim voluntas inordinationi actualiter inheret: oportet eam inordinatam esse: vnde ad remissionem venialis peccati necessariũ est quod voluntas desinat deordinationi inhærere, nec tantum hoc sufficit de lege communi: sed requiritur quod inordinationem præteritam actualiter detestetur explicite, vel implicite, vt illa detestatio sit totius emendæ solutio vel radix, seu fundamentum totius solutionis. aliqua enim emẽda pro quacunque voluntaria inordinatione Deo debetur. Secundo modo non est necessaria pœnitentia de venialibus peccatis per se in hac vita: quia simul possunt stare cum gratia: in cuius virtute cum ea detestatur voluntas post mortẽ in purgatorio remittuntur. Per accidens tamen est necessaria pœnitentia de illis in hac vita: de ratione probabilis. quoniam vehementer dubitatur vtrum peccatum sit veniale, vel mortale, tunc enim si de illo non pœnitet, exponit se discrimini tanquam contemptor suæ salutis. Aut ratione periculi: quando. s. perpendit homo aliquam inordinatam venialem, tamen ita in ipso intendi, quod probabiliter nisi ipsam per pœnitentiam abijciat trahet ipsum in peccatũ mortale. hæc ille. Magister autem Alexander & dominus Bonauentura in quarta distinguunt aliter, dicit enim sic Bonauentura. Dupliciter est loqui de morbo peccati venialis. Aut in se: aut inquantum præbet occasionem periclitandi: siue per consensum siue per contemptum. Si loquamur de veniali in se sic dico quod non est necesse pœnitere de veniali, nec pœnitentia interiori nec exteriori, quoniam veniale non solum in hac vita deletur: verum etiam post mortem. Ex quibus patet quod loquitur iuxta S. Tho. de necessitate absoluta. Consequenter dicit. q si loquamur de veniali ratione periculi: ad quod inducit: quod homo tenetur de aliquibus pœnitere. quando aduertit periculum
6 sicut dicit Aug. in litera. ¶ Et ideo notãdum est. † quod tria sunt genera venialium. quædam sunt ex surreptione. & de his non tenemur pœnitere: nisi de congruo. quædam ex voluntate:

S. Thom. Secunda cõclusio. Tertia conclusio. Quarta cõclusio. S. Thom. Ad primum argument. Ad secundũ Ad tertium Ad quartũ. Sã. Thom. Primũ arg. Secũdũ ar. Tertiũ arg. Quartũ ar. Quintũ ar. Sextum ar. Opponitur contrariũ. Respondet. Sa. Thom. Alexander. Bonauent. S. Thom.

luntate: cui si consentiatur incidit homo in mortale, & de tali tenetur homo pœnitere nõ simpliciter: sed in casu siue pro loco: & tempore: quando recogitat ea ne si consentiat cadat. Quædam autem sunt alia quæ per sui multitudinem augent libidinem: sicut in illa quæ est consensus sed deordinatio infra Deum: & de talibus dico quod tenetur pœnitere, ne multiplicent & ne tali periculo: & discrimini se committat: & ad talium pœnitentiã hortatur Aug. in litera ostẽdẽs periculum quod est in multitudine venialium, cum ait de venialibus loquens quæ si collecta contra nos fuerint ita nos grauabunt &c. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respõdetur iuxta Alexandrum & dominum Bonauenturam. ꝙ est loqui de venialibus vt considerantur secundum morbum proprium: aut vt inducunt causam periclitationis. licet ergo non sint cauenda in quantum lædunt morbo proprio: sunt tamen cauenda inquantum sunt inductiua periclitationis. sed ista responsio nobis non videtur multum clara. vnde dicendum videtur iuxta S. Thomam negando minorem, dicimus enim. ꝙ homo debet cauere & vitare & abstinere a singulis: non tamẽ ab omnibus. quia hoc infirmitas vitæ præsentis non admittit. ¶ Ad secundam respondetur quod bene arguit. ꝙ pœnitentia de venialibus non sit necessaria necessitate absoluta: & hoc concedimus. ¶ Ad tertiam respondet negãdo consequentiam. Et ad probationem respondet magister Alexander de halis quod quamuis mortale sit maius in infinitum quam veniale, Inquãtum hoc est veniale, illud est mortale, tamen quia in iustificatione a mortali remittitur reatus æternus, & commutatur in tẽporale. pœna debita veniali est proportionabilis pœnæ debitæ mortali. ¶ Ad quartã respondetur sicut dictum est negãdo minorem. dicimus. n. quod ad pœnitentiam venialium requiritur: ꝙ homo proponat abstinere a singulis peccatis venialibus: non tamẽ ab omnibus. quia vt dictũ est infirmitates huius vitæ hoc non patiuntur: debet tamen vt inquit S. Thomas in tertia parte: habere propositum se præparandi ad peccata venialia innuenda: alioqui esset periculum deficiendi, cum desereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quæ sunt peccata venialia. ¶ Ad quintã respondetur quod passio pro Christo suscepta obtinet vim baptismi. & ideo purgat ab omni culpa & mortali: & veniali: nisi actualiter voluntatem inueniret peccato inhærentem. vnde ratio non procedit. ¶ Ad sextam respondetur. quod oratio dominica & alia nõ remittunt venialia peccata. nisi inq̃tũ excitant motũ voluntatis: siue feruorẽ charitatis. feruor aũt charitatis implicat displicentiã venialiũ pc̃torum.

Ad primũ Bonauent. — *S. Thom.* — *Ad secundũ* — *Ad tertium Alexander.* — *Ad quartũ.* — *S. Thom.* — *Ad quintũ.* — *Ad sextum.*

7 **Ad tertium** Sic proceditur. †Et videtur qđ peccata venialia non remittantur per tunsionem pectoris: & orationem dominicam, & alia huiusmodi. ¶ Primo sic. peccata venialia sicut ex præcedenti argumento patet, non remittuntur sine pœnitentia, sed pœnitẽtia sufficit ad remissionem venialiũ. ergo ista alia nihil operantur ad huiusmodi remissionem. ¶ Secũdo sic. ex eisdem causis aliquid fit & corrumpitur vt in 2. ethicorum. sed peccatum veniale causatur ex actu nostro. ergo oportet ꝙ aliquid in nobis sit, per quod dimittatur, & cũ ista sint extra, vt benedictio episcopalis, aqua benedicta, & huiusmodi. ergo per ea peccatum veniale remitti nõ potest. ¶ Tertio sic. prædicta omnia æqualem habitudinem habent ad omnia peccata venialia. ergo si per aliquod eorũ remittitur peccatum veniale, sequitur quod pari ratione remittuntur oĩa. Et ita per vnam tunsionem pectoris, vel per vnam aspersionem aquæ benedictæ redderetur homo immunis ab oĩbus peccatis venialibus: ꝙ videtur inconueniens quia sic frequẽtissime homo esset sine peccato veniali. ꝙ non videtur verum. ¶ In oppositum est textus præsentis literæ, in quo dicit Aug. quod pro leuibus peccatis pectora tundimus, & dicimus dimitte nobis debita nostra. Et ita videtur, quod tunsio pectoris, & oratio dominica causent remissionem peccatorum venialium, & eadem rõ videtur de alijs. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. venialia in hac vita remittuntur per tunsionem pectoris, per orationem dominicam, per aspersionem aquę benedictæ, & alia huiusmodi. de quibus infra. probatur hæc conclusio tum ex præsenti textu Tum ratione sic. Nihil in ecclesiæ obseruãtijs agitur frustra sed in benedictione aquæ benedictæ remittitur non mortalis: ergo venialis & sic de alijs. ¶ Ad sciendum autem quæ sunt ista per quæ venialium fit remissio. Est notandum iuxta

Primum ar. — *Secundu ar.* — *Tertiũ arg.* — *Opponit̃ in cõtrarium.* — *Respondet.*

8 ta S. Tho. in 3. parte. † quod ad remissionem peccati venialis non requiritur nouæ gratiæ infusio, sed sufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo homo detestetur peccatum, vel explicite, vel saltẽ implicite. Sicut cum aliquis feruẽter mouetur in Deum. Et ideo triplici ratione aliqua causant remissionem venialium peccatorum: vno modo inquantũ in eis infunditur gratia, quia per infusionem gratiæ tolluntur peccata venialia. Et hoc modo per eucharistiam tolluntur peccata venialia: de conse. di. 2. cum omne crimen. & c. si quotiescunque. item per extremam vnctionem: vt extra de sa. vnc. c. vnico. ver. de prima. Et vniuersaliter per omnia sacramenta nouæ legis in quibus confertur gratia. ¶ Secundo aliqua causant remissionem venialium, inquantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum: & hoc modo confessio generalis quæ fit continue in ecclesia. vnde in ea remissionem peccatorum confitentibus sacerdos deprecatur, sicut optime declarat S. Thom. in 4. distinct. 12. Tunsio pectoris deuota, & oratio dominica, sicut testatur Aug. in te. præsentis literæ. & infra di. 3. §. quotidianis. ¶ Tertio faciunt aliqua ad remissionem peccatorum venialium: inquantum sunt cum aliquo motu reuerentiæ in Deum: & in res diuinas: & hoc modo benedictio episcopalis valet: & secundum quosdam sacerdotalis. 1. q. 1. dictum. vbi ponitur illud nu. 6. dictum a domino Moysi, & Aaron: vos ponite nomen meum super filios Israel: & benedicam eos. item valet aspersio aquæ benedictæ: de qua de conse. disti. 3. aquam sale aspersam populis benedicimus: vt ea cuncti aspersi sanctificentur. item quælibet sacramentalis vnctio: vt episcoporum: sacerdotum: & regum. 1. reg. 16. cum vnxisset Dauid spiritus domini venit in eum. item oratio in ecclesia consecrata. 2. Reg. 8. qui orauerit in domo hac propiciaberis. item elargitio eleemosynarum. de pœnitentia. supra c. di. medicina. vbi inducit illud Daniel. 4. peccata tua eleemosynis redime. item iniuriarum dimissio: quæ est eleemosyna spiritualis. de qua Luc. 6. dimittite & dimittemini: itẽ panis benedictus: qui diebus dominicis benedicitur in ecclesia. Et generaliter quæcunq; alia, quæ nata sunt excitare feruorem charitatis valent ad remissionem peccatorum venialiũ. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur negando cõsequentiam. quoniam ista causare dicuntur remissionem peccatorum venialium inquantum inclinant animum ad motum pœnitentiæ quæ est detestatio implicite peccatorum: vel explicite. ¶ Ad secũdam respondetur, per ea, quæ dicta sunt ad primam: dicimus. n. ꝙ actus noster requiritur ad remissionem peccati venialis: & ꝙ ista non dicuntur remittere peccatum veniale: nisi inquantum, aut inclinant animum ad motum pœnitẽtiæ: aut quantum in actu nostro feruorem excitant, qui implicite, vel explicite contritionem, vel detestationem peccatorum continet. ¶ Ad tertiã respondetur negãdo consequẽtiam. & ratio est iuxta S. Tho. in 4. quod secundum quantitatem feruoris est quantitas remissionis istorũ venialium. vnde sm̃ quod per ista maior, vel minor feruor cõcitatur: qui de pluribus, vel paucioribus implicite ad minus contritionem teneat, secundum hoc plura, vel pauciora venialia dimittuntur: & non semper, vel secundum quod idem doctor dicit in q. de malo: ꝙ quamuis huiusmodi remedia æqualiter se habeant ad omnia peccata venialia, tamen feruor ab eis excitatus non æqualiter se habet semper ad omnia: sed quandoque respicit aliqua in speciali: & cõtra illa efficacius operatur: & si in generali respiciat illa: põt tamen contingere: quod non habet eundẽ effectum in omnibus: quia affectus hominis aliquando habitudinaliter est inclinatus ad aliqua peccata venialia committenda. ita quod si in memoria haberentur non displicerent, vel forte, si opportunitas adesset committerẽtur. & raro contingit homines in hac vita mortali viuentes ab huiusmodi affectibus liberos esse: vnde non possumus fiducialiter dicere peccatum non habemus. præter ea, & si etiam homo ad horam per huiusmodi remedia ab omnibus venialibus immunitatem consequatur quantũ ad culpam, non tamen sequitur, ꝙ sit liberatus quantum ad totam pœnam: nisi forte sit tantus feruor dilectionis: ꝙ sufficiat ad totius pœnæ remissionem. hæc S. Tho. &c.

S. Thom. — *S. Thom.* — *Ad primũ argument.* — *Ad secundũ* — *Ad tertiũ S. Thom.*

9 **Ad quartum** Sic proceditur †. Et videtur, ꝙ peccatum veniale possit mortale fieri. Et arguitur ex text. literæ præsentis, in quo August. sic dicit de venialibus. quæ si collecta contra nos fuerint: ita nos grauabunt, sicut vnum aliquod graue peccatum. ¶ Secũdo dicit idem

Primũ ar. — *Secundũar*

cit idem Aug. exponens illud Io. 3. qui incredulus est filio: non videbit vitam. peccata minima. i. venialia si negligantur occidunt. ¶ Tertio sic. motus sensualitatis ante consensum rationis est peccatum veniale: post consensum vero est peccatum mortale. ergo peccatum veniale potest fieri mortale: vt patet per Aug. lib. de trinitate. ¶ Quarto dicit Aug. nullum est ita veniale: qu'n fiat mortale dum placet. sed potest placere veniale. ergo potest fieri mortale. ¶ Quinto sic. peccatum veniale est dispositio ad mortale: sed dispositio sit habitus secundum philosophum in prædicamentis. ergo &c. ¶ Sexto dicit Boethius libro de consolatione. ꝙ peccata se habent ad animam sicut lãguores ad corpus: sed minimus languor per augmentum potest fieri maximus. ergo minimum peccatum. s. veniale potest fieri maximum. s. mortale. ¶ In oppositum est, quia ea, quæ differunt genere: vel specie nunquam transeunt inuicem. sed mortale, & veniale differunt genere, & specie. ergo veniale nunquam potest fieri mortale. ¶ Respondeo dicendum tam iuxta dominum Albertum in 4. quam Sã. Tho. in prima secundæ. & in q. de malo. qõ ista triplicem potest habere intellectum. vno modo potest intelligi vnum, & idem peccatum numero, quod prius fuit veniale, postmodum possit fieri mortale. secundo potest intelligi, vtrum peccatum, quod ex genere suo est veniale: possit aliquomodo fieri mortale. tertio põt intelligi: vtrum multa peccata venialia faciant vnum peccatum mortale: siue quantitatem vnius mortalis. secundũ istos tres modos intelligendi respondetur ad quæstionem per tres conclusiones. ¶ Prima est. quod licet eundem actũ numero in esse naturæ possibile sit esse prius veniale, & postea per aliquam circunstãtiam superuenientem fieri mortale: vt ludus cum muliere causa complacentiæ vanæ: non tamen turpis, si tamen continuetur causa turpitudinis exercendæ. primo fuit veniale, & postea est mortale: non tamen secundum eandem partem: non tamen est possibile eundẽ actum numero moralem primo esse veniale: & postea mortale. patet conclusio, quia actus in esse moris non est nisi in quantum est a voluntate, & ratione. vnde non manente eadem habitudine ad actum voluntatis, & rationis nõ habet idem esse morale: nec per consequens manet idem actus moralis numero. manente vero eadem habitudine voluntatis, & rationis non potest fieri mortale: si primo fuit veniale, ergo conclusio vera. quod impossibile sit ꝙ vnum, & idẽ peccatum numero, quod fuit veniale: postmodũ possit fieri mortale. ¶ Preterea secundo hæc impossibilitas patet. quia vnus actus non est nisi semel. ex quo. n. semel transijt iterum resumi nõ potest idem numero. & ideo si semel fuit veniale: impossibile est ꝙ fiat mortale. ¶ Intelligendo autẽ quæstionem, secundo modo sit ista conclusio. possibile est, vt idem actus specie, quantum ad esse naturæ: & quantum ad esse moris: qui venialis erat: fiat mortalis: s. s. tantum placeat: vt finis in eo constituatur: vel ad peccatum mortale referatur: sicut ad finem. sicut qui dicit verbum otiosum intẽdens per hoc inducere ad fornicationem. probatur conclusio. cum. n. impossibile sit esse duos fines vltimos: quandocunque ponitur aliquod bonum commutabile finis vltimus vitæ: oportet ꝙ Deus non pro fine habeatur: & cum finis sit semper magis dilectus, oportet, ꝙ in quo finis constituitur: supra Deum diligatur: quod constat peccatũ mortale esse. huius autem complacentiæ expressiuum signum est, quando aliquis tantum alicui rei etiam non prohibitæ adheret: vt etiam sentiat, si etiam prohibitum sibi esset: id non derelicturum. vt patet in quibusdam ebriosis, qui totã vitam suã in vino ponũt, & in histrionibus, qui verba otiosa sectantur. Et hoc est quod dicit Aug. & habetur di. 25. §. criminis. ꝙ nullum peccatũ est adeo veniale: quod non fiat criminale. i. mortale dum placet. & intelligitur de complacentia fruitionis. cum. s. ibi constituitur finis. ¶ Tertio modo intelligendo quæstionem, sit ista conclusio. 3. loquendo proprie de veniali peccato: sicut hic loquimur, nulla peccata venialia quantumcunq; multiplicata, aut in maximo numero congregata possunt directe, & efficienter constituere vnum peccatum mortale: aut tantum habere de reatu: quantum vnum peccatum mortale habet. ista conclusio ꝓbatur. primo sic iuxta S. Tho. in q. de malo. quandocunque ex multis aggregatis fit aliquod vnum oportet eandem rationem quantitatis esse vtrobiq;. sic enim ex multis paruis lineis fit vna linea. vbi vero est alia ratio quantitatis ex multis non fit vnum, non enim ex multis numeris fit vna linea, nec econuerso, peccatum enim veniale non habet eandem rationem magnitudinis, cum mortali. Nam quantitas peccati mortalis, est per auersionem a fine vltimo: quantitas. n. peccati venialis, est secundum aliquam deordinationẽ circa ea, quæ sunt ad finem. ¶ Secundo patet conclusio sic. peccatum veniale non dirimit charitatem. alias dirimit ꝑmiũ vitæ æternæ: quod non est verum. peccatum autem mortale tollit charitatem, ergo impossibile est, quod aliqua venialia quantumcunque multiplicata possent directe efficere vnum mortale. ¶ Tertio iuxta S. Tho. in prima secundæ: patet conclusio: tum ex parte durationis reatus, quia peccatũ mortale habet reatum pœnæ æternæ: veniale vero temporalis. tum ex parte damni, quia peccatum mortale meretur carentiam visionis diuinæ: cui alia nulla pœna cõparari potest. vt Chryso. dicit. tum etiam ex parte pœnæ sensus. s. q̃tum ad vermen conscientiæ: licet forte quantum ad pœnã ignis non sunt proportionabiles pœnæ. ¶ Quarta cõclusio
10 venialia peccata, licet vt dictum est directe, & efficienter non possint constituere vnum peccatum mortale, dispositiue tamen inducunt ad peccatum mortale faciendum. patet conclusio per illud eccle. 17. qui spernit minima paulatim defluit. sed ille, qui peccat venialiter videtur minima spernere. ergo paulatim disponitur ad hoc, quod paulatim defluat per peccatum mortale. pro intellectu tamen hu-
11 ius partis est notandũ iuxta S. Th. in 1. 2. q. 88. ar. 3. ꝙ actus peccati dupliciter ad aliqd disponit. vno quidem modo directe: & sic disponit ad actũ similẽ in specie: & hoc modo primo, & per se peccatum veniale ex genere non disponit ad mortale ex gñe: cũ differant specie. Sed per hunc modũ peccatum veniale potest disponere per quandam consequẽtiam ad peccatum, quod est mortale ex parte agentis: augmentata enim dispositione, vel habitu per actus peccatorũ venialium in tantum potest libido peccandi crescere. ꝙ ille qui peccat finem suum constituet in peccato veniali. nã vnicuique habenti habitum finis est operatio secundum habitum: & sic multoties peccãdo venialiter disponetur ad peccatum mortale. est tamen hic notandum iuxta S. Tho. in 2. di. 24. quod quanquam ex hoc, quod aliquis peccat venialiter frequenter fiat in eo quædam pronitas ad peccandum etiam mortaliter: non tamen de necessitate hoc contingit: quia quantumcunque excrescat pronitas ad peccãdum per iterationem venialium semper tamen manet libertas in voluntate: ne in peccatum labatur. Concordat Alex. de Hal. dicens: hoc ideo dictum non esse: ꝙ aliqua leuia multiplicata faciant vnum peccatum mortale: sed ideo: quia talium multiplicatio disponit bene ad mortale. ideo ipse Augu. comparat venialia, modo bestijs minutis, modo guttis: modo arenæ: modo scabiei: non quia ipsa in se faciãt periculum mortis: sed quod ad hoc perducãt per accidẽs. alio modo actus humanus disponit ad aliquid remouendum prohibens: & hoc modo peccatũ veniale ex genere prout disponit ad peccatum mortale ex genere: qui enim peccat venialiter ex genere prætermittit aliquem ordinem ex hoc, ꝙ consuescit voluntatem suam in minoribus debito ordini non subijcere disponitur. ad hoc etiam ꝙ voluntatem suam non subijciat ordini vltimi finis id, quod est peccatum mortale ex genere. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur: quod litera Aug. in præsenti textu intelligenda est dispositiue sicut dictum est. ¶ Ad secundã respondetur eodem modo, ꝙ multa peccata venialia occidunt dispositiue: vt dictum est. ¶ Ad tertiam respõdetur negando: quod ille motus sensualitatis, qui præcessit consensum rõnis: & fuit peccatũ veniale: fuit vnquam mortale peccatum. sed ipse rationis consensus superueniẽs est per se peccatum mortale. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ Aug. non loquitur de eodem peccato numero: sed de eodem in specie: & cum ita placet ꝙ in eo finis constituatur, vt circa secundã quæstionem exposuimus. ¶ Ad quintam respondetur negãdo, ꝙ omnis dispositio fiat habitus. pro quo notandum iux-
12 ta S. Tho. ꝙ quod dispositio comparatur ad habitũ sicut imperfectum ad perfectum. sed hoc contingit dupliciter. vno modo quod perfectum, & imperfectum sint in eadem specie, & sic dispositio fit habitus, sicut imperfecta scientia fit habitus. ¶ Alio modo sic: ꝙ perfectum, & imperfectũ sint in diuersis speciebus. & sic dispositio nunquam fit id ad quod disponit. non enim calor disponens ad formam ignis: fit forma ignis, nec alia accidentia: quæ ad formam substantialem disponunt mutantur in ea: & similiter

nec peccatum

Tertiũ argũ. Quartũ ar. Quintũ ar. Sextum ar. Opponit in cõtrarium. Respondet. Albertus. Sã. Thom. Prima conclusio. Secunda cõclusio. Tertia conclusio. S. Thom. Secũda conclusio. Tertia conclusio. S. Thom. Quarta cõclusio. S. Thom. Sã. Thom. Alexander de halis. Ad primum argument. Ad secundũ. Ad tertium. Ad quartũ. Ad quintũ. S. Thom.

Ad sextum. nec peccatum veniale fit mortale.¶Ad sextam respondet, ꝙ ratio non procedit,quia non est simile de morbo corporali,& peccato veniali.& ratio est quia ęgritudo siue morbus corporalis nõ est actus,sed dispositio,vel habitus, sicut & ipsa sanitas.vnde idem morbus permanens potest transferri de imperfectiore ad perfectius, & ita permutari. sed peccatum est actus transiens, qui resumi non potest, & ita quantum ad hoc non est simile, sed similitudo attenditur tantum ad hoc,quòd sicut languor est deordinatio naturæ, ita peccatum est deordinatio actus.

13 Ad quintum Sic proceditur.† Et videtur ꝙ non omnes christiani, siue fideles positi in hac vita mortali possunt,aut debeant dicere orationẽ dominicam.Primo sic.qui non habet delictum, non vere rogabit sibi dimitti delictum. sed potest esse, ꝙ quis nullum delictum habeat.ergo talis non videtur posse cum veritate dicere orationem dominicam.Si vero dicatur,ꝙ nunquam iste casus inueniatur in aliquo videlicet,ꝙ aliquis sit sine delicto ꝑ illud.1.Io.1.Si dixerimus, quia peccatum nõ habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. contra Aug.glossat locum illum dicens. ꝙ hoc dictum est ideo,quia non diu possumus esse sine peccato,possumus tamen esse ad horam sine peccato,ergo videtur, ꝙ in illa hora talis non possit dicere orationem dominicam. ¶Probatur secundo illa minor,videtur probari ex illo Iacobi videlicet,vbi dubie loquitur de statu peccati dicens.si in peccatis est dimittentur ei.ergo loques innuit,ꝙ possibile sit hominem aliquandiu esse sine peccato.¶Tertio probatur etiam per illud,quod dicit Aug.ꝙ hoc facit veniale in iusto, quod gutta aquæ in camino ignis,statim consumitur,& non manet.ergo veniale cadens in animam iusti perfecti statim cõsumitur.ergo ipse manet sine veniali. & constat ꝙ est sine mortali.ergo talis nullum debitum habet,venialis nec mortalis peccati.ergo talis non potest dicere orationem dominicam.¶In oppositum est textus præsentis capituli.vbi Augu.ita loquitur.est pœnitentia humilium,& bonorum fidelium pœna quotidiana in qua pectora tundunt, dicentes dimitte nobis debita nostra.Ecce ꝙ humiles,& boni,&debẽt & possunt dicere cum veritate orationem dominicã. ¶Respondeo dicendum,videtur sub hac conclusione † ꝙ quilibet Christianus quantumcumq; sanctus, & iustus in hac vita mortali constitutus potest,& debet dicere orationem dominicam. patet conclusio, tum ex eo ꝙ Christus omnibus hanc dedit orationem.ergo omnes possunt & debent eam dicere.tum etiam patet authoritate B.Augu.dicentis. quantumcunq; in hac vita proficimus,necesse est nobis dicere dimitte nobis debita nostra &c.patet etiam conclusio ex duobus capitulis concilij mileuitani, in quo dicitur interfuisse B.Aug.vbi in c.7.ita dr̃.item placuit,ꝙ quicunq; dixerit in oratione dominica.ideo sanctos dicere dimitte nobis debita nostra,vt non pro seipsis hæc dicant.quia non est eis iam necessaria ista petitio,sed ꝓ alijs,qui sunt in suo populo peccatores,& ideo non dicere vnumquemq; sanctorum dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra. & hoc pro alijs potius,quàm pro se iustus petere intelligatur, anathema sic.sanctus.n.& iustus erat apostolus Iacobus,cum diceba t,in multis offendimus omnes.hæc ibi. Item in capitulo.8.sic habetur.placuit,vt quicunque ipsa verba dominicę orationis vbi dicimus,dimitte nobis debita nostra, ita volũt à sanctis dici,vt humiliter nõ veraciter hoc dicatur anathema sit.¶Quia vero virtus huius quæstionis pendet abea

Primũ arg. · Secundũ arg. · Tertium arg. · Opponit in cõtrarium. · Respondet 14

15 Questio. Respondet. Alexander. de halis. †vtrum aliquis possit esse sine peccato veniali. notandũ est iuxta magistrum Alexandrum de halis in secundo ꝙ dupliciter possumus loqui.aut.s.indifferenter de tota vita hominis habentis notitiam corruptam,cum iam peruenit ad ętatem adultam.in qua viget voluntas rationalis.aut secundo de aliqua particula vitæ,si fiat mentio de tota vita,ꝙ sit sine veniali hoc esse non potest de lege communi.vnde. 1. Io.1. si dixerimus ꝙ peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus,& veritas in nobis non est vbi,glo.ita dicit.si ex humana fragilitate non potestis omnia vitia cauere,date operam, vt saltem maiora caueatis.item alia glo.ibidem impossibile est aliquem sanctum aliquando non cadere in minimis peccatis,de gratia tamen excellenti,& singulari potest hoc alicui conuenire.Sicut de Beata Virgine creditur de qua B. Aug.dicit ꝙ cum de peccatis agitur,nullam vult haberi quęstionem de Beata Virgine,propter honorem domini nostri Iesu Christi &c.Si autem fiat sermo de aliqua particula vitę

Augustin.

potest aliquis esse sine peccato veniali inquit magister Ale. istis sic notatis respondetur ad rationẽ factam negando consequentiam.Tum primo quia status ille, quo quis ꝑ aliqua particula vitæ possit stare sine veniali est valde rarus,& hoc contingit,vt dicit Albertus magnus in 4.dist. 16. ꝓpter tria,s.multitudinem venialium,& ignorantiam,& adhærẽtiam.multitudinem voco in modo peccãdi venialiter, quorum magnus est strepitus & circa nos tam in sensibus quam in corde,ignorantiam,quia videtur mihi impossibile omnia aduertere.vnde psa.propter rationem multitudinis dicit psa.18.delicta quis intelligit.ratione ignorãtiæ dicit.ab occultis meis munda me domine.ratione autem adhærentiæ dicit,ab alienis parce seruo tuo.quia quædam nobis adhærent alienantia nos à feruore charitatis.licet non alienẽt nos ab habitu.tum secundo iuxta eundem dominum Albertum consequentia non valet.quia dato,ꝙ talis status sit, nõ tamẽ debet quis præsumere se esse in tali statu, quia dicit B. Grego.piarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est.item Prouer.20.quis potest dicere mundum est cor meum,purus sum à peccato?Si autem dicas inquit dominus Albertus,ꝙ sit ita,ꝙ per reuelationem agnoscat dimissam esse culpam,dico,ꝙ adhuc nõ sequitur, ꝙ ipse non sit debitor alicuius pœnæ,& ratione illius potest dicere dimitte nobis &c.Si autem ponas pro nec est pœnæ debitor, & hoc sciat per reuelationem,dico,ꝙ adhuc in persona ecclesiæ debet dicere.Sicut.n.Christus caput ecclesiæ ratione membrorum sua dicit esse delicta in psa.& in euangelio vbi dr̃.Deus Deus meus respice in me,quare me dereliqsti verba delictorum meorum.ita vnum membrum in se trãsformare debet,quod alterius est.vnde docuit Christus orare in plurali, dimitte nobis,non dimitte mihi:hæc Albertus. per quæ dicit solutionem patere ad omnia.concordat D. Bonauentura in 4.di.16.in expositione literæ. ¶Ad argumentũ cum dr̃.ꝙ potest quis pro aliquo instanti non habere conscientiam peccati, & per consequens dicendo dimitte nobis &c.peccaret faciendo contra conscientiam, respondet, quod omnis homo potest habere rationabiliter conscientiam de peccato veniali.tum propter frequentiam tum, ꝓpter ignorantiam,quia in multis ignoranter delinquimus etiam cum credimus bene facere.tum propter adhærentiã, quia amor rei temporalis:& affectiones istæ inordinatæ frequenter nobis multum adhærent,& ideo quilibet potest dicere.psa.18.ab occultis meis munda me.vel adhuc potest dicere in persona aliorum,& ideo non peccat.sed pro alijs impetrat pro illo tempore, vel petit pro seipso pro statu alio. hæc ille.Litera.¶[Tres sunt actiones].1.species[vna]iste est prima species pœnitẽtiæ[quæ nouum hominem parturit] pœnitentia.n.ista cum detestationem peccatorum cum ꝓposito suscipiẽdi baptismum importet iam peccatorum remissionem operatur,& ideo merito vetustate peccatorum deposita hominem nouum vitæ gratiæ nouitate dr̃ parturire[omnium præteritorum fiat ablutio peccatorum]Ezec. 36.effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris[omnis]assignat causam præfatę speciei pœnitentiæ.de conse.di.4.omnis.qui ab hac excipit paruulos,per quos etiam furiosi veniunt intelligendi;[ab hac specie pœnitentię]quia cum nõdum habere possint vsum liberi arbitrij,non habet locum in eis actus huius virtutis[consecratione].i.sanctificatione[prodest eorum fides &c.]quia,vt dicit Aug.scribens Bonifacio,& habetur de conse.di.3.in ecclesia saluatoris paruuli per alios credunt,sicut ex alijs quę in baptismo remittuntur peccata traxerãt. nec tamen impeditur eorum salus,si parẽtes eorum sint infideles dicit S.Thom.in 3.parte.quoniam sicut dicit Augu. eidem Bonifacio scribens offeruntur paruuli ad percipiendum spiritualem gratiam,non tantum ab eis quorum gestantur manibus, quamuis & ab ipsis si & ipsi boni fideles sunt,quam ab vniuersa societate sanctorum, atq; fideliũ ab omnibus offerri recte intelliguntur quibus placet,ꝙ offerũtur,& quorum charitate ad communionem sancti spiritus adiunguntur:fides ergo vnit ecclesiam,& bona vnius alteri communicat[altera vero]ponitur secunda species pœnitentię,quę est de venialibus, & pro pœnalitate.quę remanet in homine post baptismum:pœnitentia autem,quę dr̃ pro pœnalitate est,qua quis corpus suum affligit,vt subijciatur spiritui,per quam gratiam susceptam in baptismo seruet, & in culpam non cadet. & hęc est pœnitentia ad precauendum futura peccata,de qua dr̃ ecclesiast.9.attende neforte labaris,scilicet

Alexander. · Ad argum. prima. Albertus. · Gregor. · Albertus. · Bonauent. Ad tertium. · Exponit literam. · August. · S.Thom.

ris.s.in culpam[quæ pœnitentia per totam vitam].i. quandiu viuit[perpetua supplicationis humilitate].quia quãdiu viuimus orare debemus ab huiusmodi carnis pęnalitatibus liberari.primo ostendit necessitatem huius pœnitentiæ[qã desiderat].s.cum effectu[vt pœniteat].i.displiceat.eo.n.qđ peccatum originale,vnde huiusmodi pęnalitates ortę sunt, præstitit nobis impedimentum regni cœlorum,desiderantibus in veritate regnum cœlorum displicere debet, quãdiu viuimus,& iste videtur sensus huius literæ. iuxta S. Tho.in

16 4.di.16.[non.n.sic]dicit† ꝙ licet per baptismum deleantur omnia peccata, non tamen auferuntur pœnalitates præsentis vitæ.cuius tres rationes assignat S. Thom. in tertia parte.

S.Thom.

¶Prima est ratione conformitatis membrorum cum capite,quia per baptismũ homo incorporatur Christo, & efficitur membrum eius,& ideo conueniens est,vt aliquid agatur in membro incorporato,quod est actum in capite.Christus autem à principio suæ conceptionis fuit plenus, gratia & veritate,habuit tamen corpus passibile, quod per mortem,& passionem est ad vitam resuscitatum, & sic Christianus,qui in baptismo gratiam consequitur quantum ad animam,habet tamẽ corpus passibile,in quo pro Christo possit pati,sed tandem resuscitabitur ad impassibilem vitam. vnde apostolus ad Rom.8.qui suscitauit Iesum Christum à mortuis viuificabit,& mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritum eius in nobis.Secunda ratio conueniẽtiæ est propter spirituale exercitium:vt videlicet contra cõcupiscentiã,& alias passiones pugnans homo victor coronã acciperet.¶Tertio hoc fuit conueniens,ne homines ad baptismum accederent propter impassibilitatẽ præsentis vitæ,& non propter gloriam vitæ æternæ[tertia actio].i. species[legis decalogi continet]quia ſm Aug.contra Faustum peccatũ est dictũ, vel factum vel cõcupitũ cõtra legẽ Dei. Et Ambrosius libro de paradiso. peccatum est inobedientia cœlestium mandatorum.

Augustinus. Ambro.

¶Sed hic surgit quæstio† vtrũ

Quæstio.

17 omne peccatum prohibeatur in decalogo.Et videtur ꝙ sic ex præsenti litera.¶In oppositum tamen videtur.quia multa videntur esse prohibita,quæ in decalogo non continent, sicut de superbia, de hypocrisi, de inani gloria, inuidia,& multis alijs si ad specialia descendatur.

Opponit in cõtrarium.

¶ Respondetur iuxta dominum Albertum in 4.di.16.ꝙ omne peccatum veniale,& mortale prohiberi intelligitur in decalogo, & sic ꝓcipitur in omne bonum,quod de necessitate salutis faciendum est.pro quo notandum iuxta eũdem† ꝙ dupliciter po-

Respondet Albertus.

18 test prohiberi peccatũ.s.directe,& indirecte. directe quidẽ prohibentur omnia mortalia,indirecte venialia † mortalia autem prohibentur tripliciter.s.expresse,vel quia sunt cau-

19 sæ expressę prohibitorum,vel quia sunt effectus.expresse iterum dupliciter.s.in ipso nomine & ambitu communitatis ipsius nominis expresse ipso nomine,sicut sub Mechia prohibetur adulterium.quia tamen elargatur ibi nomen Mechiæ sub ambitu nominis,prohibetur omnis illicitus coitus,& quælibet illicita effusio seminis,& sic prohibetur defloratio,fornicatio,raptus,incestus, & sic de alijs speciebus luxuriæ vt causa prohibetur gula,& ebrietas,omnia quæ excitant concupiscentiam carnis ad illicitum,vt effectus prohibetur scurrilitas,immunditia,choreæ illicitæ,& huiusmodi omnia & sic planum est intelligere de alijs. in affirmatiuis autem similiter est.nomine autem parentis elargato cõtinetur proximus,& nomine honoris intelligitur reuerentia debita,subuentio tam in spiritualibus,quam in corporalibus.Sunt autem quædam inducentia ad hoc per modum causæ,vt amor,siue dilectio proximi,& quędam,vt effectus vt congratulatio,& affectus,& huiusmodi.& sic planum est videre in alijs.hæc Albertus.concordat dominus Bonauentura in 4.dist.19.in expositione literæ dicendo,ꝙ in præceptis decalogi aliqua sunt prohibita principaliter, & explicite,quædam vt annexa.& implicite[vt de quibus apostolus] ad Ro.13.[iudicaremus].i.condemnaremus pœnitendo,& affligendo per pœnitentiam[non iudicaremur].i.condemnaremur,siue puniremur à domino[est.n.pœnitentia]reuertitur ad loquendum de secunda specie pœnitentiæ, quæ est venialium[humilium & bonorum fidelium] ꝑ ane qui de solis venialibus habent pœnitere,de numero humilium, & bonorum fidelium sunt[debita nostra].i.peccata nostra.

Bonauent.

¶Sed videtur,ꝙ peccata non debeant nominari debita. qã nullus obligatur ad peccatum.ergo peccatum non est debitum.

Opponit in cõtrarium. Respondet. Alexander de halis.

¶ Respondeo iuxta Alexandrum de halis in quarto

20† ꝙ peccata dicuntur debita.quia nos debitores pœnæ constituunt[in qua pectora &c. iã disputauimus ar.tertio qualiter tunsio pectoris,oratio dominica,& alia huiusmodi plura faciunt ad remissionem venialium [humanæ fragilitati] quæ tanta est,vt homo in statu naturæ corruptæ non possit viuere sine venialibus ad minus diu.vt infra di.3. de quotidianis[surrepunt].i.latenter subintrãt[ita nos grauant]nõ quidem ꝙ multa venialia,imo omnia de toto mundo collecta in vnum æquipollent vni mortali,aut faciant vnũ peccatum mortale,rõnibus assignatis in articulo quarto quem supra disputauimus,sed bene dispositione, quia.s. ex multiplicatis venialibus,potest excrescere appetitus peccandi.& libido,ꝙ feratur in id,tanquam in finem, & complacentia in illo complacentia fruitionis.& ita intelligendum est id, quod in litera dicit B.Aug.[propter hæc ieiunia , & oratio-

21 nes &c.]ar.† ꝙ quæque leuis pœnitentia in charitate facta faciat ad remissionem peccatorum venialium[sicut, & nos

22 dimittimus].¶Sed hic surgit quæstio† vtrum habens rancorem fraternum peccet mortaliter dicendo orationem dominicam.Et videtur,ꝙ sic ex præsenti litera, quia omnis q petit sibi dimitti peccatum sicut alteri dimittit, ex hoc petit sibi non dimitti.sed quicunq; petit sibi non dimitti peccatum peccat mortaliter.ergo videt, ꝙ semper peccet mortaliter,dicendo orationem dominicam.

Quæstio. Primum ar.

¶In oppositum arguitur.quia hoc videretur multum asperum,& durũ. ¶ Ad hoc respondet dominus Bonauen.in 4.dist.16.in expositione literæ sic dicens,ꝙ nullus hanc orationẽ dicens intendit ipsam dicere ad petendũ irã,sed potius ad petendum misericordiam.quando ergo dicit hanc conditionem non intendit vim conditionis aggrauare,siue sit homo intelligẽs, siue simplex,& ideo non est ibi nouus cõtẽptus , ac per hoc nec nouum peccatum , nihilominus aggrauatur peccatum occasionaliter.


Opponit & Respondet Bonauent

¶Et si tu objicias,ꝙ tunc debet abstinere,dico,ꝙ adhuc aggrauaretur magis,dum ab alijs saluberrimis petitionibus cor pœnitentis arceret.¶Et si tu objicias, ꝙ illam partem debet dimittere,adhuc grauius peccare,dũ dominicam orationem scienter infringeret . Et ideo sanctum consilium est cuilibet,ꝙ in fraterno rancore nullatenus perseueret.hæc Bonauentura.

Opponit & Respondet Opponit & Respondet.

S.vero Tho.super Matth.6.c.tractans hoc verbum,dicit:ꝙ licet qui non remittit proximo sit in peccato,nihilominus debet dicere orationem dominicam,quia debet facere quidquid boni potest.Talia.n.bona opera licet non sint meritoria ad vitam æternam,sunt tamen proficua ad impetrãdum gratiam. item oratio dicitur in persona ecclesiæ:vnde licet ipse non remittat , tamen ecclesia remittit.hæc sanctus Thom.

S.Thom.




I peccatum Dauid. Authoritas hæc B.Grego. in moralibus.hic incipit sexta pars huius distinctionis, in qua postquam magister Gratianus in præcedẽti capitulo distinxit triplicem speciẽ pœnitentiæ , nunc ꝓsequitur illam,quæ est respectu mortaliũ.dicit ergo in summa siue in conclusione,ꝙ licet contritione peccata tollantur,remanet tamen reatus pœnæ in hac vita, vel in purgatorio soluendæ,quod tamen ita intelligendum est, nisi tãta foret contritio,vt simul cum culpa solueretur etiam tota pœna.de conse.di.4.baptismi vicem.

Diuisio.ſ.

diuiditur autem hoc capitulum in tres partes.in prima mouet quæstionem. in secunda responde. in tertia applicat ad propositum.quarto probat ad idem authoritate Aug.per exemplum primorum parentum.secunda ibi,sed procul dubio.tertia ibi, sic nos salutis.quarta ibi,item Aug.hic disputandum veniret,vtrũ post contritionem culpa dimissa remaneat aliquis reatus pœnæ exsoluendæ,sed quia hãc quæstionem iam disputauimus superius.e.di.circa capitulum.nullus debitam.exponemus literam.litera.Quærit ergo. ¶[Si peccatum Dauid dominus transtulit].2.Re.12.hoc Nathan dixit dominus Dauid quoque transtulit peccatum tuum ne morieris,verũtamẽ quoniam blasphemare fecisti &c. [detestabile].quia peccatum adulterij,& homicidij commisit[tãta tolerauit]nam,vt patet.2.Reg.15.16.17.Absalon filius eius contra eum insurrexit.& de Hierusalem eiecit eum , & multa maledicta sustinuit[sed proculdubio]secunda pars, respondet ad quæstionem[dominus delictum sine vltione non deserit &c.nequaquã ergo peccato parcitur].s.oĩno,quia nullatenus[sic nos] exemplum Dauid applicat nobis pœnitẽtibus, quia licet ꝑ baptismum abluti simus à culpa,& reatu pœnæ æternę,nihilominus diluentis[carnaliter luimus].i. mortem carnis incurrimus,& multas alias pœnalitates in hac vita pro illo peccato

cato patimur.vt de confe.dist.4.non ex quo. Quare pœna litates huiusmodi post baptismű remaneant notauimus in c.præfato.de conf.di.4.octo rationes. Et in expositione literæ præcedentis capituli assignauimus tres rationes[resecat] .i.punit temporaliter[cum etiam laxat].i.dimittit, & delet quo ad reatum.Hu.[videre].i. punire secundum illud psal. 50.auerte faciem tuam a peccatis meis. punita.n. per pœnitentiá delicta non videt Deus,sed abscődit.vt.22. q.1.apud. [item August.sicut `quarta pars in qua inducit testimoniű Aug.cuius sententia est, ꝙ quemadmodum primi parẽtes licet iuste viuendo post peccatű & per fidem passionis Christi.merito credantur ab æterno supplicio(quod meruerant per peccatum commissum)liberati,nihilominus in illa vita quantumcunque iuste non meruerant[ad paradisum].i.ad statum innocentiæ,& immortalitatis,in quo cőditi sunt[reuocari]siue restitui,sic quantumcűq; nobis per baptismum, vel per pœnitentiam dimittantur peccata[non tamen continuo absoluimur]à morte,& pœnalitatibus[quas de propagine peccati].i.quas ratione originalis peccati quod per originem à primis parentibus propagatam contraximus.vt enim ait apostolus ad Rom.5.per peccatum mors[tale aliquid]confirmat Aug.dictum suum per historiam Dauid in lib.Reg.2.Reg.12.quam in principio capituli induxerat B. Grego.[propheta Nathan peccati commissione meruit].i. obtinuit. psal.31. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino,& tu remisisti impietatem peccati mei[flagitium]quo ad adulterium[facinus]quo ad homicidiű[remissum sit humiliaretur].i.affligeretur ab Absalon [quare] id est,quamobrem[& nunc dicitur]Si Deus propter illud.i. peccatum fuerat comminatus &c.patent omnia.

1 *Peccata potest quis reuelare in confessione tam per verba, quam per signa.*



IN actione. Hoc est dictum B. Aug.in enchiridion.ca.65.& non in sermone de pœnitentia sicut dicit Gratianus.hic incipit.7.pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus postquam authoritatibus sanctorum ostẽdit, ꝙ post remissionem culpæ,& reatus pœnæ æternæ,quam pœnitens per contritionem consequebatur remanebit adhuc reatus pœnæ temporalis,pro qua iniungenda est à sacerdote pœnitentia.inducit nunc tertiam regulam quam B. Au. dicit obseruandam circa pœnitentiam iniungendá. Et potest diuidi capitulum hoc in tres partes.primo ponit regulam obseruandam, ꝙ imponendo pœnitentiam considerãda est potius mensura doloris, quam temporis. secundo assignat rationem propter quam in ecclesia pfixa sint tempora,& mensuræ pœnitentiæ.in tertia elicit conclusionem intentam.in quarta ponit ordinem obseruandum in pœnitẽtia agenda tam de peccatis occultis,quam manifestis,aut publicis:secunda ibi,verum.tertia ibi,ergo cum.quarta ibi, iudicet. Quoniam hic nihil speciale disputãdum occurrit exponenda est litera.¶[In actione]:i.satisfactione. hoc scribit B.Augu.in enchriridion.cap.65.& non vt videtur. vbi dicit Gratianus videlicet in homil.de pœnitentia.[à Christi corpore]quod fit per omne peccatum mortale.omne.n. tale facit hominem indignum ad susceptionem corporis, & sanguinis Christi vt patet.1.Cor.11.[doloris]quia in pœnitentia principalius debet attendi quantitas doloris , quam temporis.latro.n.quia vehementer doluit de peccato breui tẽpore est saluatus,vbi Christus magis respexit ad dolorem gementis,quam ad tempus patientis.cui dominus ait Luc. 23. amẽ dico tibi,hodie mecű eris in paradiso. Magdalena quoque breui tempore lacrimas fundens,quæ diu fuerat in ciuitate peccatrix,audire meruit,remittuntur tibi peccata multa quoniam dilexisti multum [verum]secűda pars assignat rationem propter quam instituta siue præfixa sunt tempora pœnitentiæ,siue certæ mensuræ pœnitentiales . Et dicit [quia dolor plerűque alterius cordis occultus est alteri] .i. quantus sit,quia nemo nouit , quæ sunt hominis, qui est in eo.2.Cor.2.[nec in aliorum notitiam nisi per verba]per verbum.n.exterius manifestatur verbum interius, vt dicit Augustinus.& Aristoteles primo Perihermenias voces sunt signa earum passionű,quæ sunt in anima. Et Plato in Timeo dicit.Ad hoc sunt verba,vt sint mutuo volűtatis indicia. Et B.Augustinus,& habetur in c.16.22.q.2.dicit, ꝙ verba sunt ad hoc instituta,vt quis mentem,& cogitationem proferat

Diuisio.

Exponit literam.

Augustin. Plato. Augustin.

in notitiam alterius[Signa]quamuis inter signa a exprimentia mentis conceptum principatum obtineant verba , vt dicit Aug.& de doctrina christiana.c.3.tamen per facta, & exteriora opera conuincuntur interius cogitata.Sic.n.saluator ait.si mihi non creditis,saltẽ operibus credite. opera.n. quæ 1 ego facio testimonium perhibent de me.Io.5.ar.sꝙ tam p verba,quam per signa potest quis reuelare etiam in confessione peccata.mutus.s.per signa,& gaudentes beneficio sermonis per verba.[Cum sit coram cui dicitur genitus.] psal. 47.[ab his].s.sacerdotibus[tempora pœnitentiæ]vt in ca.tẽpora.25.q.vl.& hoc.vt satisfaciant etiam ecclesiæ].i.vt non solum puniatur peccatum si in dolore cordis non sit sufficienter punitum,sed etiam,vt satisfaciat ecclesiæ,quam læsit [extra eam].i. extra vnitatem ecclesiæ,vt.11.q.3. illud.& de conse.di.4.ecclesiæ charitas.[ergo cum tanta.]tertia pars [medicamenta]non modo quibus vitia purgantur præterita,sed etiam quibus augentur,virtutes,& mens à futuris pręseruatur peccatis.[Ab altario].i.à corpore, &[sanguine Christi[remouere].i.abstinere[iudicet.]quarta pars.est etiam dictum B. August.in sermone de pœnitentia.Ordo autem seruandus est,primo homo debet voluntate iudicare se.i.seipsum condemnare conterendo , & redarguendo de peccato commisso,cum proposito mores suos conuertendi in melius,& confitendi,& satisfaciendi secundum arbitrium ecclesiæ,quod quia nunc in præsenti vita dum tempus habemus faciendum est.subiungit,ne cum iam non poterit à domino iudicetur]iudicio irreuocabili damnamus.[Præterea hoc facto]videlicet ꝙ pœnitens iam[in se].i.contra se seuerisime].i.amore contritionis sententiam cum emendationis proposito protulerit.Secundo debet[ad antistites].i.prelatos ecclesiæ per quos claues].i.sacerdotale officium quod in administratione sacramentorum consistit[tanquam bonus filius].s.ecclesiæ venire recepturus ab eis ordine custodito aliorum [maternorum membrorum].s.filiorum ecclesiæ,quæ prout dicitur mater filios,prout vero corpus, membra dicitur habere ipsos fideles modum satisfactionis. consuetus vero ordo inter ecclesiæ filios est , vt postquá homo se reum iudicat,veniat ad sacerdotes tanquam iudices suos si ue sacerdotem suscepturus ab eo loco Christi modum mẽsuram,& qualitatem satisfactionis adimplendæ.vnde dominus Matt.5.illi quem à lepra mundauit iniunxit dicens. vade,& ostende te sacerdotibus,& offer munus quod mandauit Moyses[id tamen agat]hic ponit ordinem de agenda pęnitentia de peccatis publicis[ad exemplum,vt si &c. non recusat]si sacerdos vult ei imponere talem pœnitetiam , tum quia rationabile est,vt quia exemplo suo plurimos scandalizauit,aut ad peccata.& errores traxit, ꝙ per suam pœnitentiam multos ædificet,& ad pœnitentiam prouocet, & sicut publice,& notorie Deum,& proximum offendit,sic per publicam,& notoriam pœnitentiam satisfaciat de peccatis. tű si recusaret talem pœnitentiam suscipere non videretur vere pœnitere.vnde ait[ne tali addat tumorem].i. superbiam & arrogantiam,& ita pereat[multi corrigűtur].s.per assumptam pœnitentiam,vt Dauid.2.Reg.12. vt Petrus. Matth. 26.vt latro.Io.19.vt Maria Magdalen.Lucæ.7.[tolerantur] quos Deus expectat ad pœnitentiam . tolerauit enim Pharaonem.Exo.14.Tolerauit Nabuchodo. donec egit pœnitentiam.Tolerauit Iudam furem,& proditorem donec desperans laqueo se suspendit,Matt.27.

¶ Inter signa A d i signo pot fieri vocatio pcept , & inhibitio. Pe. de An. in c exhibita. nume.2. de homi

3 *Pœnitentia qualiter sit taxanda siue mensuranda, & nu. 4.*

5 *Pœna,quæ relinquitur soluenda in purgatorio , quali & taxatur .*



MEnsuram temporis. Est dictum B.Hiero. super Esa.li.2.quia magister Gratianus locutus fuerat de assignatione temporis pœnitentiæ dat rationem , quare de vnoquoque peccato non est tempus determinatum . Et potest diui dihoc capitulum in quatuor partes.in prima facit, quod dictum est.in secunda assignat rationem eius , quia videlicet apud Deum non valet mensura temporis,quam vis doloris.in tertia dat regulam generalem obseruandam in impositione etiam arbitraria pœnitentiæ,quia videlicet pro fide,& conuersatione pœnitentium sunt pœnitentiæ tempora abbreuianda & pro negligentia quorundam protelanda. in quarta , ꝙ dolor assumendus à pœnitente principaliter

debet esse si verus est, quia Deum offendit, dānationem incurrit, & non pro aliquo damno temporali, quod incurrit, inducit exemplum de his, qui non dolent, quia peccauerūt sed quia perdiderunt reputationem nominis, & famæ, quā apud homines habebant, & per consequens tales non vere pœnitent: secunda ibi, quia apud. tertia ibi, propter quod. quarta ibi, aliquando eius. Pro pleniori intelligentia huius præsentis capituli Quæruntur tria.

1 ¶Primum est, vtrum ſm arbitrium sacerdotum sit pœnitentia iniungenda, siue vtrum omnes pniæ sint arbitrariæ.

2 ¶Secundum est, vtrum pœna temporalis, cuius reatus post pœnitentiam manet, sit semper à sacerdotibus ſm quantitatem culpæ, siue mensuram delicti taxanda pœnitentibus.

6 ¶Tertium est, vtrum pœnitens completa pœnitentia sibi à sacerdote iniuncta, sit totaliter absolutus ab omni pœna.

Ad primum Sic proceditur. Et videtur ꝙ sic. primo authoritate B. Hieron. posita in principio capituli. ¶Secundo ex factis domini nostri Iesu Christi, cuius actio est nostra institutio: quia quibusdam pœnitentibus nullam imposuit pœnitentiam, sed solum emēdationem vitæ: sicut patet de eo: quem sanauit iacentem ad probaticam piscinam. Io. 5. & sicut patet de adultera. Io. 8. ¶Tertio Matthe. 16. dicitur. quodcūque solueris super terram: erit solutum &c. & Io. 20. quorum remiseritis peccata &c. ergo videtur, quod secundum arbitrium sacerdotum remittuntur peccata. ¶Quarto sic. dominus laudauit villicum iniquitatis: quia debitoribus domini sui remisisset largiter. sed Deus est magis promptus ad miserandum: quam aliquis dominus tēporalis. ergo videtur, ꝙ laudabilior sit sacerdos: quanto de pœna plus pœnitētibus dimiserit. ¶In oppositum videtur B. Gregor. & habetur. infra di. 5. §. falsas pœnitentias dicimus: quæ non secundum authoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminis imponuntur. ergo videtur, ꝙ non omnino pœnitentiæ sunt arbitriæ: nec debeant imponi pro voluntate confessoris. ¶Respōdeo circa hanc materiam triplex modus dicendi reperitur: vt tangit magister Alex. de Hal. in 4. ¶Quidam enim dicunt: & fere, vt inquit omnes cōfessores. ꝙ pœnitentiæ sunt arbitrariæ. i. in voluntate sacerdotis, & potest dare plus, vel minus pro voluntate sua: nec peccat, & hoc ex vi clauium. ¶Secundi dicunt: quod ita sunt arbitrariæ: quod eorū est iudicare de circunstantijs omnibus contingentibus: & a canonibus non recedere. i. a pœnitentijs iniunctis a canone: & quia eorum est iudicare factum: & circunstantias omnes contingentes: eorum est arbitrij secundum grauiores facti, vel facilitatis circunstantias pœnam aggrauare canonicam, vel pro leuioribus. i. factum diminuentibus circunstantijs de pœna in canone statuta diminuere. ¶Tertia opinio, quæ magis placet magistro Alexandro est media: videlicet, vt nec teneatur, ꝙ pœnitentiæ sint omnino arbitrariæ: nec ꝙ oīno sanctorū sententia sit tenenda. primo quandoq; secundum arbitriū sacerdotis consyderato affectu pœnitentis: & infirmitate: moderanda est cum discretione & taxa patrum in impositione pœnitentiæ: & hoc videtur haberi a Leone Papa dicēte. 25. q. 7. tempora pœnitudinis habita moderatione constituta sunt tuo iudicio: prout cōuersorum animos prospexeris esse deuotos: pariter habentes simul ætatis intuitum: & periculorum quorumcunque: egritudinum respicientes necessitatem: hanc viam mediam sequitur S. Tho. in 4. dist. 18. cuius rationabilitatem, & conuenientiam declarans sic inquit, sacerdos operatur in vsu clauium sicut instrumentum, & minister: nullum autem instrumentum habet efficacem actum: nisi secundum quod mouetur a principali agēte: & ideo dicit Dio. ī fine ecclesiasticæ hierarchiæ. ꝙ sacerdotibus est vtendum virtutibus hierarchicis: quomodo diuinitas eos mouerit: in cuius signum Matth. 16. ante potestatem clauium Petro traditam fit mentio de reuelatione diuinitatis eis facta. Et Io. 20. præmittitur potestati remissionis apostolis datæ spiritus sancti motu filij Dei agūtur. vnde si quis præter istum motum diuinum vti sua potestate præsumpserit: non consequitur effectum. vt Dionysius dicit, & hoc a diuino ordine auerteretur, & sic culpā incurreret. Et quia pœnæ satisfactoriæ infligendo, vt medicinæ sunt: sicut medicinæ in arte determinatæ non omnibus cōpetunt: sed variandæ sunt secundum arbitrium medici: non propriam voluntatem sequentis: sed medicinę sciētiam. ita pœnę satisfactorię in canone determinatę non competūt omnibus: sed variandę sunt secundum arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulatum. sicut autem medicus alicui prudenter non dat medicinam ita efficacem: quę ad morbi curationem sufficiat: ne propter debilitatem naturę maius periculum oriatur: ita sacerdos diuino instinctu motus: non semper totam pœnam (quę vni peccato debetur) iniūgit: ne infirmus aliquis ex magnitudine pœnę desperet: & a pœnitentia totaliter recedat. Cōcordat per totum in quarto magister Richardus de alta villa. ¶Dicendum est ergo ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ authoritas Hiero. non militat in contrarium; sed confirmat propositum. quoniam quando Hiero. dicit. ꝙ arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum canones statuerunt: satis apte innuit: ꝙ arbitrium talis sacerdotis debet esse diuino instinctu regulatum: alias nō videretur arbitriū sacerdotis intelligentis. ¶Ad secundam respondetur dupliciter. primo iuxta magistrum Alexa. de Hal. vbi supra. ꝙ illa facta Christi, quę sunt bonitatis debemus imitari ſm ꝙ possumus, nō quæ sunt sapientiæ, vel potentiæ. Ex infinitate. n. potētię potest multa, quę nos nō possumus imitari, nec debemus, similiter ex abysso suæ scientiæ scit, quæ nos nescimus. vnde dominus ex profunditate suæ scientiæ nouit quantitatem contritionis illorum, quorum remittit peccata, & alia quæ nos scire non possumus, propter quę conueniens fuit illi dimittere sine impositione pœnitentiæ. præterea eius fuit proprium misereri, qui fuit author, Deus misericordiarum. 2. Cor. 1. in quem per se peccatur. non sic est de ministris. secundo respondetur iuxta S. Thom. in 4. vbi supra. ꝙ non est simile de Christo & eius ministris. quoniā Christus habuit potestatem excellentiæ in sacramentis. vnde ipse authoritate pœnam totam vel partem poterat dimittere, sicut volebat. non sic alij ecclesiæ sacerdotes, qui operantur tantum, vt ministri. ¶Ad tertiam respondetur, ꝙ potestas absoluendi tributa est apostolis, & successoribus suis, sic vt vsus potestatis foret ſm arbitrium diuino instinctu regulatum, vt patet ex dictis. ¶Ad quartam respondetur, ꝙ non facit illud contra, imo pro. quoniam de hoc etiam laudatur villicus, ꝙ prudenter fecit. Et in proposito dicimus. ꝙ in remissione pœnæ debitæ discretio adhibenda est. Si vis videre, qui sint canones pœnitentiales: vide Host. in sum. de pœ. & re. circa. §. quæ pœnitentia. qui ponit. 46. & eosdem resumit Ioan. in summa confessorum.

Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ pœna temporalis, cuius reatus post pœnitentiam manet, non sit semper à sacerdotibus secundum quantitatem culpæ siue mensuram delicti, taxanda pœnitentibus. Primo sic. Et videtur, ꝙ taxanda sit secundum quantitatem delectationis, quæ fuit in peccato, vt patet. Apocalyp. 18. quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum datæ ei tormentū, & luctum, sed quoniā vbi est maior delectatio est minor culpa. quia peccata carnalia, quæ plus habent delectationis, quam spiritualia, minus habent de culpa ſm Grego. ergo pœna non est taxanda ſm quantitatem culpæ. ¶Secundo sic. eodem modo obligatur quis ad præcepta moralia in noua lege, sicut in veteri. sed in lege veteri debetur aliquando pro peccatis pœnitentia 7. dierum. vt. s. septem diebus immundi essent. cum ergo in nouo testamēto imponitur pœna septennis pro mortali, videtur, ꝙ quātitas pœnæ non respiciat quantitatem culpæ. ¶Tertio homicidium est maius peccatum, quam fornicatio in sacerdote. quia circonstantia, quæ sumitur ex specie peccati magis aggrauat, quam quæ sumitur ex conditione personæ. sed laico pro homicidio imponitur septennis pœnitentia. vt. 22. q. 1. prædicandum. sacerdoti vero pro fornicatione imponitur pœnitentia. 10. annorum. vt in c. presbyteri. di. 21. ergo pœna non taxatur secundum quantitatm culpæ. ¶Quarto sic. maximum peccatum est, ꝙ in ipsum corpus Christi cōmittitur, quia tanto grauius quis peccat, quanto maior est, in quem peccatur. sed pro effusione sanguinis Christi in sacramento altaris contento iniungitur pœnitentia quadraginta dierum vel parum amplius. vt de conse. di. 1. ca. 1. Pro fornicatione autem simplici iniungitur pœnitentia septennis ſm canones. vt patet. 22. q. 1. prædicādum. & 23. q. 5. hoc ipsum. & §. sequenti. ergo quantitas pœnæ non respicit quātitatē culpæ. ¶In oppositum est illud Esa. 27. in mēsura cōtra mensuram cum abiecta fuerit iudicabo eam. ergo quantitas iudicij punitionis est ſm quantitatem culpæ. ¶Respōdeo dicendum, ꝙ pœna post dimissionē culpæ exigitur ad duo. s. ad debitum persoluendum, & ad remedium præstandum.

Primū arg. Secundū ar. Tertiū arg. Quartū ar. Opponit in cōtrarium. Respondet Ale. de Ha. Prima opi. Secūda opi. Tertia opi. S. Thom. Dionysius. Richardus. Ad primū argumentū Ad secundū Ale. de hal. S. Thom. Ad tertium Ad quartū. Hostiensis. Primum ar. Secūdū ar. Tertium ar. Quartū ar. Opponit in cōtrarium. Respondet.

dum. Quo notato ponuntur tres conclusiones secundum
3 *Prima conclusio.* Thom. in 4. Prima est † quòd habito respectu ad debitum persoluendum pœnitentia taxanda, siue mensuranda est quantitate culpæ. ita quod semper maior est imponenda pœnitentia maiori culpæ. probatur quia homo reducitur ad æqualitatem iustitiæ per solutionem pœnæ. sed hoc non esset si quantitates pœnæ & culpæ sibi non responderent, cum maior inæqualitas iustitiæ committatur per maiorem culpam. ergo videtur, quòd pœna debet in mensura respondere culpæ. vnde infra ead. distinctio. §. quid mirum. dicitur quòd pro qualitate peccatorum qualitas offeratur bono-
4 *Secunda conclusio.* rum operum. ¶ Secunda conclusio † habito respectu ad remedium, vel illius, qui peccauit, vel aliorum, pœnitentia non semper taxanda est quantitati culpæ, sed quandoque maior pro minori peccato iniungitur. patet conclusio iuxta dominum Durandum. *Durandus.* quia pœna præstat remedium contra recidiuum, & scandalum inquantum prohibet pronitatem ad peccandum. vbi ergo est pronitas maior ad peccandum, ibi requiritur maius retractiuum. sed in eo, qui cômittit minorem culpam, quandoque est maior pronitas ad recidiuum, sicut in iuuene fornicante, quam in sene. ergo indiget maiori pœnitentia ipsum retrahente, quam senex. licet minus peccet, eo quod maius incentiuum habet. Et eadem est ratio de scandalo, quia minus peccatum quandoque est maius scandalosum, & magis trahitur in exemplum in persona, quæ debet esse maioris ædificationis, sicut est fornicatio in sacerdote, quamuis sit maius peccatum in priuata persona homicidium, & præcipue, quia non est in cômunitate tanta pronitas ad hoc peccatum, hinc canones taxauerunt maiorem pœnitentiam ipsi sacerdoti pro fornicatione, quam priuatæ personæ pro homicidio, quod fit, vt per pœnam vnius alij exterreantur. Patet ergo, quòd in taxatione pœnæ vtraque consideratio est habêda. vnde patet, quòd non semper pro maiori culpa maior pœna est infligenda in
5 *Tertia conclusio.* foro conscientiæ. ¶ Tertia conclusio † pœna quæ relinquitur soluenda in purgatorio semper taxatur secundum quantitatem culpæ. considerata tamen contritionis quantitate, & confessione, & absolutione. quia per hæc omnia de pœna aliquid dimittitur, quæ etiam à sacerdote iniungenda satisfactione sunt consideranda, vt inquit sanctus Thom. *S. Thom.* Patet conclusio, quia pœna purgatorij solum est ad soluendû debitum, cum iam vlterius non manet locus peccandi. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in contrarium. *Ad primû argumen.* Ad primâ respondetur, quòd ratio non procedit. & ratio est, quia in verbis illius authoritatis duo tanguntur ex parte culpæ scilicet glorificatio, & delitiæ, quorum primum pertinet ad elationem peccantis, qua Deo resistit. secundum ad delectationem peccati, quamuis autem sit minor delectatio quandoque in maiori culpa, tamen est ibi semper maior elatio, & ideo ratio non militat. *Ad secundû* ¶ Ad secundam respondetur. quòd ratio illa non procedit. deficit enim in multis, quia illa pœna. 7. dierum non erat expiatiua à debita pœna peccato. vnde etiam si post illos. 7. dies moreretur in purgatorio puniretur, sed expiabatur ab irregularitate, à qua omnia sacrificia legalia expiabant. Et ita illud non erat ad propositum. ¶ Tum secundo, quia cæteris paribus plus peccat homo in noua lege, quam in veteri propter sanctificationê ampliorem, qua sanctificatur in baptismo propter beneficia Dei potiora humano generi exhibita. Et hoc patet ex hoc, quòd dicitur ad Hæbreos. 10. quanto putatis deteriora mereri supplicia. ¶ Tum tertio, quia hoc quod sumitur in minori propositione non est vniuersaliter verum, videlicet. quòd pro quolibet peccato mortali septennis exigatur pœnitentia. sed est quasi quædam regula communis, vt in pluribus competens, quam tamen oportet dimittere consideratis diuersis peccatorum circunstantijs. *Ad tertium* ¶ Ad tertiam patet responsio ex secunda conclusione. quia enim episcopus, vel sacerdos cum maiori periculo suo, & aliorum peccat, ideo solicitius retrahunt ipsum canones à peccato, quam alios, maiorem pœnam iniungendo, secundum quod est in remedium quamuis quandoque non debeatur tanta ex delicto. *Ad quartû.* ¶ Ad quartam dicendum, quòd pœna intelligenda est quando nolente sacerdote effusio illa sanguinis contingit. si enim sponte effunderet non dubium quin multo grauiori pœna dignus esset.

6 Ad tertium. Sic proceditur. † Et videtur, quòd pœnitens completa pœnitentia sibi à sacerdote iniuncta sit totaliter ab omni alia pœna futura absolutus. Primo sic. sacramentum semper consequitur effectum suum, nisi sit defectus suus ex parte recipientis vel ex parte conferentis. *Primû arg.* sed quandoque imponitur minor pœnitentia, quam sit digna, & non est defectus ex parte recipientis. quia paratus erat pœnitêtiam sibi iniunctam facere. nec est defectus ex parte conferentis sacramentum, quia secundum conscientiam suam, & discretionem talem pœnam taxat. ergo videtur, quòd cum sacramentum pœnitentiæ sit ordinatum contra peccatum totaliter destruendum, & quantum ad pœnam & quantum ad culpam, quod pœnitens peracta pœnitentia sibi à sacerdote iniuncta non remanebit debitor alicuius pœnæ, sed erit totaliter absolutus. ¶ Secundo sic. Deus pronior est ad remittendum pœnam, quam ad exigendum. sed si iste sacerdos maiorem pœnam satisfactoriam iniunxisset, pœnitens obligaretur ad eam faciendam. *Secundû ar.* ergo videtur, quòd si insufficientem pœnam iniungat, quòd non exigatur aliquid amplius ab eo, sed sit omnino absolutus. ¶ Tertio in purgatorio aliquis grauius punitur, quàm in præsenti vita. *Tertium ar.* si ergo post peractam pœnitentiam à sacerdote iniunctam adhuc manet pœna purgatorij, videtur, quòd multum noceat sacerdotibus pœnitenti leuem pœnitentiam iniungendi, & ita videtur, quòd sit valde periculosum confessiones audire, cum non de facili possit sciri pœnæ quantitas debitæ pro peccato. imo sit impossibile, quia sacerdos non potest scire quantitatem contritionis, sicut etiam tangitur in litera præsentis textus. nec quantitatem affectionis, quam peccator habuit peccando. ergo &c. ¶ Quarto arguitur ex gloss. præsentis capituli vbi dicit, quod sufficit minor pœnitentia ad peccatum delendum, & omnem pœnam alterius vitæ, dummodo pœnitens, qui eam recipit maiorem suscipere paratus esset, si sibi imponeretur. *Quartû ar.* arg. infra. ca. quem pœnitet. ver. si quod ¶ In oppositum arguitur ex illo Deutero. 25. secundum quantitatem delicti erit plagarum modus. *Oppositio contraria.* ergo si minus ei imponatur residuû ab eo in purgatorio exigetur. ¶ Respondeo iuxta sanctum Thom. in 4. distinct. 20. *Respondet S. Thom.* Et sit ista conclusio. pœnitens quantumcunque bene persoluat pœnitentiam sibi impositam à sacerdote, si pœnitentia præfata non sit sufficienter satisfactoria siue condigna pro solutione pœnæ debitæ culpæ, pœnitens non soluens talem pœnitentiam non est omnino absolutus siue liberatus, sed erit obligatus persoluere in purgatorio. ista côclusio probatur sic. Error sacerdotis non potest pœnitenti prodesse. prodest autem si nô teneretur ad plus, quam sibi per errorem imponit. ergo videtur, quòd licet pœnitentiam iniunctam persoluat, adhuc sit debitor maioris pœnæ. ¶ Secundo sic. actus ministri bonus, vel malus nihil diuersificat in efficacia sacramêtorum. vnde siue sacerdos discrete se habeat in impositione pœnitentiæ, siue nô, nihil diuersificatur quantum ad efficaciam absolutionis, contritionis, & confessionis. Et ideo siue discrete se habeat iniungendo pœnitentiam, siue nô, semper manet reatus ad eiusdem quantitatis pœnam, & iô, si eam hic nô explet ab eo in purgatorio exigetur. ¶ Tertio probatur conclusio iuxta S. Tho. & per Durandum, sic. Error sacerdotis, seu qualiscunque indispositio pœnitentis non debet immutare iustitiam diuinam quo ad punitionem peccatorû, *S. Thom. Durandus* sed quòd imponatur pœna non condigna culpæ prouenit, vel ex errore sacerdotis nescientis ponderare quantitatê culpæ, vel saltê ex eius nescientia. quia non pôt eam perfecte cognoscere, nec contritionem pœnitentis, vel dato quòd sciat ex industria imponit minorem pœnam propter conditionem pœnitentis. ergo propter hoc non debet impediri iustitia quin peccator puniatur pœna condigna peccato. ¶ Ad primam respondetur negando minorem. *Ad primum argument. S. Thom.* dicimus enim cum sancto Thom. quòd quandocunque pœnitentia minor condigno iniungitur, defectus est ex parte iniungentis vel ex parte recipientis. sed quandoque potest esse sine culpa vtriusque sicut quando imponens debitam diligentiam adhibet, & recipiens paratus est ad implendum, & propter hoc non est inconueniens, si totaliter a reatu pœnæ non liberatur. *Ad secundû* ¶ Ad secundâ respondetur negando consequentiam. dicimus. n. quòd pœnitens cui maior condigno pnîa imposita teneat eâ côplere ex sacerdotis iniunctione, qui non solû pœnæ debitû côsiderat sed pctô remediû adhibet. vñ post hâc vitâ tota non exigitur ab eo. sed solum quâtû sufficit ad debitû soluêdû. *Ad tertium S. Thom.* ¶ Ad tertiam rñdet negando consequentiam vniuersaliter, dicimus enim cum S. Th. quod sacerdos minorem condigno pœnitentiam iniungens non semper pec-

cat,tum quia non potest determinate quantitatem pœnæ debitæ cognoscere,quamuis aliquid prope consideratis regulis patrum determinare possit.tum quia quandoq; ex industria minorem pœnam imponens plus prodest pœniten ti,quam noceat,q forte ,ppter magnitudinẽ pœnæ posset à pnía peragẽda impediri,,ppter debilitatem virtutis adhuc in eo de nouo recuperatæ,& ideo negligit minus damnum, vt maius euitetur,& iterum in eo paulatim confortatur in eo domini amor qui ad plura pœnitentiæ opera peragenda ipsum concitabit propria sponte,quam sacerdos sibi ẽm quantitatem peccatorum iniungere potuisset. ¶Ad quartã respondetur,ꝙ gl.falsum dicit,secundum iam dicta. litera. ¶[Mensuram]reddit causam,quare de vnoquoque peccato non est determinatum tempus pœnitentiæ[intelligentis].s.differentias peccatorum,& circunstantias eorum, ac personarum pœnitentium,. & diligenter perspicientis omnia, quæ faciunt ad hoc,ꝙ tempus pœnitentiæ abbreuietur, vel prolongetur.vt 26.q.7.de his pœnitentibus]pro qualitate, vt abstinentia,vt de conse.di.5.ieiunium.& di.87. quid prodest[conuersatione pœnitentium]vt.11.q.12. plerunque.& pro negligentia]vt dist. 50.de his clericis, & 27.q.7.sacerdos [tamen pro quibusdam culpis modi pœnitentiæ]vt in fornicatione sacerdoti cum filia spirituali.30.q.1.si quis sacerdos 82.di.presbyter.& in multis alijs,de quibus habes in summa Host.& in summa Io.[quis aliquando sequitur quarta pars [quis aliquando]nota est non impossibilitatis, sequi magis raritatis, siue difficultatis[cito]post peccatũ commissum [& si deprehensus]in aliquo delicto[gloriam].i.famam,& laudem ac reputationem,in qua ab hominibus tanquam bonus erat habitus. Talis autem non vere pœnitet, nec dicendus est humilis pœnitens sed potius superbus,velut Saul,qui vt habetur.1.Reg.16.coram Samuele dixit, peccaui &c. de peccato &c.sed quia deijciebatur de gloria regni,& manens in sua superbia.ait.honora me corã senioribus populi mei. quo circa non est consecutus veniam &c.

Ad quartũ. Exponit literam. — Hostiensis.

1 *Confiteri pluries est vtile.*

2 *Peccata,quæ in hoc seculo non delentur vera pœnitentia publicabuntur in iudicio cum rubore in conspectu omnium sanctorum.*

3 *Obstinatus non uere conteritur.*

His authoritatibus. Hic incipit octaua pars huius distin. Et potest diuidi in tres partes.in prima concludit ex prædictis,quod nõ sola cordis contritione dimittantur peccata, & respõdet authoritatibus inductis pro alia parte.in secũda defendit aliã opinionem dicentem,ꝙ sola cordis contritione dimittanẽ peccata.in tertia reuertitur ad probandũ,ꝙ sine cõfessione & satisfactione remittuntur.in quarta relinquit determinationẽ huius quæstionis motæ à principio huius distinctionis arbitrio,& iudicio legentis.secunda ibi,ecõtra.tertia ibi in alio.§.econtra ea quæ.quarta ibi, quibus authoritatibus. item prima,quæ durat vsque ad.§.econtra . posset diuidi in tot partes,quot sunt authoritates quibus respondere nititur, licet in responsione sua ostenderit se Gratianus in membris nõ multum studuisse in theologia,sicut patebit.verum qm̃ de omnibus istis disputatum est superius solum litera venit exponenda.litera.[His authoritatibus sine confessione propriæ vocis]non simpliciter.quia in sola cordis contritione, dum assit propositum confitendi,& satisfaciendi pro loco, & tempore remittitur peccatum.iuxta illud.Psa.31. dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino,& tu remisisti impietatem peccati mei[negationi quoq; Petri]hoc inducit magister Gratianus minus sapienter,quia videtur cõtra conclusionem suam.quia Petrus contritione lacrimatus absque confessione oris reconciliatus est Christo [ante trinam cõfessionem]quia antequam eum interrogaret Io.21. Simeon Ioannis diligis me plus his,& eo confitente.ꝙ sic,iã fuerat reconciliatus , sicut manifestum est . vnde ante illam confessionem Petrus cum alijs receperat spiritum S.Ioã.20. accipite spiritum sanctum,quorum remiseritis &c. [vnde illud deleuit]si debet habere veritatem exponendum est.i.deletum ostendit.Hu.[cuius totum vitæ tempus]si intelligatẽ post peccatum negationis.etiã hoc non est verum . quoniã mortuo Christo ipse Petrus,& alij Apostoli defecerunt in fide Christi dubitantes de eo,peccauerunt mortaliter. Hu. & Archi.[amplius horum]nam in his continentur omnia,

Diuisio. — Subdiuisio. — Exponit literam.

quæ necessaria sunt pœnitenti,s.cordis contritio,& confitẽdi,& satisfaciendi propositum[illa authoritas Leonis]supra e.d .c.sufficit.magnum saltum facit hic Gratianus, vt dicit gl.[sed.n.tantum]falsum dicit.ꝙ authoritate illa Leonis papæ nulli denegaẽ esse necessaria exterior satisfactio , si assit facultas.per hoc enim quòd Leo dicit, quòd sufficit pœnitenti confessio,quę primo fit Deo,& deinde sacerdoti, non negat,quòd satisfactio sit necessaria si assit facultas[qui beatum].i.qui perfectus est siue sint religiosi, qui seculo abrenuntiant . sed in hoc non dicit verum Gratianus quoniam istis non minus est necessaria pœnitentia,quam remanentibus in seculo.cum ad vitam se deuoueant arctiorem , & ita non minus debent de peccatis suis conteri confiteri,& satisfacere pro posse,quam alij.vnde patet,quod non est ad propositum.quod hic dicit Gratianus.[item illud Ioannis]inducit authoritatem,quæ videtur facere pro alia parte, quæ dicit.quòd in sola contritione dimittatur peccatũ,vt ea exponat.vbi nota,quòd hæc authoritas dupliciter potest intelligi,vno modo de peccato occulto , quod sufficit confiteri soli Deo per sacerdotem,nec est necesse illud in publico cõfiteri.alio modo intelligitur de peccato occulto iam confesso sacerdoti,quod si amplius non sit necesse confiteri sacerdoti, Deo tamen confiteri semꝑ debemus non voce sed corde.Et istis duobus modis intelligit Gratianus authoritatem præsentem,& bene[lauant lacrimæ]si tamen assit propositum confitendi. [te prodas].i.peccatum tuum publice confitearis,non est ita intelligendum,vt sine confessione.si ne enim confessione exteriori dum tamen sit in proposito confitendi per solam contritionem dimittitur peccatũ ante confessionem oris cõtra Gratianum[secreta]quia nemo debet seipsum prodere,& diffamare.maledictus,qui famam suam negligit.Prouer.13.[denuo confiteri]a.s.sacerdoti,bene dicit non est necesse, quo ad salutem , nisi in certis casibus,qui ponuntur in gl.†licet vt aliàs videbitur vtile sit plu-
1 ries confiteri,& ita possit illud homo facere [nunc autem] assignat rationem,propter quam expediat,vt peccator frequenter corde peccata sua recogitet ne eorum obliuiscatur.
2 †Nam peccata,quæ in hoc seculo vera pœnitentia non delentur in iudicio cum rubore in conspectu omnium sanctorum omnibus bonis,& malis publicabuntur.in die enim iudicij patebunt conscientiæ hominũ. & tunc manifesta erũt occulta cordium.vnde Apostolus primæ ad Corin.4.itaque nolite ante tempus iudicare , quousq; veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum,& manifestabit consilia cordium[non solum ad Dauid dicebat].s.Nathan in persona domini.3.Reg.12.tu fecisti abscõdite. ego faciam verbum illud in conspectu omnis Israel , & in conspectu solis [ad omnes nos]sæpe enim quod vni specialiter dicitur , ad omnes dici generaliter intelligitur.vt distinc.40.miramur. sit ergo comminatio omnibus peccatoribus, qui nisi conterantur de peccatis suis , & confiteantur cum opportunum fuerit,peccata eorum cum rubore , & confusione publicabuntur coram omnibus in iudicio[similiter & illud Prosperi,qui crimen suum]supra expositum est ead. distinctio.§. item sicut facilius[item illud prophetæ tu remisisti &c. id est remissibilem iudicasti]male exponit hoc Gratianus , & contra verba sacræ scripturæ , & expositionem sanctorum. scriptura enim sancta non dicit remittit, sed dicit remisisti. item , quòd male exponat . quia etiam ante contritionem peccata illa erant remissibilia . præterea Augustin. ita an in gloss.ita[dixi]ita proposui[& tu remisisti impietatem peccati mei]magna pietas Dei hic ostenditur, vt ad solam promissionem dimiserit peccatum. Et ita patet , quòd Gratianus insipienter exponit authoritates istas , & ita facit de multis sequentibus[omnino vertitur]id est,ab omni peccato.Hug.vt infra distinctio.sequen.§.vniuersaliter vltim.sed Gratianus hic aliquantulum variat,vt authoritas non videatur facere ad id,ad quod superius fuit allegata[principium] supra ead.distinctio.§.hoc idem.in princip.[cuncta quæ de mundatis non ad veniam remissionis]falsum dicit Gratianus hic . constat enim . secundum euangelium , quod leprosi dum irent, ad sacerdotes præcepto domini mundati sunt , antequam se sacerdotibus ostenderent . per quod patet,quòd cum quis ad Christum per interiorem cõtritionem habens propositum confitendi antequam ore confiteatur sacerdoti iam consecutus est veniam remissio-
3 nis peccati[obstinatio] cum enim quis obstinatus est,quòd non vult confiteri,talis non vere conteritur,cum non sit paratus,

Hugutio. Archidiac. — Cõtra Gratianum. — Cõtra Gratianum. — Contra gratianum — a¶Cõfiteri. Qñ quis teneatur cõfiteri, & qũo, & cui.&multas alias circũstãtias vide p Pet.de Anch.in ca. ois vtriusq; de pœnit.& remis.a primo nu.vsq; ad.8. — Contra gratianum. Augustin. — Contra gratianum.

ratus obedire, vt sacerdotibus se vellet ostendere, & ab eis absolutionis beneficiũ suscipere, quibus dominus in Petro ligandi, & soluendi dedit potestatem. Matth. 16. tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque &c.[à qua quisque per gratiam]hic plane contradicit sibi Gratianus, quia si do lor delicti, & votum confessionis remittit culpam, quia gratia non stat cum peccato mortali, quia per gratiam homo iustificatur dicente Apostolo ad Ro. 3. iustificati per gratiã ipsius, sicut ergo nemo est in culpa, & iustificatus est. sic nemo est in gratia, cui non remissa sit culpa[plenariam remissionem]si intelligat Gratianus de remissione culpæ non dicit hic verum Gratianus, quia impossibile est, quòd quis ambulet in lumine gratiæ, vel habeat dilectionem Dei, vel sit habitaculum spiritus sancti, nisi plenariam habeat remissionem peccati, quo ad culpam, & reatum pœnæ æternæ. Si de temporali pœna loquitur, cum quo ad eam non sit data plenaria remissio, verum dicit. sed non ad propositum. quia talis pœna nec etiam per oris confessionem remittitur, imo cum hic non completur etiam per satisfactionem iniunctã venit persoluenda per ignem purgatorij, sicut dicit apostolus, & supra habitum est.

Gratianus sibi contrarius.

1 *Peccata latentia licet per contritionem expientur sunt tamen sacerdoti confitenda.*

Econtra. Hæc est secunda pars huius octauæ partis distinctionis præsentis, vbi defendẽdo partem aliam, videlicet dicentium, quòd per solam contritionem absque oris confessione deleantur peccata, exponit authoritates inductas in cõtrariũ. Et potest diuidi in tres partes. nam primo respondet authoritatibus Ioan. Chrysosto. & Prosperi. in secunda respondet in generali ad omnes authoritates, quæ mandare videntur confessionem, & hoc dupliciter: videlicet, ꝙ vel non loquantur præceptiue, sed per modum exhortationis, aut quod loquuntur de interiori cõfessione. in tertia respondet ad ea, quæ inducta sunt, de satisfactione videlicet. ꝙ loquatur de grauibus, & manifestis. secunda ibi. ea vero. tertia ibi, id autem Aug. circa primam est notandum, quòd virtus solutionis suæ ad authoritates stat in hoc. quod confessio, & satisfactio exterior non sit necessaria, nec sit in præcepto, quòd falsum est. & in hoc male sentit. quoniam sicut interior confessio, & satisfactio consistit in præcepto, sic etiam exterior confessio, & satisfactio pro loco, & tempore. s. si assit tempus, & facultas, & sicut illa est necessaria ad dimissionem peccati, ita, & ista. vnde non est curandum multum de his, quæ Gratianus hic dicit confitemini]falsum est quòd hoc intellectum de confessione exteriori sicut manifeste patet, de ea intelligi, quia dicit confitemini alterutrum peccata vestra, non sit dictum præceptiue. vt patet di. 25. §. criminis. Et supra disputauimus de necessitate confessionis. & infra. ea. dist. quem pœnitet. manifeste habetur[item August.]lib. de pœnitentia[Petrus]actuum. 2.[Publicanus]Luc. 17.[leuium]. i. venialium [occultorum criminum] quãuis enim crimina & peccata mortalia sint occulta, & deleantur per cordis contritionem, sunt nihilominus confitenda ore sacerdoti pro loco, & tempore, qui claues habet ecclesiæ, & potestatem ligandi, & soluendi. Matth. 16. & Ioan. 20.[Nabucho.] de quo habetur Daniel. 4.[& Niniuitarum]de quibus Ionæ. 3.[latentia vero pecca-
1 ta non probantur]non dicit verum quoniam sicut supra diximus latentia peccata licet per contritionem expientur, tamen de necessitate præcepti sunt sacerdoti confitẽda pro loco, & tempore, & qui non confiteretur, esset transgressor præcepti. cõstat enim, quod quilibet semel in anno tenetur cõfiteri proprio sacerdoti. extra de pœ. & re. c. omnis vtriusque sexus.

Diuisio.

Contra gratianum.

Cõtra Gratianum.

Econtra. Hic incipit tertia pars huius octauæ partis primæ distinctionis. in qua magister Gratianus alternatur nunc incedẽs pro alia parte allegat, videlicet ꝙ sine cõfessione oris, & satisfactione operis peccata nõ dimittantur. Et potest diuidi in quatuor partes. nam primo probat hoc authoritatibus Aug. & Ambrosij. secundo exemplo noui testamenti. tertio figuris veteris testamẽti. & quarto rõnibus. secunda ibi, non sunt. hæc. tertia ibi, item in leuitico, qui domũ suam. quarta ibi, cum ergo, vt ex pmissis. in prim a Gratianus pro parte approbat, & pro parte reprobat quoddictũ erat proxime pro parte dicẽtium, ꝙ per solam cõtritionẽ delerent peccata[probat aduersum]falsum dicit hic Gratia. qm̃ per solã contritionẽ si assit propositum confitendi, & satisfaciendi pro loco, & tp̃e remittit pc̃m, nec aliter intelligit Leo papa. vt supra visum est. §. alij. c. multiplex [item secundum Aug.]lib. de pœnitentia. ista dicta Leon. papæ Aug. Ambrosij & aliorum patrum bene indicant necessitatem confessionis fiendæ sacerdoti, sed non semper, & ꝓ semper, sed pro loco, & pro tempore. vnde istæ authoritates inductæ per Gratia. tantum in veritate concludunt, ꝙ peccata in contritione non dimittuntur nisi assit propositum confitẽdi sacerdotibus[quibus clauium ptãs]. i. remissionis peccatorum [data est]vnde omnia patent[non sunt &c.]secunda pars vbi inducitur exemplũ noui testamẽti de suscitatione puellæ, de quo habetur Mat. 9. vbi dr̃, ꝙ princeps accessit ad Iesum, & adorans eum dixit. domine filia mea modo defuncta est, sed veni, & impone manum tuam super eã, & viuet. & cum venisset Iesus in domum principis eiecta turba intrauit, & tenuit manum eius, & surrexit. Luc. 18. ꝙ veniens Iesus in domum tantum inducit secum Petrum Iacobum & Ioannem fratrem eius, qui quasi secretarij eius erãt, & patrem, & matrem puellæ[in quo moraliter instruimur] hoc non plus est, quam dictum est, quia in contritione peccatorum necessarium est propositum confitendi, & satisfaciendi ad arbitrium ecclesiæ.

Diuisio.

Cõtra Gratianum.

1 *Conscientia quare dicatur domus.*
2 *Opera pœnitentiæ qualiter præfigantur.*
3 *Superbiæ quatuor sunt species.*
4 *Hypocrisis quid dicatur.*
5 *Indulgentiæ an valeant veraciter aliquid his quibus conceduntur. Quod sic. num. 9. & 19.*
6 *Indulgentia qualiter accipiatur in sacra scriptura.*
7 *Relaxatio quid dicatur.*
8 *Indulgentia quid dicatur.*
10 *Indulgentiæ, vt ualeant aliquæ conditiones requiruntur.*
11 *Indulgentiæ sunt salubres fidelibus multipliciter.*
12 *Indulgentiæ an valeant ad hoc, quod per eas possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.*
13 *Satis facere potest vnus pro alio.*
14 *Thesaurus spiritualis est sufficientissimus in ecclesia. Et ex quibus consurgat. num. 15.*
16 *Opus bonum pœnale sanctorum potest dupliciter considerari.*
17 *Dispensatio thesauri spiritualis est in ecclesia.*
18 *Indulgentia qualiter se extendat.*
20 *Indulgentiæ an possint dari pro temporali subsidio aut bñficio.*
21 *Thesaurus ecclesiæ duplici de causa debet dissolui ab his, qui habent dispensare.*
22 *Indulgentiæ an tantum valeant quantum prædicantur. Quod sic numero. 23.*
24 *Mensura valoris indulgentiarum qualiter sit accipienda.*
25 *Indulgentiarum forma qualiter sonet. Et qualiter debeat intelligi data ẽm numerum dierum. nu. 26. Et quid ad numerum annorum num. 27.*
28 *Indulgentia quando datur ad quantitatem talem, vel talem. quomodo intelligatur. Et quid si forma extendit se ad totum cumulum peccatorum numero 29.*
30 *Pœnitentiæ iniunctæ qualiter intelligantur.*
31 *Pœnitens cui iniuncti sunt. 40. dies pœnitentiæ si lucratus sit plures, quam 40. an teneatur agere pœnitentiam iniunctã.*
32 *Passio Christi inquantum meritoria, & inquantum satisfactoria est infinita ratione suppositi.*
33 *Clauis ordinis quid dicatur. Et quid clauis iurisdictionis. numero. 34.*
35 *Visitans ecclesiam quoties consequatur indulgentiam.*
36 *Bonum vnius communicatur alteri dupliciter.*
37 *Prælati superiores an possint tm̃ dare ordinarie indulgentias.*
38 *Indulgentias dare conuenit iure ordinario episcopis, & supra.*
39 *Electus in episcopum licet non consecratus potest dare indulgentias.*
40 *Abbates, præpositi, magistri ordinũ, periores prouinciales, seu ministri nec non sacerdotes parochiales non possunt ordinarie facere indulgentias.*
41 *Capitulum sede vacante non potest conferre indulgentias.*
42 *Vicarius generalis, siue officialis non potest dare indulgentias.*

43 *Inferioribus prælatis de conſuetudine non poteſt competere concedere indulgentias.*

44 *Cognitio cauſarum matrimonialium quare poteſt præſcribi conſuetudine.& non collatio indulgentiarum.*

45 *Conſuetudo quod det iurſdictionem intelligendum eſt de modica.*

46 *Epiſcopus hæreticus ſchiſmaticus, aut excommunicatus non poteſt facere indulgentias.*

47 *Prælatus eccleſiæ exiſtens intra vnitatem eccleſiæ licet in peccato mortali exiſtat poteſt dare indulgentias.*

48 *Inferiores poſſunt conferre indulgentias ex conceſſione ſummi pontificis, uel epiſcoporum.& num.49.*

50 *Secularis ſiue laicus quantumcunque ſanctus, nec ordinarie, nec ex commiſſione poteſt dare indulgentias.*

51 *Papa ſolus poteſt dare indulgentiam plenariam*

52 *Archiepiſcopus per ſuam prouinciam, & epiſcopus per ſuam diocœſim poſſunt dare indulgentias ſub certa menſura.*

53 *Indulgentiæ qualem effectum habeant.*

54 *Intentio alicuius poteſt ad alterum dirigi dupliciter.*

55 *Congregatio hominum eſt duplex.*

56 *Relaxatio plus dicit quam communicatio.*

57 *Indulgentias dare proprie quid dicatur.*

58 *Indulgentiæ an proſunt omnibus, tam viuis, quem defunctis.*

59 *Indulgentiæ non proſunt fidelibus in inferno.*

Nec paruulis in limbo exiſtentibus nu.60. Nec fidelibus exiſtentibus in peccato mortali.nu.61. Nec illis, qui non implent illud, pro quo indulgentia eſt data.nu.62.

63 *Cruce ſignatus, ſi moriatur antequam iter accipiat, an conſequatur indulgentiam.*

64 *Indulgentiæ non intelliguntur dari pro ſola voluntate, ſed pro effectu.*

65 *Indulgentiæ valent religioſis ſicut & laicis.*

66 *Indulgentiæ non valent non ſubditis, niſi de licentia proprij epiſcopi aut iudicis.*

67 *Indulgentiæ datæ à prælatis in dioceſibus ſuis valent etiam exemptis, ſiue clericis ſecularibus ſiue religioſis.*

68 *Indulgentia an proſit danti.*

69 *Indulgentiæ poſſunt valere his pro quibus fiunt.*

Etiam defunctis exiſtentibus in purgatorio num.70.

71 *Indulgentia poteſt prodeſſe alicui dupliciter.*

72 *Prælatus non poteſt liberare animas à purgatorio pro ſuo arbitrio.*

73 *Papa an poſſit per indulgentias vacuare totum purgatorium, quod non.*

74 *Papa an poſſit alicui dare indulgentiam plenariam omnium peccatorum Quod ſic exiſtente ratione.nu.79.*

75 *Indulgentia plenaria quid dicatur.& nu.76.*

77 *Indulgentia plenaria quibus modis concedatur.*

78 *Ioan.de Turre cremata vnde fuerit oriundus, & vbi acceperit habitum.*

80 *Indulgentiæ an valeant ſolis contritis, & confeſſis actu, vel etiam contritis tantum & confeſſionem habentibus in propoſito.*

81 *Indulgentiæ quæ dantur audientibus ſermonem, vel viſitantibus eccleſiam, vel huiuſmodi facientibus ſtantibus tamen in ſtatu gratiæ, ad hoc quod proficiēt ad remiſſionem peccatorum ſuorum, an ſufficiat confeſſos fuiſſe de peccatis ſuis, vel requiratur, quod nunc iterum confiteantur.*

82 *Indulgentiæ an poſſint proficere his; qui amiſerunt vſum loquelæ.*

Et an proficiant ei, qui antequam elegerit confeſſorem factus eſt amens.num.83.

84 *Indulgentiæ an ſe extendant ad peccata oblita.*

85 *Contritio ſola an ſufficiat ad habendam indulgentiam venialium peccatorum.*

86 *Debitores an ſatisfacientes creditoribus, an poſsint conſequi indulgentiam.*

87 *Indulgentia data per papam ſine rationabili cauſa an valeat.*

88 *Indulgentiam an conſequantur qui opus iniunctum faciunt in peccato mortali.*

89 *Indulgentię an valeant illis, qui propter impedimentum ſuperueniens non potuerunt adimplere ea, quæ in forma indulti continentur.*

90 *Pœnitentia alia an ſit iniungenda a confeſſoribus ſuſcipientibus crucē, aut quibus datur indulgentia iubilei plenaria.*

91 *Articulus mortis quid dicatur.*

92 *Indulgentiæ quantum durent.*

93 *Remiſsio plenaria de omnibus peccatis an detur conuenienter in iubileo omnibus Romam venientibus &c.*

94 *Iubilem quid dicatur.*

95 *Annus iubileus quo tempore habuit initium.*

96 *Iubileus legitur præceptus in lege veteri.*

97 *Chriſtus qualiter conſtituit iubileum in lege noua.*

98 *Iubileus fuit inſtitutus propter plures rationes.*

99 *Iubilei indulgentia quando fuerit inſtituta.*

100 *Iubileus quare ita reductus eſt. vt eſt nunc.*

101 *Iubilei anno in lege veteri ſex leguntur facta.*

Item in Leuitico. Tertia pars, vbi idem arguit exemplis, ſiue figuris veteris teſtamenti. Et poteſt diuidi in duas partes. Nam primo ponit Gratianus literam Leuitici in capitulo vltimo. in Diuiſio.
ſecunda exponit eam moraliter. ſecunda ibi, in quo ſimiliter. ¶ Circa primum eſt notandum, primo quod Gratianus non ponit literam formaliter, quæ habetur Leuitic. vltim. ſed ſenſum tātum [niſi ſiclo ſanctuarij]hoc ponitur ad differentiam ſicli communis, vt dicit magiſter Nicolaus de lyra quia alius erat ſiclus, quo vtebantur in alijs, ſcilicet Ni.de lyra.
communis. & vt aliqui dicunt ſiclus ſanctuarij erat minor, quam ſiclus communis, ita quod ſiclus ſanctuarij conſtituebat viginti obulos, communis vero.24. Alij vero. vt idem. Nicolaus narrat. dicunt contrarium. dicunt enim quod ſiclus ſanctuarij ſit maior, quia videlicet eſt duplex reſpectu ſicli communis [ſacerdote vero ſupportante]id eſt computante [annorum numerum] ſcilicet ſecundum diſtantiam [ad annum iubileum]quia quanto erat maior diſtantia voti, vel facti vſque ad iubileum, tanto maius debebat eſſe pre-
1 tium [in quo]ſecunda pars, ſunt verba Gratiani ſumpta ex gloſsis Bibliæ [domum conſcientiæ]recte conſcientia dicitur domus, quia ſi bona eſt quieſcit homo in ea, ſicut in bona domo, & in mala vexatur. Hug. [agrum conuerſationis]id eſt bonam conuerſationem ad modum agri floribus ornatam, & bonis operibus fructiferam [niſi ſiclo ſanctua-
2 rij]id eſt operibus pœnitentiæ [in ſacra ſcriptura præfixis] vbi notandum † quod ſacra ſcriptura præfixerit opera pœnitentiæ hoc modo, vt pœnitens primo de corde peccata doleat, & cor dolore ſcindat. Ioel.2. ſecundo, vt lachrimas fundat Pſalm. 6. lachrimis meis ſtratum meum rigabo. tertio carnem, & corpus affligat dicens cum Apoſtolo. 1. Corint. 9. corpus meum caſtigo, & in ſeruitutem redigo. quarto vt eleemoſynis, & alijs pietatis operibus peccata redimat. Quinto, vt orationibus Deum deprecetur. Eſa.8. ora dominum, & curabit te. hæc ſunt opera miſericordiæ quæ præfixit ſcriptura ſancta. Si vero ſcripturam ſanctam intelligat canonicam, vide. cap. canonica. 26.q.7. [ideo non ait]Matth. 3. [vt pro qualitate]videlicet peccatorum hoc requirit ipſa iuſtitia, vt qualitati, & quantitati culpę reſpondeat menſura pœnitentiæ [in iubileo plena remiſſio præſtabatur] tum quia omnes diſtractiones rerum redibant ad primos poſſeſſores. tum quia in eo ſerui hæbrei dimittebantur liberi. tum quia tunc etiam terra remittebatur à cultura, & ita quieſcebat, & ſimilia, quæ ad gaudium fiebant [vnde per eum perfecta remiſſio peccatorum figuratur non plene emundatur] ſi loquitur de emundatione culpæ, falſum dicit, vt patet ex ſupradictis. Si de pœna temporali verum dicit, ſicut ſupra eſt diſtinctio. ſi peccatum. & ſicut primi. Hu. [cum ergo ex primis]ſequitur quarta pars, arguendo ex prædictis, concludit manifeſta ratione, quod neceſſaria ſit confeſsio ſacerdoti pro loco, & tempore fienda, ſicut ſæpe dictum eſt [taciturnitas] ſubiungit aliam rationem ad probandum, quod ſine cōfeſſione non ſit venia peccatorum ſic. Taciturnitas peccati naſcitur ex ſuperbia cordis, & ita non confitens pctm pro loco & tpe, vt ſuperbus peccat, & ita veniam non conſequitur. vnde de verbo pœnitentiæ dicitur. Proue. 18. quod in princi.
3 accuſator eſt ſui. [Species enim ſuperbiæ eſt.] Notat quod quatuor ſunt ſpecies ſuperbiæ quos Gregori. aſsignat. 24. moralium. Prima cum bonum à ſeipſis habere æſtimant. ſecunda cum ſibi datū deſuper credunt. ſed pro ſuis hoc accepiſſe meritis putant. tertia cum iactant ſe habere quod non habent

habent,& talis species est,quæ tangitur hic in litera præsenti : cum quis vult reputari iustus, & sanctus, & tamen non est. Quarta species est,cum despectis cæteris singulariter videri,appetunt habere,quod habent. Talis quoque superbus cupiens ab omnibus iustus haberi.cum tamen apud Deum peccator sit,non dubium quin etiam in hypocrisi incidat.
4 hypocrisis.n.simulatio quædā est † vnde hypocrita, vt dicit
a Isidorus li.Ety mo.Græco sermone in latino simulatora interpretatur,quia cum intus malus sit,vt bonum se palā ostēdit[primorum parentum]primi.n.parentes in confessione non humiliter confessi sunt, sed suo peccato adhibuerunt excusationes.vnde Adam in mulierem retorsit peccatum, & implicite in datorem eius dicēs Gen.3.mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi &c. vbi vir per mulierem se excusat. & mulier interrogata non humiliter se accusat, sed retorsit in serpentem peccatum.tacite vero in actorem serpentis dicens serpens decepit me[Cain autem]Gen.4. interrogatus vbi est Abel frater tuus.respondit nescio.nunquid custos fratris mei sum.[vbi superbia humilitas locum habere non potest]sunt.n.contraria,& contraria simul esse non possunt[sine humilitate veniam sperare non licet]Deus.n.superbis resistit humilibus autem dat gratiam suam.1.Petri.5. ¶ Quia vero in psenti litera facta est mentio de anno iubileo, & qđ in eo fiebat remissio,ac etiā,ꝙ figuraret remissionē , quę fit ĩ nouo testamēto vere pęnitētibus & cōfessis. ¶Pro plenio ri intelligētia veniūt octo disputanda circa indulgentias.

a ¶ Simulator.adde ꝙ talis hypocrita est reprobandus fiext. in clei t. §.9.de hæreti. vbi late car. zab.

¶Primum est,vtrum indulgentiæ veraciter aliquid valeant his,quibus conceduntur.

¶Secundum est,vtrum indulgentiæ valeant ad hoc, ꝙ per eas posit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

¶Tertium,vtrum indulgentiæ dari possint pro temporali subsidio,vel beneficio.

¶Quartum est,vtrum indulgentiæ tantum valeant quantum prædicantur valere,siue quantum sonant.

¶Quintum,vtrum tantum superiores plati ordinarie possint dare indulgentias.

¶Sextum est,vtrum indulgentiæ prosint omnibus tam viuis,quam defunctis,.

¶Septimum,vtrum papa possit dare indulgentiam plenariam omnium peccatorum.

¶Octauum est,vtrum conuenienter in iubileo detur omnibus Romam gratia indulgentiarum venientibus remissio plenaria de peccatis omnibus.

5 Ad primum Sic proceditur . † Et videtur, ꝙ nullū realem effectū conferant alicuius vtilitatis quibus conferuntur . ¶Primo sic.super illud.2.Ti.2. seipsum negare non potest.dicit glo∫.quod faceret si dicta sua non impleret.sed ipse dixit Deut.25. ꝙ ₰m mensurā delicti debet esse plagarum modus.ergo pœnitentem necesse est puniri sicut meruit . ergo non potest aliquid relaxari, & per consequens relaxationes,quæ sunt veraciter nihil vtilitatis conferunt.¶Secundo sic.dicit Augu. aut Deus punit, aut homo.sed homo non punit digne,quod relaxatur.ergo Deus puniet.ergo relaxatio de nullo seruit. ¶ Tertio sic. morbus corporalis non potest curari , nisi per antidotū.Et si relaxetur antidotum,remanet morbus.sed morbus spiritualis magis est difficilis,& pœnitentia iniuncta est eius antidotum.ergo si relaxatur aliquid de pœna remanebit morbus.ergo talis relaxatio magis videtur obesse quā prodesse.

Primū argū Secundū,ar Tertium ar

¶In oppositum est textus præsentis literæ,vbi maxime prę supponitur relaxationes esse vtiles,& plurimum valere his, quibus fiunt.¶Respondeo dicendum , ꝙ hic notanda sunt duo.primum,quid sit indulgentia prout de ea nunc loquimur.secundo de quæsito an.s.aliquid valeant. ¶ Circa pri-
6 mum notandum,† ꝙ indulgentia in sacra scriptura reperitꝰ quandoque accipi pro remissione culpæ,₰m illud Iudith.8. indulgentiam eius cum lachrimis postulemus. Aliquādo ꝓ remissione pœnæ peccato debitæ ₰m illud Es.61.misit me, vt medererconttritis corde,& prædicarē captiuis indulgentiam Isto autem vltimo indulgentia capitur impræsentiarum prout de ea loquimur.quæ ab Alberto magno super illud Mat.16.tibi dabo claues regni, describitur sic.indulgentia est remissio pœnæ satisfactoriæ imposite vel imponendæ pro peccato confesso . & de quo præcessit compunctio, quia ille a Deo absolutus est à vinculo peccati,& æternæ dānationis,quæ absolutio nisi præcedat non habet locum indulgentia hominis.in 4.vero sententiarum.di. 20. idem do
7 minus Albertus† quærens quid sit relaxatio postquā posuit

Opponitio contrariū. Respondetꝰ

Albertus magnus.

duas diffinitiones magistrorum antiquorū quarum prima est.relaxatio est satisfactionis maioris in minorem competens,& discreta commutatio.¶Secunda est relaxatio est pęnæ temporalis debitæ diminutio . Ponit suam diffinitionē conformiter ad eam quam posuit super Mat.16.dicens.relaxatio,siue indulgentia est remissio pœnæ iniunctæ ex vi clauium,ex thesauro supererogationis perfectorum procedēs. in qua diffinitione remissio est tanquam genus. Sed quia remissio est culpæ,quam solus facit Deus, & est remissio pœnæ,quam Deus,& homo faciūt.ideo additur pœnæ.quia autem iterum pœna est æterna,quam remittit homo. ideo additur iniunctæ.quia homo hanc remissionem tantum facere potest iurisdictionem habens,& claues, ideo additur, ex vi clauium.quia vero non potest debite, & discrete dimitti pœna pro peccatis iniuncta vni,nisi fiat recompensatio per alterum,qui plus debito facit, ideo additur ex thesauro supererogationis perfectorum procedens hæc Albertus. Concordat magister Alexander de Halis sic dicens.relaxatio ₰m ꝙ proprie sumitur,est pnīæ iniūctæ proprietatis ex virtute clauiū diminutio imposita pęna eiusdē gnīris. Eiusdē quidē generis, est qn̄ pœna temporalis relaxatur,& pœna temperans imponitur.hæc ille.magister vero Henricus de Ganda uo quolibeto.15.q.14.diffinit indulgentiam sic. †Indulgen
8 tia est remissio pœnę temporalis debitæ peccatis actualibus pœnitentium,temporalis dico.Non remissione , & absolutione sacramentali facta è prælato ecclesię ex rationabili cā per recompensationem , à pœna indebita iustorum. in hac diffinitione ponitꝰ remissio loco generis. est.n. omnis indulgentia remissio,sed non econuerso . vnde reliqua membra diffinitionis sunt loco differentię,quia vero indulgentia de qua ad pręsens loquimur nō est remissio,nisi pœnę, ideo ad differentiam remissionis culpę,quę non potest ab ecclesię ꝑlato remitti sine sacramento additur pœnę.Quia vero ĩdulgentia est remissio pœnę,sed non nisi temporalis, & hoc ad differentiam pœnę ęternalis,super quam pręlati ecclesię nullam habent potestatem,nisi commutando eam in tēporalē mediante sacramento pœnitentię,cum remissione peccatorum,ideo additur,temporalis.Quia vero indulgētia a est re-
a missio pœnę tpalis,sed nō nisi debitę, iō addit, & debitę.& hoc ad dr̄iam indebitę pœnę,qualē sustinuerunt multi martyres,q̄ nō est remissionis indulgētialis materia, diuina vero indulgentia non est remissio pœnæ temporalis : nisi debitę pro peccatis,ideo additur pro peccatis, & hoc ad differentiam pœnę, qua Deus punit aliquos temporaliter non ex culpa,vt in cœco nato.& Iob,& similibus , quæ etiam nō est materia indulgentię.Quia vero indulgentia non est remissio pœnę temporalis, nisi debitæ peccatis actualibus, ideo additur, actualibus & hoc ad differentiam pęnę debitę originali quod non remittitur,nisi in baptismo , aut immediate à Deo . Præterea, quia indulgentia non est remissio pœnæ tpalis debitæ peccatis actualib.nisi pœnitentium,iō additꝰ pœnitentium & hoc ad differentiam pœnæ ęternæ, quæ debetꝰ pct̄is actualibus nō pęnitentium,quæ q̄nque hic incipit tpaliter,& in inferno cōpletꝰ æternaliter , & est oīno irremissibilis à plato ecclesiæ.Quia vero indulgentia pœnæ tpalis debitæ pct̄is actualibus sed nō remissę iā in absolutione sacrāli,iō additꝰ,non remissione,& absolutione sacrāli factæ.ad dr̄iam pœnæ tpālis debitæ remissæ pn̄ibus in absolutione sacrāli ꝑ sacerdotē,in qua remittitꝰ culpa, & cōmutatꝰ pœna æterna in tpalē,& illius tpalis pars ꝑ absolutionē remittitꝰ sacrālē,& hoc virtute clauium sacrālis ptātis,& si nō est tanta cōtritio,q̄ totā deleat,remanet pęnitēs debitor pęnæ residuæ ꝑsoluēdæ hic,vel in purgatorio.Quia vero residua pœnæ tpālis pars ꝑsoluenda solui pōt aut eleemosynarū largitione,₰m illud Dan.4.pct̄a tua eleemosynis redime, aut luitione pœnæ in ꝓpria ꝑsona hic, vel in purgatorio sustinēda.₰m illud Iob.20.licet q̄cunq; fecerit,aut recōpensatione.& q̄a hoc mō fit in indulgētiarū largitione, iō additꝰ in diffinitione ꝑ recōpensationē de pœna indebita iustorū. Quia vero talis remissio nō fit ab hoīe,nisi ꝑ ptatē à Deo cō missam,iō additꝰ,à plato ecclesiæ facta.Et hoc tm̄ dictum sit de primo.In quo vidēdū erat,quid sit indulgētia,prout de ea nūc loquimur.¶Circa ₰m videlicet an indulgentiæ aliquid valeāt. Est sciendū, ꝙ circa indulgētias quidā vt inquit Alber.mag.in 4.ꝑdictis rōnibus plus moti,q̄ necesse est dixerunt indulgentias nihil valere,sed esse piā fraudē.quia mater ecclesia decipiēdo pueros suos ꝓuocat ad bonū.s. pegrinationes,& eleemosynas,& auditū verbū dei,& hm̄ōi,& de

Alexander de halis.

Hēricus de Gaadauo.

a ¶ Indulgētia. adde ꝙ indulgētia est duplex. vide Petr. de Anc. latè scribentē in c. ꝙ aūt. nu.8.de pœni.& remis.

Albertus magnus.

derunt, exemplum de matre prouocante paruulum ad ambulandum, quod vtile est paruulo, & in fine viæ permittente pomum, & postea subtrahente quæ deceptio pia etiã est. Isti inquit Albertus ad ludum puerorum trahunt facta ecclesiæ, & hoc fore hęresim puto. in nullo. n. crederetur ecclesiæ, si in istis, quæ prædicantur populo, & adhortantur fideles, vt faciant inueniretur deceptio. ideo alij plus quã oportuit contradicentes, dixerunt, ꝙ simpliciter sicut pronuntiantur indulgentiæ, ita valent sine omni alia conditione intellecta, vel dicta. Sed isti nimium bonum forum inquit Albertus faciunt de mĩa Dei. ideo tertiæ consentiendum videtur opinioni, quæ elegit mediam opinionẽ, quæ in duabus

Prima conclusio. Secunda cõclusio.

9 stat conclusionibus. ¶ Prima est. † ꝙ indulgentiæ veraciter valent his, quibus dantur, sicut ecclesia eas valere prædicat.

10 ¶ Secunda conclusio. est † ꝙ ad hoc, ꝙ indulgentiæ valeant, aliquæ conclusiones requiruntur. Prima conclusio videlicet, ꝙ indulgẽtiæ veraciter sint vtiles, & valeant his, quibus dantur, probatur sic. vniuersalis ecclesia nõ potest errare, quia ille, qui in oĩbus exauditus est pro sua reuerentia dixit Petro, super cuius confessione ẽt fundata est. Ego pro te rogaui Petræ, vt non deficiat fides tua. Luc. 22. sed ecclesia generalis indulgentias approbat, ergo indulgentiæ aliquid valẽt. ¶ Secundo sic. vniuersalis gubernator ecclesię. s. summus põtifex præcipue in his, quæ tota ecclesia recipit, & approbat non est credendus fallere velle aliquem, nec errare vt in ca. hæc est fides. 24. q. 1. constat autẽ. ꝙ summus pontifex siue sedes apostolica indulgentias valere fidelibus ꝑdicat, & docet, & prædicari, & doceri facit, vt notum est. ergo firmiter credendum est, ꝙ indulgentiæ veraciter valeant, sicut valere prædicantur. ¶ Tertio sic confirmatur veritas pręfatæ cõclusionis, ex eo ꝙ consuetudo hæc concessionis indulgentiarum à sanctis patribus, qui spiritu sctõ inspirati credunt, fuit inchoata & continuata & sustinuerunt continue, sicut patet de B. Gregor. & multis alijs, qui secuti sunt in ecclesia Christi, ergo nullo modo dubitandum est, quin indulgẽtiæ veraciter valeant, alias oporteret dicere, ꝙ ẽt sancti viri vterentur mendacio aliquo in his, quæ in indulgentijs ꝑdicãt, quod vr̃ valde perniciosum. Sicut. n. hoc ꝑniciosum esset dicere de scriptura sacra, ita & de doctrina ecclesiæ. qm̃ nõ vr̃ minor authoritas ecclesię ĩ agibilibus, q̃ ĩ credibilibus. vnde

Augustinus

simile dicendum vr̃ de authoritate ecclesiæ, quod de authoritate sacræ scripturæ dicit Aug. in epistola ad Hier. & habetur di. 9. in c. si ad scripturas. vbi inquit, si ad scripturas san-

11 ctas admissa fuerint, vel officiosa mẽdacia, quid in eis remanebit authoritatis, quasi diceret nihil. † Cæterum hæc indulgentiarum consuetudo non modo patrũ ecclesiæ authoritate probabilis redditur, sed ẽt quia multipliciter fidelibus est salubris. Primo quidem, quia spes ipsa obtinendæ indulgentiæ facit fideles crebrius, & copiosius cõcurrere ad ecclesias, & sermones & hm̃oi. quæ ad honorẽ Dei, & cõem vtilitatem pertinent, & ita concessio indulgentiarum est ad ꝑfectum, & commodum vtriusq; reipublicæ. s. spũalis, & temporalis, & excitat & cõmouet pc̃tores ad pn̄iam, plane cum audiunt se tam largam gratiam pro tam modico consecuturos. s. si solum confiteantur, & de pc̃tis suis doleãt, ob hoc multi duri mouentur ad cõfitendũ, qui alias ad hoc permoti non fuissent. hæc ergo, & similia sunt ꝑ quæ cõiter oẽs doctores dicunt indulgẽtias tenere, & valere tanq̃ à spiritu sancto introductas, hæc de prima conclusione. ¶ Pro secunda conclusione, quæ habet, ꝙ ad hoc, ꝙ indulgentiæ valeãt

Alber. mag.

requirant aliquæ cõditiones. Est notandũ, ꝙ iuxta Albertũ magnum vbi supra requirunt plura videlicet, duo ex parte dãtis, primum authoritas ex parte iurisdictionis, quã habet vt papa, episcopus, legatus, & hm̃oi. ſm̃ est pia cã dantẽ mouens, non priuata, sed publica. hæc aũt cã in duas diuiditur, vt. s. sit iusta necessitas, sicut periculum patriæ, liberatio terræ sanctę periclitata fides, periclitatio studij, & hm̃oi. aut vtilitas sicut ędificatio loci religiosi, vel ecclesię, vel hospitalis, vel reparatio viarum cõmunium, vel auditus verbi Dei, & frequentatio reliquiarum, & hm̃oi. Alia aũt quatuor supponunt ex parte suscipientis. Primũ, ꝙ sit contritus, quia alias in eo non præcessit absolutio diuina à culpa, & reatu pœnę ęternę. Secundum est, ꝙ vinculum ecclesiæ non cõtemnat. i. ꝙ se pręsentet sacerdoti per confessionẽ, vnde contritis, & confessis dr̃ in forma indulgentiarum. Tertiũ est fides, qua credat hoc sibi posse fieri per clauium potestatem. Quartũ est adimpletio eius, pro quo datur indulgentia. vltimo ex parte eius vnde fit remissio, requiritur abundantia thesauri meritorum repositorũ in thecis spũalibus ecclesię, de quo thesauro fit mentio in articulo sequenti. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondet, ꝙ

Ad primũ argumentũ

remissio, quę per indulgẽtiam fit non tollit, quin ſm̃ mẽsuram delicti sit plagarum modus, pœna. n. quam alius spõte sustinuit, distribuitur pro expiando reatu alterius. vnde indulgentię non dicuntur ita valere, ꝙ per eas à reatu pœnę pœnitẽs simpliciter absoluatur, sed quia per eas datur ei de cõi thesauro ecclesię, ꝙ soluatur pro eo sicut plenius in sequenti. c. exponetur. ¶ Ad secundam respondet iuxta dñm

Ad secundũ Albertus.

Albertum negando minorẽ, dicimus. n. ꝙ homo punit, licet non idẽ. sed homo alius, qui in pœnis supererogauit, cuius supererogationem in potestate dispensandi habet ecclesia, & hoc bene potest fieri sicut habetur. 1. ad Cor. 12. gl. & in textu cõicãtur bona corporis naturalis de membro vno in aliud, ita communicantur bona corporis mystici. ¶ Ad ter-

Ad tertium

tiam respõdetur iuxta eundem Albertum magnum, quòd ratio non procedit. quia aliud in spiritualibus, & aliud in corporalibus. quia in spiritualibus omnes morbi pẽdent ex causa vna, quę est peruersa voluntas, & illa conuersa supponitur antequam locum habeat indulgentia, & ideo quęcunque pœna est satisfactoria residui remanẽtis, ita ꝙ morbus non reuertitur, sed in morbis corporalibus non omnes morbi pendent ex radice vna. Et ideo non potest medicinam in medicinam commutari. Tamen consilium meum in talibus consueuit esse dicit Albertus, ꝙ etiam post relaxationẽ pœnitens remaneat in pœnitentia, quam discretus confessor post diligentem examinationem confessionis iniungit. quia non iniungit tantum pro reatu delendo, sed etiam, vt sit medicina contra omnes pronitates contractas ex antiquis peccatis. quę non delentur per indulgentiam, sed potius per opera satisfactionis prędicto modo impositę, & ideo licet non teneatur ieiunare, vt satisfaciat pro reatu, vtile tamẽ est ꝙ conseruet pro medicina reliquiarũ, sicut etiam medicus corporalis dat medicinã, & ordinat dietam. hæc Albertus.

12 Ad secundum sic ꝓceditur. † Et videtur, ꝙ per indulgentiam non possit aliquid remitti de pœna satisfactoria. ¶ Primo sic. hęc ad potestatẽ

Primũ arg.

excellentię pertinet, vt sine sacramentis effectus sacramentorum tradatur. sed nullus habet potestatem excellentię in sacramentis, nisi Christus: cum ergo satisfactio sit pars sacramenti operans ad remissionem pœnę debitę videtur, ꝙ nullus homo purus possit remittere reatum pœnę sine satisfactione. ergo per consequens videtur, ꝙ indulgentię quę dãtur à prelato ecclesiæ non se extendant ad remissionem pœnę satisfactorię. ¶ Secundo sic. inferior nõ potest absoluere

Secundũ ar.

ab eo, ad quod superior obligauit, sed Deus absoluẽdo à culpa ligat ad pœnã temporalem, vt dicit Hu. de sancto victore. ergo nullus homo potest absoluere à pœna illa aliquid dimittendo. ¶ Tertio sic. facere dignos fructus pœnitentię est

Tertiũ arg.

vnum de diuinis pręceptis, à quo non potest quisquam homo purus absoluere, sed dignos fructus facere est, ſm̃ magnitudinem sceleris magnificę satisfacere. ergo videtur, ꝙ non licet alicui de illo diminuere. ergo nec relaxationem aliquã facere, vel percipere. ¶ In oppositum est text. pręsentis lite-

Opponit in cõtrarium.

rę, in quo hoc manifeste pręsupponitur. Item idem ex diffinitione patet superius assignata indulgentię in qua dictum est, ꝙ est remissio pœnæ satisfactorię impositę vel iniungendę pro peccato confesso &c. Hic videnda sunt tria Primo. ꝙ

Respondet

vnus pro alio potest satisfacere. Secundo de thesauro ecclesię vnde indulgentię dantur. Tertio videbitur ad quid se extendat indulgentia, & ita respondebitur ad quęsitũ. ¶ Quã-

a ¶ Satisfacere. Adde ꝙ satisfacere vel plene ꝺ satisfaciẽdo cauere pa- ria sunt in foro pniæ Pe. de Anc. in c. sup. nume. 3. de exceptio.

13 tum ad primum sit ista conclusio † quòd vnus pro alio satis

a facere potest, a siue quòd vnus pœnam satisfactoriam pro alio potest explere Deo acceptabiliter. Ista conclusio quia est fundamentum totius huius materię multipliciter probatur. Primo sic. dicit Apostolus ad Galath. 6. Alter alterius onera portate. sed onera, quę maxime sunt portanda, sunt onera spiritualia. ergo videtur, quod vnus onus pœnitentię pro alio possit suscipere. ¶ Secundo per simile in naturalibus, videmus enim in aliquo corpore animalis, quòd vnum membrum in se exponit, vt sustineat læsionem, & grauamẽ alterius, sicut patet, quòd brachium se exponit pro capite. Si ergo in corpore mystico est connexio per assimulationẽ ad corpus naturale, videtur, ꝙ vnum mẽbrũ onus alterius possit supportare, & ĩ se suscipere. ¶ Tertio sic. ꝑ similes in humanis actibus, videmus. n. ꝙ sic est in humanis, ꝙ si quis est alicui debitor, nõ refert apud creditorẽ, vtrũ ipse, vel alius soluat.

soluat.imo pro eodem vtrunq; acceptat.Cum ergo multo benignior sit Deus in percipienda solutione quam homo terrenus.videtur,quòd ipse sit contentus, & sibi sufficiat si alius satisfaciat pro eo.Et confirmatur ratio sic.charitas ma gis potest apud Deum,quã apud homines, sed vnus potest apud homines alterius amore debitum soluere:ergo multo magis hoc in diuino iudicio fieri potest.patet ergo conclusio.ꝙ quantum ad solutionem debiti vnus potest pro alio satisfacere,dummodo sit in charitate.vt eius opera in chari
14 tate esse posint.¶ Quantum ad secundum sit ista conclusio.In ecclesia est thesaurus spiritualis sufficientisimus,vnde dispensatores eius pijs causis moti posunt communicare quibuscunque vere pœnitentibus, quod sufficit ad satisfa ctionem pro peccatis eorum in parte, vel in toto, prout di-
15 scretioni eorum videbitur expedire.Probatur cõclusio ista. †sunt enim quatuor maxime ex quibus thesaurus præfatus, spiritualis consurgit.Primum est meritum pasionis Christi.Quod meritum cum ratione suppositi diuini fuerit infinitum,excedit etiam sua infinitate efficaciam omnium sacramentorum.Secundum est meritum beatisimę virginis, quæ etiam multos labores,& dolores sustinuit,& pœnas spe cialiter in Christi pasione.vnde Simeon de hoc prophetãs ait.& tuam ipsius animam pertransibit gladius.Luc.2.Tertium est meritum sanctorum martyrum, qui multo plura sustinuerunt tormenta, quam meruerunt eorum peccata, aut eis erat necessarium ad salutem.Quartum est meritum, beatorum confessorum,atque beatarum virginum, aliorũque sanctorum omnium,qui in operibus pœnitentiæ super erogarunt ad mensuram debitorum suorum. & multas insuper tribulationes,& angustias sustinuerunt patienter, per quas pœnarum multitudo poterat expiari,si eis deberetur, quorum omnium tanta certe est copia meritorum , vt vale re videantur pro solutione omnium pęnarum pro peccatis nostris debitarum.¶Sunt autem hic duo notanda propter dominum Durandum volentem probare,ꝙ merita sancto rum non pertineant ad thesaurum ecclesiæ, quia, vt inquit, cum illa sint plene remunerata non videntur esse satisfactoria pro alijs.Primum autem notandum secundum Petrum

Durandus.

16 de palude est†ꝙ opus bonum pœnale sanctorum potest du pliciter considerari,vno modo inquãtum est meritorium, & sic non transgreditur personam,nisi solum meritũ Christi.qui sibi,& alijs meruit,cæterorum vero meritum solum sibi prodest,& sic nullus alius a Christo plus meruit, quam accepit,vel recepturus sit in seipso.secundo modo consideratur prout est satisfactorium,& sic multi plus satisfecerunt quam debuerunt.vnde licet homo non posit facere bonũ pro alio,quin mereatur,sic tamen potest pro alio soluere, ꝙ non liberet se,sed illum solum.vnde satisfactio, quam homo pro alio facit sibi quidem est meritoria, & non illi,sed il li est liberatoria,sed non sibi.quia ergo sancti plus sustinuerunt,quam meruerant,& hoc non solum animo merendi, sed etiam satisfaciẽdi pro se quidem primo,deinde pro om nibus indigentibus secundum ordinationem ecclesiæ, ideo illis primo cedit in satisfactionem secundum qualitatẽ culpæ,& pœnæ,residuum vero reseruatur pro indigentibus dispensandum per prælatos ecclesiæ. ¶Secundo est notandũ secundum eundem Petrum,quod licet sancti in hoc conue niant cum Christo,quod de his,quæ sunt supererogationis aliquid ponant in thesaurum ecclesiæ,sicut Christus. ¶ In hoc tamẽ differunt,quia tota satisfactio Christi cesit in thesaurum pro cæteris, & nihil pro se.quia nullus pœnæ debitor fuit, nec pœnæ originalis, nec actualis. Alij vero sancti non,quia omnes eorum pœnalitates non cesserunt nobis in thesaurum,quia ipsi debitores erant multarum tam ratione originalis peccati,quam actualium:vnde illud quod supererogarunt soluto debito eorum cesit nobis in thesaurum ecclesiæ.Beata autem virgo Maria medio modo se habet. quia de suis pœnalibus id solum pro ea satisfecit, quod erat pœna peccati originalis,sicut mors naturæ cuius ipsa debitrix fuit.Reliquæ aũt eius pœnalitates sponte assumptæ totæ nobis cedunt non illi q̃ nullus culpæ actualis rea fuit. hæc ille.Quod autem hmõi thesauri meritorum oĩm Christi,& sanctorum sit dispẽsatoribus clauiũ credita significatur. vt inquit magnus Albertus super Matt.Esa.22.vbi primo dicit dabo clauem domus Dauid super humerum eius,& aperiet & non erit,qui claudat,& claudet,& non erit,qui aperiat.& post modicum subiungit. & suspendam super eum omnem gloriam domus patris sui vasorũ diuersa genera. Omne vas

Petrus de palude.

Petrus de palude.

Albertus.

paruulum à vasis craterarũ vsq; ad vas musicorum. Gloria aũt patris cœlestis,& thesaurus in sanctorum meritis,& vasa sunt corda sanctorũ paruula per humilitatẽ, & ideo plus gratiæ continentia.vasa musica sunt corda laudis diuinæ,eo ꝙ in eis plus gratia Dei præfulget.ex hoc.n.thesauro supple tur defectus eorũ,quibus de pœna condigna pro peccato,
17 vel pars,vel aliqñ totum remittit. ¶ Præterea ꝙ pfati thesauri dispensatio sit in ptãte ecclesiæ.probatur rõne multipliciter.primo sic dicit Chryso.super illud Matt.16. tibi da bo claues regni cœlorum homini mortali terræ & omniũ quæ in cœlo sunt commisit ptãtem Deus, & ecclesiam cœlo validiorem monstrauit. Constat aũt,quia quod in cœlo indulgetur indultum est.cum ergo ecclesia sit validior cœlo,videtur,ꝙ indultum est,quod in ecclesia indulgetur. sed hoc non potest esse,nisi in ptãte ecclesiæ sit dispensatio thesauri.vnde fit indulgentia.ergo dispensatio præfati thesauri stat penes ptãtem ecclesiæ.¶Secundo sic.dicit apostolus.2. Corint.2. nam & ego quod donaui si quid donaui propter vos in persona Christi.gl.ac si Christus donasset.sed cõstat, ꝙ hoc,ꝙ Christus donauit donatum est. ergo quod Paulus donauit.Sed summus pontifex non est minoris ptãtis quan tum ad talia,quã S.Paulus fuerat. ergo quod Papa donauit donatum est.sed hoc esse non potest,si ptãs dispensandi the saurum non sit apud ecclesias.ergo &c.¶ Tertio non est mi nus in ptãte ecclesi dispẽsare hmõi merita thesauri,q̃ in po testate capitis alicuius congregationis dispẽsare merita sub ditorum.sed prælatus congregationis vtpote alicuius religionis põt de thesauro subditorum suorum dispensare reci piendo eos ad beneficia ordinis.ergo prælati in ecclesia habent facultatem disponendi thesaurum meritorũ oĩm san ctorum.¶Quarto sic.in ciuilitatibus humanis oẽs ciues cõi cantes in vno bono publico sunt in ptãte vnius principis,vt de eorum bonis disponat,prout melius expedire iudicauerit politiæ.ergo magis ĩ spũalibus,vbi maior vnio,& maior charitas est,possunt bona meritorũ aliorum alijs cõicari. ¶ Quinto sic.cõstat,ꝙ Christi meritum non est frustra,nec alia opera supererogationis sanctorum patrum.qm̃,vt dr̃ ec cles.20.thesaurus inuisus,quæ vtilitas eius,quasi diceret nul la.Si meritum Christi est infinitũ,& merita sanctorũ in ope ribus pniæ fuerunt multo maiora, q̃ debebant culpis eorũ: ergo de hoc thesauro põt alijs ad recompensandũ pro eorũ debitis aliquid cõicari,sed hoc nõ põt fieri,nisi apud ecclesiã sit ptãs dispensandi hmõi thesaurũ.ergo &c.¶Sexto vnũ corpus sumus in Christo sicut multa sunt membra in huma no corpore ad Ro.12.sed bonũ vnius mẽbri in corpore aĩa lis proficit oĩbus alijs mẽbris.ergo pariter in corpore Christi mystico ꝙ est ecclesia bona quorundã mẽbrorũ possunt alijs cõicari,sed hoc esse nõ põt, nisi authoritas dispẽsandi sit in ecclesia:ergo authoritas dispẽsandi pfatũ thesaurũ est penes ecclesiã.& hæc de secũdo.¶Quantũ ad tertiũ in quo
18 videndũ est ad quid se extendat indulgẽtia,sit ista cõclusio indulgentia prout loquimur extẽdit se ad remisionẽ pœnæ tẽporalis debitæ ꝓ peccatis actualibus pœnitentiũ. Ista conclusio patet ex diffinitione superius posita ipsius indulgẽtiæ in art.1.q̃stionis præcedẽtis.¶Pro qua cõclusione est notandũ,ꝙ pœna æterna cuius reatum homo peccando incurrerat ꝑ cõtritionẽ à Deo dimittit.vnde ad ista(sicut supe rius in quæstione ꝓcedẽti diximus)nõ ordinat̃ indulgẽtia,licet aũt pœnitẽs absolutus sit a reatu pœnæ æternæ,vt ꝓdiximus,remanet tñ obligatus ad pœnã aliquã persoluẽdã.qm̃, vt ait Aug.Deus nõ dimittit dedecus culpę sine decore iustitię.de ista aũt pœna temporali pars dimittitur virtute clauium in confesione,& absolutione,& remanet homo obligatus ad residuum pœnæ persoluendũ. Ista autem pœna po test solui,vel in præsenti vita per pęnam purgatorij.vnde ad istius pœnæ tẽporalis, quam homo tenetur persoluere per remisionem ordinantur indulgentię. ¶ Cæterum notandum ꝙ vt tam S.Thomas,quam dominus Bonauentura,& Richardus,& alij tangunt circa modum, quo indulgentiæ valent ad remisionem pœnę hmõi temporalis fuit apud antiquos varius modus loquendi. Quidam.n.distinguentes in ter forum Dei,& forum ecclesiæ dixerunt hmõi relaxationes non fieri,nec intelligi,quantum ad forum Dei,sed quan tum ad forum ecclesię. Dicunt.n.ꝙ per indulgentiã absoluitur quis à pœnis taxatis à iure,vel a sacerdotibus, vt non te neatur facere eas in pręsenti vita,sed non absoluitur à pœ na culpę debita ẽm iudicium Dei,qui etiam totam exsoluat in purgatorio,quamuis per indulgentiam nõ teneatur eam

Chrysost.

August.

S.Thom.
Bonauent.
Richardus.

facere in hoc mundo. Sed iste modus dicẽdi nihil valet. Tũ primo quia est expresse contra priuilegium datum Petro Matth. 6. cui dictum est. quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis. vnde remissio, quæ fit in foro ecclesiæ valet quantum ad forum Dei. ¶ Tum secundo quia si sic homini indulgentiæ plus obessent, quam prodessent. Cuius ratio est. quia remittere minorem pœnã, & transmittere ad grauiorem non est alleuiatio, sed nocumentum. sed si indulgentiæ tantum valerent primo modo cum remitterent leuem pœnam. s. huius vitæ & transmitterent ad grauiorem. s. purgatorij nec ibi esset vere remissio nec dicẽda ibi esset pietas. sed crudelitas. vnde indulgentiæ non valerẽt, sed potius nocerent, quod non est dicendum. ideo cõtra hanc opinio-

19 nem sit ista conclusio. †Indulgentiæ tam in foro Dei, quam in foro ecclesiæ valent ad remissionem pœnæ residue post contritionem, confessionem, & absolutionem sacramentalem, siue sit iniũcta, siue non. ista cõclusio deducitur sic iuxta S. Thomam ex præcedentibus, vnus potest pro alio satis facere, & maxime quando procedit ex authoritate superioris. patet ex primo articulo huius quæstionis. Sancti ex quorum superabundantia operum satisfactionis thesaurus spiritualis (de quo diximus) est collectus, non determinate pro isto, qui remissione indiget huiusmodi opera fecerunt, alias absque omni indulgentia remissionem consequeretur, sed communiter pro tota ecclesia. vnde Apostolus dicit se implere ea quæ desunt passioni Christi in corpore suo pro ecclesia, ad quam scribit. 2. Corin. 1. & sic merita sunt communia totius ecclesiæ, ea autem quæ sunt communia alicuius multitudinis describuntur singulis de multitudine ẜm arbitrium eius, qui multitudine præest. vnde sicut quis consequeretur remissionem pœnæ, si alius pro eo satisfecisset, ita si satisfactio alterius sibi per eum, qui potest distribuat. Cũ ergo indulgentia nihil aliud esse videatur, quam communicatio pœnæ Christi, & sanctorum, quæ communicatur nobis ad satisfaciendum pro peccatis nostris, patet, ꝙ indulgẽtiæ valent per modum solutionis ad remissionem pœnæ debitæ pro peccatis, quod erat tertium dicendum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam raspondetur iuxta dominum Durãdum, ꝙ ad potestatem excellentiæ pertinet conferre effectum sacramenti sine sacramento, sed secundarium effectum conferre potest ille, qui non habet potestatem excellentiæ. Ideo remissionem culpę quæ est principalis effectus pœnitentiæ, non põt conferre sine sacramento, nisi Christus. apud quem residet potestas excellentiæ, sed remissionem pœnæ quæ est secundarius effectus potest facere alius à Christo, vtpote quilibet satisfaciẽs pro alio, vel respondetur breuius iuxta S. Thomam. ꝙ quando papa dat indulgentias, non dimittit culpam sine pœna, sed potius pœnam Christi, & sanctorum recompensat pro pœna, quam iste cui datur indulgentia debebat. ¶ Ad secundam respondetur quasi eodem modo. ꝙ iste, qui indulgentias suscipit, non absoluitur simpliciter loquendo à debito pœnæ sed potius datur sibi vnde debitum soluat, & ita ratio non procedit. Concordat dominus Bonauentura dicens, ꝙ dans indulgentiam non absoluit omnino condonando, sed pro eo soluendo de ecclesiastico thesauro, vel potest dici, ꝙ inferior potest absoluere ab eo, ad quod ligat superior cum ad hoc est sibi data authoritas à superiore, sicut patet. & talis authoritas est data à Christo prælatis ecclesiæ, cũ ait Petro quodcunq; ligaueris super terram &c. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta eundem dominum Bonauenturam, ꝙ facere dignos fructus pœnitentiæ est dupliciter. s. vere, & interprætatiue, & ille dignos fructus pœnitentiæ dicitur facere, qui nõ solum per seipsum, sed etiam per alium suffragium habet sufficiens pretium ad soluendum debitum. Et ita patet ꝙ in cõcessione indulgentiarũ nõ fit aliquid contra pceptũ Dei.

Contra prædicta. | S. Thom. | Ad primũ argumen Durandus. | S. Thom. | Ad secũdũ | Bonauent. | Ad tertium Bonauen.

20 Ad tertium Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ indulgẽtiæ non debeant dari pro temporali subsidio, aut beneficio. ¶ Primo sic. remissio peccatorum, siue pœnæ tẽporalis pro peccato debitæ est quid spirituale, sed non licet dare spirituale pro temporali, imo facere hoc videtur esse simoniacum. ergo non licet dare indulgentias pro subsidio, vel beneficio temporali. ¶ Secundo sic. præstatio maior spiritualis, & magis necessaria, quam corporalis. vnde maius est alicui parcere, quàm pauperem hospitio recipere. sed pro huiusmodi spiritualibus eleemosynis, siue beneficijs non dantur indulgentiæ. ergo minus debent dari pro corporalibus. consequentia videtur not. ¶ Tertio sic. maioris per fectionis, & plus Deo acceptum est religionem intrare, quam crucem accipere. ergo potius deberet dominus papa indulgentiam dare intrantibus religionem, quam euntibus vltra mare, sed non dat primis. ergo nec secundis est danda. ¶ In oppositum est communis ecclesiæ consuetudo, quæ ꝓ peregrinationibus, pro eleemosynis, pro visitationibus reliquiarum, & huiusmodi indulgentias facit. ¶ Respondeo dicendũ. ꝙ. s. pro temporalibus beneficijs absolute conuenienter non dentur indulgentiæ, pro temporalibus tamen ordinatis ad spiritualia conuenientissime dantur. ¶ Pro cuius conclusionis declaratione est notandum iuxta dominũ Bonauen. ꝙ sicut videmus in politicis, & communitatibus humanis, ꝙ thesaurus reipublicæ propter duo maxime consueuit proferri, & communicari exterius, sic in tẽporalibus intelligendum est. Profertur namq; thesaurus extra ad disꝑgendum propter gloriam principis, sicut faciunt reges curiales, sicut fecit Assuerus Hester. 1. ¶ Alio modo ꝓpter vtilitatem commmunitatis siue necessitatem, sicut quando læditur communitas, proferuntur stipendia, & donaria militi-

21 bus, vt eant ad pugnã. †Sic thesaurus ecclesiæ ab his, qui habent dispensare duplici ex causa debet dissolui. s. propter gloriam principis, & laudẽ. Laus. n. & honor Dei est in sanctis suis, & sancti honorantur in constructione basilicarum, & visitatione earum, & in commemoratione virtutum suarũ, & idem fit in dedicationibus, & sermonibus, & ideo pro his omnibus indulgentiæ recte fiunt. Cõmunis autem vtilitas est defensio terræ sanctæ, defensio fidei, promotio studij, & similia, & iõ pro talibus adhuc debent fieri, & q̃m ista cõsistũt in actibus exterioribus, iõ ꝓ actibus exterioribus. qui ordinant̃ ad spiritualia cõuenienter fiunt indulgẽtiæ. ¶ Ad rõnes in oppositum. Ad primam rñdetur iuxta S. Th. ꝙ hic non est simonia. quoniam hic non datur spirituale pro temporali absolute, sed pro spirituali. Concordat Albertus magnus. d. nulla est simonia hic, quia illud quod ecclesia exigit, non refertur ad corporale, sed spirituale, nec est ibi emptio, sed largitas ecclesiæ, quæ sic ad bonum prouocat filios suos, ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Thomam negando minorem. quoniam etiam pro pure spiritualibus potest fieri indulgentia, & fit quandoq;. vnde crucem prædicantibus dat̃ quandoq; eadem indulgentia, quæ datur crucem accipientibus. vnde Alexander de halis in 4. inquit, ꝙ indulgentię pro beneficijs spiritualibus sicut pro insistentibus orationibus pro terra sancta, vel pro peregrinis terræ sanctæ, vel pro regę, possunt, & solent dari, & maxime à summo pontifice, & illis præcipue, qui præter orationis subuentionem aliam facere non possunt, vtpote quia sunt debiles, & pauperes, non enim est consonum rationi, ꝙ personis miseris negãda sint remedia, quæ pia mater ecclesia solet filijs præstare. hęc ille. ¶ Ad tertiam respondetur ẜm Alexandrum de Halis, & dominum Bonauenturam negando consequentiam. Et ratio est, quia sicut indulgentiæ non debent dari indignis, ita nec debent dari nisi indigentibus, viri autem religiosi, qui statũ aggrediuntur perfectionis, vtpote quorum supererogationibus dantur indulgentiæ potius spiritualia bona alijs largiuntur, quam aliunde mendicent. vnde hic maxime verum est, quod dr̃ Ac. 22. beatius est magis dare, quã accipere. in temporalibus autem non habet veritatem, & ita non est simile.

22 Ad quartum Sic proceditur. †Et videtur quod indulgentiæ non tantum valeant, quantum sonant, siue prædicantur. ¶ Primo sic. si tantum valent indulgentiæ quantum prædicantur, cum multæ & largę indulgentię fiant. Et merita sint adeo pauca nunc, quod vix potest homo sufficere sibi, videtur, quod iam totus thesaurus, ecclesiæ à longo tempore defecisset, & ita nulla indulgentia nunc valeat. ¶ Secundo sic. indulgentiæ non habent effectum, nisi ex vi clauium. sed ex vi clauium non potest habens claues dimittere de pœna peccati, nisi aliquid determinatum considerata quantitate peccati, & contritionis pœnitentis. ergo cum indulgentiæ fiant pro libito instituentis indulgentiam videtur, ꝙ non valeant tantum quantum pronuntiantur. ¶ Tertio sic. per debitum pęnæ homo à glorię perceptione retardatur, quam summe appetere debet, sed si indulgentiæ tantum valeant quantũ ꝓnũtiant̃, in breui homo per indulgentias discurrens possent ab omni reatu temporalis pœnę immunis reddi. ergo videt̃ ꝙ deberet pro his acquirẽdis oĩbus alijs operibus dimissis homo vacare. ¶ Quarto aliquando datur indulgẽtia. ꝙ qui dat auxilium ad aliquam fabricam erigendam: tertiam parte.

Primũ arg. | Secundũ ar. | Tertium ar. | Opponit cõtrariũ | Respondet | Bonauent. | Ad primum argument S. Thom | Albertus magnus. | Ad secundũ S. Thom. | Alexander de halis. | Ad tertium Alexander de halis. Bonauent. | Primũ arg. | Secundũ ar | Tertium ar.

tem remissionis peccatum consequatur. Si ergo indulgentiæ tantum valent quantum prędicantur: tunc, qui dat vnũ denarium, & secundo vnum, & iterum tertium, plenam absolutionem ab omnium peccatorum pœna consequeretur.

Quintũ ar.

ꝙ videtur absurdum. ¶ Quinto sic. quandoque datur hoc modo indulgentia: qui vadit ad aliquam ecclesiam septem annos remissionis consequatur. si ergo tantum valet indulgentia quantum prędicatur. Ille, qui habet domum prope ecclesiam, vel clerici ecclesiæ, qui quotidie vadunt cõsequeretur tantum: quantum ille, qui a remotis partibus venit. ꝙ videtur iniustum. Et iterum, vt videtur pluries illam consequerentur indulgentiam. cum pluries vadant. ¶ Sexto idẽ

Sextum ar.

videtur remittere alicui pœnam vltra æstimationem: quod remittit absque causa. quia quantum ad hoc quod excedit: non recompensatur, sed ille, qui facit indulgentiã non posset remittere absque causa pœnam in toto vel in parte alicui: vt si papa diceret alicui: ego remitto tibi oẽm pœnã debitã ꝓ peccato, ergo vr̃ ꝙ nec posset aliqd dimittere vltra iustã ęstimationẽ: sed indulgẽtię plerũq; ꝓdicant vltra iustã æstimationem. ergo non tantum valent, quantum prædicãtur. ¶ In oppositum arguitur ex illo Iob. 16. nunquid indiget Deus mendacio vestro, & pro illo loquimini dolos. ergo etiam prædicando indulgentias non mentitur: & ita tantum valent: quantum prędicantur. ¶ Respondeo hic videnda sunt duo. primum de quæsito: secundum de forma concessionis indulgentiarum. Quid intelligatur per diem, & annum cum dantur. 40. dies, aut anni indulgentiarum. ¶ Circa primum notandum, ꝙ, vt tam S. Thomas, quam Albertus, & Bonauentura dicunt in 4. dist. 20. circa hoc est multa opinio. Quidam enim dicunt; ꝙ indulgentiæ tantum non valent: quantum prædicantur. sed vnicuique tantum valent quantum sua deuotio, & fides exigit: siue secundum mensuram fidei, & deuotionis suscipientis. Et dicũt: ꝙ ecclesia ad hoc ita pronuntiat, vt quadam pia fraude homines ad bene faciendum alliciat: sicut mater: quæ promittens filio pomũ ipsum ad ambulandum prouocat. Sed hoc ꝙ hæc opinio asserit est valde periculosum, quoniam sicut dicit B. Augusti. in epistola ad Hiero. & nos supra induximus si in sacra scriptura deprehenditur aliquid falsitatis: iam robur authoritatis sacræ scripturæ perit. Et similiter si in prædicatione ecclesiæ aliqua falsitas deprehenditur: non essent documenta ecclesiæ alicuius authoritatis ad roborandum fidem. ¶ Secũda opinio est dicentium ꝙ indulgentię valeant quantũ pronuntiantur: secundum iustam æstimationem non tantum suscipientis, qui minus forte æstimat, quod dat. Aut secundum æstimationem dantis, qui minus parum æstimare potest: quod datur sed secundum ęstimationem, quæ iusta est, secundum æstimationem bonorũ pensata conditione personæ vtilitate, & necessitate ecclesiæ. quia vno tempore ecclesia plus indiget quam alio. sed hæc opinio etiam stare nõ potest: vt videtur. Tum primo, quia secundum hæc indulgẽtię non valent ad remissionem: sed magis ad commutationem quandam. Tum secundo, quia adhuc prædicatio ecclesiæ a mendacio non excusaretur: cum quandoque indulgẽtia prædicetur longe maior quam iusta æstimatio posset requirere omnibus prædictis cõditionibus pensatis, Sicut qñ papa dat indulgentiam: ꝙ qui vadit ad ecclesiam vnam habet. 7. annos de indulgentia: cuiusmodi etiam indulgentia a Grego. in stationibus Romæ institutę sunt. ¶ Tertia opinio est dicentium, ꝙ quantitas remissionis in indulgentijs non est mensuranda secundum deuotionem tantum suscipientis: vt prima opinio dicebat. nec secundum quantitatẽ eius quod datur. sicut dicebat secunda. sed secundũ causam: pro qua indulgentia datur: est que reputatur dignus, vt talẽ indulgentiam consequatur. vnde secundũ ꝙ accedit ad causam illam secundum hoc consequitur remissionẽ indulgentiæ, vel in toto: vel in parte. Sed hoc iterum non potest saluare consuetudinem ecclesiæ: quæ interdum pro eadem causa maiorem interdum minorem indulgentiã dat. vnde rebus eodem modo se habentibus quandoque datur vnus annus, visitantibus ecclesiam vnam: quandoq;. 40. dies prout gratiam papa facere voluerit indulgentiam constituens. vnde patet, qđ quantitas remissionis non est mensuranda ex causa, quæ facit indulgẽtia dignum. ¶ Ideo est quarta opi. quæ communiter tenetur: & quam S. Tho. prosequitur, quæ sub

23 conclusionibus sequentibus explicatur. ¶ Prima est. † ꝙ simpliciter concedendum sit, quod indulgentiæ rite datæ tantum valeant: quantum sonant: & prædicãtur in ecclesia. Cõclusio ista patet ex improbatione primæ opinionis. inquit enim apostolus. 1. Cor. 15. si inanis est prædicatio nostra, inanis est, & fides nostra. ergo quicũq; in prædicatione falsum dicit quãtum in se est: fidem euacuat: & peccat mortaliter. Si ergo indulgentiæ non tantum valent: quantum prædicantur: omnes eas tantum valere prędicantes peccant mortali-

24 ter. quod est absurdum. ¶ Secunda conclusio. † mensura valoris indulgentiarum non est accipienda secundum mensuram deuotionis fidei: & deuotionis accipientis, vt dicit prima opinio: nec ex quantitate rei datæ, vt dicit secunda. nec ex proportione ad causam indulgentiæ: vt dicit tertia opinio: sed ex abũdantia meritorum Christi & sanctorum: supposito, ꝙ in dante sit authoritas: & in suscipiente idoneitas: & in causa sit pietas, quæ conclusio probatur sic secundum S. Thomam, quantitas effectus sequitur quantitatẽ suæ causæ. Causa autem remissionis pœnæ in indulgentijs non est nisi abundantia meritorum ecclesiæ: quæ se habet sufficienter ad totam pœnam expiandam: nõ autem causa remissionis effectiua est, vel deuotio, vel labor: aut datum recipiẽtis. aut causa pro qua fit indulgentia, vnde non oportet ad aliquod horum proportionare quantitatem remissionis: sed merita ecclesię: quę semper superabundant: & ideo secundum quod applicantur ad istum, secundum hoc remissionẽ consequitur. Ad hoc autem, ꝙ applicẽtur isti: requiritur authoritas, siue potestas dispensandi huiusmodi thesaurum: & vnio eius cui dispensetur ad eum: qui merebatur, quę vnio est per charitatem: & ratio dispensationis secundum quam soluatur illorum intentio, qui opera meritoria fecerunt. fecerunt enim ad honorem Dei & vtilitatem ecclesię in generali. vnde quęcunque causa assit, quę in vtilitatem ecclesię, & in honorem Dei veniat: sufficiens est ratio indulgentias faciendi. hęc S. Tho. Prefata autem conclusio iuxta dominum Durãdum sic breuiter probatur. Meritum Christi est sufficiens ad expiationem omnis pœnę. si ergo per indulgentiam applicatur alicui, qui sit eius capax: & per illum in quo est authoritas: & pro causa pia: in qua honor Dei, & vtilitas ecclesię a qua ordinãtur merita Christi, & sanctorum, patet, ꝙ tantum de pœna expiabitur ad quantam expiandũ applicabitur. Vnde hoc modo manifestum est, ꝙ indulgentię, tantum valeant: quantũ sonant. Nec in hoc dicit S. Tho. sit magnũ forum de misericordia Christi: vt aliqui arguunt nec iustitię diuinę derogatur: quia nihil de pęna dimittitur, sed vnius pœna alteri cõputatur & hoc de primo articulo. ¶ Circa secundum articulum in quo vidẽdum est. quid intelligatur per diem, & annum in forma concessionis indulgentiarum cum dantur. 40. dies: vel septem anni indulgen-

25 tiarum. Est notandum. ꝙ † forma in indulgentia communiter consueuit vno quatuor modorum sonare. quandoq; vero respiciendo ad determinatum tempus secundum numerum dierum: vt cum dantur. 40. dies indulgentiarum. quandoque respiciendo ad determinatum tempus secundũ mensuram annorum: vt cum datur indulgentia vnius anni: ve duorum, vel trium: seu. 20. & huiusmodi. Quandoque respiciendo ad certam portionem peccatorum: vt cum datur medietatis, aut tertię partis peccatorum. Quandoque respiciendo ad totum, vt cũ datur indulgentia plenaria oĩm peccatorum. Qua distinctione habita, est secundo notãdum, ꝙ varius assignatur a quibusdam modus intelligẽdi profectũ indulgentiarum. vnus est. quando quis lucratur vnum diẽ indulgentiarum: ꝙ habeat vnam diem refrigerij in purgatorio. Sed iste modus non est conueniens: quia animę non detinentur in purgatorio: nisi ad sustinẽdam pœnã: & ideo pœna illa terminata statim euolant. vnde talis dilatio videtur iniuncta propter pœnam. ¶ Secundus modus intelligẽdi est: ꝙ si lucratur vnum annum indulgentię per annũ sentiet refrigerium in purgatorio: sed nec iste modus est conueniens ratione superius dicta. ¶ Tertius modus intelligendi est: ꝙ si quis lucratur vnum annum: vel vnum diem indulgentię: ꝙ tantum abbreuietur ei pœnitentia in purgatorio: sed nec iste modus est conueniens. quia non videtur: ꝙ papa habeat hanc authoritatem prefigendi terminum: & tẽpus pœnę in alia vita, cum nullus princeps possit extra principatum suum aliquid constituere. ¶ Quartus modus, quod si quis lucratur vnum diem, vel annum indulgentię: tãtum habet refrigerium: quantum de pœna habuisset si pœnitentiam per indulgentiam redemptam nõ perfecisset. Sed nec iste modus est conueniens quia non sunt ęquales pęnitẽtiæ huius vitæ ad illas pœnas: secundum Augu. ideo non potest fieri

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

S. Thom. Albertus. magnus. Prima opi.

Cõtra prędictã opin. Augustin.

Secũda opi.

Cõtra prædictam opi.

Tertia opi.

Contra prædictam opi.

Quarta op. S. Thom. Prima conclusio.

Secũda conclusio.

S. Thom.

Durandus

S. Thom.

Secundi ar.

Contra prædictũ modũ

Contra s̃m modum Contra tertium modũ

Quartus modus

fieri ibi bona commensuratio.¶ Et ideo quintus modus dicendi est,qui videtur conueniens, ꝙ tantum dimittitur de pœna purgatorij per vnum diem,aut annum,per indulgentiam,quantum abbreuiatum fuisset,si talis per vnum diem, aut vnum annum pœnitentiam hic egisset.¶ Secũdum hoc

Quintus modus.

26 sit ista prima conclusio.† forma concessionis indulgentiarũ data secundum numerũ dierum sic est intelligenda,ꝙ quadraginta dies indulgentiæ tantum valeant illis, quibus dantur, quantum.40. dies pœnitentiæ secundum taxationem factam a sacerdote:siue a iustitia diuina sibi valerent.Patet, quia indulgentiæ respiciunt pœnam peccati , secundum ꝙ imponitur ab ecclesia,& quod imponitur ab ecclesia potest ab ecclesia remitti , & cum est remissum non exigitur in alio iudicio.vnde quia incertum est quantum de pœna, purgatorij diminuit vnus dies pœnitentiæ , ideo incertum est,quantum de pœna diminuit vnus dies indulgentiæ.¶ Se

Prima con.

27 cunda conclusio eodem modo intelligitur.† forma concessionis iudulgentiarum taxata ad numerum annorum, quia tantum valeret quantum valeret in seculo pœnitentia per tot annos. Hæc conclusio est primo Petri de Tarentasia, qui fuit Innocentius quintus.in scripto super quartum sententiarum,& recitat Ioannas Richardi de alta villa in quarto.qui ita formaliter dicit.Cum autem dicitur in forma indulgentiæ quemlibet dantem eleæmosynam pro tali facto remisionem habere vnius anni, quam faceret in hac vita. Ista etiam conclusio est domini Petri de palude,qui in 4.di. 10.ita dicit.indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, etiam in foro Dei,& in purgatorio,sic intelligendo , quod qui lucratur indulgentias.20.annorum tantum sibi valent ad remissionem pœnæ pro peccatis suis,quãtum valuissent illi.20.anni in pœnitẽtia iniuncti,si illis.20.annis potuisset: aliter ecclesia deciperet.hæc ille.¶ Est tamen hic consequẽter notandum,ꝙ quemadmodum.40.dies, vel anni pœnitentiæ plus valent perficienti eos cum maiori deuotione,ꝙ valeant alteri cum minori deuotione eas complenti.ita 40. dies,vel anni indulgentiarum plus valent, quo ad meritum illi,qui cum maiori charitate,seu cum maiori quãtitate rei datæ accedit.vnde licet quãdo datur indulgentia distincte, qui vicinus est ad ecclesiam, & sacerdotes, & clerici seculares,& religiosi officiantes ecclesiam tantum consequantur de indulgẽtia,sicut illi,qui venirent a multis dietis , quia vt dicit S.Tho.remissio non proportionatur labori, sed meritis,quæ dispensantur, vt dictum est. Nihilominus, qui plus laboret,aut cũ maiori deuotione accederet,acquireret plus de merito.quia secundum quantitatem deuotionis, & laboris est quantitas meriti essentialis.Concordat dominus Durãdus,& addit,ꝙ in hoc nulla sit iniustitia,quia cum indulgentiæ non dantur ex debito,sed ex beneplacito illius, qui habet thesaurum ecclesiæ dispensare supposita legitima cã: licet ei,cui vult facere sine præiudicio cuiuscunque.¶ Ter-

Secunda cõclusio.

Petrus de palude.

S.Thom.

Durandus.

28 tia conclusio.† quando indulgentia datur ad quantitatem talem,vel talem peccatorum,vtpote tertiæ partis, vel dimidiæ,quo ad pœnã,tunc intelligitur indulgentia valere quãtum valet pœnitentia sufficiens pro tanta quantitate pecca

Tertia conclusio.

29 torum.¶ Quarta conclusio.† si forma indulgentiæ sonet se extendere ad totum cumulum peccatorum secundum formam indulgentiæ plene omne debitum dimittitur,vt nullus reatus pœnæ impositæ,aut iniungendæ in foro Dei , &

Quarta cõclusio.

30 ecclesiæ remaneat,hic,& in futuro.¶ Quinta cõclusio.† de pœnitentijs iniunctis de quibus est dubium (vt inquit dominus Petrus de palude)vtrum solæ iniunctæ intelligãtur, sed etiam quæ iniungendæ essent quibusdam probabile videtur,quod non solum iniunctæ intelligantur,sed etiã quę iniungendæ essent,quasi diceret,dans indulgẽtiam.40.dies de tali pœnitentia,qualis claue non'errante deberet iniũgi, vt.s.quadraginta dies indulgentiarum,lucranti tantum sibi valeant,quantum illi.40.dies, qui deberent iniungi valuissent,cum iniuncti,& completi fuissent.Alij vero dicnnt, ꝙ indulgentiæ tantum valent,quantum sonant.& plus:si plus intendit, qui dat, dum tamen possit occurrentibus debitis circumstantijs.sed si non intendit dare,nisi quantum sonãt, tunc relaxentur,nisi pœnitentiæ iniunctæ in foro pœnitentiali,vt forma concessionis dicit vere penitẽtibus, & confessis de iniunctis pœnitẽtijs relaxamus,vnde,& si nihil est iniunctum,nihil remittitur.si aliquid,tantũ remittitur,quantum dicunt indulgentiæ.vel pars,si tantum non est iniunctum.quia maiori summa minor inest. Sed quando datur plena indulgentia peccatorum,tunc omnis pœna iniuncta, & iniungenda in foro Dei,& ecclesiæ remittitur,& absoluitur,& hic,& in futuro. Alij vero dicunt, ꝙ videtur esse iste sensus verborum , remitto tibi vnum annum de pœnitentia iniuncta.i.in minus punieris in purgatorio, quam esses punitus,si vno anno continuo egisses pœnitentiam in hac vita:& horum dictum videtur concordare æquitati. vt no. Inno.extra de pe.& re.c.quod autem.¶ Sed hic surgit quæstio.† vtrum iste,cui iniuncti sunt.40.dies pœnitentiæ,& lu-

Quinta cõclusio.

Questio.

31 cratus sit plures quam quadraginta,vtpote.l.aut centũ.vtrũ teneatur agere pœnitentiam iniunctam . ¶ Ad istam quæstionem videtur nobis dicendum sub ista conclusione, ꝙ licet talis iuxta sententiam aliquorum doctorum,& maxime Hosti.in summa de pœ.& re.§.ad quid valent apud ecclesiã militantem,si absolutus a pœnitentia sibi iuncta nihilominus tamen securius est , vt pœnitentiam iniunctam adimpleat propter quatuor.Primo quia non est certus, vtrũ fuerit in tali statu,in quo indulgentiæ sibi valuerunt.Secundo, quia forte ad maiorem pœnam temporalem erat obligatus quam fuerit pœnitentia iniũcta,& ita nescit, si sacerdos iniunxit pœnitentiam quantam debuisset.Tertio quia in purgatorio multo grauior pœna est,quam hic,vnde Host.dicit ꝙ fatuus est,qui illuc huiusmodi indulgentias non reseruat vbi grauissima erit pœna. hoc tamen quod dicit Hosti.intelligas,vt dicit Ioannes in summa de partialibus remissionibus quæ fiunt per papam,vel alios inferiores.dicentes tãtum , vel tantum de iniuncta pœnitentia relaxamus, secus de generali,& vniuersali,per quam omnis satisfactio remittitur,quæ a solo papa consueuit fieri,illi enim euolat, si in tali statu moriatur.¶ Quarto,quia pœnitentiæ non tantum iniunguntur ad satisfactionem pro commissis,sed etiã ad cautelam,& præseruationem futurorum, sicut ex Alberto magno supra notauimus in fine primi articuli,ad vltimã obiectionem.¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur negando cõsequentiam.thesaurus. n. ecclesiæ maxime colligitur ex merito Christi,quod cum sit infinitum , quantumcunque sumatur ex eo,& distribuatur quibuscunque exhauriri non potest , nec minui.vnde ratio non procedit.Si vero arguas,ꝙ vltra infinitum nihil sit , & vnum infinitum consumat aliud,sed pœna originalis est infinita,& intensiue.quia priuat bono infinito , & extensiue, quia quantum est de se,vt patet in paruulis non baptizatis, finitur.ergo satisfactio Christi quamuis sit infinita , exhausta,tamen videtur tollendo pœnam infinitam.s. originalis culpę in baptizatis:nihil ergo remanet ad soluendum in indulgentijs vel pro peccatis actualibus . Respondetur iuxta dominum Petrum de palude , quod assumptum est verum in infinitis eiusdem rationis,in talibus vnum infinitum nõ excedit aliud.Infinitas autem Dei , quæ est interminabilis vitæ,tota simul,& perfecta possessio est alterius rationis.vnde omnes alias infinitates si essent, infinitas diuinæ virtutis excedit,imo omnia alia ad eam comparata sunt finita , & quasi nihil.vnde potest illam infinitatem ad finitatem re-

Respondet

Hostiensis

Primum ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet. Petrus de palude.

32 ducere.& eorum entitatem ad nihileitatem.† Passio ergo Christi,inquantum meritoria , & inquantum satisfactoria est infinita rõne suppositi , quod infinitates existentes , vel possibiles excedit,quia omnem pœnam damni,& sensus infinitam nullam facere. Alioqui similiter argui potest,quod passio Christi pro vno solo satisfacere posset,cuius pœna est infinita,& nõ pro duobus,sicut prius arguebatur,ꝙ pro originali,& non actuali nisi diceretur,ꝙ dictum est:hæc.Petr. de palude.¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Thomam. in 4.dist.20.ꝙ ratio non procedit.quia non est simile de remissione pœnæ,& effectus potestatis iurisdictionis, quæ fit per indulgentias.Pro quo notat,ꝙ duplex est clauis.s.ordi-

Ad secundũ Sa. Thom.

33 nis,& iurisdictionis.† Clauis ordinis sacramentale quoddã est,& quia sacramentorum effectus non sunt determinati ab hoĩe,sed a Deo,ideo nõ põt taxare sacerdos quãtũ ꝑ clauẽ ordinis in foro cõfessionis de pœna debita dimittat,sed tm̃ dimittitur quãtum Deus ordinauit.† Sed clauis iurisdi-

34 ctionis non est quid sacramentale , & effectus eius arbitrio hominis subiacet,& huius clauis effectus est remissio , quæ est per indulgentias ; cum non pertineat ad dispositionem sacramentorum talis remissio,sed ad dispensationem bonorum communium ecclesiæ.vnde in arbitrio dantis indulgẽtiam est taxare quantum de indulgentia per pœnam remittatur.Si tamen inordinate remittat,ita quod homines quasi pro nihilo ab operibus pœnitentiæ reuocentur,peccat faciens tales indulgentias.nihilominus quis plenam indulgentiam conse-

tiam consequitur.verum addit Petrus de palude,nisi & ipse indulgentiam impetraret, quia tunc & ip se peccaret sine causa sufficienti impetrans.

Ad tertium S. Thom.

¶Ad tertiam respondetur iuxta S.Thom.negando consequentiam.& ratio est,quia quãuis indulgentiæ multum valeant ad remissionem pœnæ, tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu premij essentialis, quod in infinitum melius est, quam dimissio pœnæ temporalis.

Ad quartũ. S.Thom.

¶ Ad quartam respondetur, ꝙ et negat cõsequentia. Et rõ est iuxta S.Thomam, & dominum Durandum,quia quando datur indulgentia indeterminate,videlicet,quod qui dat auxilium ad fabricam ecclesiæ,intelligitur de auxilio,quod est conueniens ei,qui auxilium dat, & negotio pro quo dat. Et ideo cum pauper dat, vnum denarium ad fabricam ecclesiæ, dat conuenienter secundum conditionem paupertatis suę. Diues autem dans vnũ denariũ nõ dat cõueniẽter ſm conditionẽ diuitiarũ suarum.patet,ꝙ pauper.s.consequitur totã indulgẽtiam:ꝙ & si pauper consequatur remissionem omnium peccatorũ pro tribus denarijs,non est hoc nimium magnum forum facere de misericordia Dei,dummodo sit debita causa hoc faciendi,quia multo plus fuit minoris Christus sustinendo passionem pro nobis virtute cuius sit indulgẽtia.

Ad quintũ.

¶Ad quintam respondetur,quòd sicut in superiori quæstione est dictum.quando indulgentia indistinctè datur,tantum de indulgentia consequitur,qui est vicinus ecclesiæ sicut ille,qui venit bene a remotis partibus,sed nõ tantum meritum est. Et ratio diuersitatis est,quia remissio pœnæ non proportionatur labori,sed meritis quæ dispensatur, quantitas autem meriti attenditur secundum quantitatem deuotionis,& laboris.Nec in hoc fit aliqua iniustitia.quia cum indulgentia non detur ex debito,sed ex beneplacito illius,qui habet thesaurum ecclesiæ dispensare supposita legitima causa,licet ei quod vult facere sine præiudicio cuiuscũque. Ex istis potest colligi quando indulgentiæ æqualiter omnibus valeant

35 & quando non. Ad id vero quod tangebatur in argumẽto de quoties quis consequetur indulgentiam, qui frequẽtat aliquam ecclesiam.

S. Thom.

Respondet S. Thomas.quod quando datur indulgentia ad determinatum tempus, vt cum dicitur. quicunque vadit ad ecclesiam talem vsque ad tale tempus, habeat tantum de indulgentia,intelligitur semel tantum, sed in aliqua ecclesia fit indulgentia perennis ,sicut in ecclesia S.Petri Romæ.40.dierum,tunc toties quoties aliquis vadet indulgentiam consequitur,non autem pluries in die dicit dominus Petrus de palude.

Pet. de pal.

quia hoc non videtur sensisse concedens indulgentiam,quia posset cedere in derisionem quia si non faceret hoc nisi ponere pedem, exire autem, & redire irrationabiliter esset si toties lucraretur.Sed videtur nobis,quod non obstante hoc S.Tho. intelligat, pluries in die consequeretur indulgentiam,qui absque fraude deuotionis causa iret visitaturus indulgentiam,qui absque fraude deuotionis causa iret visitaturus ecclesiam S. Petri, siue missarum tempore,siue vesperorum.

S.Thom.

Ad sextum.

¶Ad sextum respondetur negando consequentiam.& ratio est.quia(sicut superius habitum est)remissio pœnæ non commensuratur secũdum quantitatem causæ,pro qua datur indulgẽtia.

S.Thom.

Hinc dicit S.Thomas,ꝙ causa in indulgentia non requiritur, vt secundum eam debeat mensurari pœnæ remissio. sed ad hoc requiritur intentio illorum, quorum merita communicã-

36 tur alteri dupliciter.vno modo per charitatem,& sic etiam sine indulgentijs aliquis est omnium bonorum particeps, quæ fiunt si sit in charitate.Alio modo per intentionem facientis,& sic per indulgentiam, si causa legitima asit, põt intẽtio illius,qui pro vtilitate ecclesiæ operatus est, ad istũ continuari.Et hæc de quarto.

37 **Ad quintum.** Sic proceditur†& videtur,quod nõ tantum episcopus possit dare indulgentias.

Primũ arg.

¶Primo sic.& videtur, quod quilibet homo, quia quilibet liberę conditionis est dominus bonorum, & meritorum suorum.ergo potest merita sua alteri concedere, & dum illi illa concedit, non dubium quin eius pœnitẽtia minuitur,& relaxatur.ergo videtur,ꝙ quilibet homo maxime sanctus,siue iustus possit indulgentiam concedere.

Secundũ ar.

¶Secundo sic.ad idem bona spiritualia sunt maioris communicationis,quam tẽporalia,sed in temporalibus si aliquid datur alicui ex quo p ane datur ei potest id siue in toto siue in parte concedere alteri.ergo videtur,ꝙ pari ratione in spiritualibus possit quisque hoc concedere,aut facere.

Tertiũ arg.

¶Tertio videtur ad minus, quod quilibet sacerdos possit indulgentias facere relaxationes fiunt ex vi clauium.sed omnis sacerdos habet claues.ergo videtur,ꝙ omnis sacerdos possit indulgentias facere,si dicas ꝙ nõ ex vi clauium, sed ex thesauro ecclesiæ.Tunc arguitur sic.quilibet sacerdos curã habens parochiæ alicuius habet thesaurum parochiæ s e. ergo &c.

Quartũ ar.

¶Quarto sic.confirmando rationem factam indulgẽtia habet efficaciam ex meritorum ecclesiæ abundantia.sed non est aliqua congregatio,siue secularium personarum,siue religiosorum fidelium,in qua non sit aliqua abundantia meritorum . ergo videtur,ꝙ quilibet prelatus alicuius ecclesię congregationis,siue religiosorum, siue secularium clericorum potest facere indulgentias.

Opponit in cõtrarium.

¶ In oppositum arguitur sic.maius est indulgentias facere, quam excõmunicare, vel ecclesiæ reconciliare,sed nec secularis quantumcunque sanctus nec etiam omnis sacerdos potest excommunicare. ergo multo minus possunt isti indulgentias facere. ¶Respondeo dicemus ad hæc sub decem conclusionibus.

Prima conclusio.

¶Prima cõ-
38 clusio est. solis episcopis,& supra conuenit iure ordinario indulgentias dare.

Albertus magnus.

Ista conclusio est magistri Alexandri de Halis,domini Alberti magni.sancti Thomæ,domini Bonauenturæ, & multorum aliorum, eos sequentium. istam conclusionem primo sic probat, & declarat magister Alexander.de Halis.in 4.distin.

S.Thom.

indulgẽtiæ & relaxationes sunt de meritis supererogationis membrorum Christi,& maxime de supererogationibus meritorum Christi, quæ sunt thesaurus spiritualis ecclesiæ . hunc autem thesaurum non est omnium dispensare,sed tantum eorum,qui vicem Christi præcipue gerunt.i.episcoporum,propter quod ad episcopos spectat tantum relaxationes facere.Ratio autem quare solis episcopis thesaurus ecclesiæ admittitur dispensandus est,quia ecclesia thesaurum istũ habet ex dispensatione sui cum Christo,qui est vir eius.& sponsus,cui generat filios,& filias,perfectos,& perfectas,ad quorum educationem Christus vult seruare hec dona.& quoniam in lege cautum est,ꝙ qui suscipit vxorẽ fratris sui , vt suscitet fratri suo defuncto semen debet succedere in bonis,quæ pertinent ad filiorum educationem,secundum ꝙ innuitur Ruth.4. vnde solis illis competit thesaurus iste dispensandus, qui sunt sponsi ecclesiæ.Tales autem sunt episcopi,qui habent vim generandi filios,& filias,perfectos,& imperfectos,& inter hos summus pontifex,qui est totius vniuersalis ecclesię spõsus & rector, & ideo omnes episcopi, qui habent prolem possunt facere indulgentias,& relaxationes,& summus pontifex præcipue inter omnes,quia ipsi cõpetit totius spiritualis thesauri dispensatio,secundum ꝙ curam habet de tota ecclesia, & omnibus eius filijs.vnde omnes fideles sunt eius filij. & ipse est pater omnium.hec Alexander.

Bonauent. S.Thom.

¶Dominus vero Bonauentura sequens magistrum Alexandrum ponit eandem probationem in forma.in 4.dist.20.Sanctus vero Thomas eandẽ conclusionem ponit in 4.di.20.d.ꝙ iure ordinario solis ꝓprie prelatis cuiusmodi sunt episcopi cõpetit dare indulgẽtias.cuius ratio secundũ eum est,quia indulgentię non dantur de indeficientia meritorũ,& maxime Christi,quę sunt in ecclesia. ergo solus ille,qui preficitur ecclesię põt indulgentiam facere,sed solus episcopus est proprie prelatus ecclesiæ.vnde ipse solus quasi sponsus annulum recipit, ipse habet plenam potestatem in dispensatione sacramentorum & habet iurisdictionem in foro causarum,quasi publica ꝑsona.Alij autem secundum ꝙ ab eo eis committitur. Sacerdotes autem,qui plebibus preficiũtur non sunt simpliciter prelati,sed quasi coadiutores:ergo soli episcopi iure ordinario possunt indulgentias facere.

Albertus magnus.

Concordat Albertus magnus in conclusione,& probatione.Hec insuper conclusio colligitur satis apte ex capitulo accedẽtibus.extra de exces. prela.quod factum est in concilio vniuersali vbi habetur. ꝙ ad dignitatem episcopalem pertinet indulgentias conferre

Secũda conclusio.

39 ¶Secunda conclusio quę est S.Thomę.in 4.dist.20.ꝙ electus in episcopum licet non consecratus,potest dare indulgentias.patet conclusio ex dictis sic.omne illud,ratione cuius conuenit episcopo indulgentias ferre. & hoc est clauis iurisdictionis cum authoritate dispensandi thesaurum ecclesiæ conuenit electo confirmato. ergo electus,& cõfirmatus potest iure ordinario indulgentias dare. consequentia est bona.antecedens pro minori patet:quia electus post obtentum beneficium confirmationis immediate habet plenam iurisdictionem in tota diocesi cum authoritate dispensandi:quicquid ad iurisdictionem episcopalis dignitatis ꝑtinet . ergo talis electus secundum formam taxatam a iure

potest

Tertia conclusio. 40 potest indulgentias facere. ¶ Tertia conclusio. † Abbates,
præpositi, magistri ordinum, priores prouinciales: seu mi-
nistri: nec non sacerdotes parochiales non possunt ordina-
rie indulgentias facere. patet conclusio ex superioribus sic.
Solis episcopis includendo electos, & confirmatos ad epi-
scopalem dignitatem competit dare indulgentias, vt patet
ex conclusionibus antepositis. sed præfati abbates &c. nec
sunt episcopi, nec electi in episcopos. ergo tales indulgētias
conferre non possunt. Confirmatur ista conclusio per capi
tulum accedentibus superius indictum, vbi Innocentius ter
tius reprehendit abbates quosdam de eo, ꝙ literas dabant
indulgentiarum: dicens. ꝙ ad episcopalem dignitatem per
Quarta cõclusio. tineat huiusmodi indulgentiam facere. ¶ Quarta cõclusio.
41 † capitulum sede episcopali vacante nõ potest conferre in-
dulgentias patet ex prædicto capitulo. accedentibus. extra
de excess. prælato. quia conferre indulgentias pertinet ad di
gnitatem episcopalem: non quidem ordinis: sed iurisdi-
ctionis, sed licet aliqua pertinentia ad iurisdictionem deuol
uantur ad cap. sede vacante, non tamen omnia quæ sunt iu-
risdictionis transeunt: sicut est deponere abbatem, vel cleri-
Quinta cõclusio. cum, sicut notatur. 79. di. nullus episcopus. &c. ¶ Quinta cõ
42 clusio est. † quod vicarius generalis, vel officialis non potest
indulgentias dare. patet cum istud quod dictum est sit spe-
cialiter dignitatis episcopalis. talia autem nõ veniunt in ge-
nerali concessione iuxta. c. in generali. de offi. vica. lib. 6. Et
quia ea, quæ speciali non sunt digna, non veniunt in genera
li iuris diffinitione. ff. de iur. iur. inter adden. §. hoc edictū.
Sexta conclusio. 43 ¶ Sexta conclusio. † inferioribus prælatis de consuetudine
non potest competere concedere indulgentias. Conclusio
ista videtur patere ex dictis, quia hoc specialiter pertinet ad
dignitatem episcopalem, quæ non videtur posse ab aliquo
inferiori præscribi. ¶ Secundo quia hoc videtur etiam esse
de numero eorum, quæ sunt meri imperij, quæ non possunt
præscriptione acquiri, sed tantum a lege debentur. ff. de iu-
Opponit in cõtrarium. risf. om. iud. l. 1. ¶ Sed in contrarium arguitur sic. Primo ex. c.
accedentibus extra de excess. præla. vbi in fine prohibendo
abbatibus, ne causas matrimoniales cognoscant nec iniun-
gant pœnitentiam solemnem, nec dent indulgentias, dicit
nisi forte quisquam eorum speciali commissione, vel aliqua
legitima causa gloss. consuetudine præscripta. Ecce quod vi
detur, quod consuetudine possit præscribi concessio indul-
Secūda oppositio. gentiarum. ¶ Secundo sic. consuetudo dat iurisdictionem.
vt super capitulo cum contingat. extra de foro compe. indu
citur in glo. 9. q. 1. conquestus. sed conferre indulgentias se-
quitur iurisdictionem. ergo alij ab epis possunt ex consuetu-
Tertia oppositio. dine præscribere posse dare indulgentias. ¶ Tertio sic. sup
capitulo præfato. cum contingat. per Io. And. super ver. iu-
risdictione secundum opinionem, quæ habet, quod consue
tudo potest dare potestatem prælato communicandi, quæ
videtur approbari, & si non posset priuato, vt no. Ioā. An. in
prædicta decretali cum contingat. ergo videtur eadem ra-
Respondet. tione dicendum de concessione indulgentiarum. ¶ Ad hoc
respondetur. quod tenendum est, quod dicit conclusio. qa
talis consuetudo caret ratione, & per eam rumperetur no-
Ad primam oppositionē dus ecclesiasticæ disciplinæ: de consue. cum inter. ¶ Ad rō-
nes in oppositum. Ad primam respondetur, vt occurrit iu-
dicio nostro. ꝙ ex capitulo illo accedentibus: nec ex gloss.
hoc sequatur. dicimus enim, quod text. ille non debet ita ac
cipi. ꝙ consuetudo præscripta respiciat vtrunque illorum.
Ita ꝙ vnumquodque trium possit consuetudine præscribi.
quoniam dare pœnitentiam solennem (quod est vnum il-
lorum trium quæ tanguntur in illo capitulo) nulla præscri-
ptione videtur posse competere inferiori episcopo. dist. 50.
in capite. & ita videtur dicendum de indulgentijs. Bene ta-
men potest ex concessione. id autem de cognitione causa-
rum matrimonialium bene potest respicere consuetudo p-
scripta. vnde notanter in c. præfato dicitur. vel speciali con
44 cessione, vel aliqua legitima causa. † Sed cur ita varie quod
cognitio causarum matrimonialium possit præscribi con-
suetudine, & non collatio indulgentiarum. Certe nobis vi-
detur, quod ratio sit ista. quoniam sicut patet ex superius di
ctis dare indulgentias plus respicit culmē dignitatis episco
palis, quam cognitio causarum matrimonialium. & ideo li-
Ad secundā oppositionē cet vnum posset præscribi consuetudine, non tamen aliud.
¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. qm̄
Innocētius non valet duplici ratione. Tum primo quia licet consuetu-
Hostiensis. do det iurisdictionem aliquam, non tamen omnem. Maxi
45 me quia Innocentius, & Hostien. in prædicta decretali † ꝙ di

citur de consuetudine, quod dat iurisdictionem intelligen
dum est de modica iurisdictione. non enim posset concede
re consuetudo inferioribus deponendi clericos. allegat de
elect. transmissam. de consuetu. c. quanto. Tum secundo cō
sequentia non valet, quia dare indulgētiam iure ordinario
non tantum respicit iurisdictionem: sed etiam authoritatē
dispensatiuam thesauri spiritualis ecclesiæ, quæ non potest
præscribi cum solo sponso ecclesiæ, aut electo in talem hu-
iusmodi authoritas dispensatoria sit credita, vt dictum est.
¶ Ad tertiam respondetur etiam negando consequentiam Ad ter. am oppo.
quia etiam concesso illo aliud est in excommunicatione, &
aliud in indulgētia. plus enim authoritatis requiritur ad or
dinariam collationem indulgentiarum, quam ad excōmu
nicationem faciendam. vt de se patet. vnde etiam si consue
tudo posset dare potestatem excommunicandi: non tamen
46 indulgentias faciendi. ¶ Septima conclusio est. † episcopus
hæreticus schismaticus: aut excommunicatus non valet in- Septima cō clusio.
dulgentias facere: conclusio patet. quia conferre indulgen-
tias pertinet ad potestatē iurisdictionis. hæreticus, schisma-
ticus: aut excommunicatus: (cum sint extra cōmunitatem
ecclesiæ) carent omni iurisdictione. 24. q. 1. audiuimus. & su
pra eo. dist. verborum. ergo conclusio vera ¶ Octaua cōclu
47 sio. † prælatus ecclesiæ existens intra vnitatem ecclesiæ (licet
in peccato mortali existat) potest dare indulgentias. Proba- Octaua cō clusio.
tur conclusio sic. iuxta S. Tho. facere indulgentias (vt supe- S. Thom.
rius sæpe repetitum est) pertinet ad iurisdictionem. sed præ
latus per peccatum mortale dum tamen manet intra vnita
tem ecclesiæ non perdit iurisdictionem licet bene bonita-
tem. ergo prælatus malus in peccato mortali existens pōt
dare indulgentias, & indulgentiæ ab eo datæ æque valēt (si-
cut arguit S. Tho.) sicut si fierent ab eo, qui est sanctissimus.
cum non remittat pœnam ex vi suorum meritorum: sed ex
vi meritorum conditorum in thesauris ecclesiæ. ¶ Nona cō
clusio est. † quod ex concessione summi pontificis, vel epi-
48 scoporum possunt inferiores conferre indulgentias. Patet Nona conclusio.
conclusio. quia potestas faciendi indulgentias consequitur
iurisdictionem. seu inferiores possunt habere a superioribus
per commissionem, sicut legati iurisdictionem, & quando-
que simplices prędicatores. ergo tales possunt ex commis-
sione superiorum conferre indulgentias. ¶ Decima conclu
49 sio. † inferiores episcopi etiam nō sacerdotes possunt ex cō
missione facere indulgentias. patet de legatis cardinalibus, Decima cō clusio.
diaconis. patet etiam ratione superiori. quia facere indulgē
tias sequitur iurisdictionem non ordinem. vnde (vt dicit S.
Thomas) tales etiam non sacerdotes possunt indulgentias S. Thom.
facere, quamuis non possint absoluere in foro pœnitentiali.
50 quod est ordinis. Vndecima conclusio. † secularis, siue laicus Vndecima conclusio.
quantumcunque sanctus nec ordinarie, nec ex commissio-
ne potest dare indulgētias. Patet ista conclusio. licet. n. san-
cti viri possint communicare alijs bona spiritualia: quæ fa-
ciunt, non tamen indulgētias facere. quia, vt dictum est hoc
pertinet ad iurisdictionem spiritualem ecclesiasticam, & au
thoritatem dispensandi thesaurum ecclesiæ. quæ nullo mo
do laicis conueniunt. ¶ Duodecima conclusio. † Solus papa Duodecima conclusio.
51 potest dare indulgentiam plenariam. patet conclusio ex di
ctis. quoniam cum ipse sit spōsus ecclesiæ vniuersalis, & ita
solus dispensator thesauri eius: habetque solus plenitudinē
potestatis. vt in c. decreto. & in cap. qui se scit 2. quæst. 6. alij
vero sunt vocati in partem solicitudinis, solus ipse potest
plenam indulgentiam facere. Hæc est probatio Sā. Thomæ
in quarto. di. 20. cum ait. Papa habet plenitudinem pontifi- S. Thom.
calis potestatis, quasi rex in regno. Sed episcopi assumuntur
in partem solicitudinis quasi iudices singulis ciuitatibus
præpositi: & ideo potestas faciēdi indulgentias plene resi-
det in papa. quia potest facere, vt vult causa existente legiti
ma, sed in episcopis est taxata secundum ordinem papæ: &
ideo potest facere s̄m ꝙ eis taxatum est, & non amplius.
hæc ille. hęc etiam conclusio habetur. extra de pœ. & re. in
52 ca. cum eo. vbi habetur † ꝙ archiepiscopus per suam prouin
ciam, & episcopus per suam dioecesim possunt indulgentias
dare, si tamen sub certa mensura, videlicet in die dedicatio-
nis vnum annum tantum, & quotquot fuerint episcopi: &
in anniuersario. 40. dies. in alijs casibus potest dare quilibet.
40. dies. sed nunquid si quilibet episcopus daret in die dedi
cationis annum teneret gloss. dicit, quod sic de facto. quia
nisi apponeretur hęc clausula, ꝙ si secus factū fuerit decer-
nimus non valere, tenet si fiat. S. Thom. vero parum ante
videtur dicere contrarium, cum ait. quod episcopi possunt S. Thom.
facere

facere indulgentias secundum quod eis taxatum est, & nõ
amplius.¶His habitis dicendum est ad rationes in opposi-
tum.pro quarum responsione est notandum iuxta S. Tho.
53 in quarto.di.20.†ꝙ indulgentiæ effectum habent secũdum
quod opera satisfactoria vnius alteri computantur non so-
lum ex vi charitatis:sed ex intentione operantis aliquomo-
54 do directa ad ipsum.†Sed intẽtio alicuius potest ad alterũ
dirigi tripliciter.Aut in generali:aut in siugulari.in singula
ri quidem,vt cum quis pro alio satisfacit determinate:& sic
quilibet põt alteri opa sua cõcare.In spãli autẽ sicut cũ quis
orat pro congregatione sua.& familiaribus:& bñfactoribus
& hoc etiam ordinat opera sua satisfactoria.Et sic ille, qui
congregationi præest,potest opera sua alteri communicare
applicando intentionem illorum,quæ sunt de congregatio
ne sua ad hunc determinatæ.sed in generali, sicut cum quis
opera sua ordinat ecclesiæ in generali:& sic ille, qui præest
ecclesiæ generaliter potest illa opera communicare applicã
do intentionem suã ad hũc:vel illum,& quia homo est pars
congregationis:& congregatio ecclesiæ pars. Ideo ille, qui
præest ecclesiæ,potest communicare ea,quæ sunt congrega
tionis:& huius hominis:& ille,qui præest cõgregationi, ea
quæ sunt huiusmodi hominis:sed non conuertitur. Sed est
aduertendum,quod nec prima communicatio nec.2.indul
a¶ Indulgẽtia. adde ꝙ indulgẽtia simpliciter, cõcessaintelligitur concessa cũ obseruãtia iuris cõis Pet. de Anc.in c. quã sit. nu. 3.de iude.
a gentiaadicitur,sed solum tertia propter duo. Primo quia ꝓ
pter illas communicationes quamuis homo soluatur a rea
tu pœnæ quantum ad Deum:non tamen soluitur a debito
faciendi satisfactionem iniũctam:ad quam obligatus est ex
præcepto ecclesiæ,sed per tertiam communicationem, ho-
mo etiam ad hoc debito absoluitur.¶Secundo quia in vna
persona, vel in vna congregatione non est indeficiẽtia me
ritorum,vt sibi,& alijs valere possint, vnde iste non absolui
tur à pœna debita pro toto, nisi tantum determinare pro
eo fiat,quantum debebat.Sed in ecclesia tota est indeficien-
tia meritorum:præcipue propter meritum Christi, & ideo
solus ille,qui præficitur ecclesiæ potest indulgentiam con-
ferre.Cum autem ecclesia sit congregatio fidelium.†cõgre
55 gatio autem hominum sit duplex.s.æconomica:vt illi, qui
sunt de vna familia.& politica,vt illi,qui sunt de vno popu-
lo,ecclesia similatur congregationi politicæ,quia ipse popu
lus ecclesia dicitur. Sed conuentus diuersi, vel parochia in
vna diocesi assimilantur congregationi in diuersis familijs:
vel officijs,& ideo solus episcopus proprie dicit prælatus ec
clesię, & ideo ipse solus quasi sponsus annulum recipit,ipse
solus plenam potestatem in dispensatione sacramentorum:
& iurisdictionem in foro causarum: quasi publica persona.
Alij vero secundum quod ab eo eis committitur. Sed sacer-
dotes,qui plebibus preficiuntur non sunt simpliciter præla
ti:sed quasi coadiutores:vnde in consecratione eorum dicit
episcopus quanto fragiliores sumus, tanto magis his auxi-
lijs indigemus.Et secundum hoc etiam nõ omnia sacramẽ
ta dispensant.vnde huiusmodi sacerdotes parochiales: aut
abbates:aut alij huiusmodi prælati,non possunt indulgen-
Adprimum argument. Alexander. de halis. Bonauent.
tias facere.¶His notatis licet dicat S. Tho.responsionẽ pa-
tere ad obiecta nihilominus dicemus ad singula.¶ Ad pri-
mam respondetur negando consequentiam ratione iam di
cta.quoniam non quælibet communicatio bonorum dici-
tur indulgentia.Et vt dicit magister Alexã.de Halis.& do-
56 minus Bonauentura†relaxatio plus dicit quam communi-
catio,dicit.n.quandam authoritatem:ratione cuius dicitur
iste indulgentiam facere:vel præstare.Et ideo quamuis qui-
libet habens charitatem bona sua posit communicare: nõ
tamen omnis talis potest relaxare:sed qui habet ad hoc con
cessam sibi authoritatem. Pro quo notari potest iuxta Ro-
manum in 4.dist.20.ꝙ aliud est communicare bona sua ali
cui:aliud alio ꝓ satisfacere: aliud remittere pœnã, aliud in-
dulgẽtias dare.per communicationem tantum bonorũ ope
rum sic:quod opus vnius valeat alteri ad disponendũ ad gra
tiam:vel ad augmentum gratiæ:vel ad impetrandum aliqd
à Deo pro aliquo alio:& sic faciunt prælati religiosi. satisfa
cit quidem qui pœnam,quã alius debebat ipse soluit: & sic
posset satisfactio religiosorum, vel aliorum bonorum vi-
rorum pro alijs computari:quando ipsi,& prælati eorũ vel-
lent,tamen quia non est certum de meritis alicuius, non es
set homo absolutus a pœna totaliter: nisi quãdo satisfactio
illa pro alio acceptaretur a Deo.remittitur vero pœna:vt si
episcopus dicat volo,vt facias pœnitentiam septennem, &
absolueret eum a pœna per vehementiam contritionis.
57 †Indulgentias vero dare proprie est satisfactionem factam
ab alijs.s.Christo,& sanctis ex authoritate ecclesiæ pro pœ
nis debitis alicui computare:ac si ipse fecisset. Ex quibus sa-
tis clare patet.ꝙ ratio illa non procedit.¶Ad secundam re
spondetur iuxta Albertum magnum,ꝙ ideo non procedit *Ad secundũ.*
& ratio est,quoniam non est simile de indulgentia, & alijs *Alber.mag.*
bonis spiritualibus quia,vt dicit Augu.indulgentia nihil ha
bet nisi peccatum:& hoc priuatum est nõ commune, vt bo *Augustin.*
num virtus, & gratia: & ideo recipiens indu gentiam pri-
uatim suis pœnis pro peccato debitis recipit eam:& ideo qa
priuata est ad alterum deriuari non poterit. potest tamẽ ali
quis alij communicare meritum laboris:quem facit pro in-
dulgentia,sed tunc non taxatur ad tertiam:vel quartam:vel
huiusmodi sed quantum valere cõcesserit Deus hoc modo,
ꝙ quodlibet opus meritorium factum pro proximo valet
ei ad gratiam promerendam vel retinendam, sed habet eã.
Per hæc retunditur abusus quorũdam etiam laicorum, qui
indulgentias sibi datas dant alijs vel in toto:vel in parte:cre
dentes hoc posse facere. Contra quem abusum dicit magi-
ster Alexander de Halis:& dominus Bonauentura,ꝙ qui re *Alex.de hal.*
cipit relaxationes pro se,non potest alijs dare. quia si etiam
soluit debitum suum apud Deum non propter hoc dedit
potestatem, quod solueret ipse pro alio: & si Deus dimisit
isti debitum:non propter hoc potest iste remittere alij: ꝙ
Deo debetur.¶Ad tertiam respondetur negãdo assumptũ. *Ad tertium*
dicimus.n. quod indulgentiam dare non pertinet ad clauẽ
ordinis.quæ communis est omnibus sacerdotibus: sicut su-
perius dictũ est:sed pertinet ad clauem iurisdictionis. quã
non habent omnes sacerdotes:& ita ratio non procedit. Et
ad confirmationem cum arguitur,ꝙ quilibet sacerdos pa-
rochianus habet thesaurum, patet responsio ex superius di
ctis B.Thomæ quod talis communicatio nõ potest dici in- *S. Thom.*
dulgentia propter defectum indeficiẽtem meritorum: qui
requirebatur.¶Ad quartam respondetur negando conse-
quentiam.& ratio est iuxta Alexand. & dominum Bonauẽ *Ad quartũ.*
turam.qui eadem verba habent,quia tales,qui præsunt sub- *Bonauent.*
ditis,licet aliquam authoritatem habeant bonorum sui col
legij:non tamen respectu meriti Christi,quod dedit dispen
sandum ecclesiæ.& eius sponsis.& ideo non habent autho
ritatem plenariam respectu thesauri ecclesiæ,& ideo solum
bona sui collegij possunt communicare,non tamẽ possunt
relaxare,quia nesciunt.vtrum superabundẽt. quia potesta-
tem plenariam super hæc non habẽt.voco largo modo ple
nariam potestatem:prout dicit plenitudinem sufficientem
per quem modum est in episcopis ad hunc actum non pro
ut dicit plenitudinem superexcellentiæ: secundum quem
modum est in summo pontifice plenitudo potestatis: & au
thoritatis.hæc Alexander.

58 **Ad sextum** Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ indulgẽ
tiæ prosint omnibus fidelibus viuis, & *Primum ar.*
defunctis.Primo,ꝙ prosint fidelibus existentibus in pecca
to mortali arguitur sic. Alter potest alteri mereri etiam exi
stenti in peccato mortali gratiam,& multa alia bona.sed in
dulgentię ex hoc quod merita sanctorum applicantur ad
istã.ergo habent effectum in illis:qui sunt in peccato morta
li.¶Scđo sic.vbi est maior indulgẽtia, ibi magis habet locũ *Secundũ ar.*
misericordia.sed ille,qui est in peccato mortali maxime in-
diget.ergo ei maxime debet fieri misericordia per indulgẽ
tias.¶ Tertio arguitur de defunctis sic. Petro commissa est *Tertium ar.*
clauis regni cœlorum: sed quandiu quis est extra palatium
indiget auxilio ostiarij siue deferentis claues: sed quicunq;
defunctus est:& nondum ingressus est cœlestis gloriæ pala-
tium videtur indigere auxilio clauis: ad remouendum sibi
obstaculum hoc.sed illud confertur sibi per indulgentias.er
go indulgentiæ prodesse possunt oĩbus defunctis: qui non-
dum beatitudinem sunt adepti. ¶ Quarto sic.suffragia ec- *Quartũ ar.*
clesię prosunt his:qui sunt in purgatorio,patet,quia alioqui
ecclesia frustra oraret pro mortuis contra illud.2. Machab.
12.sancta & salubris est cogitatio pro mortuis exorare &c.
sed indulgẽtiæ sunt de nobilissimis suffragijs ecclesiæ.ergo
indulgentię non modo viuis fidelibus:sed etiã defunctis ꝓ
desse possunt. ¶In oppositum arguitur sic. nullus potest *Oppositũ in cõtrarium.*
indulgentiam facere:nisi ei,quem potest iudicare: sicut de
pœ.& re.c.quod autem. nullus enim potest iudicare: nisi
eum:qui est de foro suo. sed illi, qui sunt defuncti non sunt
de foro ecclesiæ.ergo indulgentiæ non valent omnibus fi-
delibus,siue viuis,siue defunctis.¶ Respondeo dicendum *Respondet.*
ad hanc conclusionem sub.11.conclusionibus. Prima con- *Prima con.*
59 clusio†indulgentiæ non prosunt fidelibus in inferno.Patet
ista con-

ista conclusio cum inimici Dei sunt tales, secundum illud psal. 73. superbia eorum, qui te oderũt ascendit semper. Inimicis autem regni non est communicandus thesaurus regis. ¶ Secundo sic. tales damnati sunt membra mortua: ita a corpore Christi præcisa, vt nullam potentiam, aut spẽ habeant vitæ: quia in inferno nulla est redemptio. ergo indulgentiæ nullo modo possunt prodesse damnatis in inferno.

Secunda cõclusio.

60 ¶ Secunda conclusio. † paruulis in limbo existentibus nullo modo possunt indulgentiæ prodesse. patet conclusio. quoniam thesaurus meritorum Christi: & sanctorum non põt communicari nisi membris eius. In illorum enim auxiliũ Christi prouidentia thesauri illius dispensatio est ecclesiæ accomodata. Sed paruuli existentes in limbo non sunt mẽbra Christi: nec futuri sunt cum non fuerint Christo per baptismum incorporati: nec habent gratiam gratum facientẽ nec habituri sunt: ergo tales non sunt capaces gratiæ indulgentiarum.

Tertia conclusio.

61 ¶ Tertia conclusio. † indulgentiæ non prosunt fidelibus existentibus in peccato mortali. Probatur conclusio, membrum mortuum nõ recipit influxum ex alijs mẽbris viuis, sed ille, qui est in peccato mortali, est quasi membrum mortuum. ergo per indulgentias non suscipit influentias ex meritis viuorum membrorum. ¶ Secundo sic. nulli potest dimitti pœna nisi illi, cui fuerit iam dimissa culpa. qui. n. non est consecutus Dei operationem in remissione culpæ non potest consequi remissionem pœnæ a ministro ecclesiæ: nec in indulgentijs. nec in foro pœnitentiali. vnde in omnibus indulgentijs fit mentio de vere contritis, & confessis.

Opponit in cõtrarium. Respondet. Petrus de palude.

¶ Sed contra hoc videtur, ꝙ in aliquibus literis exprimitur: vel qui infra mensem vel hebdomadam fuerint confessi. Respondetur, ꝙ hoc non procedit quoniam, vt inquit Petrus de palude in quarto: in tali casu videtur de mente, & pactione concedentis esse: ꝙ si quis quando implet cõditionem non est in statu merendi, ꝙ recedente fictione recipiat effectum: nec hoc contradicit conclusioni positæ, ꝗa consecutionem effectus non habet, nisi postquam est contritus, & confessus.

Quarta cõclusio.

62 ¶ Quarta conclusio † indulgentiæ non valent non adimplentibus illud: pro quo indulgentia data est. Patet conclusio, quia non existente conditione non consequitur quis id: quod sub conditione datur. vnde cum indulgẽtia sub conditione detur: quod aliquis faciat hoc: vel illud aut det: si illud non exequatur: indulgentiam non cõsequitur. vnde quantumcunque quis habeat bonam voluntatem faciendi illud: pro quo datur indulgentia, puta eundi ad ecclesiam: vel dandi eleemosynam: & non fecerit, quia nõ põt aut in infirmitate, aut impotentia non obtinet indulgentiam.

S. Thom. Albertus. Petrus de palude. Hostiensis.

Concordat S. Tho. & Albertus: & alij doctores. vnde, vt inquit Petrus de palude, princeps, qui iturus est vltra mare: si ante moritur: nisi forma hoc habeat, non consequitur indulgẽtiã antiqua. n. forma, quam ponit Host. extra de Iudæ. ad liberandam: continue omnibus mutatur, & variatur Si ergo daretur indulgentia crucem sumentibus eo ipso, ꝙ quod eam assumerent: & si plus non facerent eam lucrãtur: & si dicatur transeuntibus: non habẽt: antequam sint vltra. Si autem dicatur euntibus: consequitur in via, & sic de alijs modis. Si tamen vadat in mortali existens, fructum nõ participat, quousque sit pœnitens. hæc Petrus: Concordat cum S. Thom. in quolibeto: vbi quærens. † vtrũ si cruce signatus

S. Thom. Quæstio. Respondet.

63 moriatur antequam iter arripiat consequatur indulgentiã. Respondet, ꝙ forma consideranda sit. Nam si concedatur accipientibus crucem: statim habet etiam si decedat anteꝗ iter arripiat. quia sic causa indulgentiæ non erat iter arreptum: sed votum itineris, secus si in forma literæ contineatur, quod indulgentia datur his: qui transeunt vltra mare. quia tunc ille, qui decedit antequam transeat non habeat indulgentiam. quia nõ habet indulgẽtiæ causam. hæc S. Tho.

Bonauent.

Concordat dominus Bonauentura dicens: ꝙ dans sola voluntate non habet indulgentiam, quicquid dicant vulgares prædicatores, tamen valet eis tantum nobile propositum & sanctum desyderium ad augmentum charitatis, & ꝑ cõ-

64 sequens contritionis, & per consequens pœnæ. † indulgẽtiæ autem non intelliguntur dari pro sola voluntate, sed pro effectu. vnde, qui habet voluntatem, & effectum indulgentiã cõsequitur. Alius vero, qui habet solam deuotionem, habet meritum magnum, licet non omnimode consequatur effectum. Et cum dicitur, quod ei, qui non potest operari, volũtas pro facto reputatur.

S. Thom.

Respondet S. Tho. in 4. quod intelligitur quantum ad essentiale præmium, non autem quantum ad accidentia quędam præmia: sicut est dimissio pœnę

65 & hmõdi. ¶ Quinta conclusio † indulgentiæ valet religiosis, sicut, & laicis, patet conclusio. quia religiosi nõ sunt peioris cõditionis, imo melioris, aut minoris habilitatis: imo amplioris ratione religionis ad receptionem indulgentiarum quam laici sint in charitate: & adimpleant id, pro quo indulgentia datur. vnde potest ratio sic formari. nullus ex bono reportat damnum. sed religio bonum quoddam precipuũ est. ergo ratione religionis religiosi non consequuntur hoc damnum, quod indulgentiæ eis non prosunt. Nihil obstat, quod religiosi nihil temporale conferre possunt: cum nihil habeant proprium. 12. q. 1. non dicatis. quia licet ex se conferre non possunt, possunt tamen de licentia prælatorũ suorum. Præterea possunt spiritualia multa agere sicut prædicare crucem, audire verbum Dei, orare: pro quibus sanctis operibus ecclesia quandoque indulgentias concedit fideli-

Quinta conclusio.

66 bus. ¶ Sexta conclusio. † indulgentiæ non valent non subditis, nisi de licentia proprij episcopi, aut proprij iudicis. patet ista conclusio, quæ est magistri Alexandri de Halis, & domini Bonauenturæ, & multorum aliorum doctorum, patet ex capitulo, quod autem. extra de pœni. & re. vbi dicit Alexander. tertius cum a iure non suo iudice nullus ligari valeat, vel absolui, remissiones prædictas prodesse illis tantummodo arbitramur, quibus, vt prosint proprij iudices specialiter indulserunt. vbi gl. dicit super verbo iudices episcopi, vel proprij sacerdotes ratione cuius gloss. dicit Petrus pe palude, quod videtur sufficere licentia. Sicut enim curatus non sacerdos potest licentiare, vt non curatus sacerdos absoluat, quamuis ipse non possit absoluere. quia alius iure suo absoluit, cum sit sacerdos, dũ tamen habeat materiam, sic & hic sibi subditum alteri dat, & ille, cũ sit episcopus iure suo dat iudulgentiam, quam ipse tradens subditum non possit dare. propter quod curati absoluentes debeant iniungere pœnitentibus omnes indulgentias, quas poterũt obtinere. Hęc

Sexta conclusio. Alex. de ha. Bonauen.

Petrus palude.

67 ille. ¶ Septima conclusio. † indulgẽtiæ a prælatis datæ in diocesibus suis valent etiam exemptis, siue clericis secularibus, siue religiosis, & hoc non solum de licentia suorum superiorum, sed iure communi. Ista conclusio iuxta dominum Petrum de palude patet. quia ad hoc non videntur exempti, quia hoc noluerũt impetrare quod esset malum suum: nec

Septima cõclusio.

Pet. de pal.

68 eximens voluit concedere. ¶ Octaua conclusio. † licet dominus non posset facere indulgentiam sibi tantum, possunt tamen sibi prodesse indulgentiæ alijs datæ, si conditionẽ earum adimplet. Conclusio declaratur, & probatur sic iuxta Sanctu. Thoma: indulgentia debet ex aliqua causa dari ad hoc, quod aliquis per indulgentiam ad actum aliquem prouocetur, qui ad vtilitatem ecclesiæ, & honorem Dei vergat. prælatus autem cui cura ecclesię vtilitatis propagatione, & honoris diuini propagandi est commissa, non habet causam, vt seipsum ad hoc prouocet, & ideo non potest facere indulgentiam sibi tantum, sed potest vti indulgentia quam alijs facit. quia alijs subest causa faciendi, vnde esset peioris conditionis, quam alij, si ipse non posset vti thesauro ecclesiæ, quem alijs dispensat. vnde, vt dicit idẽ S. Thom. licet actum iurisdictionis nõ possit in seipso exercere, nihilominus eis, quæ authoritate iurisdictionis dantur alijs potest etiam prælatus vti, tam in spiritualibus, quam temporalibus. sicut sacerdos eucharistia, quam alijs dat, Cõcordat Petrus de palude dicens. homo potest sibi accipere de bonis communibus, sicut alijs dispensare, quamuis sibi non possit dare, quia inter dantem, & accipientem debet esse differentia personalis. Quia autem dicunt quidam, ꝙ secum potest dispensare, sicut cum alio, non videtur dicit idẽ Petrus de palude. quia potest cum alio dispensare in irregularitate, non potest secum, nisi quantum ius ei permittit. vn de proprie loquendo nullus secum dispensat, licet authoritate iuris, vel superioris vtatur dispensatione.

Octaua cõclusio.

S. Thom.

S. Thom.

Pet. de pal.

69 ¶ Nona cõclusio, † indulgentiæ possunt valere non solum his, qui implent conditionem, sed etiam alijs, pro quibus hæc fiunt. si forma indulgentiæ hoc habeat, quod dicatur quicunque hoc fecerit. vel pro quo hoc fecerit habeat tm̃ de indulgentia. Hæc conclusio est S. Thom. in 4. dist. 20. vbi in responsione vnius argumenti respondens quasi quæstioni: vtrum aliquis non implens causam indulgentiæ per se, posset per alium lucrari indulgentiã, dicit sic. quod opus proprium potest quis applicare per intentionem cuicunque voluerit. & ideo potest pro quocunque vult satisfacere. sed indulgentia non potest applicari ad aliquid, nisi ex intentione eius: qui dat indulgẽtiam, & ideo cum ipse applicet ad facientem vel dantẽ hoc. aut illud

Nona conclusio.

aut illud, non potest ille, qui hoc facit ad alterum hanc intẽtionem transferre. Si tamen fieret sic indulgentia, & forma indulgentiæ sic contineret, ꝙ ille, qui facit vel pro quo fit iste habeat tantam indulgẽtiam, valeret ei pro quo fit. Nec tamen tunc iste, qui facit hoc daret alteri indulgentiam, sed ille, qui indulgentiam sub tali forma facit. ¶ Decima con-

Decima cõclusio. Alexander de halis. Bonauent.

70 clusio.† non modo viuis, sed etiam aliquo modo possunt valere defunctis existentibus in purgatorio. quæ cõclusio probatur sic, iuxta magistrum Alexandrum de Halis, dominũ Bonauenturam in quarto. pater misericordiarum Deus oĩbus prouidet secundum ordinatissimam dispositionem, & misericordissimam suam pietatem. sed recta ordinatio charitatis, quæ exigit vt vnus possit ab alio adiuuari, hoc maxime exigit circa eum, qui se iuuare non potest. si ergo hominibus in hoc seculo, qui indigent auxilio prouidit Deus auxilium per indulgentiam ecclesię conferendum, cum illi de purgatorio indigeant auxilio etiam se iuuare non possint, videtur qđ indulgentiæ, eis prodesse maxime possunt. ¶ Pro cuius conclusionis declaratione est notandum cum S. Tho.

S. Thom.

71 in 4. disti. 45.† quod indulgentia dupliciter alicui prodesse potest. vno modo principaliter. alio modo secundario. Principaliter quidem prodest ei, qui indulgentiam accipit. s. qui facit hoc pro quo datur indulgẽtia, vt qui visitat limina alicuius sancti. vnde cũ mortui non possint facere aliquid eorum, pro quibus indulgentiæ dantur eis indulgentiæ directe valere non possunt. Secundario autem, & indirecte prosunt ei, pro quo aliquis facit illud, quod est indulgentiæ causa. quod quandoque contingere potest. quandoque autem non contingit secundum diuersam indulgentiam. Si enim sit talis indulgentiæ forma quicunque facit hoc, vel illud, habebit tantum de indulgentia: ille qui hoc facit nõ potest fructum indulgentiæ in alium transferre. quia eius non est applicare ad aliquam intentionem ecclesiæ, per quam communicantur communia suffragia, ex quibus indulgentię valent. Si autem indulgentia sub hac forma fiat, quicunque facit hoc, vel illud, ipse, & pater eius, vel quicũque alius ei adiunctus in purgatorio detentus, tantum de indulgentia habebit, talis indulgentia non solum viuo, sed etiam mortuo proderit. Non enim est aliqua ratio, quare ecclesia possit transferre merita communia, quibus indulgentiæ innituntur in viuos, & non in mortuos. hæc Sanctus Thomas. Ex quibus verbis manifeste patet, quod indirecte modo pdicto indulgentiæ prodesse possunt existẽtibus in purgatorio. si forma indulgentiæ ex intentione dantis hoc contineat. dicimus notanter ex intentione dantis. quoniam, vt inquit dominus Petrus de palude. quod quidam dicunt videlicet, quod ex intentione facientis id pro quo indulgẽtia possit trãsferri in illum, qui est in purgatorio, non est verũ nisi forma concedentis hoc contineat. quoniam sicut non extenditur vltra quantitatem non expressam, nec sic personam transgreditur sed sunt stricti iuris. Sed intentio dispensantis hoc facit. quia sicut bona viuorum eis communicantur, sic & thesaurus mortuorum cum Innocẽtius papa. c. ꝙ autem. de pœni. & re. dicere videatur. ꝙ solius papæ indulgentia valere possit defunctis. Concordat in cõclusione posita dominus Albertus, & dominus Bonauentura, dicentes, quod si quis vellet crucem pro patre mortuo portare seu assumere, non est aliqualiter negandũ, ꝙ si voluntas sit summi pontificis, quoniam indulgentia illi prosit. hæc in forma dominus Bonauentura. dicit tamen etiam iuxta Alexandrum de Halis. quod indulgentia potest valere existentibus in purgatorio per modum suffragij, & adiutorij, & non per modum iudicij. ¶ Ad id vero quod arguitur, ꝙ mortui non sunt de existentibus super terram, super quos videtur tantum potestas data B. Petro. Matthe. 16. respondet dominus Albertus, quod existentes in purgatorio sunt secũdum aliquid super terram. quia. s. meruerũt dum viuerent, ꝙ eis etiam post mortem ad velociorem liberationem possent valere. vnde purgatorium est quoddammodo via, & quodammodo terminus. Terminus quidem quantum ad confirmationem. quia peccare amplius non possunt, vnde existentes ibi quo ad hoc sunt in termino, sed quantũ ad emundationem qua emundantur sunt in via, & in transitu ad patriam. Concordat magister Alexander, & dominus Bonauẽ-

Pet. de pal. Albertus Bonauent. Ale. de hal. Albertus

Vndecima conclusio. S. Thom.

72 tura. ¶ Vndecima conclusio† præmissis non obstantibus, non potest prælatus pro suo arbitrio animas a purgatorio liberare. ista conclusio est Sanct. Thom. in quarto distinct. 45. & probat eam, quia. s. ad hoc, ꝙ indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens indulgentias faciẽdi. Concordat dominus Bonauentura, qui respondens in 4. dis. 20. ad quęstionem illam. quare papa non absoluit solo verbo illos, qui sunt in purgatorio dicit. ꝙ si Deus per seipsum sic misereretur, ꝙ semper velit timeri suam iustitiã, multo fortius Dei minister. vnde dispensatio bonorum ecclesię discrete, & cũ moderamine facienda est. Alioqui nisi discrete fieret, Deus non acceptaret. bona quidem spiritualia dissipari non possunt, nec contra diuinam acceptationem distribui, quamuis possint bona temporalia non solum de iure dispensari, verum etiam dissipari de facto, quando aliter diceret ius diuinum esse faciendum. ¶ Ex quibus patet responsio

Bonaue. Respondet

73 ad quæstionem, qua quæritur† vtrum papa possit euacuare per indulgentias totum purgatorium, videlicet quod nõ. duplici ratione, quę ex supradictis colligitur. Prima quia indulgentia (sicut iam dictum est) non potest prodesse, defunctis existentibus in purgatorio directe, sed indirecte inquãtum per amicos potest fieri id, pro quo indulgentia est ordinata. si tamen hoc habeat forma indulgentiæ. clarum est autem, ꝙ non omnes de purgatorio habẽt huiusmodi amicos in hac vita, qui pro eis hæc implere possint. Secunda ratio est, quia ad talem indulgentiam faciendam respectu omnium existẽtium in purgatorio, non posset rationabilis causa interuenire, sine qua tamen indulgentia non valeret.

74 **Ad septimum** Sic proceditur.† Et videtur, quod a papa nulli possit dare indulgentia plenaria omnium peccatorum. ¶ Primo sic. secundum ordinem diuinę iustitiæ pęna sequitur culpam. sed papa nõ potest facere contra diuinam iustitiam. ergo nec potest plenariam indulgentiam dare relaxando omnem pœnã. ¶ Secundo sic. si papa posset talem indulgentiam facere, sequeretur. ꝙ pœnitens non teneretur facere pœnitentiam iniunctam, cum semel absolutus a debito non teneatur amplius id soluere, sed hoc non videtur, cum satisfactio sit vna pars pœnitentiæ sacramenti. papa vero non habet potestatẽ immutandi aliquid circa sacramenta. ¶ Tertio sic. si papa contritis, & confessis dare posset plenariã indulgentiam, sequeretur, ꝙ tales absoluti cum morerẽtur immediate sine purgatorio euolarent ad cœlũ: sed hoc non videtur quia adhuc possunt habere multa peccata venialia, & de multis mortalibus non fecerunt fortassis confessis confessionem. ¶ In oppositum est te. presentis capituli, in quo fit memoria de plenaria remissione. Est etiam practica Romani pontificis, qui non est credendus in hac parte velle illudere fideles, dando eis plenariam indulgentiam, quam non posset dare. ¶ Respon. hic erunt declarãdi quatuor articuli. in primo videbitur quid dicatur plenaria indulgentia. in 2. de varijs modis quibus conceditur. in tertio ostẽdetur, quod papa possit dare plenariam indulgentiam. in quarto mouebuntur aliquæ dubitationes, & soluẽtur. ¶ Quantum ad primum sciendũ

Primũ arg. Secundũ ar. Tertiũ ar. Opponit in cõtrariũ. Respondet. Primus arti.

75 † quod vulgariter indulgentia plenaria nominatur indulgẽtia, a pœna, & culpa. verum licet veraciter dicatur quis assecutus indulgentiam plenariam, cui omnis pœna, & omnis culpa remissa est, nihilominus proprie loquendo de indulgentia prout de ea loqui incepimus cum non sit respectu culpæ. sed culpæ remissionem præsupponat in suscipiente, vnde datur contritis, & confessis, sed tantum se extendat ad remissionem pœnæ nõ proprie. sed improprie nominatur talis indulgentia a culpa, & a pœna. vnde etiam tali forma

76 non vtitur ecclesia.† Sed proprie, & vere indulgentiã plenaria ideo dicitur, quia est remissio totius pœnæ debitæ pro peccatis. verum quia in forma indulgentiæ plenariæ cõmuniter datur facultas, vt pœnitens indulgentiam suscepturus possit eligere idoneum confessorem, qui absoluat eum ab omnibus peccatis, ita ꝙ non oporteat eum recurrere ad curiam, si habet casum papalem. aliqui voluerunt secundum hoc saluare modũ illum nominationis a culpa, & pœna. ita vt dicatur indulgentia a culpa, ratione facultatis datæ eligẽdo confessori: absoluendi ab omnibus etiam in casibus reseruatis. a pœna vero nominatur indulgentia sicut ab obiecto circa quod est propria operatio ipsius indulgentiæ. ordinatur enim ad remissionem pœnæ debitæ pro actualibus culpis, sicut in superioribus expositum est. Ceterum notãdũ. ꝙ apud aliquos reperitur indulgentia distincta tripliciter, videlicet plena, plenior, & plenissima. Sed, vt dicit dominus Petrus de palude. in 4. di. 20. quomodo distinguãtur isti gradus quo ad remissionem pœnæ non apparet, nisi dicatur plena respectu pœnitentię iniunctæ mortalium. plenior respectu

spectu pœnitentiæ iniunctæ mortalium,& venialium.plenissima respectu pœnitentiarum iniunctarum,& iniungendarum.i.quæ fuerunt iniunctæ.vel debuerunt iniungi, vel sic plena respectu mortalium pœnæ.plenior respectu pœnæ mortalium,& venialium. plenissima non solum pœnæ. sed etiam culpæ venialium.quia potest remitti pœna mortali debita,non remissa pœna debita veniali. sicut & culpa. & potest solui pœna vnius peccati,alia non soluta. & plenior solutio.vel remissio est vtriusq;,quàm alterius tm̃. potest etiam, vt videtur per indulgentiam inquantum habet potentiam cuiusdam absolutionis remitti veniale quo ad culpam,sicut & per cõfessionem generalem,non sacramentalem.sed ad hoc requiritur contritio. Et quantum ad hoc potest saluari quod dicitur in extrauaganti Bonifacij octaui antiquorum.quod vnusquisque secundum ꝙ magis, vel minus deuote accedit,secundum hoc plenius.vel minus plene recipiet. Quod de remissione plenaria dici nõ potest. sed solum de remissione culpæ, quia papa non potest ad plenũ remittere,nisi homo ad plenum conteratur.Sed aliqua contritio est plena adiuncta papali absolutione, quę per se non esset sicut & cõiuncta benedictione episcopali, quæ ꝑ se nõ sufficeret,hæc Petrus de palude.Io.autẽ monachi super extrauaganti mouens quæstionem quomodo se compatiuntur ista plenam largitionem,& plenissimam. respondet sic dico papam interpretatum fuisse in consistorio me præsente hanc indulgentiam a Deo plenã prout clauis potestas se extendit.quod intelligo prout verba patiuntur.hæc ille.vel dicendum.quod cum dominus Bonifacius dicit, ꝙ vnusquisque plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsarum amplius, & deuotius visitabit.intelligatur non quo ad remissionem pœnæ, quam omnes ęqualiter consequuntur.sed quo ad ampliorem participationem vitæ æternæ,quam quisque tanto plenius consequetur,quanto opera illa deuotius impleuerit.

Pro intellectu extrauagantis Bonifacij antiquorum.

Io.mona.

Secundus articulus.

¶ Quãtum ad secundum articulum est notandum,† ꝙ indulgentia ple-
77 naria reperitur data a summis pontificibus diuersimode,aliquando quidem data reperitur omnibus certum locum visitantibus.i.pro omni tempore, sicut communiter dicitur de visitantibus sepulchrum domini. ¶ Aliquando datur sumentibus crucem ad conquirendam terram sanctam: vt in c.ad liberandam.extra de iu.& nunc per dominum nostrũ Nicolaum quintum contra turchos,qui inuaserunt,& receperunt ciuitatem Constantinopolitanã, & inuadere nunc tentant reliquas partes Christianitatis. reperitur etiam data,sicut regi Hispaniæ cõtra sarracenos de Granata. ¶ Tertio reperitur data visitantibus certum locum certa die infra annum, sicut dominus Eugenius, & dominus præsens Nicolaus concessisse dicuntur in multis ecclesijs diuersis partibus Christianitatis. vnde ad humilem supplicationem nostram.S.dominus noster Nicolaus pro sua clementia concessit conuentui prædicatorum in valle oleti in regno ca-
78 stellæ,†vnde nos sumus oriundi & sacræ religionis habitum suscepimus,semel in anno ꝓ festo exaltationis sanctæ Crucis vsque ad decennium omnibus visitantibus conuentum præfatum in prædicta solennitate, & ad eius fabricam manus porrigentes adiutrices secundum facultates eorũ indulgentiam plenariam. ¶ Quarto modo datur certis & determinatis personis,seu nominatis facientibus infra annũ, vel aliud tempus in bulla taxatum certas eleemosynas, & ieiunia,vel alia pia opera orationum,& huiusmodi. quod tales habeant facultatem eligendi idoneum confessorem in articulo mortis. qui vigore talis indulti valeat absoluere ab oĩbus peccatis,de quibus est corde contritus, & ore confessus exceptis illis,quæ perpetrasset sub confidentia talis gratiæ. ¶ Quinto reperitur indulgentia plenaria data multis in articulo mortis nullo adiuncto,sed pia tantũ liberalitate summi põtificis. ¶ Sexto reperitur data plena indulgentia in anno iubileo visitantibus certas ecclesias vrbis. ¶ Circa tertiũ

Tertius articulus.

79 articulum est ista conclusio† papa rationabili causa existente potest dare indulgentiam plenariam vere pœnitentibus. hæc conclusio satis patet ex practica seruata in ecclesia Dei a multis temporibus,& obseruatur nunc.Sũmus enim pontifex(sicut in præcedenti articulo deductum est)pro diuersis causis dat plenariam indulgentiam. Pro cuius conclusionis declaratione est notandum,ꝙ sicut supra dictũ est,opus vnius potest esse satisfactorium pro alio, ad quem per intẽtionem facientis refertur. Christus autem pro ecclesia sua sanguinem suum fudit,& multa alia fecit,& sustinuit,quorum æstimatio est infiniti valoris propter dignitatem personæ.vnde dicitur Sapientiæ.8.infinitus enim thesaurus hominibus.Similiter etiam omnes alij sancti habuerunt in his qui passi sunt,& fecerunt propter Deum,vt hæc esset ad vtilitatem non solum sui:sed etiam totius ecclesię. Totus ergo iste thesaurus est in dispensatione eius, qui præest ecclesiæ generali,vnde Petro dominus claues regni cœlorum commisit. Matt.16.Quando ergo vtilitas,vel necessitas ecclesię hoc exposcit,potest ille,qui præest ecclesiæ de ista infinitate thesauri communicare alicui, qui per charitatẽ mẽbrũ est ecclesiæ quantum sibi visum fuerit opportunum,vel vsque ad totalem remissionem omnium pœnarum, vel vsque ad certam qualitatem aliquam.ita.s.ꝙ passio Christi.& aliorũ sanctorum ei reputatur,ac si ipse passus esset quantum sufficeret ad remissionem sui peccati.Sicut contingit.ꝙ vnus ꝓ alio satisfacit,sicut dictum est. vnde in huiusmodi signum cum in forma indulti dicitur omnibus vere pœnitentibus, & confessis,non additur satisfacientibus. quia indulgentia non excusat a contritione, & confessione, sed cedit in locũ satisfactionis.vt dicit S.Tho.in quolibeto.patet ergo qualiter papa possit indulgentiam plenariam cõcedere causa rationabili existente.Et hoc de tertio articulo.

S.Thom.

Quartus articulus.

Prima qõ.

¶ Circa quartum articulum præter ea,quæ dicta sunt occurrunt hic.12. quæstiones,quibus pro pleniori huiusmodi materiæ intelli-
80 gentia satisfaciendum est. ¶ Prima quæstio est,†vtrum solis contritis,& confessis actu valeant indulgentiæ,vel etiã contritis tantum,& confessionẽ habentibus in proposito.

Respondet

¶ Ad hanc quæstionem videtur respondendũ. ꝙ indulgentia potest duplici modo dari. vno modo absolute.sicut si diceretur omnibus facientibus hoc,vel illud,dantur centum dies indulgentiæ.secundo modo potest dari sub hac forma specificata,& limitata.s.contritis,& cofessis.Si primo detur indulgentia saluo semper meliori iudicio possit esse conclusio talis.ꝙ actualis confessio non sit necessaria ad habendũ indulgentiæ effectum,sed sufficiat contritio cum proposito confitendi.siue esse in statu gratię.ista conclusio videtur esse domini Petri de palude, qui in 3.di.20. dicit cum dicitur in indulgentijs vere pœnitentibus.& confessis, intelligit ipse confessis in proposito.quia non oportet,ꝙ de facto præfata cõclusio ratione potest sic probari.Ad participandum de thesauro ecclesię,qui potissime profluit ex meritis Christi capitis ipsius ecclesię,sufficere videtur esse membrũ per charitatem Christi corpori vnitum, sed pœnitens per contritionem actualem cum proposito confitendi, & satisfaciendi ad arbitrium sacerdotis,est effectus membrum corporis Christi viuum,capax influentiæ eius.ergo actualis cõfessio absolute non videtur necessaria ad effectum habendũ indulgentiæ. ¶ Secundo sic.id quod sufficit ad remissionem culpæ.& reatum pœnæ æternæ videtur sufficere ex parte cõditionis subiecti ad capacitatem indulgentiæ, quæ solũ est remissio pœnæ tẽporalis debitæ pro peccato, sed ad primũ sufficit contritio cum proposito confitendi.ergo ad indulgentiam consequendam non requiritur necessario actualis confessio,nisi pręcipiatur, vel si sub tali conditione forma indulgentiæ sonat. ¶ Tertio sic.idem videtur manifeste haberi tam ex illa indulgentia plenaria in articulo mortis data latroni,cui dictum est nulla confessione præcedente. hodie mecum eris in paradiso. Matt.27.quam ex illa indulgẽtia plenaria data in vita adulteræ cui dictum est nulla suorum præuia cõfessione.vade & amplius noli peccare.Io.7. ¶ Quarto eadem conclusio videtur colligi ex his, quę dicta sunt supra circa articulum.6.in 10.conclusione. ꝙ indulgẽtię valent licet indirecte existentibus in purgatorio, quibus ad percipiendum indulgentiam sufficit esse in statu gratię absque actuali confessione. ¶ Si vero secundo modo detur indulgentia videlicet sub forma specificata,& determinata tali quasi conditione.qui hoc vel illud fecerint,consequantur tantam,vel tantam indulgentiam peccatorum suorum de quibus corde contriti,& vere confessi fuerint,in tali casu est conclusio,saluo meliori iudicio. quod ad consequendum fructum,vel effectum indulgentiæ requiritur regulariter,vt sacramentalis confessio pręcesserit. patet conclusio ex ipsa forma indulti ex qua mensura est accipienda indul-

Prima conclusio.

Petrus de palude.

81 genti, ęque ita limitat,& restringit. ¶ Secunda quęstio† vtrũ ad hoc,quod indulgentiæ,quæ nunc dantur audientibus sermonem,vel visitantibus ecclesiam, vel huiusmodi facientibus,stantibus tamen in statu gratię,proficiant ad remissionem peccatorum suorum sufficiat confessos fuisse de peccatis suis.

catis ſuis.vel requiratur,ꝙ nunc iterum confiteãtur. ¶ Pro
Reſpondet. reſponſione ſaluo ſemper meliori iudicio ſit iſta concluſio.
Ad habẽdum indulgẽtiæ fructum(quæ nunc datur)non re-
quiritur neceſſario iterata confeſsio pctõrum , de quibus ſa
cramẽtalis confeſsio rite facta iã præceſsit , licet bene eorũ
confeſsio ſit neceſſaria,quæ poſt priorẽ cõfeſsionẽ cõmiſſa
ſunt.Cõcluſio quo ad ſecundã partẽ patet ex dictis , quo ad
primã vero partẽ patet ex ipſa forma indulti. in qua abſolu
te dr̃ vere pœnitentibus & confeſsis datur talis, vel talis in-
dulgentia.ex quo arguit̃ ſic,iſte, qui alias vere confeſſus eſt
peccata ſua,& nunc ſtat in gratiæ ſtatu implet formã indul
ti,cum ſit vere pœnitens,& rite confeſſus.ergo cõſequit̃ ef-
fectum indulgẽtiæ adimplens ea,q̃ impleri mandant̃ . vnde
illud participium confeſsis, exponendum eſt.i.qui ſunt,vel
fuerunt confeſsi.vnde ſi fui confeſſus ante hanc indulgẽtiã,
& perſeueraui in ſtatu gratiæ,eſt verum,quod ſum cõfeſſus,
quia in illa prima cõfeſsione,& cõtritione ꝑmaneo,imo da
to,ꝙ labor in pctm̃,& poſtea vere cõfiteor,adhuc prima cõ
feſsio,& opera bona reuiuiſcunt,vt nõ ſit neceſſariũ ad cõ-
ſequẽdum indulgẽtiã reſpectu primorum pctõrum confeſ
ſionẽ reiterare.¶ Præterea concluſio illa reddit̃ manifeſta.
qm̃ ſi indulgẽtiæ illæ particulares,q̃ dant̃ ſingulis diebus nõ
proficerent,niſi actu cõfitẽtibus,oporteret,ꝙ quilibet,qui
vellet habere indulgẽtias,ſecũ duceret cõfeſſorẽ,& ſi ille cõ
feſſor etiã habere cuperet,etiã duceret alium, & ſic de ſing.
quod eſt ridiculoſum.& ſic concluſio vera . Dicimus aũt,ꝙ
reiterare cõfeſsionẽ prius rite factã,non ſit neceſſariũ . qm̃
non negamus ꝙ confeſſio etiã frequenter iterata ſit vtilis.
Tertia qõ. 82 ¶Tertia queſtio † vtrum his , qui amiſerunt vſum loquelæ
Reſpondet. poſſint proficere indulgẽtiæ.Pro reſponſione ſit iſta cõclu
Prima con- ſio.Mutis,aut amittẽtibus vſum loquelæ poſſunt indulgen
cluſio. tiæ valere,dum tñ rõnis vſum habeãt. probat̃. tales poſſunt
habere cõtritionẽ pctõrum ſuorum,& per ſcripturã,aut ſi-
gna põt mutus illa confiteri.ergo talibus cætera adimplen
tibus poſſunt indulgẽtiæ proficere.¶Secunda concluſio eſt
Secunda cõ ſaluo meliori iudicio.ꝙ habẽtes vſum rõnis ſi ſic amittant
cluſio. vſum loquelæ,vt nullo mõ valeant intimare pctã ſua ex for
ma indulti,non vidẽtur cõſequi fructum indulgẽtiæ. patet
cõcluſio.quia ex forma ipſius indulti non datur indulgẽtia,
Quarta qõ. 83 niſi vere pœnitentibus & cõfeſſis.¶Quarta quæſtio , † vtrũ
quis effectus amens anteq̃ elegerit cõfeſſorẽ,qui eum iuxta
formã indulti plene abſoluat effectum conſequi valeat ple-
nariæ indulgẽtiæ.¶Ad hoc rñdet̃ ſub hac concluſione.ſi ſit
Reſpondet. demẽs factus dum cõpos fuit rõnis oſtẽderat velle ſibi hoc
exhiberi,qñ caſus mortis contingerent tali indulgẽtia per
quẽcunq; miniſtrum exhibita idoneũ valebit quo ad pctã,
de quibus fuit contritus,& confeſſus,non tñ quo ad ea,q̃ ꝑ-
petraſſet ꝑtextu ꝑfatæ indulgẽtiæ . qa hic includunt̃ in for-
ma illa,aut q̃ nunq̃ fuit cõfeſſus,licet de eis cõtritus tꝑe ſuo
ꝓponeret cõfiteri.ſed caſu penitus cõfiteri nõ valeat.¶Quĩ
Quinta qõ. 84 ta qõ eſt † vtrũ indulgentiæ ſe extẽdãt ad pctã oblita . ꝓ rñ.
huius ſit iſta cõcluſio ſaluo ſemꝑ meliori iudicio. indulgen
tia ẽt ſe extendit ad pctã oblita,dum tñ de eis in gñali cum
contritione ꝑceſſerit confeſsio,habeat̃q; ꝓpoſitum confitẽ
di ea in ſpãli,ſi memoriæ occurrant:patet concluſio . qm̃ ea
confeſsio vr̃ ſufficere ad remiſſionẽ, q̃ dat̃ ꝑ indulgentiã, q̃
ſufficit ad remiſsionẽ culpæ,ſed confeſsio in gñali pctõrum
oblitorum cum ꝓpoſito confitẽdi in ſpẽ ſi menti occurrãt
ſufficit ad conſequẽdã remiſsionẽ culparum, cum Deus nõ
requirat ab hoĩe impoſsibile.Impoſsibile eſt autẽ,ꝙ hõ cõ-
fiteat̃ in ſpẽ ſua particulari quod non occurrit aĩo hoĩs. er-
go vr̃,ꝙ talis confeſsio ſufficit ad conſecutionem indulgen
tiarum.conſequẽtia vr̃ nota.quia non eſt veroſimile, quod
Chriſti vicarius requirat ab hoĩe qđ non requirit Deus ma
xime iuxta regulam iuris.in 6.nemo ad impoſsibile obliga-
Sexta quæſ. 85 tur.¶Sexta quæſtio eſt † vtrum ad habẽdum indulgentiam
venialium pctõrum ſufficiat ſola contritio. Pro reſpõſione
hmõi ſit iſta concluſio ſaluo ſemper meliori iudicio . ꝙ ad
Reſpondet. conſecutionẽ indulgentiæ pro venialibus ſola ſufficit de eis
contritio.Probat̃ concluſio ad illa pctã proſequenda remiſ-
ſione pœnarum eis debitarum non vr̃ requiri confeſsio ſa-
cramentalis,ad quorum confeſſionem non obligamur.Tũ
quia nullus tenet̃ ad impoſsibile, confiteri autem oĩa venia
lia eſt impoſsibile cum cognitionẽ noſtrã effugiãt. Tum qa
S.Thom. vt dicit S.Tho.in 4.di.16.confeſsio ad hæc neceſſaria eſt, vt
pœnitens ſatisfactionem accipiat ſm̃ modum delicti.pecca
to aũt veniali non debet̃ pœna ſatisfactoria taxata, quia illa
eſſet propoſita pœnæ peccati mortalis, à quo pctm̃ veniale
in infinitũ diſtat.vnde per ſolã contritionẽ interiorẽ pctm̃
86 veniale remittitur.hæc S.Tho.¶Septima quæſtio eſt. † vtrũ Septima q.
debitores nõ ſatisfacientes creditoribus, ſiue his quibus ob Reſpondet.
ligantur,poſſint conſeq̃ indulgentias:pro reſpõſione huius
ſit iſta concluſio ſaluo ſemper meliori iudicio. illi debitores
qui nec in toto,nec in parte ſine magno ſuo incommodo ſa
tisfacere non valent,habent tamen propoſitum ſatisfaciẽdi
q̃ cito commode poſſunt, poſſunt indulgẽtiã conſequi,dũ
tñ alias ſint de ſuis peccatis vere contriti , & confeſsi . patet
concluſio cum tales impleãt ea,quę ad conſequendã indul
gẽtiã in forma indulti diſponit.id autẽ,ꝙ in eadẽ forma cõ
tinet̃,ꝙ q̃ habet alteri ſatisfacere, ſeu reſtituere reſtituat. in
telligẽdũ vr̃ ſi poteſt.Sic.n.gloſſat Aug.regulã illã de re iu-
di.li.6.non dimittitur pctm̃,niſi reſtituat̃ ablatum.ſ.ſi poteſt
reſtitui,ſicut manifeſte habetur in c.ſi res.10.4.q.vl.¶Octa Octaua qõ.
87 ua queſtio. † vtrum indulgentia data per papam ſine ratio- Reſpondet.
nabili cauſa valeat.pro reſponſione ſit iſta concluſio,quę eſt
B.Th.& communiter omnium doctorum.indulgentię da-
tę nulla rationabili cauſa exiſtente non valent. patet . Tum S.Thom.
quia cum papa non ſit dominus theſauri ſpũalis,vnde diſtri
buuntur indulgentię,ſed tm̃ diſpenſator domini principa-
lis,diſpenſatio non debet ab eo fieri,niſi caſibus illis,in q̃bus
veroſimiliter apparet,ꝙ dñs(cuius eſt prefatus theſaurus)ꝑ
bet aſſenſum,& habet gratum . conſtat aũt ꝙ Deo non pla
cet,ꝙ tã ꝑtioſus theſaurus ſine cã rationabili exponat̃,vnde
talis conceſſio non vr̃ valere.vnde S. Tho. in 4.diſt.20. & in
quolibetis.non poteſt prelatus eccleſię pro libito ſuæ volun
tatis facere indulgentias.quia ad hoc,ꝙ indulgentię valeãt,
requiritur ꝙ aſſit cã conueniens indulgẽtias faciendi , ſicut
ſuperius in 6.articulo circa.20.concluſionem plenius indu-
ximus.vnde vr̃,ꝙ ſicut non tenet collatio bonorum corpo
ralium facta à diſpenſatore contra voluntatem dñi , ſic vr̃,
ꝙ non valet collatio indulgentiarum facta à quocunq; ſine
iuſta,& rationabili cauſa , quia ſic contra voluntatem dñi.
¶Sed videntur huic concluſioni duo obuiare. primũ eſt id, Opponit in cõtrarium.
quod S.Th.ponit in 4.di.20.& ſupra circa quartum articu-
lum eſt inductum,dicit.n,ꝙ in arbitrio dantis indulgentiã
eſt taxare.quantum per indulgentiã de pœna remittitur , ſi
tamen inordinate remittat , peccat faciens tales indulgen-
tias,nihilominus quis plenã indulgentiã conſequitur.¶Ad
hoc reſpon.ꝙ aliud eſt dare indulgentiam ſine aliqua ratio Reſpondet.
nabili cauſa,& aliud eſt inordinate taxare,q̃tum de pœna re
mittat̃ per indulgentiã.primum quidem videlicet dare in-
dulgẽtiã abſolute ſine aliqua rõnabili cã obuiat valori indul
gẽtiarum,ſicut dicit cõcluſio.Nõ autẽ inordinate, taxare q̃
tum de pœna remittatur per indulgentiã,vt dicit S. Tho.in
loco ꝑallegato.¶Secundũ aũt ꝙ obuiare vr̃,eſt illud, qđ di- Secunda op
cit Petrus de palude in 4.di.20.ꝙ ſi papa motu proprio mo poſitio.
rientẽ abſolueret ab oĩ pœna ꝑ modum indulgentię, & ille Petrus de
pie crederet,ille euolaret,ſi nullã culpam haberet,etiã ſi pa- palude.
pa nullam iuſtam cãm haberet.hęc Petrus de palude. ¶ Ad
hęc reſpond.ſaluo ſemper meliori iudicio , quòd Petrus de
palude loquitur de iuſta cauſa , quę ſumitur ex parte eius,
cui datur indulgentia predicta.vnde tali iuſta cauſa non exi
ſtente papa poteſt dare indulgentiam, dum tamen aſſit ra-
tionabilis cauſa ex parte gratę libertalitatis ex parte ſummi
pontificis.vnde magiſter Alexander de Halis in 4. loquens Alexander
in preſenti caſu,dum.ſ.papa alicui laboranti in extremis ex de halis.
certa ſcientia de plenitudine poteſtatis relaxat omnia pec-
cata dicit ſic.in hoc caſu non attendenda eſt iuſta eſtimatio,
quantum eſt ex parte recipientis , ſed ad beneficia eccleſię
diſpenſata pro eo à bonorum eccleſię diſpẽſatore,nec in hu
iuſmodi indulgentijs attendenda eſt iuſta eſtimatio dicta
ab ęquitate iuſtitię, ſed potius à diſpenſatore gratię . Nec
omittendum eſt.quod in prędictis caſibus attendi debet di
ſpenſatio gratię exhibita à plenitudine poteſtatis ſummi
pontificis,qui eſt cauſa conſtitutiua in huiuſmodi indulgen
88 tijs.hęc Alexander.¶Nona queſtio eſt † vtrum conſequatur Nona qõ.
indulgentiam,qui opus iniunctum in forma indulti, vt pu-
ta opus peregrinationis,vel eleemoſynę aut ieiuniorum ꝑ
ſoluit in peccato mortali exiſtens,qui tamen cõpleto labo- Reſpondet
re pœnitet,& confitetur.pro reſp.huius ꝑmittẽda eſt hmõi
diſtinctio.Aut loquimur de tempore, quo concedit̃ indul-
gentia,ſicut cũ dr̃ in articulo mortis.aut tꝑe quo q̃s viſitat
eccleſiam,vel eccleſias,vbi poſita eſt indulgentia,vt eſt in-
dulgẽtia in iubileo,& loquẽdo hoc mõ de tꝑe ſit iſta cõclu.
ſemꝑ ſaluo meliori iudicio.Ad cõſequẽdũ indulgentię effe Prima con
ctum,neceſſarium eſt,vt homo tꝑe illo ſit in ſtatu gratię, vt cluſio.

puta in articulo mortis, aut cũ actu visitat ecclesiam, in qua est indulgẽtia. patet conclusio, qm alias nõ prodesset indulgẽtia illi, cũ nõ esset mẽbrum p charitatẽ vnitũ capiti Christi, & mẽbris eius veris. ¶ Si vero loquamur de tpe, quo itur ad ecclesiã, vbi est posita indulgentia, vt puta ad vrbem tpe iubilæi, vel de tpe quo quis disponit ad indulgentiã, vt puta cum quis dat eleemosynas, vel facit ieiuniũ per annum, ẽm formã indulgentiarum, quæ daẽ in articulo mortis ponitur ista conclusio saluo meliori iudicio. ꝙ hoc modo de tpe loquẽdo nõ est necessarium, ꝙ illa opera faciat in statu gratię vt videlicet, ꝙ qui venit ad vrbem ad consecutionẽ iubilæi semper ab exitu domus suæ vsq; ad terminum iubilei fuerit sine peccato mortali, q̃uis securius, & vtilius ageretur, si in statu gratiæ oĩa illa adimpleret. Quæ conclusio vr̃ multum firmari per ea, quæ dicit Albertus magnus, & S. Th. in 4. di. 15. ꝙ aliquæ satisfactiones iniunguntur à sacerdotibus, quæ post expletionem earum relinquunt effectum in satisfactionibus, sicut ex ieiunio manet corporis debilitatio, ex eleemosynis elargitis diminutio substantiæ, & sic de similibus. & tales satisfactiones etiam in pc̃õ factas non oportet reiterare, quia quantum ad id quod de eis remanet per mĩam Dei, acceptæ sunt, & ita vr̃ in proposito dum tamen talis pęniteat post & confiteatur. ¶ Decima quæstio est † vtrũ indulgentiæ valeant illis, qui pp impedimentum superueniens non poterunt adimplere ea, quæ in forma indulti continẽtur. ¶ Pro responsione sit ista conclusio saluo meliori iudicio. ꝙ talibus non valentibus adimplere, quæ in forma indulti fieri iubentur, indulgentiæ non valent regulariter, nisi papa de gratia hoc voluerit sicut Bonifacius octau⁹ voluit in anno iubilæo sicut testatur Ioã. monach. in extrauaganti eius domini Bonifacij, quæ incipit, antiquorum. declarauit n. ꝙ illi, qui inceperunt venire, licet non peruenerint, morte, vel aliquo legitimo impedimento impediti, vel si peruenerint nec compleuerint, habeant indulgentiam. Et simili modo dominus Nicolaus papa quintus (qui nunc sedet in cathedra S. Petri) declarauit tam in indulgentia iubilæi, quã in indulgentia crucis nunc data cõtra turcos. ¶ Vndecima quæstio est. † Vtrum suscipientibus crucem nũc, aut quibus datur indulgentia iubilæi plenaria, sit alia pnĩa iniungenda à confessoribus, q̃ in indulgentiarum bulla sit iniuncta. pro responsione huius sit ista conclusio saluo semper meliori iudicio. de necessitate non vr̃ alia pnĩa siue satisfactio iniungenda, imo, vt dicit Io. monach. vbi supra, Bonifacius declarauit, ꝙ sui pnĩarij nihil deberent iniungere vltra iniunctionẽ positã in bulla, nisi confitens volens facere opera superogationis voluntariã pnĩam satisfactoriam aliã abhinc taxatam reciperet. Cõformiter dicit magister Alexãder de Halis in quarto, qui ad quæstionẽ hanc, vtrum ille, cui est data indulgẽtia plenaria teneaẽ facere aliquid de pnĩa iniuncta, respondẽs ait sic. ꝙ non oportet opportunitate necessitatis bene tamen opportunitate expeditionis. Concordat S. Th. in 2. quolibeto. vbi plene respondens ad præfatã quæstionẽ dicit sic. satisfactio est punitiua inquantum est actus vindicatiuæ iustitiæ, & est medicatiua inquãtum est quoddam sacramentale. indulgentia autẽ supplet locũ satisfactionis inquantum est punitiua, quia. s. pęna, q̃ alius actus sustinuit imputatur ei, ac si ipse sustinuisset, & ideo reatus pœnæ tolliẽ, sed non succedit in locum satisfactionis inq̃tum est medicatiua, quia adhuc remanent pronitates ad peccãdum derelictæ ex priori pc̃õ ad quas sanãdas necessarius est labor satisfactionis. & ideo cruce signatis dum viuunt cõsulẽdum est, vt non prætermittant satisfactionis opera inquãtum sunt p̃seruatiua à peccatis solutis licet reatus pœnæ sit totaliter solutus, nec ad hoc requiritur aliquis labor, quia sufficit labori passionis Christi, sed solum à reatu pœnæ. hæc S. Th. Concordat Albertus. ¶ Duodecima quæstio est † quid dicaẽ articulus mortis in hmõi indulgentijs papalibus, in quo quis habens indulgẽtiam plenarie absoluit, An. s. verus in quo quis nunc moritur, vel præsumptus in quo. s. quis æstimatur ẽm cõe iudicium moriturus, q̃uis postea euadat quod pluries accidit. Pro cuius responsione sit ista conclusio. ꝙ articulus mortis in hmõi indulgentijs regulariter intelligitur p̃sumptus, & non verus nisi aliud appareat, aut ex forma indulti, aut ex declaratiõe cõcedẽtis. Sicut de extrema vnctione dicit B. Tho. in 4. di. 23. quod illud, quod ẽm æstimationẽ hominum est extremum, quandoq; ẽm rei veritatẽ non est extremum, & sic dr̃ hoc sacramentum extrema vnctio, quia non debet dari nisi illis, quorũ mors est propinqua ẽm æstimationem hoĩm. Et licet tales si euadant iterũ postea inungantur. Nihilominus extrema vnctio dr̃, quia sicut existimabatur, ꝙ esset extrema tunc. ergo cum in tali articulo p̃sumptæ mortis, quis absoluitur, consequi videtur effectum indulgentiæ vsq; ad id tempus, q̃uis postea euadat, & gratia illa expirat in posterum. Secus autem esset, si in forma indulti appareret contrarium, vt puta si diceremus, ꝙ consequaẽ effectum indulgentiæ in casu quo moriatur tunc, alias sibi reseruatur, tunc. n. non consequitur effectum indulgẽtię in casu quo moriatur tunc, alias sibi reseruetur. tunc. n. nõ consequitur effectum, si non moritur, nec gratia expirat per illã absolutionem, idem est, si hoc habeatur ex declaratione cõcedentis, quod intelligatur de articulo vero, nõ præsumpto sicut, vt dr̃ Eugenius declarauit. ¶ Tertiadecima quęstio est † de tpe durationis indulgentiarum. An cum morte extinguantur. pro huius responsione, sit ista conclusio iuxta Dominum Petrum de palude in 4. di. 20. ꝙ indulgentiæ durãt post mortem concedentis, si hoc intenderit concedens, vt puta si papa dixit quolibet anno simpliciter. si autem dixerit ad quinquennium vsque nunc valet indulgentia, & non plus. & hoc siue viuat concedens, siue moriatur. quia gratia non expirat per mortem concedentis, & etiam de episcopis idem videtur. vnde indulgentiæ quas in dedicationibus ecclesiarum concedunt perpetue prædicantur. Si vero concederentur personæ tantum ad illius vitam durarent non amplius, sed locus est immortalis. vnde concessæ loco tãdiu durant quantum locus, propterea si ecclesia sic destruatur, q̃d oporteat eam dedicare iterum propter illam destructionẽ primæ indulgentiæ destruunẽ, hæc Petrus de palude. ¶ His habitis dicendum ad rationes factas in contrarium. Ad primum respondetur, ꝙ falsum sit, ꝙ papa dando indulgentiã plenariam alicui aliquid faciat contra iustitiam, quoniam papa per indulgentiam, quam facit non absoluit simpliciter, a debito pœnæ, sed dat ei de thesauro ecclesiæ. vnde soluat, & seruatur iustitia. ¶ Ad secundam, ꝙ ille, qui indulgentiam plenariam habet, non tenetur de necessitate facere pœnitentiam iniunctam inquantum est satisfactoria. sed bene teneatur opportunitate expeditionis, sicut plenius fuit declaratum tam circa articulum primum in fine, quam circa articulum præcedentem in quæstione. 11. ¶ Ad tertiam respondetur, quòd non est inconueniens, imo videtur dicendum, quod illi, quibus datur indulgentia plenaria, cum moriuntur euolant in cœlum immediate, si non habeant impedimentum alicuius culpæ.

93 Ad octauum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non conuenienter in iubilæo detur omnibus Romam gratia indulgentiarum venientibus remissio plenaria de peccatis. ¶ Primo sic. potestas non est ministris ecclesię tradita in destructionẽ, sed in ædificationem. vt dicit apostolus. 1. Corint. 1. sed dare sic indifferenter omnibus venientibus Romam, & visitantibus certas ecclesias deputatas plenariam indulgentiam, videtur pertinere ad destructionem, cum satisfactio, quæ est ad vtilitatem nostram inducta inquantum remedium prębet, tollitur per hmõi indulgentias. ergo vr̃, ꝙ talis institutio indulgentiarum non sit conueniẽs. ¶ Secundo sic. dare alicui licentiam peccandi est malum, vt de se patet, sed ex hmõi, ita generali indulgentia, quæ daẽ in iubilæo videtur dari licentia peccandi fidelibus, quia sperant per hmõi indulgentiam cõsequi remissionem à culpa, & pœna, dicit. n. Greg. ꝙ facilitas veniæ prębet incentiuum delinquendi. ergo &c. ¶ Tertio sic. non est dubium, quin ex ista generali licentia indifferenter data oĩbus venientibus Romam pro ista indulgentia multis datur licentia discurrẽdi, & vagãdi laicis, & clericis, monachis, & virginibus, fœminis, iuuenibus, & antiquis. ex quo sequi timentur maiora mala, quam bona. ergo vr̃, ꝙ talis indifferẽter data indulgentia omnibus venientibus Romam, maxime cũ licentia, ꝙ quilibet valeat nulla prohibitione obstante quorũcunq; venire. ¶ In oppositum est authoritas Romanæ ecclesiæ, quę talem indulgentiam instituit, q̃ instituendo errare non est credenda. ¶ Itẽ est litera p̃sentis textus, vbi dicit, ꝙ in iubilæo figurabaẽ plena remissio. ¶ Respon. hic de duobus est videdũ. s. de iubilæo. 2. de indulgentijs iubilæi. Circa primum videnda sunt quatuor. primum est, quid dicatur iubilæus. 2. qũo fuit initiatus tempore legis naturæ. Tertium est, qũo fuit præceptus tẽpore legis Mosaicæ. Quartum est, qũo adimpletus tempore legis gratiæ. ¶ Circa primum

94 † iubilæus (vt dicit Isido. li. 5. æty mo. & et papias) interpretatur

Secunda cõclusio. Albertus. S. Thom. Decima q. 89 Respondet. Io. monac. Vndecima quæstio. 90 Io. monac. Alexander de halis. S. Thom. Albertus. Duodecima quæsti. 91 Respondet. S. Tho. 92 Tertiadecima quæsti. Respondet. Petrus de palude. Ad primum argument. Ad secundũ Ad tertium. Primũ arg. Secundũ ar. Tertium ar Opponit in cõtrarium. Secũda op. Primus articulus.

tatur remissionis annus, qui celebrabatur septenis hebdomadis annorũ.i.49.cõpletis.iubilæus ergo dr̃ annus 50. in quo fie
95 bant remissiones.de quibus infra.¶Circa.2.dr̃† ꝙ annus iubilæus initium habuit in lege naturæ tp̃e Abrahæ. vnde magister historiarũ sup̃ Gen.14.dicit sic.à victoria Abrahæ tradunt Iudæi iubilæum initium habuisse pro remissione pec-
a catorum Iobel.Iobel.n.interpretatur remissio vel initium.in de Iubilæus remissiuus vel initiatus.Ob hoc aũt institutus est 50.quia tunc erat,vt dicunt Lot 50.annorum, & tunc ẽt 50.erat annus, ex quo dñs locutus est Abrahæ in via, vel ex quo egressus est de chanaam, vel quia Abraam erat peritus astrorum,nouerat.n.ꝙ intẽperies aeris,quæ fit eleuatis, vel depressis planetis,sp̃ vsq; ad 50.annos ad tẽperiẽ redit, & ꝙ vidit in astris,voluit imitari in terris.vt.50.annus diceretur.
96 ¶Circa tertium,est sciendũ† ꝙ iubilæus legitur in lege veteri p̃ceptus.vnde Moysi præceptum legitur Leuit.25. Numerabis tibi quoq; septẽ hebdomadas annorum.i. septẽ septies, quæ simul faciunt.49.annos.& clanges buccina mẽse septimo,& decima die mẽsis propitiationis tp̃e in vniuersa terra vestra,sanctificabisq; annum 50.& vocabis remissionẽ cunctis habitãtibus terræ tuæ:ipse est.n.iubilæus &c.Circa quartum notandũ† ꝙ Christus,qui legem venit non soluere, sed
97 adimplere adimpleuit legem,iubilæum multo plenius,ac p̃fectius in lege noua,q̃n.s.50. die,à die resurrectionis spiritũ sanctum in specie ignis misit super discipulos, qui eos tanta diuinitatis gratia perfudit,vt non solum p̃ctorum suorũ remissionem consequerentur,verum etiam maximarum virtutum possessores effecti in gratia sic cõfirmarentur vt amplius à statu gratiæ cadere non valerẽt.vnde act.2.dr̃. dum cõplerẽtur dies pẽthecostes,erant oẽs discipuli pariter in eodẽ loco,& factus est repente de cœlo sonus tanq̃ aduenientis spiritus vehementis,& repleuit totam domum, vbi erant sedẽtes.vnde ẽt nunc ecclesia cãtat patrata sunt hæc mysticè paschæ peracto tp̃e,sacro dierũ numero,quo lege fit remissio. ¶Quantũ ad 2m articulũ,vbi vidẽdum est de indulgẽtia, q̃ nunc datur in ecclesia in anno iubilæi quatuor concurrũt cõsideranda.Primũ est,quare talis indulgẽtia fuit instituta.2. q̃n.Tertio quare de 100.anno in 50.fuit reducta. Quarto q̃ũo spiritualiter in hac indulgentia fiant illa quæ corporaliter fiebant in anno iubilæo. ¶ Quantũ ad primũ sciendum † ꝙ plures rõnes possunt assignari rõnabilitatis institutiõis
98 indulgentiæ iubilæi.Prima est p̃p correspondentiã ad veterem legẽ,quæ sicut figura fuit nouæ legis,ita annus iubilæi figura fuit huius plenariæ remissionis,quę datur in hac indulgẽtia iubilæi nouæ legis,vt dr̃ in præsenti litera. ¶Secunda rõ institutionis huius indulgẽtiæ est auxiliũ humanæ infirmitatis.Sunt.n.aliqui hoĩes tantorum onerum p̃ctorum p̃grauati,vt insufficiẽtes sint in hac vita pœnas illas debitas persoluere.vnde cõueniẽter pia mater ecclesia agit ĩ certo tp̃e in vita eorũ fideles habere possint auxilium huius gratiæ, qua mediante absolui possunt à debitis pœnarũ.¶ Tertia rõ huius institutionis indulgentiæ est incẽdiũ aĩorũ fideliũ ad opera satisfactionis,& opera pietatis agenda, & ponẽdũ se in statu gratiæ.Sunt.n.quidam hoĩes licet potentes pœnitere,tepidi tñ ad satisfaciendũ pro cõmissis peccatis, qui nihilominus cũ vidẽt se adiutos de thesauro meritorũ Christi, & sanctorũ p̃ tãtæ gratiæ participationẽ incalescũt ad ponẽdũ se in statu gr̃e,& ad opera satisfactionis pagẽda. ¶Quarto instituta est hæc indulgẽtia ad diuinã bonitatẽ siue benignitatẽ declarãdã,2m illud sap.11.misereris oĩum, quia oĩa potes,& dissimulas peccata hoĩm p̃pter pñiam. ¶ Quinto instituta est hæc indulgentia ad conseruandã reuerentiã,& deuotionẽ apostolicę sedis,q̃ fundata est in vrbe,quæ mater est,& caput oĩum ecclesiarum,& magistra oĩum fideliũ. vnde Christus ait Petro.tu vocaberis Cephas,ꝙ interpretatur caput.Io.1.Et Mat.16.tibi dabo claues regni cœlorũ,& q̃dcũq; ligaueris sup̃ terrã,erit solutũ,& in celis.q̃dcũq; solueris super terram,erit solutum & in cœlis. merito ergo in reuerẽtiam,& deuotionẽ apostolicæ sedis, non tã Petrus & Paulus per quos ecclesia sumpsit religionis exordiũ speciali veneratione à fidelibus cunctis veniunt honorãdi, q̃ apostolica ipsa sedes pro excitanda,& remuneranda deuotione fideliũ,vberiori quadã thesauri ecclesiæ redundatione venit honorabilis toti Christiano populo p̃ponenda, quod factũ est in hmõi exuberãtissime indulgẽtiæ.¶Sexto instituta est hæc indulgentia ad confirmãdã,& roborandã fidẽ catholicã in mentibus fidelium,q̃ sancti,& maximè Petrus, & Paulus verbis,& factis mirabilibus,& proprio sanguine fundarunt,& roborauerunt,& defensarunt,potissime in vrbe Romana pro tunc dña mundi,vbi etiã illorũ sanctorũ corpora cum maxima aliorũ sanctorũ multitudine requiescũt.quorum ecclesias visitãtes fideles tp̃e iubilæi,& intelligentes de passionibus eorum,& gestis,q̃ defendẽdæ & dilatandæ fidei catholicæ peregerunt,confortentur in fide, & ad constãtiam
99 animẽtur.¶ Circa 2m in quo vidẽdũ q̃n fuit instituta hæc indulgentia iubilæi.Sciẽdũ,ꝙ eius initiũ 2m quandã præfigurationẽ põt dici præcessisse in indulgẽtijs plenarijs quas Christus legitur fecisse,sicut latroni.cui ait.hodie mecũ eris in paradiso.Ma.27.& adulteræ mulieri ait.vade & amplius noli peccare.Io.7.Quo ad p̃tãtem aũt faciẽdi talẽ indulgentiã præcessit in verbo Christi ad Petrum.tibi dabo claues regni cœlorũ,& q̃dcũq; ligaueris &c.de initio vero huius institutionis indulgentiæ anni iubilæi nihil certi reperire potuimus,nisi ꝙ vulgariter dr̃,ꝙ ab antiquo tp̃e incepit in annis centesimis à natiuitate Christi,sed p̃p multas tribulationes ortas in vrbe multo tp̃e cessauit.post vero tp̃e Bonifacij circa annũ Dñi. 1200. fuit renouata. Vnde p̃fatus Bonifacius consilio,& assensu dñorum Cardinalium sub eodem annorum numero concessit accedentibus ad vrbẽ, & visitãtibus certis diebus quasdã ecclesias,s.B.Ioannis Lateranẽsis, S.Pe
100 tri,S.Pauli,S. Mariæ Maioris,plenariã indulgentiã. ¶†Circa tertiũ in quo vidẽdũ est de cã reductionis huius indulgẽtiæ de centesimo ad quinquagesimũ annũ,dicẽdum, ꝙ huius possunt esse duæ rõnes.Prima est q̃ ponit Clemens quintus sua extrauagãti.s.p̃p vitæ huius breuitatẽ,pauci.n.hoĩes sunt cõparatione multorũ,qui valeant ad annũ 100. peruenire.¶Secũda poterit assignari.s.p̃p figurã veteris legis.annus.n.iubilæus in antiqua lege fuit 50.dictum est Leuit.25.
101 ¶Circa quartũ notandũ est †ꝙ in anno iubilæi in veteri lege,vt habetur Leui.20.sex legunt facta.Primo quod erat clangor tubæ.2. terræ remissio a labore culturæ. 3.erat debitorũ relaxatio.4.fiebat seruorũ manumissio siue libertatis cõcessio.5.possessionũ alienatarũ fiebat restitut.Sexto reuertebatur vnusquisq; ad p̃priã possessionẽ,siue patriã.ista aũt sex suo mõ sp̃uali exhibentur in iubilæo nostro. Primo clãgor tubæ est nuntiatio illa gratiosa apostolicæ tubæ, qua vniuerso populo Christiano notificatur apertura exuberãtissimæ largitatis thesauri sp̃ualis ecclesiæ in vrbe Romana p̃ tp̃e iubilæi cũctis fidelibus limina apostolorũ beatorũ visitãtib.¶Secũdũ.s.terræ à labore culturæ remissio ẽ ĩ iubilæo nostro,q̃a indulgentia ipsa nõ de labore p̃priorũ meritorũ sed de meritis Christi,& sanctorũ sumitur,q̃ ipsis fidelibus mĩter cõicantur. vnde p̃ eorũ debitis valeãt satisfacere. ¶ Tertiũ.s. debitorũ relaxatio fit in iubilæo nostro. Nã ipsa indulgentia plenaria iubilæi hoc ĩportat,vt oĩs debiti p̃ eã fiat remissio. ¶ Quartũ.s.libertatis cõcessio a est ĩ iubilæo nostro. Nã indulgẽtia plenaria cũ extẽdat se vt supra diximus,& ad pœnã,& ad culpã,duæ seruitutes hoĩs,tolluntur.Prima est, qua hõ per p̃ctm erat seruus diaboli,q̃ tollit p̃ cõfessionẽ,& cõtritionẽ p̃ambulã necessario ad indulgẽtiã plenariã.¶ Quintũ.s. alienatarũ possessionũ restitutio fit in iubilæo nostro, quia remissa culpa p̃ gratiã virtutes hoĩbus restituuntur. ¶ Sextũ.s.regressio hoĩs ad p̃priã possessionẽ,seu patriã cõcedit in iubilæo nostro.q̃m si quis verè cõtritus,& confessus adimpleta peregrinatione sua moritur,si nihil aliud obest indubie in cęlestẽ patriã,quæ paradisus est euolasse credẽdus est. ¶His habitis dicẽdũ est ad rõnes factas in cõtrariũ in principio q̃stionis. Ad primã r̃ndetur negãdo minorẽ. Nã,vt dicit S. Th. in 4.maius remediũ p̃betur cõtra p̃dicta vitãda ex gratia, q̃ ex assuetudine nostrorũ operũ,& q̃a ex affectu,quẽ accipiẽs indulgẽtiã cõcipit ad cãm, p̃ qua indulgẽtia datur ad gratiã disponit. iõ ẽt p̃ indulgẽtiã remediũ ad p̃ctã vitãda datur,& iõ non est in destructionẽ indulgẽtias dare,nisi ordinate dẽtur,tñ consulẽdũ eis est,q̃ indulgẽtiã cõsequuntur, ne p̃p hoc ab operibus pñiæ iniũctis abstineãt.vt ẽt ex his remediũ cõsequantur quis à debito pœnæ essent immunes,& p̃cipuè,q̃a q̃nq; sunt pluriũ debitores,q̃ credãt.¶Ad secũdã resp̃õ,negãdo minorẽ.Et ad p̃bationẽ r̃ndetur.ꝙ ẽt nõ facit indulgẽtias,vt det licẽtiã pc̃ãdi.sed facit p̃ bono subditorũ,& si ex illo bono aliqui assumãt occasionẽ malefaciẽdi:nõ oportet ecclesiæ imputari,quia 2m Aug.absit,vt si ex his, quę p̃p bonũ vestrũ facimus aliq̃d mali acciderit, vt nobis imputetur. ¶ Ad tertiã r̃ndetur sicut ad secundam,ꝙ ecclesia per indulgẽtiam, q̃ facit nulli intendit dare licentiam euagandi, aut dissoluendi, sed licentiã consequendi posse participationem tãti thesauri.Si vero quis inde sumat materiam euagandi imputandũ est

Isidorus. Papias.

a ¶ Iobel interpretatur. tu dic ꝙ iobel dr̃ sonitus cornu arieti ni. Iosue. 6. tollãt septẽ iobileorum buccinas. ideo annus q̃nquagesimus dictus hoc noĩe, quia anno iobilei p̃sonabãt eiuscemodi cornibus. vide Leui.25.

Secundus articulus. Prima rõ.

Secunda rõ.

Tertia rõ.

Quarta rõ.

Quinta rõ.

Sexta ratio

a ¶ Libertatis cõcessio. Adde ꝙ libertas põt p̃bari p̃ instrumenta Pe. de Anc. in c. vnico. nu.2. de natis ex libero vẽtre. Et quid dicatur libertas vide p̃ Bal.la te in suo tractatu schismatis.

Ad primũ argumen. S. Thom.

Ad secundũ

Ad tertium

est suæ malitiæ, & non pietati sanctæ matris ecclesiæ.

1 *Sacramentū pœnitentiæ non est in iudicio publico, sed secreto.*
5 *Proprium accipitur dupliciter.*
6 *Proprius sacerdos quis dicatur.*
7 *Confessio, quod de facienda proprio sacerdoti quomodo intelligatur & nume. 8.*
10 *Confiteri potest quis alteri, quam proprio sacerdoti parochiali de mandato, aut priuilegio superioris.*
11 *Clerici conuentualium ecclesiarum alicuius diocesis, qui non sunt sacerdotes parochiales possunt prædicare, & audire confessiones de licentia papæ.*
12 *Papa, vel episcopus potest alicui dare authoritatem prædicandi, & confessiones audiendi.*
13 *Legati, papæ & eorum pœnitentiarij possunt audire confessiones non petita licentia à presbyteris parochialibus.*
14 *Prædicatio, & audientia confessionum quod committeretur alijs quam sacerdotibus parochialibus fuit conueniens.*
15 *Religiosi conuenienter instituti sunt ad cooperandum ecclesiarum prælatis.*
16 *Episcopus subditur Archiepiscopo solum ex ordinatione ecclesiæ.*
17 *Rector ecclesiæ debet dupliciter vultum sui pecoris agnoscere.*
18 *Creditur homini pro se, & contra se in foro confessionis.*
20 *Sacerdos parochialis non potest prohibere quin eius parochiani confiteantur religiosis, habentibus potestatem à domino papa audiendi confessiones, vel commissionem ab episcopo.*
Subditi non tenentur obedire sacerdoti parochiali talia præcipienti.
21 *Confessor idoneus quis dicatur.*
23 *Error Guilielmi de sancto amore quis fuerit.*
24 *Error Ioannis de Poliaco quis fuerit.*
25 *Confessi fratribus priuilegiatis, & ab eis absoluti non tenentur eadem peccata quæ confessi sunt sacerdoti plebano, nec alteri iterum confiteri, & nu. 27.*
26 *Obligatio semel extincta non reuiuiscit.*
28 *Peccata confessa fratribus priuilegiatis non cadunt sub præcepto iterationis.*
29 *Sacerdos parochialis tenetur credere subdito suo dicenti se confessum ad hoc quòd det ei eucharistiam.*
30 *Impedimentum quo quis impeditur a perceptione eucharistiæ est duplex.*
31 *Proprius sacerdos dicitur multipliciter.*
32 *Sacerdotis ordo incepit à Petro post Christum.*
33 *Ordo rerum non est idem in institutione, & progressione.*
34 *Concessio amplior sequens priuilegium siue declarationem tollit primam.*
35 *Erubescentia partem habet remissionis.*
37 *Scientia necessaria confessori quæ sit.*



Qvem pœnitet. Hoc capitulum est B. Augustini libro de vera, & falsa pœnitentia. quod licet sit prolixum est tamen vtile. Et potest diuidi in quinq; partes. in prima ostendit, quòd pœnitens si pœnitere vult vtiliter ad remissionem peccatorum suorum oportet quòd omnino, id est, perfecte de omnibus peccatis pœniteat. in 2. ostendit, quòd sacerdoti debeat confiteri sua peccata, per se non per alium aut scripturam. in tertia docet, quòd debeat quærere sacerdotem peritum scientem ligare, & soluere. in quarta ostendit, quòd vbi sacerdotis non habetur copia possit confiteri laico. in quinta ostendit, quòd occulta peccata sufficit confiteri in occulto sacerdoti, publicum vero publicè in cōspectu ecclesiæ debet puniri, vt ipsius ecclesiæ precibus adiuuetur. 2. ibi, repræsentet vitam Deo per sacerdotes. 3. ibi, qui confiteri vult. 4. ibi, tanta itaque est vis. 5. ibi, si peccatum occultum est. pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur septem. Diuisio.

1 ¶Primo, vtrum quis possit sacerdoti confiteri per nuntium aut literam.
2 ¶Secundum, vtrum sacerdote absente teneatur quis per literam ei confiteri.
4 ¶Tertiū, vtrum necessariò sit confiteri proprio sacerdoti.
9 ¶Quartū, vtrum quis possit alteri quā proprio sacerdoti parochiali confiteri ex priuilegio, vel ex mandato superioris
19 ¶Quintum vtrum religiosi habentes super hoc priuilegium vel ab episcopo commissionem possint sine licentia plebani absoluere subditum eius.
22 ¶Sextum, vtrum confessi religiosis videlicet prædicatoribus, vel minoribus habentibus priuilegiū audiendi cōfessiones teneant iterū suo pprio sacerdoti parochiali cōfiteri.
35 ¶Septimum, vtrum qñque quis licite possit laico cōfiteri.

1 Ad primum sic proceditur. Et videtur, quod quis possit per alium confiteri, vel per scriptum. Primo sic. dicit gloss. super illud psal. 55. Deus vitam meam nuntiaui tibi. vitam Deo nuntiat qui peccata Deo confitetur, sed nuntiare conuenit conuenienter per nuntiū, & per scriptum: ergo &c. Secundo confirmatur sic. confessio ad hoc est necessaria, quòd per eam conscientia pœnitētis sacerdoti pandatur. sed homo potest per alium, vel etiam per scriptum suam conscientiam sacerdoti manifestare. ergo sufficit per scriptum, vel per alium confiteri. ¶Tertio sic. quidā non intelliguntur à proprijs sacerdotibus, propter linguæ diuersitatem, & tales non possunt, nisi per alios confiteri. ergo non est de necessitate sacramenti, quòd per seipsum quis confiteatur, & ita videtur, quòd, si quis per alium confessus fuerit, qualitercūque sufficiat ad salutem. ¶Quarto idem arguitur de mutis, qui cum loqui non possunt necesse est per interpretem intelligentem nutus suos confiteri. ¶Item quinto quæritur. quid debeat facere sacerdos, cū ille, qui est surdus, vel mutus vel naturaliter iners, id est, naturaliter idiota vel maniacus, id est, furiosus, qui nullam habet discretionem. ¶In oppositum arguitur ex præsenti textu, qui est Beati August. ¶Respond. dicendum quòd sub duabus conclusionibus. Prima est. quòd nulli habenti vsum sensuum, & copiam sacerdotis, sufficit confiteri per scriptum, vel nuntium, dūmodo habeat notitiā linguæ illius. Probat conclusio tā ex illo, quia hō tenet ad confessionē pctōrū sicut ad cōfessionē fidei. sed cōfessio fidei est ore facienda. ad Ro. 10. ergo etiā cōfessio. ¶Secūdo ex parte confitentis sic. Ille idem, qui peccauit irreuerēter debet iniquitatem suam confiteri confusibiliter. vt dicit Augustin. in præsenti textu. qui per vos peccastis per vos erubescatis. ¶Tertio patet ex eo quòd dominus sic præcepit leprosis, vt per se & non per alios se ostenderent sacerdotibus. in quo ostendit veritatem conclusionis positæ. ¶Quarto quia ipse melius nouit culpam & circunstantias eius. ¶Quinto quia ipse secretius confitebitur sacerdoti, quam si per mediam personam confiteretur. ¶Sexto quia sigillum confessionis magis integrū seruabitur in solo sacerdote quam si per alium sacerdoti fieret confessio. ¶Septimo quia per seipsum confitens magis erubescit de peccato eius. erubescentia autem, vt dicit Beatus Augustin. in litera partem habet remissionis. ¶Secunda conclusio. qui linguam habet ignotam, aut diuersam à sacerdote, aut loquelæ beneficium non habet, sicut mutus potest confiteri per alium. patet conclusio quia ab homine nō exigitur plus, quā potest, sed in casibus illis non potest ore proprio confiteri. ergo sufficit quòd quocunque modo possit. ¶His habitis dicendum ad rationes in oppositum. Ad primam loquendo de illis qui copiam habent sacerdotis & notitiam linguæ. respond. negando cōsequentiam. Et ratio est, quia sicut in baptismo non sufficit qualitercūque ablui e re, sed per elementum determinatum, ita nec in pœnitentia sufficit peccata qualitercunque manifestare, sed oportet quòd per actum determinatum manifestētur si loquamur de his de quibus loquitur. secunda conclusio concedatur in 2. casu, sed non facit contra propositum. ¶Ad secundam eodem modo respond. ¶Ad tertiam respon. quòd in illis casibus sufficit, quod per scriptum aut per nutum aut interpretem confiteatur, vt in secunda conclusione explanamus. ¶Ad quartam patet respond. ex iam dictis. ¶Ad quintam respond. iuxta magistrum Alexandrum de Halis in quarto. quòd muto licet confiteri per scriptū, siue p nuntium, siue per signum, & excusat eum necessitas inuincibilis. Surdus autem bene potest viua voce confiteri. sed iniungenda est illi pœnitentia per signa, vel scriptum: de morionibus aut maniacis, dicēdum quòd si illi habent lucida interualla, nec aliquo modo sunt capaces informationis, debet sacerdos ipse & populus ad exhortationē sacerdotis pro illis orationi insistere, vt dominus talium corda illustret ad gloriæ suæ manifestationem, sicut cœcum natū illuminet illos simul cū hoc nihil debet omittere de contingentibus, quæ spectant ad excitationem & inuitationem ad pœnitentiam, quoniā tales omnes similiter mutos & surdos verbis nutibus, & signis

Primū arg. Secundū ar. Tertium ar. Quartū ar. Quintū ar. Oppositū contrariū. Prima conclusio. Secunda cō clusio. Ad primum argument. Ad secundū & tertium. Ad quartū. & quintum Alexander de halis.

& signis ad cognitionem & deuotionem excitet. hæc ille.

2 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur quod absente sacerdote teneatur pœnitens ei confiteri per scriptum. Et primo sic. qui obligatur ad faciendum aliquid si non potest complere tenetur facere quod potest, sed homines obligatur ad confitendum sacerdoti. ergo si hoc per se complere non possunt, tenentur de hoc facere quod possunt. ergo si non habent præsentiam sacerdotis, c. i peccata sua possint manifestare per verbum, si possunt scribere tenentur ea sibi manifestare per scriptum.

Primũ arg.

Secundũ ar. ¶ Secundo circa hoc quæritur de his, qui non habent copiã sacerdotis cui confiteantur, vt qui sunt sclaui saracenorum, vtrum subtractum sit eis remedium salutis.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum quæstionis arguitur. sicut necessarium est confiteri verbo, vel nutu, si assit facultas, ita necessarium est confiteri sacerdoti si potest haberi. sed si sacerdos haberi non possit nõ est necessarium confiteri non sacerdoti. dicit. n. magister sententiarum in 4. dist. 17. c. 3. non dico quòd confitearis peccata tua seruo tuo. ergo à simili non tenetur homo peccata sua manifestare sacerdoti scripto, quum non possit verbo.

Respondet. S. Thom. ¶ Respond. dicendum sub ista conclusione quòd absente sacerdote non tenetur de necessitate pœnitens confiteri ei per scriptum. ista conclusio est S. Thom. in 4. dist. 17. ita dicentis. in absentia proprij sacerdotis, non oportet, quod per scriptum fiat confessio. item ista conclusio est magistri Richar di de media villa. 17. quam sic probat. quod pœnitens teneatur confiteri sacerdoti per scriptum, non cauetur aliquo iure. ergo non est necesse. cõsequentia patet. antecedẽs probat primo. non iure naturæ, sicut est manifestum. nõ iure diuino, aut positiuo, quia licet iure diuino. & positiuo teneatur confiteri sacerdoti si præsentem eum habere potest, non tamen reperitur cautum iure diuino aut positiuo, quòd absenti debeat confiteri per scripturam & hoc est rationabile.

Richard. de media villa.

3 † Sacramentum. n. pœnitentiæ non est in iudicio publico sed secreto. in quo iudicio tenetur sacerdos pœnitentem diligenter examinare peccati, & peccatoris circũstantias inquirendo, vt prudenter intelligat quale ei debeat præbere consilium, & adhibere remedium. in quibus sacerdos non posset per scripturam sufficienter informari. item esset periculum reuelationis peccatorum. possent. n. literæ perdi, aut malitiose aperiri, aut per nuntij ignorantiam tradi illi, cui non mittuntur. aut posset sacerdos, si esset malitiosus radere confessionis verbum, & contra pœnitentem pœnitentiam suam probare tali probabili probatione, absque hoc quod in hominis posset deprehendi iudicio, & hæc videtur ratio multum efficax pro conclusione. Si quis tamen vellet hoc facere inquit Richardus esset opus supererogationis.

Ad primũ argumen. ¶ Ad rationem in oppositum cum dicitur quod tenetur facere quod potest. respond. quod hoc verum est, quando hoc potest commode, & honeste fieri. confiteri autem per scriptum ab senti sacerdoti non potest fieri faciliter, & commode, & sine multis periculis, sicut tactum est in rationibus. vnde nõ est necessarium.

Ad secundũ. Alex. de ha. ¶ Ad id autem quod quæritur de his, qui non habent copiam sacerdotis. respon. sub ista conclusione quam ponit magister Alexãder de Halis, quod sufficit, quod tales confiteantur Deo cum desiderio confitendi sacerdoti, & proposito offerente se opportunitate, vel saltem quod conterãtur cum proposito confitendi. si vnquam se offerat facultas. Quæ conclusio iuxta Petrum de palude in 4. dist. 18. sic probatur. non est confessio maioris necessitatis, quam baptismus. sed hic sufficit votum siue propositum baptismi, quando articulus necessitatis non contemptus religionis sacramentum excludit. ergo pariter siue multo magis ita dicendum est in confessione.

4 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur, quod non sit necessarium confiteri proprio sacerdoti.

Primũ arg. ¶ Primo ex textu præsentis capituli, vbi dicit August. quòd qui confiteri vult, vt inueniat gratiam, quærit sacerdotem scientem ligare, & soluere. cum ergo electio sacerdotis cui sit confitendum ponitur in electione confitentis, nõ videtur necessarium, quòd quis confiteatur proprio sacerdoti.

Secundũ ar. ¶ Secundo id quod est constitutum pro charitate contra charitatem non militat. sed confessio quæ pro charitate instituta est contra charitatem militaret, si homo ad confitendum vni sacerdoti esset obligatus. vt puta si peccator sciat sacerdotem suum aut ignarum, aut hæreticum, aut solicitatorem ad malum aut fragilem, qui ad peccatum quod quis ei confitetur sit pronus, vel reuelator confessionis probabiliter astruatur vel si peccatum contra ipsum commissum sit, de quo quis confiteri debet. ergo videtur, quòd nõ semper quis cõfiteri debeat proprio sacerdoti.

Tertium ar. ¶ Tertio sic. dicit Gregor. apostolico moderamine, & pietatis officio à nobis cõstitutum est, quòd sacerdotibus monachis apostolorum figuram tenentibus, liceat prædicare, communionẽ dare pœnitentiam imponere, atque peccata absoluere. sed monachi non sunt proprie sacerdotes aliquorum, cum non habeant curam animarum. ergo idem quod prius.

Quartũ ar. ¶ Quarto in quocunque est potestas completa aliqua ad actum aliquem, in illo est executio, & exercitium actus illius, quando voluerit. sed in omni sacerdote est completa potestas ad actum absoluendi in foro pœnitentiæ. ergo potest exercere illum actum quandocunque voluerit. ergo in quemlibet potest exercere. cum ergo & quilibet potest ei confessionem facere, & ab eo facere peccati absolutionem.

Quintũ ar. ¶ Quinto arguitur. Episcopi abbates exempti non habent proprios sacerdotes. ergo tales non tenentur confiteri proprio sacerdoti.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum arguitur ex capitulo. Omnis vtriusque sexus. extra de pœ. & re. vbi præcipitur. quòd confessio fiat proprio sacerdoti.

Respondet. ¶ Respond. pro plena declaratione huiusmo5 di materiæ est in primis notãdum. † quod proprium accipitur dupliciter. vno modo prout distinguitur contra alienum. Et hoc modo proprius sacerdos generaliter dicitur tam secundum S. Tho. quam Alexandrum de halis, Albertum, Bonauenturam, Durandum Petrum de tharentasia, Petrũ de palude, Richardum de alta villa. in 4. di. 17. respectum quorumcunque, qui potestatẽ habent siue ordinariam, siue delegatam, siue à iure concessam, aut permissam absoluendi à

S. Thom. Alexander de halis.

6 peccatis, siue sit communis, siue particularis. † Et secundum illum modum loquendi de proprio proprius sacerdos, vt dicit magister Richardus in 4. dist. 17. potest accipi quadrupliciter.

a vno modo est proprius sacerdos a habens super ipsum iurisdictionem ordinariam modo principali. Sicut episcopus est proprius sacerdos omnium existentium in suo episcopatu. Secundo modo habẽs iurisdictionem principalissimo modo, & sic papa est proprius sacerdos omnium christianorum. Tertio modo habens iurisdictionem delegatam ab aliquo istorum vel à legato domini papæ. Quarto modo habens iurisdictionem ex communi concessione vel permissione iuris. Et sic sunt proprij sacerdotes illi, quos episcopi abbates & exempti eligunt in confessores, talibus. n. permittitur ex iure communi eligere discretum, & prouidum confessorem. extra de pœ. & re. ne prædicatione. Sic etiam est proprius sacerdos presbyter quicunque, quem audit cõstitutus in articulo necessitatis, si proprium sacerdotem aliquo trium modorum non potest habere. hoc etiam quarto modo est proprius sacerdos vagabundorum quicunque presbyter parochialis, in cuius parochia voluerint confiteri. quia tales nusquam habẽt domicilium proprium. ff. ad municipales. l. labeo. Similiter dico de illis, qui domicilio proprio derelicto nauigant, vel iter faciunt, quærentes quo se conferant. ff. ad municipales. l. eius. §. si quis domicilio. Sic etiam est proprius sacerdos peregrinorum ad sancta loca quicunque parochialis presbyter, cui voluerint confiteri de commissis postquam recesserunt a iurisdictione illius, in cuius potestate habent domicilium. Secundo modo capitur proprium prout distinguitur contra communem. hoc modo solus curatus parochialis dicitur proprius sacerdos peregrinorum, ad sancta loca quicunque parochialis presbyter cui voluerint confiteri de commissis postquam recesserunt à iurisdictione illius, in cuius potestate habent domicilium.

Richardus. a ¶ Proprius sacerdos. Quis dicatur proprius sacerdos vide per Petr. de Anc. in c. omnis. 8. de pœni. & remis.

Qua distinctione habita quæ est communis quasi omnium
7 doctorum Theol. sit ista prima conclusio. † Capiendo proprium primo modo, videlicet vt distinguitur contra alienum necessario confessio facienda est proprio sacerdoti. ista conclusio iuxta sanctum Thom. & dominum Petrum de palude probatur. Sicut in naturalibus ad hoc quòd agẽs agat in passum requiritur, quòd dominium habeat super ipsum, & illud subijciatur ei secundum virtutem. vnde actio (vt dicitur in libro principiorum) est secundum quam in illud quod subijcitur agere dicũtur. ita in politicis nemo potest alterum ligare, aut absoluere, nisi subditum. vnde oportet, quod ille, qui dispensator huius sacramenti constituitur sit talis, quod possit imperare aliquid agendum. imperiũ aũt non competit alicui in alium, nisi qui habet in eum iurisdictionẽ, & ideo de necessitate huius sacri non solũ est, vt minister habeat ordinẽ, sed etiã quod habeat iurisdictionẽ,

Prima conclusio. S. Tho. Petrus de palude.

& ideo sicut ille, qui non est sacerdos, non potest hoc sacramentum conferre, ita nec ille, qui non habet iurisdictionẽ, & propter hoc oportet, ꝙ sicut sacerdoti, ita proprio sacerdoti confessionem fieri, cum enim sacerdos non absoluat nisi ligando ad aliquid faciendum, ille solum potest absoluere, qui potest per imperium ad aliquid faciendum ligare. hæc sanctus Thom. Ex quibus manifeste patet, quia alias argumentatio nulla esset quòd proprius sacerdos cui necessario confitendum sit, sit generaliter quicũque habet iurisdictionem respectu illius, quem absoluere debet. & in ista sententia sunt omnes doctores famosi in theolo. & in iure.

Secunda cõclusio. 8 ¶ Secunda conclusio: capiendo proprium secundo modo prout. s. distinguitur contra communem, non est necessarium semper confiteri proprio sacerdoti. patet conclusio ex rationibus inductis in arguendo. probatur etiam ratione magistri Alexandri de halis in 4. (Ale. de hal.) potestas iurisdictionis descẽdit à superioribus ad inferiores. ergo si episcopus aut papa audiunt confessiones aliquorum, aut dent potestatem alijs audiendi cum inferior nõ possit supra superiorem, sed econuerso videtur quod pœnitens quicunque & nolente ꝓprio sacerdote parochiali possit papæ & episcopo & commissarijs eorum quibus dant potestatem confitendi, & ita non est necesse proprio sacerdoti ꝑdicto modo capto semper confiteri, quòd etiam magis ex dicendis imposterum patebit.

Ad primum argument. ¶ Dicendum est ergo ad rationes. Ad primam respond. quòd textus præsentis literæ non videtur militare cõtra. quoniam August. non vult, quòd licentia eligendi sacerdotem ad pœnitentiam recipiendam sit ita concessa vt eligere possimus alium sacerdotem quemcunque pro libito quantumcunque peritum, qui non haberet iurisdictionis potestatem nos absoluendi. vnde vt dicit magister Alexander de Halis (Alexander de halis.) Augustin. videtur loqui in casu vt quando suppetit facultas electionis, vt si quis esset parochianus in ecclesia, vbi plures essent sacerdotes confessores vel intelligitur de homine, qui est in sua libertate antequam commiserit se alicui sacerdoti. tali enim expedit eligere prouidentiorem, & meliorem, quem potest, vel potest dici, vt etiam S. Thom. (S. Thom.) dicit, quòd quærere debeat sacerdotem scientem obtenta licentia à superioribus si forte sacerdos est minus idoneus ad apponendum peccato salutare remedium.

Ad secundũ ¶ Ad secundam respond. quòd non facit ad propositum, si sermo fiat de proprio, vt distinguitur contra alienum. quia per hoc quòd cõfessio debeat fieri habenti authoritatem absoluendi, in nullo derogatur charitati. Si vero fiat sermo de proprio secundo modo, videlicet prout distinguitur contra commune, tunc dicimus, quòd etiam ratio non procedit. quia non dicimus, ꝙ sit necessarium semper confiteri proprio sacerdoti, sicut dictum est in 2. conclusione. vnde non est sic pœnitẽs obligatus confiteri vni, vtpote sacerdoti parochiali, quin in casibus aliquibus possit alteri confiteri, in casibus illis, in quibus probabiliter timet pœnitens periculum sibi, vel sacerdoti ex confessione ei facta debet recurrere ad superiorem papam, vel episcopum, vel legatum papæ, & petere licentiam alteri confitendi, vel ab eodem sacerdote proprio, à quo si licentiam habere non possit, idem est iudicium qđ de illo, qui non habet copiam sacerdotis, nec in hoc aliquis transgreditur præceptum ecclesiæ, quia præcepta iuris positiui non se extendunt vltra intentionem præcipientis, quæ est finis præcepti. hic autem est charitas secundum Apostolum. Nec iterum fit aliqua iniuria sacerdoti. quia priuilegiũ meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate.

Ad tertium ¶ Ad tertiam respond. ꝙ Grego. loquitur de illis monachis. qui iurisdictionem habent. vtpote quibus alicuius parochiæ cura est commissa, de quibus aliqui dicebant, ꝙ hoc ipso quòd monachi erant non poterant absoluere, & pœnitentias iniungere quod falsum est.

Ad quartũ. Albertus magnus S. Thom. ¶ Ad quartam respondetur negando minorem. quoniam vt dicit Albertus in quarto & sanctus Thomas, duo sunt quæ complent potestatem absoluendi scilicet ordo, & iurisdictio. sacerdos ex ordine non habet nisi vnum illorum, & iurisdictione caret, nisi committatur. vnde hoc est quod dicit, quòd licet sacerdos habet alas tamen habet eas ligatas, & non potest volare, nisi laxentur per iurisdictio. hæc Alber.

9 Ad quartum Sic proceditur. † Et videtur quòd nõ possit aliquis alteri quam proprio sacerdoti plebano scilicet, confiteri, etiam ex priuilegio & mandato superioris.

Primũ arg. Primo, quòd hoc fieri non possit ex commissione superiorum episcoporum. Arguitur primo sic. id quod dat aliquis iam non habet. si ergo prælati (vt puta episcopi, vel Archiepiscopi) committant curas plebium parochialibus sacerdotibus, ad eos iam vlterius non pertinet cura ipsarum, & ita ex authoritate eorum aliqui prædicare plebibus aut confessiones audire, nisi vocati à sacerdote parochiali non possunt.

Secundũ ar. ¶ Secundo sic. quando episcopus committit curam plebis sacerdoti. ipsemet sacerdos seipsum exonerat. & periculum remanet super sacerdotem cui cura committitur. secundum illud. 3. Regum. 20. custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. alias essent episcopi in magno periculo onus importabile totius multitudinis habentes. ergo episcopi non debẽt se vlterius intromittere de plebibus, quas sacerdotibus commiserant.

Tertium ar. ¶ Tertio sicut episcopus subditur archiepiscopo, ita sacerdotes subduntur episcopis. Sed archiepiscopi non possunt se intromittere de illis, qui subduntur episcopis, nisi forte propter negligentiam episcoporum. vnde dicitur. 9. q. 3. archiepiscopus nihil de episcoporum causis absque illorum agat consilio: ergo nec ipsi aliquid possunt in plebibus subiectis sacerdotibus parochialibus, absque eorum consensu, nisi forte propter eorum negligentiam vel defectum.

Quartũ ar. ¶ Quarto presbyteri parochiales sunt sponsi ecclesiarum sibi commissarum. si ergo aliqui alij ex commissione episcoporum darentur in plebibus, qui prædicarent, & confessiones audirent, ecclesia vna haberet plures sponsos, contra illud quod habetur. 7. quæstio. 1. sicut alterius vxor &c.

Quintũ ar. Præterea arguit ꝙ etiã nec ex priuilegio domini Papæ. ¶ Quinto sic. illud per quod impeditur mandatum diuinum non potest per mandatum aut priuilegium alicuius hominis etiam papæ concedi, sed mandatum diuinum est ad rectores ecclesiarum, vt diligenter vultum pecoris sui agnoscant. Prouerbiorum. 27. quod impeditur, si alius quam ipse confessionem audiat. ergo hoc non potest per priuilegium seu licentiam, aut mandatum cuiuscunque superioris, aliter ordinari.

Sextum ar. ¶ Sexto sic. Constitutio papæ non potest tollere ius diuinum. ergo non potest oues sacerdotis parochialis committere alijs. consequentia patet quia ex hoc sequeretur, quod plebanus non teneretur reddere rationem pro ouibus suis, consequens est falsum, cum sit contra illud Ezech. 3. animam ipsius de manu tua requirant.

Septimũ ar. ¶ Septimo sic. contra statuta sanctorum patrum condere vel mutare nec Romanæ sedis authoritas potest. vt dicitur. 25. quæstio. 1. in c. contra. si ergo statutum est sanctorum patrum, quòd nullus audiat confessiones ꝑter domini sacerdotes. vt. 16. q. 1. non poterit hoc ex priuilegio papæ concedi.

Octauũ ar. ¶ Octauo. 26. quæstio. 1. ca. sunt quidam. habetur. quòd si Romanus pontifex quod docuerunt apostoli & prophetæ destruere niteretur, non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur. si ergo est ordinatio apostoli. 1. Corinthio. 10. vt nullus glorietur in plebibus alienis, si papa dat priuilegium alicui contra hoc errare conuincitur.

Nonũ arg. ¶ Item nono scriptum est in iure. quòd si princeps alicui concedat, quòd licet ei ædificare in loco publico, hoc ita debet intelligi sine præiudicio alterius. ff. ne quid in loco publico ædificetur. si quis à principe. & 25. quæstio. 2. cap. de ecclesiasticis. dicit Gregorius. (Gregorius.) Sicut nostra defendimus, ita simpliciter quibuscunque ecclesijs sua iura seruamus. nec cuique gratia fauente vltra quam meretur impartiar. Nec villi hoc quod sui iuris est, ambitu stimulante derogabo. sed quod aliquis prædicet, aut audiat confessiones in parochia alicuius eo irrequisito, esset in præiudicium sacerdotis parochialis. ergo si concedatur hoc alicui, exequi non potest sine consensu sacerdotis parochialis.

Decimũ ar. ¶ Decimo sic. Nec papa nec aliquis mortalium potest ecclesiasticam hierarchiam diuinitus ordinatam immutare, aut euertere, cum nulli prælatorum sit data potestas in destructionem, sed in ædificationem. prima Corint. 10. sed iste est ordo ecclesiasticæ hierarchiæ, quod monachi & regulares sint in ordine perficiendorum, vt patet. 6. ecclesiasticæ hierarchiæ. ergo nec papa potest hoc aliter immutare, vt. 1. religiosi habeant officium.

Vndecimũ argument. ¶ Vndecimo sic. ille, qui audit confessionem alicuius est proprius iudex eius, alias non posset eum ligare, & soluere. sed vnius hominis non possunt esse plures proprij iudices, vel proprij sacerdotes, quia tunc teneretur pluribus obedire. quod est impossibile, si contraria præciperent vel si impossibilia: ergo non potest alicui cõfiteri, nisi proprio sacerdoti etiã de licẽtia superioris.

Oppositũ contrariũ. ¶ In oppositũ est tex. præsentis literæ, vbi dicit Aug. ꝙ qui cõfiteri vult, vt inueniat gratia quærat sacerdotẽ sciẽtẽ ligare

ligare &c.& hoc de licentia superioris, vt dicunt doctores vt in articulo præcedenti expositum est. ergo de licentia,& mandato superioris potest quis alteri confiteri, quam proprio parochiali sacerdoti. ¶Respondeo dicendum sub tri-

Respondet. Prima conclusio.

10 bus conclusionibus. Prima est† ꝙ de mandato, aut priuilegio, siue licentia superioris puta Romani pontificis, aut etiā dominorum episcoporum, siue etiam legatorum domini papæ, potest quis confiteri alteri quàm suo proprio sacerdoti parochiali, nulla etiam licentia petita à sacerdotibus ipsis parochialibus, quæ conclusio multipliciter ostenditur. ¶Primo sic. Quicquid potest inferior potest superior, sed ipse sacerdos parochialis potest dare suo parochiano licentiā, quod alteri confiteatur, ergo multo fortius hoc superior potest. ¶Secundo sic. potestatem quam habet sacerdos in populo habet ab episcopo, sed ex illa potestate potest cōfessionem audire. ergo & eadem ratione & episcopus,& alius, cui ipse commiserit. ¶Tertio conclusio illa habetur in c. inter cætera. de offic. ordi. vbi dicitur. ꝙ episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant & infra præcipimus tam in cathedralibus, quā in alijs conuentualibus viros idoneos ordinare, quos episcopi coadiutores & cooperatores habeant, non solum in prædicationis officio, verum etiam in confessionibus audiendis, & pœnitentijs iniungendis, ac cæteris quæ ad salutem pertinent

11 aīarum. Ex quo patet ꝙ clerici conuentualium ecclesiarū alicuius diocesis qui nō sunt sacerdotes parochiales possunt prædicare,& audire confessiones authoritate papæ. ¶Quarto eadem conclusio colligitur ex illo extra de her. c. excommunicamus. §. quia vero. vbi dicitur. omnes q prohibiti vel non missi ab apostolica sede, vel catholico episcopo loci susceptum priuatim vel publicæ prædicationis officium vsurpare præsumpserint, excōicationis vinculo innodentur. Ex

12 quo haberi potest† ꝙ papa, vel eps pōt dare alicui authoritatē prædicandi, a & per consequens confessiones audiendi. ¶Quinto eadem conclusio probatur sic. Constat, ꝙ apostoli quorum episcopi sunt successores, per ciuitates & castella episcopos ordinabant, qui cum populis sibi subditis cōmorabantur,& tn̄ alios mittebant ad prædicandum, & alia exequendum, quæ ad salutem pertinēt animarum. 1. Cor. 4. misi ad vos Timothæum, qui est filius meus charissimus & fidelis, in domino, qui vos commonefaciat vias meas, quæ sunt in Christo Iesu. 2. Cor. vlt. rogo Titum & misi cum illo fratres. gl. 1. Barnabam & Lucam. 2. Ti. 1. huius gratia reliqui te Cretæ &c. aliqui alij quàm presbyteri parochiales possunt prædicare & confessiones audire ex commissione superioris. s. papæ aut episcoporū. ¶Sexto sic. prædicare & confessiones audire sunt iurisdictionis, vel iurisdictionis & ordinis simul, sed ea quæ sunt huiusmodi possunt committi saltem his qui ordinem habent. ergo cum episcopus possit prædicare,& confessiones audire, in parochia sua non requisito sacerdote, hoc idem poterit alius ex eius commissione. ¶Septimo ad hanc commissionem facit cōsuetudo Romanæ ecclesię, ad quam accedentes à pœnitentiarijs papæ ad quoscunq; sacerdotes literas impetrant vt eis confiteantur.

a ¶Prędicandi. Prędicatio quid dicatur vide Pe. de Ancha. in c. inter cætera. nu. 1. de off. ordin. Et ꝙ null⁹ debet sibi vendicare prædicationis officium, nisi vocatus. idem ī c. excōicamus. §. quia vero. nu. 1. de hæretic.

13 ¶Item† legati papæ & eorum pœnitentiarij cōfessiones audiunt non petita licentia à presbyteris parochialibus, & et eorum authoritate vbiq; prędicant. ergo prædicare & pœnitentias dare possunt alijs committere, sine licentia sacerdotū parochialium. ¶Octauo probatur conclusio sic. plurimi Romani pontifices dederunt talia priuilegia prædicatoribus,& minoribus, dantes eis prædictam authoritatem prædicandi,& confessiones audiendi, sicut patet per multas eorum bullas, & patet in constitutione illa. dudum. de sepult. facta in concilio generali Viennensi. ergo authoritate Romani pontificis potest quis confiteri alteri, quam suo sacerdoti parochiali. consequentia patet, quoniam alias apostolica sedes,& ecclesia vniuersalis errasset in fide circa claues ecclesiæ dando authoritatem, quibus dare non poterat, quod est erroneum dicere atque blasphemum iuxta. ca. hæc est fides. 24. q. 1. ¶Vltimo patet cōclusio ex determinatione apostolicæ sedis in extrauaganti Io. 22. quæ incipit. vas electionis. contra Ioannem de poliaco, qui fuit tantæ temeritatis, vt inter alios errores posuerit, quòd papa non possit dare licentiam audiendi confessiones, imo nec Deus, quoniam teneantur confiteri proprio sacerdoti. s. parochiali, quem errorem cum alijs præfatus dominus Ioannes. 22. condemnauit,& per consequens damnatus est error ille magnus quorundam magistrorum dicentium, ꝙ parochiani qui sunt in fimi in hierarchia ecclesiastica nō possunt reduci in Deum per sacramentum pœnitentiæ, nisi mediātibus curatis. ¶Se-

14 cunda conclusio† ꝙ conueniens & expediens fuit, vt etiam alijs quam sacerdotibus parochialibus prædicatio & audientia confessionum committeretur. quæ conclusio iuxta dominum Albertum in quarto.& S. Thomam in tractatu contra impugnātes religionem probatur multipliciter. Primo ex illo Paralip. 29. vbi legitur. ꝙ Dauid ampliauit cultum Dei, qui laudatus est ex hoc, ꝙ constituit. 24. summos sacerdotes, vt magis possit populus expediri. ergo videtur, quod etiam modo laudabile & conueniens est, ꝙ priuilegium audiendi confessiones ad plenioré expeditionem populi pluribus conferatur. ¶Secundo sic. 4. Reg. 17. Misit Ezechias nuntios discutientes, qui monerent populum, vt reuerterētur ad dominum Deum patrum suorum,& constat ꝙ non erant Leuitæ. ergo & in nouo testamento conuenienter instituti sunt aliqui nuntij præter ordinarios sacerdotes. qui prædicando,& audiendo confessiones populum moneāt, vt reuertatur ad dominum patrum suorum. ¶Tertio quia Hester. 8. habetur. ꝙ Assuerus rex misit celeres nuntios per vniuersas prouincias, vt nuntiarent liberationem populi Dei. ergo multo magis saluberrime fieri potest in nouo testamēto, vt alijs quam sacerdotibus parochialibus prædicationis officium committatur ad prædicandum & annuntiandum populo Dei misericordias domini magnas, maxime in mysterio redemptionis humani generis. ¶ Quarto conuenientia institutionis apostolicæ circa authoritatē datam alijs, quā sacerdotibus parochialibus audiendi confessiones colligitur ex eo, ꝙ multi sacerdotes parochiales sunt ignorantes, quorum ignorantia est causa ruinæ multorum, propter quod dicit August. libro de pœnitentia,& habetur in litera præsentis capituli. Qui vult confiteri peccata sua, vt inueniat gratiā quærat sacerdotem, qui sciat ligare,& soluere, ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab eo, qui misericorditer eum monet, ne ambo in foueam cadant, quam stultus vitare noluit. ¶Quinto fuit conueniens propter plebis christianæ, multitudinem, quæ interdum tanta vni sacerdoti committitur, cui per totum vitæ suæ discursum vix satisfacere posset, propter quod Mat. 9. dicitur. Messis quidē multa &c. glo. turba populorum ad suscipiendum verbum, & ferendum fructum apta, operarij vero pauci. gl. prædicatores ad congregandum ecclesiam electorum. rogate ergo dominū messis, vt mittat operarios in messem suam. Ex quo patet, ꝙ salubre est ecclesiæ per multos prædicare fidelibus, & maxime turba fideliū crescente. ¶Sexto propter confitendi difficultatem. Nam quidam, vt experimento compertum est, omnino à confessione desisterent, si non possint alijs quam parochialibus confiteri, quandoq; propter verecundiam, quandoq; propter suspitionem inimicitiarum, quandoque propter timorem reuelationis peccatorum, quandoque propter alia, quæ possunt occurrere in sacerdote, propter quæ nullo modo vellent sibi aliqui confiteri. vnde pie prælati eorum infirmitati condescendunt, ne omnino in desperationem labantur, de alijs confessoribus prouidēdo. ¶ Septimo conuenientia præfatę conclusionis. patet propter aliquorū deuotionem ad aliquas egregias personas, quibus libenter confiterentur, quorum deuotioni non est obsistendū sicut

Secū[da con]clusio.

Albertus

S. Thom.

Augustinus

15 extra de sepul. c. fraternitatem. ¶ Tertia conclusio. † Conuenientissime ac salubriter factum est, vt ad cooperādum ecclesiarum prælatis in prædicationibus audiendis confessionibus specialiter religiosi instituerentur. Hæc conclusio multis rationibus sancti Thomæ in tractatu suo contra impugnatores religionis,& in secunda secundę. quæstio. 188. ostenditur manifesta. Primo per hoc quod omnis religio ad exemplum apostolicę est formata. vnde dicitur Actuu. quarto super illud. & erant illis omnia communia. græce cenon, vnde cenobitę id est, communiter viuentes, cenobia id est habitacula eorum: hæc autem fuit vita apostolica, vt relictis omnibus per mundum discurrerent euangelizādo & prædicando, vt patet Matth. 10. vbi regula quædam eis inscribatur. ergo ad prædicta conuenientissime religio aliqua est instituta. ¶Secundo dicitur Iacobi. 1. religio munda &c. sed illa visitatio est maxime necessaria, quæ fit p eos, qui saluti animarum maxime intendunt. ergo religio conuenientissime potuit & debuit institui ad visitandum homines, qui consolatione indigent, qui per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeant. ¶ Tertio habetur Actu. 6. super illud. Non est ęquum nos relinquere verbum.

Tertia conclusio.

S. Thom.

dicit interline. meliora sunt fercula mētis, quàm dapes corporis. ergo multo conuenientius potest aliqua religio institui ad subueniendum necessitatibus animarum. ¶ Quarto spiritualis militia magis competit religioso, quam seculari, sed ad militiam secularem exercendam sunt aliquæ religiones salubriter institutæ. ergo multo conuenientius institui possunt, & institutæ sunt ad militiam spiritualem, quæ competit prædicatoribus verbi Dei, de qua dicitur. 2. ad Tim. 2. labora, vt bonus miles Christi. gloss. in prædicando euangelium contra hostes fidei. ¶ Quinto eis, qui salutem animarum procurant necessarium est, vt vita, & scientia clareant, vt dicit Isidorus de summo bono. Et de confessore in capitulo, qui vult. de pœnitē. dist. 6. ex quibus non facili possunt tot inueniri, quod singulis parochijs per mundum præficerentur. Cum etiam propter literarum inopiam, nec adhuc per seculares potuerit obseruari illud statutum Lateranen. concilij vt in singulis metropolitanis essent aliqui, qui theologiam docerent, quod tamē inter religiosos cernimus Dei gratia impletum, multo latius quam fuerat statutum, vt impletum videatur illud Esa. 11. impleta est omnis terra scientia domini. ergo saluberrime religio aliqua instituitur, in qua sint homines literati, & studio vacantes ad iuuandum sacerdotes qui minus ad hoc sufficiunt. ¶ Sexto hoc euidentissime ostenditur ex effectu sequente, videmus enim talibus religionibus institutis in multis partibus hæreticam prauitatem earum ministerio extirpatam, infideles etiam nonnullos conuersos, multos per vniuersum orbem in lege Dei instructos, & quam plurimos ad statum pœnitentiæ cōuersos, ita ꝙ, si quis inutiles tales religiones mentiatur manifeste conuinci possit, quasi gratiæ inimicus, & inuidus, qui in eis operatur in spiritum sanctum peccare. ¶ Septimo. 25. q. 1. dicitur. nulli fas sit sine status sui periculo, vel diuinas constitutiones, vel apostolica decreta temerariæ, cum ergo per apostolicam sedem religiones aliquæ sunt institutæ ad prædicta, sicut etiam ex ipso nomine ostenditur, quia prædicatores dicuntur. Nemo. n. quodcunq; nomen (vt dicit Aug. in lib. de vita Christiana) sine causa sortitur manifeste se dānabilem reddit, quicunq; talem religionem damnare conatur. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam cum dicitur ꝙ dat aliquis iam non habet. Respondet S. Thom. ꝙ hoc falsum est in spiritualibus, quæ cōmunicantur non per trāslationem dominij sicut accidit in rebus corporalibus, sed magis per modum deriuationis cuiusdam effectus à causa. Sicut qui communicat alij scientiā, non propter hoc scientiam amittit, & ita est in communicatione potestatis, qui. n. dat alteri potestatem, non amittit eā, sicut episcopus, qui dat sacerdoti, ꝙ possit conficere corpus Christi dando potestatem, non amittit eam, & ita de potestate absoluendi. ¶ Ad secundam cum dicitur, ꝙ episcopus quando committit &c. Respondetur, ꝙ hoc est falsum quādoque adhuc pertinet ad eum cura totius plebis, quæ est in diocæsi sua, quia totius plebis animæ videntur sibi esse commisse. vt habetur. 10. q. 1. quæcunq;. vnde & Apostolus de se dicebat. 2. ad Cor. 11. præterea quæ extrinsecus sunt sollicitudo mea omnium ecclesiarum. Non tamen fit ei onus importabile, qa habet alios inferiores ordinis adiutores. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ falsum est quod supponitur, quoniā non est omnino simile. Constat ꝙ Archiepiscopus non habet immediatam iurisdictionem in illis, qui sunt de diocæsi episcopi suffraganei sui, nisi propter negligentiam episcopi sui, vel nisi causa ad eum deferretur, sed episcopus habet immediatam iurisdictionem in parochianos sacerdotis cum possit quemlibet coram se citare, & cōuenire, quod Archiepiscopus non potest in subditis episcopi, nisi, vt dictum est. Cuius ratio est, quia potestas sacerdotis naturaliter & ex iure diuino subditur potestati episcopi cum sit imperfecta respectu illius, vt Dionysius probat. Sed episcopus subditur archiepiscopo solum ex ordinatione ecclesiæ, & ideo in quibus ecclesia statuit episcopū Archiepiscopo subiectum, in illis tantum subiectus est ei. Sacerdos autem qui ex iure diuino episcopo subdit in omnibus est ei subiectus. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiā. vnde iuxta S. Th. prędicto tractatu, ꝙ sponsus ecclesiæ proprie Christus est, de quo dicitur Io. 3. qui habet sponsam sponsus est. ipse. n. de ecclesia suo nomini filios generat. Alij autem qui sponsi dicuntur sunt ministri exterius cooperantes ad generationem spiritualium filiorum, quos tamen non sibi sed Christo generant, & ideo non sequitur. ꝙ sint plures spōsi vnius

Isidorus. — *Augustin.* — *Adprimum argument. S.Thom.* — *Ad secundū* — *Ad tertium* — *Dionysius.* 16 — *Ad quartū. S.Thom.*

ecclesiæ, quia cum oēs isti papa, episcopus presbyter, cooperentur Christo, non computātur nisi vnus sponsus ecclesię. ¶ Ad quintam respondetur negando minorem. Pro quo notandum iuxta S. Th. in quarto. ꝙ rector ecclesiæ debet dupliciter vultum pecoris sui agnoscere. vno modo per sollicitam exterioris conuersationis considerationem, qua inuigilare debet super gregem sibi commissum, & in hac cognitione non oportet ꝙ credat subdito, sed rectitudinem facti quantum potest inquirat. Alio modo per confessionis manifestationem, & quantum ad hanc non potest maiorem certitudinem accipere, quam vt subdito credat, quia hoc est ad subueniendum conscientiæ ipsius. vnde in foro confessionis creditur homini pro se & contra se, non autem in foro exterioris iudicij. Et ideo ad hanc cognitionem sufficit ꝙ credat subdito dicenti se alteri absoluere valenti confessum fuisse, & sic patet ꝙ talis cognitio pecoris per priuilegium alicui indultum de audiendis confessionibus non impedit. ¶ Ad sextam sic respondetur negando consequentiam. Et ad probationem cum dicitur sequeretur, ꝙ nō teneret &c. Respondetur iuxta magistrum Alexandrum de ha. & dominum Bonauenturam, ꝙ in illo casu plebanus absoluitur à cognitione vultus pecoris sui, & a reddenda ratione, quo ad illa peccata alijs confessa, dum alius vicem eius supplet. vnde cum superior prælatus vel habens licentiam ab ipso plebano vel prælato audit eum, nec tenetur ipse audire, nec alius confiteri. ¶ Ad septimam respondetur iuxta S. Tho. & etiā gl. decreti. super allegatum capitulum. ꝙ assumptum est verum de his quæ statuta sanctorum patrum decreuerunt de iure diuino, sicut articuli fidei, qui determinati sunt per concilia. Non autem de illis quæ sancti patres decreuerunt de iure positiuo, quia talia sunt relicta dispositioni papæ, vt ea possit mutare, vel dispensare secundum opportunitates tēporum, vel negotiorum. ¶ Secundo dicitur ad minorem, ꝙ falsum est, ꝙ aliqui religiosi, qui non sunt episcopi, aut etiā presbyteri parochiales prædicent, & confessiones audiant, sit contra decreta sanctorum patrum, nisi sua authoritate hoc facerent sine authoritate papæ vel episcoporum. ¶ Ad octauam respondetur dupliciter. primo ꝙ ratio non procedit, quoniam papa ex hoc quod dat licentiam, vel priuilegium audiendi confessiones, & prædicandi, non facit contra apostolum, quia tales religiosi non prædicant plebibus alienis. ¶ Secundo respondetur etiam iuxta sanctum Thom. in prædicto tractatu, quod falsum est, ꝙ papa non possit facere aliquid contra apostolum patet quoniam dispensat cum bigamo vt 23. dist. lector. & in pœna quam canones apostolorum statuerunt presbytero fornicanti. vt 82. dist. presbyter. vnde ex decreto inducto non potest aliud haberi, nisi ꝙ papa non potest destruere canonicam scripturam apostolorum, & prophetarum, quæ est ecclesiæ fundamentum. Et hoc expresse habetur in gloss. eiusdem decreti, quæ ita dicit. satis potest sustineri, quod papa contra apostolum dispensat, non tamen in his quæ pertinent ad articulos fidei. hæc gloss. ¶ Ad nonam respondetur negando minorem. videlicet, quod per confessionem priuilegiorum de audientia cōfessionum factam fratribus fiat præiudicium aliquod sacerdotibus parochialibus: nam sicut respondet S. Thom. tam in quarto, quam contra impugnantes religionem præiudiciū non fit alicui, nisi illi subtrahatur, quod in fauorem eius indultum. Iurisdictionis autem potestas non est commissa alicui in fauorem sui sed in vtilitatem plebis, & ad honorem Dei, & iō si superioribus expedire videat ad vtilitatē plebis ad honorē Dei promouēdū, ꝙ alijs ea, q̄ sunt iurisdictionis cōicent, in nullo fit præiudicium prælatis inferioribus, nisi illis, qui quærunt quæ sua sunt non quæ Iesu Christi, & qui gregi præsunt, non vt oues pascant, sed vt ab eis pascantur. Contra quos dicitur Ezechiel. 34. ve pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges pascuntur, prælatus ergo superior si per se operetur in subditis quæ pertinēt ad subiectum, vel alijs hoc ipsum committit, non solum ei non facit præiudiciū, sed præstat ei magnū beneficiū ꝙ maxime acceptaret à multis rectoribus, qui quęrerent quę sunt Iesu Christi. vnde Nu. 11. super illud, quid inquit æmularis super me &c. gl. Greg. pia mens pastoris quia nō propriam gloriā, sed actoris quærit, ab oībus vult iuuari in eo, ꝙ facit, fidelis enim prædicator optat si fieri valet, vt veritatem quā solus loqui non sufficit cunctorum ora sonent. ¶ Ad decimam respondetur negādo ꝙ papa destruat ecclesiasticam hierarchiam committendo religiosis aliquibus authoritatem

Ad quint. S.Thom. 17 — 18 — *Ad sextum* — *Alexander de halis. Bonauent.* — *Ad septim. S.Thom.* — *Ad octauū.* — *S. Tho.* — *Ad nonum.* — *S.Thom.* — *Gregorius.*

tem prædicandi,& audiendi confessiones: quia in ecclesiastica hierarchia ille,qui est inferioris ordinis potest superioris ordinis officium exercere, etiam in suo ordine manens, sicut etiam in cœlesti.& vlterior potest ad superiorem ordinem promoueri,ꝙ non est in cœlesti.vnde vt dicit S. Tho. non est simile per omnia de ecclesiastica hierarchia, & cœlesti,quamquam ecclesiastica imitetur cœlestem quantum potest,non tamen potest in omnibus imitari illam. In cœlesti.n.hierarchia distinctio donorum gratuitorum secundum quę ordines distinguuntur sequitur distinctionem naturæ:non autem in hominibus,& ideo cum angelorum natura sit immutabilis,angelus inferioris ordinis ad superiorem transferri non pōt sed tamen in cœlesti hierarchia angelus inferioris ordinis in suo ordine manēs exequitur actū superioris ordinis virtute.Sicut tātum dicit Dionysius. 13. cœlestis hierarchiæ. Angelus, qui purgauit labia Esaię dictus est seraph cum tamen esset de inferiori ordine, quia seraph officium exercuit.Et Grego. in homilia de centū oui bus,quod hi spiritus qui mittuntur horum vocabulum percipiunt, quorum officium gerunt. vnde non est inconueniens, quod in ecclesiastica hierarchia aliquis inferioris ordinis exercet officium superioris ex eius commissione. vnde Innocentius tertius ante concilium generale quosdam Cistercien. ordinis misit ad prædicandum in partibus tholosanis:& post apostolica sedes instituens ordinem prædicarum & minorum idem fecit.¶ Ad vndecimam respondetur negando consequentiam, & ratione præmissarum dicimus iuxta S. Thomā in quarto. ꝙ inconueniens esset,si duo æqualiter super eandem plebem constituantur,inæqualiter non est inconueniens.& secundum hoc super eandem plebem immediate sunt,& sacerdos parochialis & papa & episcopus & quilibet eorum potest ea, quæ iurisdictionis sunt ad ipsum pertinere alteri committere,sed si superior committat,qui & principalior est dupliciter potest committere,aut ita ꝙ vice sua eum constituat sicut papa & episcopus suos pœnitentiarios constituunt,& tunc talis est principalior,quam inferior prælatus.Sicut pœnitentiarius papæ episcopo,& pœnitentiarius episcopi quam sacerdos parochialis,& magis tenetur ei confitens obedire. Alio modo,vt eū coadiutorem illius sacerdotis constituat,& quia adiutor ordinatur ad eum,cui adiutor datur,ideo coadiutor est minus principalis, & ideo pœnitens non tantum obedire tenetur illi,quantum proprio sacerdoti.

S. Thom.

Dionysius.

Gregorius.

Ad vndecimum.

S. Thom.

19 Ad quintum Sic proceditur.† Et videtur quod religiosi habentes priuilegium audiēdi confessiones aut ab episcopo commissionem nō possint sine licentia plebani absoluere subditum eius.¶ Primo sic ex.ca.omnis vtriusque sexus.extra de pœn. & remis. si quis alieno sacerdoti iusta de causa voluerit confiteri: licentiam prius postulet,& obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ipse nullum valeat absoluere vel ligare.sed religiosus est sacerdos alienus:ergo.¶Secundo sic.arguitur ex eo, quod bene notauit in gloss.præfati capituli.omnis sic.Sed pote prædicatores,& fratres minores vel alij religiosi non habentes populum habent priuilegium.vt alienos parochianos possint recipere ad pœnitentias, sine licentia proprij sacerdotis.Dicas,quod non sufficit priuilegium sine licentia sui sacerdotis.priuilegium enim æquiparat eos illis,qui sunt a populo electi,vel illis,qui ab episcopis,vel populo præficiūtur & dat eis solam executionem,& ita necessaria est adhuc licentia proprij sacerdotis,vt hic habetur. si enim de duabus seruitutibus vna tollatur,remanet altera. quod bene probatur extra de vsu pal.ex tuarum.& de priuile.pastoralis.&.ff. de seru.vrbano.prædiorum.si domus tua. ¶ Tertio arguitur ex.ca.placuit.de pœn.dist.6.vbi sic dicit papa Vrbanus. Deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere, sine eius consensu cui se prius commisit.Quarto sic.priuilegium datum religiosis non videtur eximere parochianos de suorum potestate sacerdotum. ergo sicut ante tenebantur eis obedire, ne alij confiteantur.ita & post. ¶ Quinto cui incumbit sollicitudo de administrandis sacramentis,& reddendi rationem illi incumbit scire,quomodo, & quādo confiteatur.ergo sine sua licentia non debet ire ad aliquem.ergo licet religiosi sint priuilegiati,nullos possunt audire de parochianis si plebanus prohibeat.¶Sexto licet religiosi sint priuilegiati sacerdoti nō obedire.ergo videtur, quod licet priuilegiū habeant religiosi audiendi,non possunt tamen actu audire

Primum ar.

Secundū ar.

Tertium ar.

Quartū ar.

Quintū ar.

Sextum ar.

sine licentia plebani.¶In oppositum arguitur sic. Cui conceditur beneficium a principe conceditur etiam accessoriū sine quo principaliter concessum exerceri,non potest esse nisi aliquis confiteatur. ergo videtur quod cum cōceditur aliquibus in aliqua parochia confessiones audire: conceditur etiam subditis,vt illis possint sine licentia alterius confiteri.¶Respond.dicendum sub vna conclusione, quod religiosi habentes priuilegium audiendi confessiones possunt audire subditos plebanorum,sine ipsorum plebanorum licentia. Patet ista cōclusio multipliciter.Primo determinatione apostolicæ sedis per Alexandrum:4. in extrauaganti sua sine declaratione quæ incipit. Cum olim quidam temere &c:in qua sic formaliter habetur. Alexander episcopus seruus seruorū Dei.dilectis filijs minoribus,& fratribus ordinis pręeedicatorum salutem,& apostolicam benedictionē. Cum olim temere sentientes, & ad sobrietatem sapere nescientes imprudenter assererent,ꝙ de licentia vel commissione diocesanorum episcoporum libere non poteratis prędicationis exercere officium, & prædicationes cōfessiones audire sine sacerdotum parochialium licentia, & assensu. Nos ad tollendam,& confutandam assertionem huiusmodi,& dilucidandam in talibus veritatem dudum in quibusdam literis nostris declarando expressimus,quod vos de licentia,vel commissione, aut concessione legatorum sedis apostolicæ,vel ordinariorum locorum libere potestis prædicare populis:audire confessiones,& absoluere cōfitentes, ac pœnitentias iniungere salutares aliorum inferiorum prelatorum,& rectorum ecclesiarum:ac sacerdotum parochialium assensu minime requisito:volētes ergo nostram determinationem irrefragabiliter obseruari authotitate præsentium districtius inhibemus,ne quisque super his,vel eorum aliquo vos,vel aliquem vestrum,aut etiam confitentes vobis contra præmissæ determinationis formam aliquatenus molestare præsumat:decernentes nihilominus irritum, & inane quicqd a quoquam inhibitionem huiusmodi contigerit attentari.Nulli ergo omnino hoī &c. ¶ Secundo patet eadem conclusio ex determinatione apostolicæ sedis ꝑ Clementem quartum in declaratione sua,quæ incipit.Quidam temere,quæ ita formaliter habet Clemens episcopus seruus seruorū Dei.Dilectis filijs minoribus,& fratribus ordinis prædicatorū salutem,& apostolicam benedictionem. Quidam temere,& ad sobrietatem sapere nescientes imprudenter præsumpserunt asserere,quod de licentia, vel commissione,vel concessione romani pontificis,seu legatorum apostolicæ sedis,vel ordinariorum locorum vos sine parochialium sacerdotum licentia & assensu non potestis libere prædicare populis,audire confessiones, absoluere,pœnitentias iniungere salutares.Nos ergo volentes assertionem tam temerariam pœnitus refutare, & elucidare in talibus veritatem deliberatione prouida declaramus ꝙ si vobis detur licentia concedatur aut committatur a legatis prędictæ sedis,aut ordinarijs locorum,nedum a romano pontifice: de quo proculdubio esset erroneū dubitare, an in omnes sine alicuius consensu (imo ēt inuitis quibuslibet) huiusmodi possit cōcedere potestatē populis legatis, & ordinarijs subiectis eisdem libere prædicare potestis,audire confessiones, absoluere vobis confitentes,ac pœnitentias vobis confitentibus iniungere salutares,aliorum inferiorum prelatorum, & rectorum ecclesiarum,aut sacerdotum parochialium assensu nullatenus requisito.¶ Tertio eadem conclusio probatur ex canonica.dudum in clemen.de sepultu. qui factus est in concilio vniuersali Viēnensi,vbi habetur ꝙ fratres ꝑsentati & admissi libere confessiones sibi cōfiteri volentiū audire valeant,vbi super verbo libere Io.Andr. notat quod non est necesse licentiam sacerdotis parochialis habere. ¶Quarto idem patet ex declaratione per Io.12.in extrauaganti quæ incipit vas electionis quæ infra plenius inducetur.¶Quinto eadem conclusio patet ratione sic.Nō est dicēdum priuilegium domini papæ frustra fuisse datum,sed frustra esset datum si ad hoc quod religiosi habentes priuilegium audiendi confessiones audirent,& absoluerent, requireretur licentia sacerdotis parochialis. ergo &c.maior patet,quia,vt habetur extra de priuil.c.quanto. priuilegiū sic debet intelligi,vt per ipsum aliquid indulgeatur,alias esset derisorium.quod non licet sentire de priuilegio domini papæ.minor ꝓbatur.si requiratur licentia sacerdotis parochialis:frustra esset priuilegium cum sine priuilegio sacerdos possit talem authoritatem fratribus concedere.Argumentum

Opponit in cōtrarium.

Respondet.

Extrauagās Alexan. 4.

Extrauagās Clementis.

a ¶Libere cōfessiōes. Adde tu Card. zabar. in clemēti.3.q.14. de procur.& in c.dudum. de sepul.

gumentum optimum extra de priu. in his. vbi reprehendit illos qui priuilegium concessum a papa fratribus de celebrādo vbique cum altari portatili interpretabatur, ꝙ post assensum prælatorum fratres hoc non possent. tunc enim indulgētia papæ eis nihil valeret: cum sine ea solo assensu prælatorum idem possent. Et ideo vt indulgentia eis valeat, declarat papa, quod siue eorum licentia possunt celebrare, ita ꝙ ex dicta indulgentia videantur aliquam gratiam consecuti, ita & in proposito dicendum. quod habentes authoritatem superiorum possunt audire sine licentia inferiorum, alias ex concessione superiorum nullam gratiam essent cōsecuti, cum sine illa possent audire de licentia ipsorum inferiorum. Rationes alias inducere non curamus, quia omnes rationes in articulo quarto pro prima conclusione, faciunt

20 pro ista parte. Ex iā dictis patet corollarie. quod sacerdos parochialis non potest prohibere, quin eius parochiani cōfiteantur religiosis habentibus potestatem a domino papa audiendi confessiones, vel commissionem ab episcopo. Sequitur secundo ꝙ sacerdoti parochiano talia prohibenti subditi non tenentur obedire. Sequitur etiā tertio ꝙ censuræ contra sic priuilegiatis fratribus confessos fulminatæ nullæ forent. Sequitur quarto, quod talis sacerdos prohibēs suos ne confiteantur religiosis præfatis habentibus potestatem a papa grauiter peccat, & acriter veniret puniendus. ¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de capitulo omnis &c. Respondetur, quod non videtur agere contra, imo nec facere ad propositum quoniā religiosus aut clericus secularis habens priuilegium audiendi confessiones, aut commissionem ab episcopo, aut apostolicæ sedis legato, non est alienus imo per priuilegium actus est quasi proprius. vnde superius tam ex S. Thoma: quam ex Alberto magno, Alexander de halis: & domino Bonauentura habitum est, quod omnis habens authoritatem siue ordinariam, siue delegatam audiendi confessiones & absoluēdi a peccatis potest dici proprius sacerdos, aut proprium distinguitur contra alienum. ¶ Ad secundam de gloss. Bernard. respondetur multipliciter. primo quod gloss. illa per Alexandrum. 4. & per Clemētem. 4. in declarationibus iuis superius inductis est reprobata. Reprobata est etiā per Ioā. 22. in extrauaganti. vas electionis. Et ita, vt dicit dominus Durandus cum papa qui condidit capitulum. omnis vtriusque sexus. interpraetatus est, quod habentes authoritatem audiendi confessiones, ex priuilegio vel ex commissione episcopi vere absoluant, nec requiritur licentia sacerdotis pro leui, vel pro nullo debet haberi interpretatio, quæ est in contrarium. Et forte glossator non vidit interpretationes summorum pontificum. & ideo secutus est pro tunc suam opinionem. ¶ Secundo respondetur quod gl. illa est simpliciter neganda, & merito quemadmodum sunt multæ aliȩ gl. ipsius Bernar. sicut est illa extra de summa trinitate. vbi enumerans articulos fidei dicit. ꝙ secundus est baptismus, similiter dicit aquam baptismi esse sacramentum, & ideo timēdum est, ne asinus bibat sacramentum quod est ridiculum apud theologos. ¶Tertio respondetur, ꝙ gloss. illa falsa est & irrationabilis etiam si reprobata nō esset. Nam falsa multa supponit. primum est quod priuilegium æquiparat religiosos his qui a populo sunt electi quod falsum est. Tū quia priuilegium nullam mentionem facit, tum quia sic electi eliguntur ad curam animarum habendam, quæ electio nihil dat, nisi præsentationem episcopo vel archiepiscopo faciendam quorum neutrum est in proposito. Secundo qa æquiparat eos his: qui a papa, vel episcopo præficiuntur: ꝙ falsum est. Tum quia huiusmodi præfectio dat curam animarum possessionem rerum temporalium. Tertium etiā falsum est, s. quod priuilegium dat eis solam executionem, imo dat etiam materiam, cum ait. vt possitis fidelium, qui vobis confiteri voluerint, confessiones audire &c. Quartū falsum est, quod supplet. ꝙ religiosi sunt subiecti seruituti plebanorum. ergo nec iure diuino nec aliquo humano aut priuilegio habetur. ¶Quarto loco gloss. illa nulla est, quia concordantiæ quas inducit non faciunt ad propositū. Non quidem illa decimȩ talis ex tu arum. nam illa loquitur de archiepiscopo, qui voluit vti priuilegio in archiepiscopatu alterius, quod ei non licebat. Tum quia per hoc in nullo iuuabatur alius archiepiscopus, sed dignitati suæ præiudicabatur. Aliter autem est in proposito nostro. Nam sacerdotes plebani adiuuantur multipliciter a religiosis audientibus confessiones: & in nullo eis præiudicatur. ¶Item tenor priuilegiorum datorum fratribus maioris amplitudinis est ꝙ prædicta decretalis. vnde non est ad propositum. Præterea lis illa. pastoralis limitat. quia illa loquitur de monachis habentibus priuilegium, ꝙ possunt habere curas ecclesiarum suarum, quas secularibus committere solebant. volebant. n. eas tradere sine iussione episcopi, vel episcopo nesciente ꝙ priuilegium non continebat, & quod in præiudicium episcopi erat, qui curā omnium habet, & suo iudicio digni ad curam præficiendi, & instituendi sunt. Aliter est in proposito, quia religiosi habentes priuilegium quod habent audiendi confessiones, non quærunt per illud curam animarum nec inuestituram, sed exhibent se indigentibus in auxilium. Ceterum lex illa si domus tua nō est etiam ad propositum, quod patet, quia lex illa loquitur de domo quæ erat subiecta domino proximȩ domus in duobus, primum ꝙ altior fieri non debebat quam fuit, secundum est ꝙ stillicidia domus vicinæ recipere debuit. Concessit autem dominus domus vicinæ, quod illa altior fieri potuit, ille autem sic voluit facere, ꝙ stillicidia non reciperet. Respondetur, ꝙ non licet ꝙ liberatio pœnitentiæ seruitutis non tollit secūdam, maxime quando non sunt connexæ sicut istȩ. Item quia fieret præiudicium domino, & damnum quod non intēdebat. Sic autem nō est hic vt visum est. Tum etiam, quia ista sunt connexa audire confessiones & confiteri. Non potest enim vnum concedi, videlicet potestas audiendi confessiones omnium volentium sibi confiteri, & quod nō intelligatur etiā data licentia fidelibus confitendi. Et per hoc excluditur error quorundam exponentium confessionalia romana vbi

21 dicitur, quod habeant eligere idoneum. gloss. i. plebanum cum hoc etiam sine confessionali possent. hunc locum etiā bene improbat Io. And. super verbo libere. Et Io. monachi super c. inter cunctas. Et Host. in summa. lib. 5. §. cui confitendum. vbi loquitur de eo, qui habet licentiam generalem cuicunque sacerdoti voluerit. Patet ergo quod glo. illa Bernardi falsa sit & irrationabilis, & ideo merito reprobata. ¶ Ad tertiam ex capitulo placuit. Respondetur sicut ad primam. intelligitur enim, nisi dispositio apostolicæ sedis aliter ordinauerit per commissionem, aut priuilegiū datum aliquibus, sicut patet de pœnitentiarijs papæ & episcoporū & etiam priuilegiatorum. vnde etiam nō videtur facere ad positum illa authoritas: quia quando priuilegiati absoluūt aliquem, non fit sine licentia summi pontificis: alias sacerdotis: qui est papa, cui maxime & principaliter cōmissa est cura gregis dominici. Alij autem tantum habent quantum ipse vocando eos in parte solicitudinis eis contulit. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. quoniā licet priuilegiū non eximat parochianus simpliciter ab obedientia sui plebani, nihilominus data potestate fratribus ad audiendum confessiones fidelium in aliquo loco, per consequens intelligitur data potestas fidelibus confitendi priuilegiato: quia aliter gratia quā facit frustraretur. Et est verum ꝙ hanc libertatem impedire non potest plebanus, vt dicit Io. in clement. super ver. libere. in c. dudum. de sepul. ¶ Ad quintam licet iam responsum sit in responsione ad secundam in articulo præcedenti. Nihilominus respondetur negando consequentiam. & ratio est secundum Albertum in quarto. dist. 17. quod cum solicitudinem non habet sacerdos, nisi ex vocatione superioris, debet sacerdos parochialis præsumere, quod missi ab ipso superiori bene disponēt populum ad salutem. nec ipse est obligatus reddere rationem de illo. ¶Ad sextam est eadem respōsio. dicimus enim quod falsum præsupponit, quoniā, vt dicit Albertus magnus dato priuilegio alicui religioso, quod audiat confessiones omnium volentium sibi confiteri, ipso iure permissum est alijs sibi confiteri. quia qui concedit principale, concedit, & accessorium, sine quo illud principale fieri non potest sicut dictum est. Alias non fundaretur bene sacramētum pœnitentiæ in isto, quodcunque ligaueris &c. Mat. 16. Indubitanter ergo dicendum est quod dato priuilegio fratribus de libera audientia confessionū, data est licentia alijs confitendi eis, quia sicut diximus commissa causa, committitur omne illud sine quo causa perfici non potest. vt extra de offi. dele. iudi. præterea.

22 **Ad sextum** Sic proceditur. Et videtur, quod cōfessi fratribus habentibus priuilegium audiendi confessiones teneantur eadem peccata iterum confiteri suo proprio parochiali sacerdoti. ¶Primo quilibet tenetur confiteri semel in anno suo proprio sacerdoti. extra de pœn.

Ad primū argumen.

Ad secundū

Durandus.

Pro intellectu decretalis ex tuarū.

Io. And.
Io. monac.
Hostiensis.

Ad tertium

Ad quartū.

Ad quintū.

Albertus

Ad sextum.

Albert. mag.

Primū ar.

de pœn.& remis.c.omnis.sed priuilegiati a papa,vel haben
tes cõmissionem ab episcopis:non sunt proprij sacerdotes.
ergo cõfitẽtes eis sine licentia parochialis sacerdotis tenen
tur eadem peccata confiteri,alias non videntur seruare sta-
tutum.ergo &c.¶Secundo sic.per priuilegium non est sub
Secundũ ar. latum statutum. cap.omnis vtriusque sexus. ergo quilibet
tenetur omnia peccata sua cõfiteri proprio sacerdoti.quan
Tertiũ arg. tumcunque fuerit alteri confessus. ¶ Tertio sic.voluntariũ
nõ tollit præceptũ.c.omnis vtriusq; sexus.¶Quarto sic.11.
Quartũ ar. q.1. peruenit. si sua vnicuique iurisdictio & potestas non
seruatur ecclesiasticus ordo confunditur. ergo similiter si
Quintũ ar. non seruatur parochiali presbytero.¶Quinto sic. papa põt
præcipere,quod eadem peccata confessa fratribus iterentur
apud plebanum , ex quo sub merito vtrunque cadere põt.
vnde doctores frequenter persuadent, vt frequenter ea dẽ
Sextum ar. peccata confiteantur. & August. libro de pœnitentia.ca.9.
¶Sexto sacerdos plebanus tenetur negare eucharistiam in-
digno.ergo tenetur scire indignum,& dignum saltem con
fessione,si alias non potest.cõsequentia tenet.maior patet.
Matt.7.nolite sanctum mittere canibus . Et confirmatur:
quia nullus medicorum valet rationabiliter dare medicinã
nisi infirmitatem agnosceret. sed si aliquis videret vrinam
Septimũ ar. infirmi,& alius de cura se intromitteret sine cognitione vri
næ,stultũ esset.sic in proposito.ergo &c.¶Septimo sic con
firmando:quia si prædicti confessi fratribus non iterũ cõfi
teantur plebano,ipse qui habet dare eucharistiæ sacramen-
tum,incurreret animæ periculum,si non agnosceret pecca
torem.eo q̃ esset illi occasio damnationis, secundum illud.
j.Cor.11.Iudicium sibi manducat &c. eo q̃ qui occasionẽ
damni dat,damnum dedisse videtur.vt.ff.ad legẽ aquil. qui
occidit.sed hoc non est conueniens.ergo nec illud , ex quo
sequitur,videlicet quod fratres audiant confessiones , & al-
Octauũ ar. ter sacramentum eucharistiæ ministret.¶Octauo sic.paro-
chialis sacerdos non commisit ius suum priuilegiato,nec pa
pa priuilegiat,nisi saluo iure alieno,sicut principis priuile-
giũ intelligi debet.ergo confessus priuilegiato tenetur suo
Nonũ arg. parochiali confiteri.¶Nono quod est de iure diuino a nul-
lo etiam papa potest mutari,vt notum est. sed subiectio po
puli ad sacerdotẽ parochialem est huiusmodi, quia a Chri-
sto instituta.ergo papa immutare non potest.quod fieret si
posset sic priuilegiare:quod cõfessi priuilegiatis non teneã
tur iterum cõfiteri eadem peccata parochiali sacerdoti. Nã
per tale priuilegium subtraheretur subiectio ad curatũ,mi-
nor probatur,quia sicut Christus misit.12.apostolos,ita mi
sit.72.discipulos immediate,vt dicitur Luc.10.vbi dicit gl.
quod sicut in apostolis est forma episcoporum, ita in 72.di
scipulis est forma presbyterorum,& ita Christus immediate
te constituit in eis superioritatem ad populum , & populi
Decimũ ar. subiectionem ad eos.¶Decimo arguunt.quod Benedictus
vndecimus concedens hoc priuilegium attendens,quod de
iure diuino tenerentur parochiani cõfiteri suis parochiali-
bus sacerdotibus , aliter non concessit prædictum priuile-
gium,nisi vt confessi priuilegiatis teneantur confiteri eadẽ
peccata proprijs sacerdotibus . vnde ipse in constitutione
sua,qua fecit vult,quod legitime confessi dictis priuilegia-
tis fratribus teneantur eadem peccata confiteri suis paro-
Vndecimũ argum. chialibus sacerdotibus.¶Vndecimo papa Martinus in pri-
uilegio quod incipit.Ad fructus vberes concedens priuile-
gium fratribus de audiendis confessionibus subiungit vo-
lumus autem,q̃ hi qui fratribus confitebuntur eisdem suis
parochialibus presbyteris confiteri, saltem semel in anno,
prout generale concilium statuit, nihilominus teneantur
quodque ijdem fratres eos ad hoc diligenter & efficaciter
Duodecimũ argument. secundum datam eis a domino gratiã exhortentur.¶Duo-
decimo arguunt testimonio antiquorum doctorum claris-
simorum videlicet Alexandri de halis,Alberti magni:Bo-
nauenturæ,& Sancti Thomæ,qui videntur dicere, quod cõ
fessi priuilegiatis teneãtur confiteri sacerdotibus parochia
libus,si requirantur,nec aliter sint contenti ex hoc semel in
Opponit in cõtrarium. anno. ¶ In oppositum arguitur sic.Confessus priuilegiato
est vere absolutus,alias priuilegium nihil valeret,sed abso-
lutus non tenetur confiteri iterum eadem peccata de qui-
bus est absolutus.ergo &c.¶Respond.quia præsens articu-
Respondet. lus est super quo principaliter ortæ sunt multæ dissensiones
& scandala.Nos disposuimus tria facere.in primis pro ple-
niori notitia huius materiæ commemorabimus &, notabi-
mus errores,& opiniones quorũdam circa præsentem quę-
stionem & ordinem processuum eorum. Secũdo ponemus
aliquas cõclusiones:quæ iudicio nostro veræ sunt, & in hac
materia tenendæ ab omnibus.Tertio respondebimus rõni
bus opinantium in contrarium.¶Circa primum est scien-
dum,quod multi fuerunt,qui alias agitarunt hanc materiã,
& maxime in Francia contra religiosos ordinum mendican
tium,quorum tamen opiniones tanquam falsæ, & erroneæ
tandem condemnatæ sunt.In primis insurrexit quidam di
ctus Guilielmus de sancto amore,qui detestabilem quendã Gulielmus de sancto amore.
libellum composuit contra fratres mendicantes, qui intitu
23 latur de periculis nouissimorum temporum.†In quo libel-
lo continebantur infra scripti articuli circa præsentem ma-
teriam. quod papa de plenitudine suæ potestatis non põt
fratribus cõferre authoritatem prædicandi verbum Dei:&
confessiones secularium audiendi. Item quod confessi di-
ctis fratribus tenẽtur virtute illius decretalis.omnis vtrius-
que sexus.iterum eadam peccata numero curatis suis paro
chialibus semel in anno confiteri . ¶ Sed prædictus libellus
ac omnia & singula contenta in eo asserta contra religiosos Contra prędictum Gu.
præfatos fuerunt condemnata,& reprobata tanquã iniqua
& falsa:ac erronea per dominum Alexandrũ.4.in bulla quę
incipit.Romanus pontifex de summi apostolatus specula.
Item in bulla quæ incipit.Quidam scripturæ sacræ intelligẽ
tiam se habere fatentes.Item in bulla. Non sine multa cor-
dis amaritudine.Et in bulla quæ incipit.Ex alto surgere cõ
spicimus. Et in bulla quæ incipit,cum olim.Cuius Guliel.
libellum non tantum reprobauit idem Romanus pontifex
verum etiam ipsum perpetuo relegauit a regno Frãciæ. vn
de idem Alexander ita præfato Gulielmo de sancto amore
scribit in bulla quę incipit.Cum propter.in qua sic habetur.
Alexãder episcopus seruus seruorum Dei Gulielmo de san
cto amore in bonum dirigere gressus.Cum propter multi-
plices culpas & grandes offensas,quas temerarie commisi-
sti,& specialiter propter librum perniciosum,& detestabi-
lem a te compositum,& per nos olim in fratrum nostrorũ
consilio reprobatum, & in perpetuum condemnatum, me
rueris graues pœnas,volumus & per apostolica tibi scripta,
in virtute obedientiæ sub debito iuramenti,quod fecisti de
stando precise mandatis nostris. Necnon sub excommuni-
cationis & priuationis perpetuæ ab officio, & beneficijs pę
nis, quas eo ipso te incurrere volumus,mãdamus quatenus
nullo vnquam tempore regnum Franciæ,absque sedis apo-
stoli speciali licentia intrare præsumẽs.Et nihilominus om
nem docendi & prædicandi tibi authoritate apostolica per
petuo interdicimus facultatem &c.datum &c.¶Item secũ Secunda hęresis,
do loco surrexerunt quidam æmuli alij tam in Francia quã
in Alemania,tam tempore Clementis.4.quam tẽpore Cle
mentis 5.& eorum malitia reprobata est tam per Clemen-
tem.4.in bulla quæ incipit.quidam temerarie &c.supra no
minata in articulo præcedenti,quam per Clementem.5.in
bulla,quam scribit quibusdam prælatis Alemaniæ,vt com-
pescant quendam canonicum nomine Paulum, qui fratres
prædicatores occasione confessionum molestabat, asserens
non esse ministrandum eucharistiæ sacramentum absolutis
ab eis:nisi de nouo sibi a suis cõfiterentur sacerdotibus. Itẽ
idem Clemens determinauit hanc materiam in clementi-
na.dudũ.de sepul.¶Item tertio loco surrexit quidam alius Tertia hęresis.
24 religiosorum æmulus†.s.Ioannes de poliaco magister pari
siensis tempore Ioannis.22.qui Io.de poliaco inter cęteros
posuit tres errores quos idem papa Io.22.reprobauit & cõ
demnauit in extrauaganti sua,quæ incipit vas electionis.In
qua sic dicit formaliter.Sane dudum cum dilectum magi-
strum Ioannem sacræ theologiæ professorem certis ex cau
sis de fratrum nostrorum consilio ad nostram præsentiam
vocassemus fide digna relatione ad nostrum peruenit audi
tum,quod ipse in quibusdam articulis tangentibus pœnitẽ
tiæ sacramentum non sobrie,sed perperam sapiebat, infra
scriptos articulos perniciosos continentes errores docens
publice in suis prædicationibus,& in scholis. Primo si qui-
dem asserens, q̃ confessi fratribus habentibus licentiam ge
neralem audiendi cõfessiones:tenẽtur eadem peccata,quæ
confessi erant iterum confiteri proprio sacerdoti. ¶ Secun
do q̃ stãte statuto oĩs vtriusq;sexus edito in concilio gene-
rali,romanus pontifex non potest facere,quod parochiani
non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sa
cerdoti confiteri,quem dicit esse parochialem curatũ. imo
nec Deus posset hoc facere dicebat,implicat cõtradictio-
nem.¶ Tertio , q̃ papa non potest dare generalem pote-
statem audiendi confessiones,imo nec Deus, quin cõfessus
habentes

habenti generalem licentiam teneatur eadem iterum confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse, vt prius parochialē curatum Nos ergo scire volentes si suggesta nobis veritatē haberent articulorum copiam eidem magistro Ioanni fecimus assignari, & ad defensionem sui audientiā plenam sibi præbuimus tā in nostra quam in fratrū nostrorum præsentia in consistorio, quam alias coram aliquibus ex ipsis fratribus per nos ad hoc deputatis. verum licet præfatus magister dictos articulos & contenta in ipsis defendere niteretur: asserebat se tamen paratum credere & tenere in præmissis & alijs ea, quæ credenda, & tenenda esse sedes apostolica diffiniret. Hos igitur attendentes, quod dictorum articulorum assertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarū. ipsos per plures magistros examinari fecimus diligenter. Nos etiam ipsi cum dictis fratribus nostris collationem solertem habuimus super his, per quas quidem collationem & examinationē super hæc præhabitas comperimus, præmissos articulos doctrinam non sanam sed periculosam multum, ac veritati contrariā. quos etiam articulos omnes & singulos idem magister Ioannes veris sibi rationibus opinioni suę dudum habitæ contrarijs deiurantis, in consistorio reuocauit: asserens se credere eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, cum diceret se nescire rationibus sibi factis in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem prædicationem & doctrinam huiusmodi in errorem quod absit animæ simplicium prolabantur, prædictos articulos, & quemlibet eorum tanquam falsos, & erroneos, & a doctrina sana deuios authoritate apostolica damnamus, & reprobamus: de fratrum prædictorum consilio doctrinam ipsam contrariam veram esse, & catholicam asserentes. tum illi qui prædictis fratribus confitentur non magis teneantur eadem peccata confiteri, quam si alias illa confessi fuissent, eorum proprio sacerdoti iuxta dictum concilium generale &c. operantes autē &c. Hæc omnia in prædicta extrauagante, quam sic ad longum placuit inducere, vt plenior habeat notitia, quid in hac parte apostolica sedes fidei magistra omnium mater ecclesiarum diffinierit ac determinauit: cuius diffinitionis omnis, qui catholicus est intellectum debet suum captiuare, iuxta capitulum si romanorum. dist. 19. & c. hæc est fides. 24. q. 1. ¶ Item quarto loco surrexit quidam alius religiosorū æmulus. s. Armathanus, qui dictus est Richardus primas Iberniæ qui in parte secutus Ioannem de poliaco, sed alio fundamēto, asserebat enim quod populus parochialis a nullo peccato absolui possit: nisi semel in anno confiteretur solum suo proprio sacerdoti. i. plebano. probat, quia esset cōtemptus, qui esset peccatum mortale: & vnum non dimittitur sine alio. ergo quantumcunque quis confiteretur fratribus: adhuc omnia teneretur confiteri propter casum omnis vtriusque sexus suo curato. Super quibus articulis præfatus Armathanus in curia in Auione præsens constitutus, & plene auditus in defensionibus suis, tandem rationibus irrefragabilibus conclusus, & conuictus, ac confessus est. Nesciens satisfacere argumentis contra eum corā papa Benedicto. 12. & maxime, vt præfertur per magistrum Gulielmum Iordani de Anglia clarissimum in sacra scriptura doctorem ordinis prædicatorum. vnde eius doctrina per eundem summū pontificem tunc dānata est, & reprobata: & per consequēs per eius successorem Clementem. 6. sicut patet in processibus qui habentur in multis conuentibus. Et tantum sit de primo articulo prout nunc possumus habere notitiam.

Sed's artic. Prima conclusio.

¶ Circa secundum in quo pro responsione ad quæstionem sunt ponendæ conclusiones. Prima conclusio sit ista. † Con-
25 fessi priuilegiatis fratribus ad audientiam confessionum, & ab eis absoluti non tenentur eadem peccata, quæ confessi sunt eorū proprio sacerdoti. s. plebano confiteri, nec cuiquam alteri. Ista cōclusio patet. primo ex determinatione vniuersalis ecclesiæ in concilio viennensi: vbi in ca. dudum. de sepul. papa inquit. Fratres præsentati, & admissi confessiones confiteri volentium, libere liciteque audire valeant eisque pœnitentias imponere salutares, atque eisdem absolutionis beneficium impartiri. vbi super verbo, libere dicit Io. An. libere notat, quod non est necesse licentiam sacerdotis haberi. Item super verbo impartiri dicit sic. absoluti ergo non habebunt necesse vlterius confiteri proprio sacerdoti. nec obstat decretalis. omnis vtriusque sexus. de pœni. & re-
26 mis. quæ intelligitur de illo, qui alteri cōfessus nō est, † quia obligatio semel extincta non reuiuiscit. vt extra de simonia ex insinuatione. ad idem facit de pœni. di. 4. qui recedit. Itē de regulis iuris libr. 6. bona fides nō patitur: vt idem bis exigatur. ff. de regulis iuris quæ duo allegat pro se Io. mo. super verbo impartiri. hęc ibi. ¶ Secundo eadem conclusio patet ex determinatione apostolicæ sedis in extrauaganti Io. 22. vbi expresse diffinitur. q cōfessi fratribus minoribus prędictis. s. priuilegiatis ab apostolica sede, non magis tenentur eadem peccata confiteri, quam si alias illa confessi fuissent suo proprio curato. ¶ Tertio eadē conclusio probatur multiplici ratione sic. S. Thomæ in quarto. nullus tenetur confiteri peccata quæ non habet. sed confessus habenti priuilegium papæ, vel commissionem episcopi, est absolutus ab omnibus peccatis, & quo ad Deum, & quo ad ecclesiam. ergo talis non tenetur confiteri iterato sacerdoti quantumcūque petat. ¶ Secundo sic. priuilegia domini papæ nihil valerent confessis fratribus: si iterato necesse esset pro eisdem peccatis ab alijs pœnitentiam recipere, sed hoc non est dicendum. ergo &c. ¶ Tertio sic. natura nihil facit frustra. ergo multo fortius ille, qui est supra naturam. s. spiritussanctus. i. nec gratia spiritussancti, sed adhibere duo remedia spiritussanti circa idem, quando alterum est efficax. superfluum est ergo si quis confessus est alicui habenti potestatē absolutus est, non erit necesse alteri confiteri causa absolutionis recipiendę, imo superfluum est, & videtur. ¶ Quarto sic. Magister Hugo de sancto Victore libro de potestate ligandi & absoluendi dicit, quod inter cetera vincula a quibus absoluit sacerdos audiens confessionem vnum & primum est. quod absoluit eum a debito cōfitendi quo Deus ligauit eum, cum in cōtritione absoluit eum a debito mortis æternæ, sed absolutus a debito confitendi non tenetur amplius cuiq cōfiteri. ¶ Quinto sic. Cōfessus pœnitētiarijs papæ, aut episcoporum non tenetur iteratio confiteri. alias fieret iniuria sacramento. ar. extra de apost. ratio. ergo nec etiam cofessus priuilegians. consequentia tenet cum non minus sit absolutus confessus priuilegiatis quam pænitentiarijs papę vel episcoporum. ¶ Sexto idem potest argui. quia hoc esset onus importabile, quod non conuenit legi gratię de qua dominus ait. Matt. 11. Iugum meum suaue
27 est, & onus meum leue. ¶ Secunda conclusio. † Opinio dicens quod omnia peccata quæ quis confiteretur religiosis priuilegiatis teneatur iterato confiteri proprio sacerdoti, est primo periculosa in fide. secundo impingens in domini papæ authoritatem. tertio est contra legem naturæ. quarto cōtra sacram scripturam. quinto contra canones. sexto contra veritatem. Ista conclusio est magistri Lodulphi in quarto. di. 16. quam sic per singulas partes probat. Opinio tollens efficiam sacramenti est periculosa in fide. talis est ista. ergo &c. maior patet. quia cum de essentia sint sacramenta impingens in ea impingit in fidē: minor patet: quia peccator contritus accedens ad priuilegiatum, aut vere absoluitur, aut non. si sic. ergo tenetur iterum confiteri, quia vt. supra de pœn. eod. dis. §. mensura habetur. Non est necesse, vt qui semel sacerdoti confessi sumus, denuo confiteamur, sed lingua cordis non carnis apud verum iudicem ea iugiter confiteri debemus. vbi glo. excipit tātum tres casus. Primus quando sacerdos est imperitus, teneor discretioni propalare: Secundus quando contemnitur sasisfactio, & pœnitentia iniuncta. Tertius quando casus est enormis, & difficilis, & remittitur ad superiorem. nullus autem istorum casuum est hic. Si autem dicis, quia priuilegiatus non absoluit, tollis efficaciam sacramenti, quia dominus papa dicit in suis priuilegijs, quod possunt pœnitentias imponere. ¶ Secunda pars, videlicet quod opinio contraria impingit in authoritatem domini papæ probatur sic: tollens efficaciā priuilegij papalis impingit in authoritatem papæ, sic facit prefata opinio. ergo maior patet: quia priuilegia papalia nullum habēt vigorem, nisi ex summi pontificis authoritate, Tollens ergo authoritatem priuilegiorum, impingit in authoritatem papæ. minor probatur, quia papa dans priuilegium religiosis aut dat aliquid aut nihil. Si nihil, ergo decipit confitentes quod est hæreticum. Si dat aliquid, istud nō est nisi vera absolutio. ergo &c. ¶ Tertia pars probatur sic. Ratio naturalis dictat id ipsum non deberi bis iudicari, aut bis puniri, nec, quod semel purgatum est iterum purgari, peccatum autem semel confessum est semel punitum: iudicatum, & correctum: ergo quod homo debeat subesse iudicium iterato de peccato confesso, & punito, ac purgato est contra ius naturæ. minor patet, quia secundum omnem

Io. And.

Hug. de sancto victore.

Secūda conclusio.

æqualētiā natuialē nunq̃ reddit nisi tm̄ tāto æqualēter. ergo tm̄pro vno commisso est tm̄ vnum iudiciū,& vna pœna æquiualens.minor patet quia pœnitentia vna est iudicium sufficiens,& pœna æqualens ad vnā culpam.¶ Quarta pars probatur sic.Sacra scriptura dicit,non iudicabit dominus bis in idipsum quod Hierony.accipit loco illius nō consurget duplex tribulatio Naum.j.forum ergo conscientiæ requirit semel,& non bis coram Deo iudicari. Et iterū Ezec.3.Iniquitas impij non nocebit ei in quacunq; die cōuersus fuerit ab impietate sua:sed iste confessus priuilegiato conuertitur ab impietate.ergo vltra eius iniquitas nō remanebit,& ita non oportet denuo eum confiteri.¶ Quinta pars:videlicet quod opinio contraria sit cōtra canones probatur sic.extra de fo.compe.c.cum contingat.dicitur ꝙ consuetudoᵃ& priuilegium derogant iuri communi, etiā in criminibus.ergo hoc maxime potest priuilegium domini papæ,vbi nec alicui præiudicatur:nec iuri. Sed quod papa cuicunque sacerdoti det posse absoluere de quibuscunque peccatis,nulli iuri præiudicat.Ipse enim potest potestatem conferre,arcere,& auferre, cum sit iudex oīum etiam si non appelletur ad ipsum.9. q. 1.conquestus. vnde ad implendum eius mandatum etiam si videatur vix ferendum quilibet obligatur. dist.19.in memoriam & sententia eius ab omnibus est obseruanda.13.di.si inimicus.& c.seq.præterea.25.q.1.& maxime.2. vbi videtur hæc quæstio determinata.Nam in c.1.§.priuilegia ecclesiarum postquam obijcitur sicut obijciunt illi de opinione contraria,videlicet ꝙ posteriora priuilegia antiquioribus iuribus derogare non possunt,quia quod contra legem fit pro infecto habendum est.Respondet Gratianus.sancta romana ecclesia sua authoritate congregata valet disiungere,& disiuncta congregare rationis tamen equitate pensata.vnde vel pietatis,vel necessitatis intuitu semel a se concessa valet vel in totum vel in partem commutare. Pro necessitate namque corrigendorum vitiorum priuilegia multarum ecclesiarū vel minuuntur,vel pœnitus immutantur,siue personaliter,siue generaliter.hec ibi.Præterea papa est super omne concilium & statutum in his:quæ non tangunt articulos fidei. vt extra de maio.& obe.c.significasti.Ipse.n.est qui vicem Christi gerit in terris:cum sit vicarius Christi. extra de translatione. c.quanto.Ipse etiā super his dispensat.extra de conces. preben.præposuit.Mirum est quod non posit dare priuilegiū vt confessi his quibus ipse committit authoritatem audiendi & absoluendi sint vere absoluti. ¶ Vltimo dominus papa diuidit parochias & vnit eas.extra de trans.per totum.ergo qua ratione subdit huic curato per ius commune talem parochiam potest subdere priuilegiatis per priuilegium,& per consequens priuilegiati,vt subditos suos posint in cōfessione audire,& absoluere absque hoc quod vlterius necesse habeant confiteri. ¶ Sexta pars conclusionis,quæ fuit ꝙ opinio contraria erat contra veritatem probatur sic. quia constat secundum veritatem fidei,quod omni sacerdoti in collatione,ordinis confertur potestas audiendi cōfessiones & confessos absoluendi.vnde eis cum ordinantur dicitur:accipite spiritumsanctum,quorū remiseritis peccata, remittūtur eis &c.cum ergo papa dat priuilegium, certum est ꝙ non dat istam authoritatem quia iam collata est. ergo non dat aliud nisi materiam subiectam per iurisdictionem,in q̃ exerceant potestatem.ergo ipsi priuilegiati a papa, qui est iudex & pastor omnium ouium Christi possunt libere absoluere omnes ad eos venire volentes iuxta eorum priuilegiorum formam absque licentia cuiuscunque inferioris, & debito eis iterato confiteri peccata eadem.¶ Tertia conclu-
28 sio. † Peccata confessa fratribus priuilegiatis non cadunt sub præcepto iterationis.ita quod aliquid posset etiam papa sub præcepto iniungere:vt peccata quæ quis semel confessus est:& a quibus est semel absolutus iterato debet confiteri.Ista conclusio probatur primo sic ex parte ipsius sacramenti.Confessio peccatorum est quoddam sacramentale subiacens diuino mandato.non humano,ex quo videtur haberi,ꝙ sicut papa non potest dispensare quod homo peccator non teneatur confiteri:ita non potest dispensare, ꝙ confessio eiusdem peccati reiteretur. Nam eiusdem authoritatis est aliquem actum relaxare,& illum actum posse reiterare,qua enim ratione vera confessio non haberet suum effectum pari ratione nec secunda confessio haberet. Nec instantia quorundam vt Henrici de gandauo & sequacium eius dicentium,quod prima confessio habet primum effe-

ᵃ¶ Cōsuetudo. Adde ꝙ verbū consuetudinis simpliciter prolatū intelligiturde præscripta. Pet. de An. in c. cuma-na.nume.5. de elect.

Tertia conclusio.

Cōtra Henricum de gādauo.

ctum & directum:puta absolutionem peccatorum, & remissionem pœnæ æternæ vt commutationem.Secunda vero habet effectum secundarium,& indirectum, & augmentum gratiæ & reconciliationem ecclesiæ. Talis enim instantia nulla est,quia non negatur quin per reiterationem confessionis non posit fieri remissio venialium, & augmento gratiæ in feruore charitatis,sed negatur,quod confessio sacramentalis complete facta semel non habeat suum effectum primum,& secundarium.¶Secūdo probatur eadem conclusio ex parte confitentium sic.nullus vnquam potest compelli,vel cogi per papam ad id,quod est consilij,& supererogationis:vel perfectionis,sed solum ad id,quo homo nō potest consequi salutem.quia si supra illud coactio caderet tale præceptum esset absolute necessarium,sed confiteri vltra semel idem peccatum esset absolute necessarium,sed cōfiteri vltra semel idem peccatum non est præcepti sed consilij.ergo papa non potest ad hoc aliquē compellere.¶ Tertio sic.papa non potest facere id,quod vergit in iniuriam sacramenti.sed quod papa iubeat eadem peccata quę quis est confessus habenti authoritatem,& plene absolutus iterato confiteatur.vergit in iniuriam sacramenti,quia videtur qđ prima absolutio nō suffecisset. ergo hoc non potest facere. ¶Quarto sic.papa non potest facere quin sacramentum pęnitentiæ plene effectum suum habeat in prima absolutione & contritione.ergo non potest facere, quod talis confessus confiteri indigeat, & peccata de quibus plene est absolutus eadem numero reiterentur. ergo non potest facere, ꝙ respectu illorum medicina quę est sacramentalis confessio reiteretur:consequentia patet, ergo quamquam concedatur,quod frequenter confiteri sit vtile, nihilominus nō est necessarium,quod respectu eorūdem peccatorum de quibus iam fuit confessus, & absolutus est ab habente authoritatem, iterato quis cōfiteatur siue proprio sacerdoti siue
29 cuiquam alteri.¶Quarta conclusio. † sacerdos parochialis tenetur credere subdito suo dicenti.se esse cōfessum ad hoc quod det ei eucharistiam.Ista conclusio est S.Tho.in quolibeto.8.vbi sic dicit.in foro iudiciali creditur homini contra se:sed non pro se.In foro autem pœnitentiali creditur
30 homini,& pro se,& contra se. Est ergo distinguendum † ꝙ duplex est impedimentum,quo quis a perceptione eucharistiæ impeditur,si enim sit impedimentum ad forum iudiciale pertinens puta excommunicatio non tenetur sacerdos credere suo subdito,quem excommunicatum nouit:nisi ei de absolutione constet. Si autem sit impedimentum, quod ad forū pœnitentiale pertineat.s. peccatum tenetur, ei credere,& iniuste agit,si denegat ei eucharistiam, qui prohibet se confessum, & absolutum ab eo:qui absoluere potuit, vel authoritate papæ vel episcopi. Nec compelli pōt: quod ea peccata quæ confessus est alias, & a quibus est absolutus:iterato confiteatur. Concordat Petrus de tarentasia & Hostien.Magister vero Richardus de alta villa in quarto.concordans dicit sic. Cognitio quam potest habere sacerdos in foro pœnitentiæ de conscientia subditi sui depēpet de subditi volūtate, & ideo debet eū reputare idoneū ad suscipiendum eucharistiam si asserit se esse pœnitētem, & legitime confessum ei,qui potuit eum absoluere. Si tamen sacerdos aliqua signa probabilia haberet, quod ipse non diceret verum,nō tenetur sic eucharistiam ministrare nisi ille sibi faceret sufficientem fidem.Non dico de hoc,ꝙ est vere pœnitēs,nec de hoc quod est vere confessus: quia illa non cadunt sub probatione,sed de hoc quod est confessus vere illi,qui ipsum poterat absoluere, nisi impedimētū fuisset ex parte suiipsius.hęc ille.¶Quibus habitis dicēdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur duppliciter:primo negando minorem.videlicet quod priuilegiati nō sint proprij sacerdotes.dicimus enim iuxta S. Thomam in tractatu contra impugnantes religionem, ꝙ proprius sacerdos non solum est sacerdos parochialis,sed etiam episcopus,vel papa,ad quos etiam cura magis pertinet eius, quam ad sacerdotem,proprium enim ibi non accipitur secundum quod diuiditur contra communem, sed secundum quod diuiditur contra alienum.vnde qui confessus est episcopo,vel alicui habenti vicem eius,confessus est, etiam proprio sacerdoti.hæc S. Thomas.Concordat magister Alexander de Halis dominus Bonauētura. Petrus Richardus
31 de alta villa in quarto. dicētes † proprius sacerdos dicitur multipliciter. Vno modo & proprijssimo modo sacerdos parochialis,qui administrat sacramenta,& cui commissa est cura spe-

Quinta cōclusio.

Pet. de tar. Hostiensis. Richard.de alta villa.

S.Thom. Ad primum argument.

cura specialis parochianorum. Alio modo. s. communiori dicitur superior ordinarius proprius sacerdos, qui propria authoritate, vel officio gerit curam parochianorum suorũ .i. omnium qui sunt in sua diocesi, vt episcopus talis tanquã prælatus ordinarius potest absoluere subditos suos. Cõmunissimo modo potest dici proprius sacerdos, quicunque potest pœnitentem recipere ad confessionem: & illum absoluere authoritate siue potestate commissa a superiore, quales sunt pœnitentiarij domini papæ & inferiorum episcoporum, & illi quibus a domino papa concessum est priuilegium audiendi confessiones. hæc magister Alexander de Halis. ¶ Secundo respondetur dato, ꝙ capitulum oĩs vtriusque. loquatur de sacerdote parochiali: ꝙ assumptum est verum, nisi dispositio apostolicæ sedis (quæ ita ius, & authoritatem sacris canonibus impartitur ꝙ nõ eis alligatur. & 25. q. 2. §. his itaque) aliter ordinauerit. Non est dubium inquit do. Durandus in quarto, ꝙ præfatæ constitutioni potest ꝑiudicari per speciale priuilegium, ꝙ derogat iuri communi communissimo, & per specialem, qui est magis proprius sacerdos quam curatus: & ideo sicut de licentia curati põt absolui subditus eius, nec tenetur iterato confiteri, ita etiã fortiori ratione de licentia papæ aut episcopi sine licentia curat̃, & absque eo quod iterato teneatur confiteri potest absolui. ¶ Ad secundam respondetur, quod per priuilegiũ constitutio illa. oĩs. intellecta de proprio sacerdote, prout videtur debere intelligi, vt dictum est. s. prout distinguitur cõtra alienum, & nõ cõtra commune non est ablata. quia cum quis confitetur aut papæ, aut episcopo, aut eorum pœnitentiarijs, aut eorum priuilegiatis semper obseruatur capitulum illud. omnis vtriusque, quia semper talis cõfitetur proprio sacerdoti: vt dictum est. ¶ Secunda respondetur negando consequentiam. & ratio est: quia licet constitutio illa non sit omnino ablata. nihilominus quo ad illos, qui volunt priuilegiatis confiteri, est ꝑ priuilegium relaxata multiplici bono respectu sicut superius diximus. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum simpliciter. quoniam voluntarium ex dispẽsatione bene tollit preceptum, alias nullus posset dispensare in votis, ex quo ex præcepto tenetur quis implere votum, & voluntarium est petere dispensationem, & obtinere, sequeretur, ꝙ æque teneretur ad votũ habita dispensatione. ac si dispensatum non fuisset, ꝙ manifeste est falsum. Sic in proposito est papa dispensante ꝙ fideles aliqui alijs quam plebanis possint cõfiteri, licet isti voluntarie vtantur dispensatione ista, nihilominus soluti sunt a præcepto. omnis vtriusque. sicut manifestum est ex extrauagãti Ioannis. 21. vbi dicitur. ꝙ non magis teneantur confiteri eadem peccata, quam si illa confessi fuissent proprio sacerdoti. ¶ Ad quartã respondetur, ꝙ cum papa aut episcopus concedit alicui potestatem audiendi confessiones, non aufertur curato iurisdictio sua, sed seruatur, quia datur coadiutor ad executionem officij quod sibi incumbit ex iurisdictione, quæ principalius est episcopi quam illius, sicut in angelica hierarchia dona ordinum inferiorum excellẽtius sunt in superioribus. ¶ Ad quintam respondetur negando assumptum. Nec valet illud quod inducitur ad probandum .s. ꝙ reiteratio confessionis sit meritoria, & doctores persuadeant illam. quoniam illa consequentia nulla est. hoc opus est honestum, & meritorium. ergo superior potest subditũ suum obligare ad illud. ¶ Ad sextam iam responsum est supra, dicimus enim: ꝙ licet sacerdos tenetur dare si is, qui eucharistiam petit dignus sit, nihilominus ad habendum notitiam illam sufficit si is, qui petit eucharistiã dicat se esse legitime confessum ei, qui eum absoluere potuit. vnde debet ei sacerdos credere, sicut dictum est in quarta conclusione. vnde si ista notitia non sufficeret, esset necessarium, ꝙ sacerdos per se omnes audiret, quibus eucharistiam daturus esset, ꝙ inconueniens falsum & contra consuetudinem vniuersalis ecclesiæ. Nec illud ꝙ inducitur de infirmitate corporis est ad propositum, vt patet quoniam non est simile & c. ¶ Ad septimam patet responsio ex dictis, negando ꝙ sacerdos plebanus eucharistiam porrigens incurrat periculum, si non audiat confessiones omnium, quibus eucharistiam porrigit, quandoque sufficit notitia illa, quam habet ex testimonio illorum, qui eucharistiam petunt: quibus credendum est, vt sæpe dictum est. Præterea nec occasionem damnationi dare dicendus est, si contingat quod det eucharistiam alicui petenti in publico, sicut nec Christus dando corpus Iudæ, videlicet cum sciret peccatorem. Io. 13. B. etiã

Durandus.

Ad secundũ

Ad tertium

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Ad sextum.

Ad septimũ

Augus. & habetur de conse. di. 2. ait. Non prohibeat dispensator pingues terræ. i. peccatores mensam domini manducare. ¶ Ad octauam respondetur, ꝙ ratio ista multipliciter deficit. primo quia supponit, ꝙ simpliciter & absolute parochiani teneantur necessario confiteri habenti potestatem, vt papæ, aut episcopo, aut eorum pœnitẽtiarijs, aut priuilegiatis, qui omnes, vt supra diximus sacerdotes proprij dicũtur, vt proprium distinguitur contra alienum. Secundo deficit, quia præsupponit ꝙ papa dãdo priuilegium fratribus: aut episcopus commissionem audiendi confessiones, sit in præiudicium plebani. quod non est verum: sicut supra in præcedenti articulo dictum est, quia tunc præiudicium dicitur alicui fieri, quando subtrahitur alicui aliquid, ꝙ in fauorem eius introductum est, vel quod ad vtilitatem eius ordinatur, quod non est in proposito nostro. ¶ Ad nonam respõdetur, quod rõ illa similiter multipliciter efficit, primo quia si illa & similes quæ dicũtur fundari in iure diuino haberent locum, ita bene concluderẽt, quod nec papa nec episcopus possent audire cõfessiones absque hoc ꝙ tenerẽtur cõfessi iterato sacerdoti parochiano cõfiteri. quod tamen est hæreticum. Secundo deficit quia præsupponit, ꝙ per priuilegium datum fratribus audiendi confessiones: tollatur subiectio populi ad plebanum suum: quod est falsum. imo datur ei adiutorium, vt melius, & vtilius possit populum sibi subiectũ regere, & gubernare. ¶ Tertio deficit: quia hoc quod supponere videtur, videlicet quod subiectio hoc populi ad hũc sacerdotem parochialem sit de iure diuino, falsum videtur. quoniã nullo in loco sacræ scripturæ cauetur, qđ Christus instituerit aliquas parochias aut plebes. & in illis constituerit aliquos plebanos. Nõ enim videtur, ꝙ Christus instituerit per se, nisi vnam parochiam. s. totum mundum, & vnum pastorem. s. Petrum. cui inquit Io. 20. pasce oues meas. Omnes autem alij pastores, & parochiarum determinationes instituti sunt per romanum pontificem. † A
32 Petro enim post Christũ incepit ordo a sacerdotis: quia ipsi primo pontificatus datus est in ecclesia Christi: datus est inquit Anacletus in cap. in noua. di. 21. vnde si episcopi, & curati essent a Deo immediate sicut in particulari instituti sicut Romanus pontifex, ipsi a papa deponi non possent, plusquam econuerso licet sint inferiores eo: eo quod vt argutum est papa non est super ius diuinum, vt illum tollere posit. ¶ Quarto deficit, quia dato etiam quod illa subiectio populi ad sacerdotem plebanum esset instituta a iure diuino, nihilominus cum papa sit vicarius Christi in terris, cui, subsunt episcopi & omnes sacerdotes & iurisdictionem habeat immediatam in omnes Christianos, ipse pro libito ꝑut viderit bono regimini ecclesiæ expedire, & vtilitati populi Christiani potest ordinare in parochijs, & diocesibus aliquos in adiutorium ordinariorum: sicut patet in c. inter cætera. extra de offi. in or. Clarum est autem: ꝙ papa in hoc magis dicendus est promouere ius diuinum quam immutare. ¶ Quinto deficit in probatione minoris: cum ait. quod sicut Christus misit. 12. apostolos, ita. 72. discipulos. ista ꝓbatio est nulla propter duo. primo quia per illam missionẽ qua Christus apostolos & discipulos misit, nulla arguitur potestas iurisdictionis immediate a Christo eis data. Missio enim illa nõ fuit collatio cuiuscunq; iurisdictionis, vt alias plenius videbitur. & nos in summa nostra de ecclesia circa, secundum librum multipliciter ostendimus. Maxime cum apostoli & discipuli illo tempore ante passionẽ nec essent adhuc sacerdotes, nec curati quarumcunque parochiarum, & per consequens nec subiectionem cuiusque populi habebant. Solus autem Christus tunc sine vicarijs pastor, & rector erat totius ecclesiæ. Secundo quia dato, ꝙ apostoli & discipuli habuissent a Christo aliquam potestatem iurisdictionis. Non sequitur, quod etiam curati nunc immediate a Christo suscipiant potestatem iurisdictionis, aut subie-
33 ctionis cuiuscunque parochiæ. ¶ Pro quo notandum † ꝙ nõ est idem ordo rerum in institutione & progressione. Nam in institutiõe ordo est vt vna res sit sub alia, vt sub digniori, non tamen ab illa, sed ambæ ab vno principio sicut patet in primis indiuiduis superiorum & inferiorum, quæ ab vno & eodem principio processerunt, In progressione autem est ordo quo res inferior est alia superiori quasi ab ea acta, & mota & ideo quamuis in ecclesiastica institutione discipuli non essent missi ab apostolis, qui sunt forma episcoporũ, sed immediate a Christo, tamen in progressione ecclesiæ voluit, quod ab apostolis ponerentur, & nihil haberent iurisdictionis,

Augusti.

Ad octauũ.

Ad nonum.

a ¶ Incipit ordo. Ordo quid dicat. vide ꝑ pet. de Anc. in c. 1. num. 6 de schismati. & an ordo sacerdotalis cõferatur si alij ordines nõ ꝑcedant ponit idem in c. ẽ vnico. nu. 9. de cle. per saltum promoto.

risdictionis:nisi ab episcopis eis committeretur tanquã eorum adiutoribus,sicut superius dictum est.vnde episcopus in ordinatione sacerdotum inter alia dicit,quanto fragiliores sumus tanto his magis indigemus auxilijs.

Ad decimũ.

¶Ad decimã quod inducunt de papa Martino respondetur,ꝙ nõ habet locum,ratio est quia derogatum est illi per ampliorem concessionem datam fratribus,quã fuerat data tempore Martini.

34 †Amplior.n.concessio sequens priuilegium siue declarationem tollit primam.Sicut etiam exemplum possumus ponere de capitulo.omnis vtriusque sexus. præceptum.n. præcesserat ante Fabiani papæ.si non frequentius.de conse. dist.2.ꝙ ad minus ter in anno.s.pascha,pentecoste,& in natali domini fideles cõmunicarent.Nihilominus data relaxatione in præfato capitulo omnis.siue faciendo mẽtionẽ de illo,solummodo tenentur semel in anno communicare. ¶Secundo potest dici quod reuocata est per clemẽtinam. dudum.vbi expresse reuocãtur omnia extrauagantia & cõstitutiones apostolicæ sonantes in contrarium:inter quæ ẽt illa Martini intelligitur reuocata.

Ad vndecimum.

¶Ad vndecimam vbi dicitur,ꝙ papa Benedictus.11.respondetur primo ꝙ constitutio Benedicti in hac parte reuocata est per clementinam dudum.¶Secundo ꝙ verba Benedicti in extrauagante inter cunctas non sunt illa quæ aduersarij inducunt, sed ista. ceterum licet sicut prædicitur de necessitate non sit iterũ confiteri eadem peccata, tamen propter erubescentiã quæ magna est pars pœnitentiæ,vt eorum iteretur confessio reputamus salubre districte iniungimus:vt fratres ipsi confitentes attente moneant,& in suis prædicationibus exhortẽtur,ꝙ suis sacerdotibus saltem semel confiteantur in anno, asserendo id ad animarum profectum proculdubio pertinere.hæc ibi. Quia autem ista verba consilij sunt nõ præcepti, manifestum est.

Ad duodecimum.

¶Ad duodecimam cum arguitur de doctoribus, qui videntur dicere quod debeant iterum confiteri. Respondetur,quod nullo modo dicta illorum debeant mouere animum cuiuscunque ad contrariũ opinandũ eorum, quæ dicta sunt,nec est iam curandum de dictis eorũ in hac parte.Et hoc propter duo. primo quia eorum tempore nõ erant ita plena priuilegia,nec erant factæ declarationes super hac materia,quæ emanauerunt.Pro quo notandum, ꝙ notitia veritatis in hac nostra materia magis habetur certa ex factis & concessis per apostolicam sedem,cuius prouidẽtia tota vniuersalis ecclesia regitur & gubernatur,quam haberi possit ex aliquibus alijs principijs:vnde ex tenore,& forma,ac multitudine maiori,vel minori priuilegiorum est arguendum hic visa vtilitate in populo Christiano. Nunc autem sic est,ꝙ priuilegia data fratribus non sunt in principio data ĩ ea amplitudine:in qua postea data sunt:nec tot declarationes fuerunt in principio factæ sup ista materia,& ideo non est iudicandum de istis secundum dicta aliquorum doctorum antiquorum, qui non viderunt noua priuilegia & declarationes subsecutas.Et hoc modo ad dictum domini Hostien.qui glossam bene dicendi insecutus in capitulo omnis vtriusque dicit,ꝙ ex generali licentia data sacerdoti vel peccatori vt possit eligere confessorem non censetur derogatum dispositioni capituli omnis.quominus semel in anno debeat confiteri parochiali sacerdoti:cũ habeat sibi exhiberi eucharistiam.Respondet.Io.An. dicens contrarium

Io.And.

esse determinatum per extrauagantem Ioan.22.vas electionis.hæc dicit Henricus & alij.vnde multi doctores antiqui si vidissent plene priuilegia post data, & declarationes apostolicæ sedis super hac materia:aliter dixissent:quam dixerunt circa illam materiam,nec tamen illi dicunt,ꝙ simpliciter necessario teneantur. ¶Secundo respondetur ꝙ non est curandũ de doctoribus quibuscunque,qui aliter sapiunt vbi apostolica sedes aliter diffinisse legitur,& reperitur.Cõtra cuius authoritatem,vt dixit S.Tho.in secunda secundæ.

S.Thom.

q.11.articul.2.nec Hieronymus,nec Augustinus,nec aliqs sacrorum doctorum suam sententiam defendit. iuxta capitulum.hæc est fides papa beatissime. 24.q.1. Reperitur autem sicut superius ostensum est oppositum.determinatum est tam in declaratione Alexandri,quam Clementis.4.& in clementina dudũ.& in extrauagãti Ioannis.22.vas electionis.ergo &c.¶Tertio põt dici:quod ipsi doctores (vt apertissime ex dictis eorum colligitur)loquuntur quando licentia audiendi confessiones est data aliquibus prædicantibus, non simpliciter,sed in casu,videlicet audiendi illos, qui veniunt ad illorum sermonem. Priuilegia autem concessa fratribus prædicatorum ordinis, & fratribus ordinis minorũ, non sunt talia,sed simpliciter habent licẽtiam audiendi omnes volentes eis confiteri,siue veniant ad sermonẽ,siue nõ, sicut patet ex clemẽtina dudum.de sepu.& inde est quod dicta præfatorum doctorum non militant contra conclusionem positam.

35 Ad septimum Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ nõ liceat in aliquo casu confiteri laico.

Primo.

¶ Primo sic. dispensatio sacramenti ad illum tantum pertinere videtur qui est sacramenti minister. cum ergo minister sacramenti pœnitentiæ sit solus sacerdos, tantum enim sacerdotibus inquit Christus. Ioann. 20. quorum remiseritis peccata remissa sunt.& 8.di.verbũ. habetur quod solis sacerdotibus permissum est ius huiusmodi potestatis:ergo nulli alij quam sacerdoti est facienda cõfessio.

Secundũ ar.

¶Secundo sic.confessio in quolibet iudicio ad sententiam ordinatur,sed sententia in foro contentioso non a suo iudice lata nulla est,& ideo nec facienda est cõfessio nisi iudici,sed iudex in foro conscientiæ non est nisi sacerdos, qui solus habet potestatem ligandi & soluendi. ergo confessio non est alij facienda.

Tertium ar.

¶Tertio in baptismo quoniam quilibet baptizare potest si baptizat laicus,etiam absque necessitate non debet baptismus a sacerdote iterari. sed si aliquis confitetur laico in casu necessitatis:iterum tenetur sacerdoti confiteri si articulum necessitatis euadat. ergo confessio sacerdotis non potest fieri laico in casu necessitatis.

Oppositũ contrarij.

¶In oppositum est litera præsentis capituli.vbi sic dicitur,tanta est vis cõfessionis:vt si deest sacerdos confiteatur primo.Idem etiam habetur in quarto sententiarum.dist.17.

Responde. Bonauen.

¶Respond. dicendum,quod vt inquit dominus Bonauentura in quarto.dist.17.de confessione possumus loqui dupliciter. vno modo prout est opus virtutis directe repugnans hypochrisi:in quo seipsum quis accusat,ne alius quam sit appareat, vel etiam mala sua aperit ad morbi sui inuestigandum curationẽ,& loquendo isto modo de confessione sic de ista conclusio.

Prima conclusio.

Licite huiusmodi confessio potest fieri cuilibet fideli:qui potest adiuuare instruendo vel orando:de quo potest homo erubescere vel humiliari,& ille exemplo humiliationis meliori non cognitione peccatorum deprauari. & sic quis potest peccatum suum cuilibet confiteri siue clerico, siue regulari, siue seculari:& etiam puro laico, dum tamẽ non sit excommunicatus aut ab ecclesia præcisus, sicut etiã dicit Bernar.super Canti.vir perfectus tante est veritatis,ꝙ vellet omnes nosse sua peccata.

Secũda conclusio.

¶Secundo est sermo de confessione prout est quid sacramentale ordinatum ad reconciliationem confitentis:quæ fit per absolutionem,& ligationem:& loquendo hoc modo de confessione sit ista conclusio.Sub specie sacramentalis absolutionis & reconciliationis ecclesiæ confessio nullo modo potest fieri alteri quã sacerdoti.patet conclusio rationibus factis in principio.¶Secũdo sic.veritas debet respondere figuræ.sed in lege nullus iudicabatur mundatus a lepra nec recipiebatur in castra per alicuius iudicium,quantumcunque esset sapiens,nisi per iudicium,sacerdotis. ergo videtur pari ratione, ꝙ nullus põt reconciliari pœnitentem ecclesiæ:nisi solus sacerdos.sed cõfessio ordinatur ad hoc.ergo conclusio vera.¶ Tertio sic. omnis actus egreditur ab aliqua potestate ipsius actus absolutio sacramentalis quę datur in cõfessione est quidã actus. ergo egreditur a propria potestate ipsius.constat autem,ꝙ iste actus nõ est in homine per naturam, quia sic homo posset absoluere,ergo est in homine ex aliqua perceptione potestatis superioris,scilicet Dei.hæc autem potestas non percipitur nisi in ordine sacerdotali. ergo non potest absoluere nisi sacerdos.sed non fit absolutio nisi in confessione. ergo confessio gratia habendi absolutionem sacramentalem non potest fieri licite nisi sacerdoti.

Tertia conclusio.

¶Tertia cõclusio.in casu necessitatis ad ostensionem desiderij,& perfectæ voluntatis quam quis habet ad confitendum sacerdoti:licitum est, & confiteri meritorium alteri,quam sacerdoti.patet cõclusio.tum ex text. præsentis literæ:tum ex illo quod magister sententiarum dicit ex sententia August. in 4.dist.17.si dicit sacerdos proximo vel socio facienda est confessio. Ista conclusio declaratur sic per S.Tho.in quarto.dist.17.dicens ꝙ

S.Thom.

sicut baptismus est sacramentum necessitatis:ita & pœnitẽtia.baptismus autem quia est sacramentum necessitatis habet duplicem ministrum,vnum cui ex officio baptizare incumbit.s.sacerdotem,alium cui ratione necessitatis dispensatio committitur.Ita etiam minister pœnitentiæ cui confessio est facienda est sacerdos.Sed in necessitate etiã laicus potest

potest vicem sacerdotis gerere: vel supplere, vt ei confessio fieri possit. Quarta conclusio. confiteri etiam in articulo necessitatis laico non cadit sub præcepto. sed solum sub consilio. Probatur ista conclusio primo ex eo: ꝙ nullum præceptum habetur quod alteri quam sacerdoti in quocunque casu sit confitendum. Item dicit Beda in gl. Iaco. 5. minora. i. venialia æqualibus: lepræ immundiciam sacerdotibus pādamus. Ista conclusio est domini Bonauenturæ. Est etiam magistri Richardi, qui ita dicit in quarto. di. 17. Non est dicendum, vt quidam dicunt, ꝙ teneatur laicis confiteri: cum nō sit præceptum confiteri nisi sacerdoti. Item ad idem est Petrus de tarantasia qui sic dicit. In articulo necessitatis, vt si in extremis agens non haberet sacerdotem secundum quosdam tenetur laico confiteri, sed probabilius, & verius est, ꝙ non tenetur ex necessitate, sed de tali iudicandum est, sicut de illo qui non habet copiam sacerdotis, & tamen licet laico confiteri non sit de præcepto est tamen de consilio. hæc ille. Quinta conclusio. Confessione in casu necessitatis laico fienda non est expediens confiteri in speciali sed generali. Ista cōclusio est domini Guidonis super decretum in c. præsentis literæ. Et ratio sua est, quia non expedit laico inexperto, & non habenti sigillum confessionis in speciali confiteri peccata, sed sufficit dicere in generali. Ego peccaui, & cōfiteor tibi peccata mea, & confiterer in speciali si haberem sacerdotem. hęc ille. In hoc enim, vt idem dicit ostendit bonum propositum confitendi. Nam dominus ad cor respicit & volūtatem acceptat, licet non sit factum quod excludit necessitas. ¶His habitis dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur, quod ratio procedit de confessione plene sacramenti. Istius enim minister nō potest esse nisi sacerdos: confessio autem qua quis confitetur laico in articulo necessitatis non est talis, cum in ea deficiat quod est sacramentale, videlicet id quod est ex parte sacerdotis. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis, quia non fit confessio laico ad capiendum ab eo iudicium, sed ad ostendendum desyderium. & plenam voluntatem ad confitendum. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. dicimus. n. ꝙ non est simile, quia baptismus a quocunque detur est verū, & perfectum sacramētum. Et ideo ex quo quis semel baptizatus est a quocunque: non oportet quod iterum baptizetur. In confessione autem quæ fit laico non est completū sacramentum pœnitentiæ, vt dictum est. & ideo oportet ꝙ perficiatur, vt ex ipsa perceptione sacramenti pleniorem effectum consequatur & mandatum de pœnitentiæ sacramēto percipiendo adimpleat. Litera. ¶[Quem pœnitet] prima pars. [omnino pœniteat]. i. de oī peccato: & de oī notabili varietate, vt infra di. 6. consideret. [& dolorem]. i. sic pœniteat, vt lachrimis ostēdat. vnde Augustinus in eodem libro inquit. Recte. n. pœnitens quicquid sordidum post purificationem baptismi contraxit: oportet, vt abluat saltem lachrimis mentis: sed satis durus est cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. [Repræsentet] secunda pars. ꝓcepit] Lucæ. 7. & 17. [ora] id est peccata ore ostenderent sacerdotibus [per scriptum missum] quasi per epistolam, per hoc tamen non prohibetur quin aliquis possit in scriptura aliqua redigere peccata sua: vt melius memoriæ haberet cōmendata. [Sed quoniam] assignat rationem dicti sui, quia. s. magis erubescit ore proprio confitendo peccata sua: quam nūtio, vel scripto: erubescentia autem partem habet remissionis, eo ꝙ erubescentia auget dolorem de peccato. vnde salubriter hoc dominus præcepit, vt mundati a peccati lepra, ostenderent se sacerdotibus: vt per erubescentiam abūdantior esset remissio, & gratię collatio. ideo sua misericordia prouidit nunc. vt non solum in corde, sed etiam in ore confessio fieret sacerdoti, dicit ergo [non tamen est fienda confessio in occulto]. s. cordis: sed ore facienda est [vincitur] dicit quod erubescentiam vincunt tria. Primum est quia erubescētia suo labore mitigat Dei iustitiam, & meretur diuinam misericordiam [vt peccatum mortale]. i. dignum pęna æterna per pœnitentiæ veniam mutetur in pœnam temporalem. [fit veniale]. i. ad mortem æternam non imputabile. Hug. vel sic: venia[le]c] non autem sic: quod mortale fiat veniale. quia hoc superius ostendimus. e. dist. esse impossibile. sed fit veniale. i. veniam habet. secundum est [timor Dei] quē peccator suo peccato offendit. vincat ergo timor Dei offensi erubescentiam per quā Dei vindicta mitigatur. Tertium est diuinæ ordinationis authoritas cui est obtemperādum. Ordinauit enim Deus dando sacerdotibus potestatē

Quarta cōclusio.

Bonauent. Richar.

Petrus de tarantasia.

Quinta cōclusio.

Ad primum argument.

Ad secundū

Ad tertium

Exponit literam. August.

ligandi & soluendi peccatores. Ma. 16. & Io. 20. ꝙ peccator peccata sua ore confiteatur sacerdoti. non obstāte ergo erubescentia debet peccator sua peccata confiteri sacerdoti. [conseruat mīam in iustitia &c.] simul enim in opere suo concurrunt misericordia & veritas siue iustitia [sola iustitia damnat] contra statim ante dixit, conseruat misericordiam & iustitiam & econuerso. Respondetur iuxta dominum Alber. in 4. super dist. 17. in expositione literæ quod Augu. loquitur sub hypothesi quadam. s. ꝙ si Deus sola ad peccatores vteretur iustitia: tunc enim verum est, quod omnes damnaret. & hæc absque dubio videtur esse sententia literæ. Eadem est sententia S. Tho. in eodem loco qui ita dicit, hic loquitur Augu. ex hypothesi. i. si Deus tantum vteretur iustitia contra nos sine misericordia: quia ad gratiam ipsius post pc̄m sine misericordia redire non possumus [dignus est misericordia] merito congrui nō cōdigni. Alb. [vnde patet, ꝙ quanto pluribus] elicit corollarie q̄uis. n. confiteri vni sacerdoti habenti authoritatem absoluendi sufficiat ad salutem de necessitate præcepti: pluries tamen confiteri peccata sua pluribus sacerdotibus est consilij. Confiteri dico pluribus non diuidendo peccata: sed integre omnibus [consequitur maiorem veniam] saltem propter erubescentiam, & sacerdotis remissionem vel etiam ex vi clauium. S. Thom. in 4. [remissionis]. s. pœnæ temporalis [plus confitentibus parcere] de temporali pœna relaxare. Hu. [Lazarum]. Ioā. 11. dis[ci]pulis] quibus dominus ait. Io. 11. soluite eum vos. in quo ostenditur ꝙ ille quem dominus suscitauit de peccato absoluendus nihilominus a sacerdote est [solueritis] Matt. 18. [quare qui]. 3. pars. vbi ponit. ꝙ pœnitentes quærant sacerdotem scientem ligare, & soluere. ¶ Sed surgit hic quæstio
37 quæ sit ista scientia necessaria confessori. nam vt videt̄ nullus talis aut vix possit inueniri qui plenam sciētiam habeat ligandi & soluendi. nam quædam in genere peccatorum adeo perplexa sunt: ꝙ etiam magni clerici per maximas disputationes & vix enodare possunt: & dubia multa adhuc post discussionem eorum manent. ergo videtur quod vix vnquam possit talis inueniri. ¶ Ad hoc respōdet dominus Alber. in 4. vbi supra quod sacerdos non tenetur scire discernere: nisi in communi, s. quæ sunt capitalia, & quæ mortalia communia, & quæ venialia ex genere, & hoc leue valde est. dissertatio autem quæ contingit inter sapientes vtrū mortale quid sit vel veniale, contingit ex delectatione morosa adueniente vel ex contemptu vel ex huiusmodi, & nō ex genere actus. Sciens ergo illa quæ dicta sunt sufficiens est: vel putatur pro temporis huius necessitate ad confessiones audiēdas licet bene puto, quod hoc nesciens peccat mortaliter audiendo confessiones, & instituēs etiam peccat: & adhuc plus quam ipse. & permittens institutum ministrare ēt mortaliter peccat: si sua interest tales prohibere. hæc Albe. concor. S. Thom in eodem: loco ita dicens, qui sciat ligare. hæc scientia & si non sit maior: tamen tanta debet esse vt sciat distinguere inter peccatum & non peccatum: & peccatum mortale & veniale. & si in aliquo esset dubitatio posset ad discretiores remittere. hæc S. Tho. sed de hoc plenius in princ. sextæ distin. [tanta]. 4. pars. cum enim sacerdos deest, poterit quis confiteri laico eo modo: sicut in disputatione nostra superius est explanatum [leprosi] de quibus Luc. 18. [& si non ita cito]. i. ita plene: quod referendum est ad pœnam temporalem. quia per sacramentum pœnitentiæ & absolutionem sacerdotis pęna temporalis ad quam persoluendam pœnitens adhuc manet obligatus vi clauium pro parte remittitur, & etiam pleniorem consequitur effectum: quando propositum executioni demandat. [Et peccatum
a occultum] a. 5. pars ostendit quod peccatum occultum sufficit confiteri sacerdoti in secreto confessionis: ꝙ probat exemplo filiæ principis synagogæ de cuius resuscitatione: habetur Mat. 9. [quos autem] ostendit quod publica peccata egent publica pœnitentia exemplo filij viduæ quem flebat turba & in conspectu omnium publice suscitauit Christus. Lucæ. 12. & exemplo Lazari quem in conspectu oīum flentium suscitauit dominus: vt patet Io. 11. vt per hæc publica pœnitentia pateat publicis peccatis. [& hoc tamen] noli intelligere ꝙ peccator debeat confiteri publice sacerdoti in conspectu populi: & audiētibus omnibus, sicut supra ea. dist. circa. §. agite pœnitētiam, notauimus, & infra dicemus in seq. c. bene tamen emenda & exemplum boni operis publice facienda sunt: vt per ea quilibet præsumat peccatorē illum de præteritis pœnitentiam, & remissionem iam habuisse.

Opponit in cōtrarium

Quæstio.

Albertus. Respondet

S. Thom.

a ¶ Peccatū occultū. q. dicatur occultū. vide Pe. de Anc. in c. vestra. nu. 14. de coha. cl. & mulie.

buisse, fit etiam hac de causa vt orationibus ecclesiæ talis adiuuetur, cui proprium meritum non sufficit.

7 *Consuetudo quod confessio fiat publica an sit bona.*



Quamuis. Consequenter magister Gratian. quia fuerat locutus de confessione qualiter fienda sit, siue de secretis, & occultis peccatis, & de publicis, quia sacerdoti soli regulariter, licet de publicis pœnitentia publica agenda sit propter scandalum commune submouendum, nunc inducit Leonem papam impugnantem consuetudinem quorundam, qui soliti erant peccata sua publicæ confiteri. Et diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictum est scilicet damnat præfatam consuetudinem, quam quidam obseruabant peccata etiam occulta publice confitendo. in secundo ponit formam quæ in confessione obseruanda est, 2. ibi, sufficit ergo. licet alias supra circa. §. agite pœnitentiam. disputauimus aliqd de hac materia, nihilominus pro ampliori intellectu istius capit. ¶ Quæritur † vtrum conueniens fuerit consuetudo illa qua confessio fiebat publicè de omnibus peccatis. & arguitur quòd sic. primo ex. §. præsenti. in quo dicit August. verecundia maxima pœna est qui erubescit ꝓ Christo fit dignus misericordia. ex quo videtur, quòd quanto est erubescentia maior, tanto magis dignus est misericordia. & ita diminuta erubescentia diminuitur venia. ergo videtur, quod magis conueniat confiteri peccata in publico, quam in occulto. ¶ Secundo sic. in lege veteri fiebat confessio peccatorum eo modo quo fiebat in publico. ergo cum in lege noua tenentur peccatores ad grauiorem emendam, quam in veteri propter eorum magnitudinem, & ideo videtur etiam fortiori ratione deberent confiteri peccata sua in publico. ¶ Tertio sic. idem videtur per simile sumptum à confessione Achor. Iosuæ. 7. quæ compellēte Iosue fiebat in publico. ¶ Quarto in aliquo casu congruit publicam fieri pœnitentiam, siue solēnem, sicut patet infra, ergo similiter videtur quòd in aliquo casu congruat, quòd fiat confessio in publico vel quare non. ¶ In oppositum est text. præsentis literæ. ratione sic. quod propter charitatem institutum est contra charitatem nō debet obseruari. sed institutio cōfessionis est propter charitatem. quia vt peccator reconcilietur Deo & ecclesiæ quod non fit nisi mediante charitate. ergo non debet obseruari contra charitatem. sed si fieret in publico inter multos qui se diligunt generaretur odium ergo confessio sic non debet fieri. ¶ Respondeo dicēdum. quòd magis conuenit. vt peccatorum confessio fiat in secreto, quàm in publico. & per consequens merito damnatur in cap. præsenti consuetudo in contrarium, hoc multiplici ratione patet secundum text. præsentem & magistrum Alexan. de hal. in quarto prima est multiplicis scandali vitatio. secunda vitatio contemptus & odij. tertia vitatio grauis dispendij. Si enim fieret publica peccatorum cōfessio frequēter incurrerent confitentes contemptum, & odium & quādoque capitale dispendium vt si confiterentur de adulterio, vel furto, vel homicidio vel de huiusmodi flagitiosis peccatis. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respon. negando consequentiam, quoniam licet verecundia sit vna maxima causa veniæ, nihilominus infirmi non sunt exponendi istis verecundijs maximis quibus plures retraherentur à confessione, sicut dicitur in litera. & etiam propter alias rationes assignatas. ¶ Ad secundam respond. quod etiam ratio non procedit. quia in lege veteri non offerebāt in publico pro grauibus. sed pro quibusdam leuibus, seu cōmunibus. & hoc generaliter sine expressione circunstantiarum quo longe magis graue est, peccata quæcunque grauia vni homini confiteri. ¶ Ad tertiam respond. quòd cum illa confessio fuerit in foro iudicij condemnationis non est ad propositum quia hic loquimur de confessione sacramentali quæ fit in foro pœnitentiæ. ¶ Ad quartam respond. negando consequentiam. quia licet pœnitentia satisfactoria fiat in publico propter scandala orta non tamen confessio sacramentalis. Litera. ¶ Quamuis] id est, quamuis ex plena fide procedere videatur, quòd peccata sua coram omnibus quis confiteri velit, nihilominus talis consuetudo non est obseruanda. quia cum omnes non sint paris deuotionis multi à pœnitentiæ remedijs retraherentur aut erubescentia, aut timore, quia fortasse talia forent quæ legum sanctionibus venirent punienda, vt puta si fuissent homicidæ, fures, sacrilegi, & huiusmodi. [sufficit enim] 2. pars. Sufficit nō quod aliæ partes pœnitentiæ non requiratur, sed sufficit ad salutem illa confessio quæ fit Deo & post sacerdoti, & non requiritur publica aliqua peccatorum confessio.

Diuisio. Quæstio. 1 Primū arg. Secundū ar. Tertiū arg. Quartū ar. Opponit in contrariū. Respondet. Alexander de halis. Ad primum argument. Ad secundū Ad tertium Ad quartū. Exponit literam.

1 *Perfecti an teneantur ad sacramentalem confessionem. Quod sic. nume. 2.*

3 *Fideles quare teneantur ad confessionem.*

Quibus. Hæc est vltima pars distin. huius in qua magister Gratia. postquam pro vtraque parte ꝓpositæ quæstionis alternatim authoritates diuersas introduxit, & solutiones & responsiones, nunc pro hac parte allegans tandem cui parti ipse faueat non ostendit, sed arbitrio relinquit lectoris cui parti potius fauendum sit. Et hec pars diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictum est. in secunda inducit rationem ad hoc. d. quod. s. vtraque pars fautores habet sapientes & religiosos ad quos inducit authoritatē Theodori archiepiscopi. ¶ Pro pleniori intel-
1 ligentia huius. capi. Quæritur † vtrum perfecti teneantur ad sacramentalem confessionem. & videtur quod non ex præsenti cap. vbi dicitur. quòd confiteri soli Deo sit perfectorum siue iustorum. ¶ Secundo sic. super illud psalm. 99. In hymnis confitemini illi. dicitur quòd confessio sit porta ad misericordiam. ergo cum perfecti iam intrauerunt ad interiora cameræ vel conclauis non habent necesse intrare portam. ¶ Tertio dicit Grego. medicina vim suam perdit, si sanis membris apponatur. ¶ In oppositum est capi. omnis vtriusque sexus. quod videtur omnes vniuersaliter respicere siue perfectos siue imperfectos. ¶ Respōdeo dicendum, secundum magistrum Alexand. de ha. sub hac conclusione,
2 regula † quantumcunque aliquis sit perfectus tenetur confiteri. probatur sic hæc conclusio. quantumcunque aliquis sit iustus tenetur ieiunare quadragesimam si est potens corpore & c. nec per aliquam sanctitatem absoluitur ab ecclesiæ institutione. ergo similiter nec à confessione. Ad cuius conclusionis pleniorem manifestationem est notandum iuxta
3 eundem doctorem. † ꝙ fideles tenentur ad confessionem ex institutione primo facta ab Apostolis, vel melius s̄m S. Th. a Christo & promulgata à beato Iacobo. Iaco. 6. quia institutio illa facta est sub præcepto. ¶ Secundo tenentur ex superaddita institutione à patribus in generali concilio, & ꝓmulgata in generali concilio ab Innocentio. 3. Ratione autem dictæ primæ institutionis quæ directe fuit contra peccatum mortale tenentur omnes confiteri, qui post baptismum peccauerunt mortaliter. ratione secundæ institutionis tenentur omnes saltem semel in anno confiteri. ratio autem huius institutionis multiplex est. vna est generalis indigentia. quia omnes peccauerunt, & indigent gloria Dei, ad Romanos. 3. Et non est hō qui faciat bonum & non peccet Ecclesiast. 8. & ideo Deum debet quilibet glorificare confitendo se peccatorem. Qui enim confitetur se peccatorem Deum diligit. ac glorificat ostendens se Dei gratia & misericordia indigere. Alia est reuerentia sacræ communionis, quia enim omnes tenentur in paschate communicare, omnes debent se purgare ne indigne accedant. quia qui manducat indigne iudicium sibi manducat & bibit. 1. Corinth. 11. ¶ Tertia rō est discretio gregis dominici, ne. s. lupi absconditi inter oues latitarent id est, hæretici inter fideles, institutum est vt conscientias suas omnes sacerdotibus ostendant. propter hoc ergo omnibus confiteri est præceptum. hæc Alexand. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respond. secundum gl. quòd perfecti dicuntur qui non habēt nisi venialia, & de venialibus non fit cōfessio in speciali, sed bene in generali, vel dicendum iuxta magistrum Alexand. eundem, quod licet generaliter non teneantur de venialibus confiteri, in casu tamen sic. vtpote ratione dubij, quando dubitatur an sit mortale vel veniale. tum ratione statuti ecclesiæ. ¶ Ad secūdam dicendum. quòd licet perfecti pertransierint portam ecclesiæ quantum ad indulgentiam aliquorum peccatorum mortalium & plurimorum venialium. sed quia vt dicitur Prouerbior. 24. septies in die cadit iustus, quando confitetur intrat portam misericordię quantum ad indulgentiam aliquorum venialium & forte alicuius pœnæ debitæ, & etiam alicuius fructus percipiendi merito confessionis inuisibilis administratione. scilicet, gratiæ in contritione medicorum operatione idest, sacerdotum, q sunt medici animarum operatione. s. sacramentali administratione, audiendo confessiones peccatorum, & absoluendo & congruam satisfactionem iniungendo.

Diuisio. Primū arg. Secundū ar. Tertium ar. Opponit in contrarium. Respondet Alexander de halis. S. Thom. Ad primū argument. Ad secundū

¶ *Distinctio secunda.*



Via vero. Hic incipit secunda distinctio huius tractatus de pœnitentia in qua postquã magister Gratian.absoluit quæstionem principalem tertiam causæ. 24. videlicet, vtrum sola cordis contritione absque oris confessione peccata delerentur, Nunc volẽs profundius perscrutari introducit aliam quæstionem de pe nitentia,videlicet vtrum pœnitentia possit reiterari vel nõ. verum quia solutio huius quæstionis multum videtur pendere ex solutione alterius quæstionis,videlicet an charitas semel habita possit amitti vel non.primo prosequitur questionem de charitate in hac.2.dist.& in 2.sequenti distin.prosequitur quæstionem de reiteratione pœnitentiæ.Et ita diuiditur hæc distin.1.sui diuisione in duas partes. In prima introducit quæstionem, vtrum pœnitentia sit reiterabilis, & arguit quòd non. in secunda prosequitur quæstionem, an charitas semel habita possit amitti.2. ibi, itẽ sine charitate. item prima in duas partes.in prima introducit quæstionẽ. in secunda inducit aliqua testimonia pro parte dicentium, ꝙ pœnitentia tantum semel vtilis sit, & non sit iteranda.2. ibi,quia non est seruata.Quia vero quæstio ista de reiteratione pœnitentiæ relinquitur determinanda in 3. distinc. ideo etiam nos vsque tunc supersedebimus in disputatione illius

Diuisio

Exponit literam.

Litera.¶[Quia vero]introducit Gratianus quæstionem.An pœnitentia tantum semel sit vtilis vel an sit reiterabilis. Et ponit diuersas sententias ad hoc. Et primo tangit errorem quorundam hæreticorum.de quibus refert magister Sentẽ. in 4.distinct.14.Contra quos scribit Aug.lib.de vera & falsa pœnitentia.c.8.[qui proponentes] melior litera est proponendo.Hug. [peccantibus]post baptismum tantum semel esse vtilem pœnitentiam,& non sæpe peccantibus prodest iterata pœnitentia. contra quos etiam August. scribit epistola ad Macedonium. Sed isti hæretici multum errabant, primo contra diuinam liberalitatem quæ prona est semper ad miserandum quotiescunque peccator ingemuerit,& conuersus fuerit ad eum.Ezech.18.secundo contra sacram scripturam manifeste,filij.n. Israel frequenter leguntur peccasse contra Deum,sicut patet in aqua contradictionis, in qua murmurando contra Moysem & Aaron, in fastidio mannæ,in fabricatione idoli &c.& nihilominus eis plures peccantibus pepercit Deus. cum autem non sit minor misericordia in tempore plenitudinis gratiæ quo Deus paratior est ad miserendum quam in veteri testamento. si ergo in veteri testamento licuit frequenter pœnitere.& veniã consequi de peccato,longe magis in nouo in quo misericordia superexaltat iudicium.Iaco.3.sed de hoc plura testimonia & exempla inducentur infra dist.3.[Quia non est]2.pars [vade]hoc inducunt hæretici ad probandum ꝙ pœnitẽtia non est iteranda.quod dominus ait.Io.8.mulieri in adulterio deprehensæ,vade & amplius noli peccare.[& illud quod dominus ait]Ioan.5.paralytico diu iacenti in infirmitate ꝓpe probaticam piscinam.Ecce iam sanus factus es iam &c. Sed hæc non obstant, quia dominus & si hortetur curatos ab eo nolle amplius peccare, non tamen sequitur quòd si peccauerunt & post peccata pœnitentiam egerũt quòd nõ eis dominus remittat quod saluator clare ostendit. Matth. 18.cum ait.quòd non solum peccatori remittendum est septies,sed & septuagies septies,id est,toties quoties peccauerit,& pœnitentiam egerit de peccatis.

2 *Tristitia in inuidia potest contingere quatuor modis.*
3 *Inuidia aliquando est peccatum veniale.*
5 *Contentio non semper est peccatum mortale.*
7 *Inuidia non est immediate filia superbiæ,sed inanis gloriæ.*
8 *Superbia quid dicatur.*
9 *Contentio est immediate filia inanis gloriæ, & mediate superbiæ.*
10 *Vitium nouum quid nominet.*



I quis semel In hoc capitulo inducit pro parte hæreticorum authoritatem octaui concilij, in quo habetur quòd primam causam vitij non videtur extinxisse qui eodem vitio reperitur laborare.Et diuiditur hoc capi. in tres partes.In prima facit quod dictum est.in secunda dat regulam curandi vitia,videlicet per exercitia virtutum contrariarum,vtputa vitium superb ę per humilitatis exercitium. in tertia exponit quæ sint humilitatis exercitia.2. ibi, oportet ergo.3.ibi,exercitia vero.Pro pleniori intelligentia huius.c.Quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶Primum est vtrum inuidia sit peccatum.
4 ¶Secundum vtrum contentio sit peccatum.
6 ¶Tertium vtrum inuidia & contẽtio sint species superbiæ.

1 **Ad primum** Sic proceditur.† Et videtur quòd inuidia non sit vitium.¶Primo sic.Nullus est solicitandus aut exhortandus ad vitia. sed Hierony. scribens ad Athletam de instructione filiæ dicit. habeat socias cum quibus addiscat quibus inuideat, quarum laudibus mordeatur.ergo sequitur quòd inuidia non sit vitium. ¶Secundo sic. inuidia est tristitia de alienis bonis. vt dicit Damascen. hoc quandoque laudabiliter fit, dicitur enim Prouerbiorum.29.cum impij sumpserint principatum gemit populus.ergo inuidia non est peccatum.¶Tertio inuidia zelum quendam nominat.sed zelus quidam est bonus, secundum illud.psalm.68.zelus domus tuæ comedit me.ergo inuidia non semper videtur esse peccatum siue vitium. ¶In oppositum est textu.præsentis cap. Est etiam illud ad Galath.Apostoli.Non efficiamini inanis gloriæ cupidi inuicem prouocantes,inuidentes inuicem.¶Respondeo dicendum iuxta S.Thom.in 2.2.& Albertus magnus in 2. parte summæ,& Alexander de halis in 2.inuidia semper est peccatum,quæ conclusio probatur sic. quilibet tenetur diligere proximum sicut seipsum. Matth. 22.sed bonum est motiuum ipsius amoris.ergo tenetur quilibet ex præcepto diligere bonum proximi sui,sicut bonum suum.sed inuidia facit cõtrarium,quoniam odit bonum proximi sui.Est enim inuidia tristitia de bono alieno.ergo est contra præceptum diuinum,& per consequens est peccatum. ¶ Secundo sic. charitas est forma virtutum. vnde nulla virtus est formata sine charitate.ergo illud quòd directe opponitur charitati, maxime debet dici vitium. sed inuidia directe opponitur charitati,secundum illud Corinth.13.charitas non emulatur.gloss.1.non inuidet.ergo &c.¶Pro pleniori intelligentia huius quæstionis & responsione ad obiecta est notandum cum sancto Thom. in secunda secundæ. quæstio.36. articu.2.quòd cum dicitur quòd inuidia est tristitia de alie-

Primũ arg.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet, S.Thom.

2 nis bonis.†Hæc tristitia potest contingere quatuor modis. vno quidem modo quando aliquis dolet de bono alicuius, inquantum ex eo timetur aliquod nocumentum vel sibi vel etiam alijs bonis, & talis tristitia non est inuidia, & potest esse sine peccato.vnde Gregor.22.moralium. Euenire plurimum solet, vt non amissa charitate & inimici ruina nos lætificat,& rursum eius gloria sine inuidiæ culpa contristet,cum & ruente eo quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo plerosque iniuste opprimi formidamus. ¶Alio modo potest aliquis tristari de bono alterius, non ex eo quòd ipse habet bonum,sed ex eo quod nobis deest bonum illud,quod ipse habet.& illud proprie est zelus: vt Philosophus dicit in secunda rhetoricæ, & si iste zelus sit circa bona honesta laudabilis est secundum illud. 1. Corinth.14. emulamini spiritualia. Si autem sit de bonis temporalibus potest esse cum peccato,& sine peccato.¶Tertio modo aliquis tristatur de bono alterius inquantum ille cui accidit bonum est eo indignus, quæ quidem tristitia non potest oriri ex bonis honestis,ex quibus aliquis iustus efficitur. sed sicut Philosophus dicit in secunda rhetor.est de diuitijs, & de talibus quæ possunt prouenire dignis & indignis. & hęc tristitia secundum ipsum vocatur nemesis, & pertinet ad bonos mores.sed hoc ideo dicit,quia considerabat ipsa bona temporalia secũdum se prout possunt magna videri nõ respicientibus ad æterna,sed ſm doctrinam fidei temporalia bona quæ indignis proueniunt ex iusta Dei ordinatione disponuntur vel ad eorum correctionem,vel dãnationem, & huiusmodi bona quasi nihil sunt in comparatione ad bona futura,quæ seruanꝭ bonis.& ideo hmõi tristitia prohibetur in sacra scriptura,ſm illud.psa.36.Noli emulari in malignantibus,neq; zelaueris facientes iniquitatem.& alibi.psa. 72.pœnè effusi sunt gressus mei,quia zelaui sup iniquos pacem pctõrũ videns.¶Quarto aliquis tristatur de bono alicuius inquantũ excedit ipsum in bonis.& hęc proprie est inuidia.& istud semꝑ est prauũ, vt etiã dicit Philosophus.2. rhetor.qa dolet de eo,de quo est gaudendũ.s.de bono ꝓximi.

3 Secũda conclusio† inuidia licet ex genere suo sit pctm mortale,nihilominus,tamen aliquando est peccatum veniale. ista

le.ista conclusio quo ad primam partem,patet primo ex illo Prouerb.24.putredo ossium inuidia,per ossa intelliguntur virtutes.ergo per inuidiam auferuntur virtutes: sed q̃dquid destruit virtutes peccatum mortale est. ergo inuidia est peccatum mortale.¶Secundo patet ex illo Iob.5. paruulum occidit inuidia, nihil autem spiritualiter nisi peccatũ mortale.ergo inuidia est peccatum mortale. Hæc etiã pars

S.Thom.

conclusionis sic ratione probatur iuxta S. Thom. vbi supra ar.3.genus peccati ex obiecto consideratur. inuidia enim secundum rationem sui obiecti contrariatur charitati per quam est vita animæ spiritualis.vtriusque.n. obiectũ & charitatis & inuidiæ est bonum proximi,sed secundum contrarium motum.nam charitas gaudet de bono proximi. inuidia autem de eodem tristatur. vnde manifestum est, quòd inuidia ex suo genere sit peccatum mortale.¶Secunda pars conclusionis,ꝙ aliquando sit peccatum veniale,patet. quia sicut in quolibet genere peccati mortalis inueniuntur aliqui imperfecti motus in sensualitate existẽtes,qui sunt peccata venialia,sicut in genere adulterij primus motus concupiscentiæ & in genere homicidij primus motus iræ, ita etiã in genere inuidiæ inueniuntur aliqui primi motus,quandoque etiam in viris perfectis,qui sunt peccata venialia. concor.dominus Alber.& magister Alexã.de ha.¶Ad rationes

Adprimum argument.

in oppositum.Ad primam respon.quòd in authoritate Hiero.inuidia non capitur proprie:sed pro zelo quo quis debet

Ad secundũ

incitari ad proficiendum cum melioribus.¶Ad secundam respond.quòd ratio non procedit de tristitia alienorum bo-

Ad tertium

norum secundum primum modum.¶Ad tertiam respond. negando consequentiam,quoniam inuidia differt à zelo.vnde zelus aliquis potest esse bonus:sed inuidia semꝑ est mala.

4 Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur quòd contentio nõ sit vitium siue peccatum.

Primũ arg.

¶Primo sic. Contendere est in contrarium ire, & non peccare.vt exercitationis causa in disputationibus fit. ergo contentio non est vniuersaliter vitium.

Secundũ arg.

¶Secundo sic. nullus bene ordinatus gaudet de malo.sed Paulus ad Phil.dicit.quidam ex contentione Christum annuntiant. & postea subdit,& in hoc gaudere.ergo contentio non videtur de se esse vitium.

Tertium ar

¶Tertio.1.Corint.11.dicit Apostolus.Oportet hæreses esse vt qui probati sunt manifesti fiant. sed hæreses esse est contentiones esse. ergo videtur quòd bonum est contentiones esse.

Opponit in cõtrarium.

¶In oppositum est tex.præsentis.cap.vbi contentionem dicit esse vitium.item Iaco.3.habetur.vbi zelus & contentio ibi inconstantia & omne opus prauum.ergo contentio secundum se videtur esse peccatum.

Respondet.

¶Respõdeo dicendo.ꝙ loquendo de contentione prout sumitͬ hic, videlicet prout dicitur impugnatio veritatis cum confidentia clamoris,quæ diffinitio dicitur esse Ambrosij vel Fulgẽtij.& habetur in gloss.ad Roma.1. super illud contumeliosos superbos.&c.sit ista conclusio.

Prima conclusio. Alexander de halis.

Cõtentio semper est peccatum.Conclusio ista est domini Alber.in 2.parte. & Alex. de halis in 2.Et S.Thom.in 2.2.q.39.ar.1.

Secunda cõclusio.

¶Secunda conclu-
5 sio.†contentio non semper est peccatum mortale.¶Pro declaratione huius conclusionis est notãdum iuxta magistrũ Alexand.de halis in 2. quod contentio fit aut animo malignitatis,aut causa necessitatis, aut fit causa exercitationis, aut causa eruditionis,aut quadam titillatione gloriæ vel honoris.Si fit causa vel animo malignitatis vt qui volunt iniuste vincere, vel animos simplicium subuertere, secundum hunc modum est mortale peccatum, secundum hunc modum prohibetur ab Apostolo.2.ad Timo.2.Cum dicit noli contendere verbis.Ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionem. vbi dicit gloss.contentio nihil potest nisi subuertere audientes,dum verbosus par vel superior videtur esse canonico.& gloss.Iob.6.in inquisitionibus non videtur veritatẽ assequi,sed victores videri.Si vero causa necessitatis fiat tũc non est peccatum,secundum quòd dicitur Prouerb.29. vir sapiens si cum stulto contenderit &c.gloss.doctor fidelis & sapiens si cum infideli & contumace contenderit siue tormenta reproborum vel gaudia narret bonorum, frustra erga insensatum laborat.Si vero fiat ex titillatione quadã honoris vel gloriæ, veniale videtur peccatum.& secũdum hoc

S.Thom.

videtur accipi illud Luc.22.facta est contentio inter eos qs eorum videretur esse maior.quia vt dicit S. Tho. in 2.2. vbi supra in discipulis Christi non erat contentio cum intentio impugnandi veritatem,quia vnusquisque defendebat,quod sibi videbatur,erat tamen in eorum contentione inordinatio,quia contendebant de quo non erat contendendum.s. de primatu honoris.Nondum enim erant spirituales, sicut glo.ibidem dicit.vnde & eos conuenienter compescuit. sic ergo patet ꝙ aliquando contentio est peccatum mortale, aliquando veniale,aliquando(.s.cum large accipitur,vt dicitur motus tendentium)neutrum est,imo potest esse meritorium vitæ æternæ. vnde Albertus mag. in 2. parte dicit. Est aliquando contentio bona, quando.s. homo contendit exercere virtutem naturæ ad difficultatem virtutis & meriti,vt possit pugnare contra vitia.& ista præcipitur. Matth. 5.Contendite intrare per angustam portam. quia angusta porta est,& arcta est via quæ ducit ad vitam. ¶ Ad rationes

Ad primũ argument.

in contrarium dicendum.Ad primam patet responsio ex dictis.quia quando fit causa exercitationis,dum tamen teneatur modus ordinatus,non est peccatum, vel est dicendum, ꝙ illa proprie non est contentio,sed collatio,sicut dicit Ambrosius ꝙ collatio inter seruos Dei esse debet non contentio.

Ad secundũ

¶Ad secundam dicendum, ꝙ apostolus non gaudebat de contentione eorum qui Christum prædicabant, sed de fructu qui ex hoc proueniebat.s. ꝙ Christus annũtiabatur, quia ex malis occasionaliter sequuntur etiam bona.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respond.negando consequentiam, quoniam hæreses esse non est bonum nisi per occasionem, sed simpliciter malum,& illa occasio ponitur in gloss.ibique dum hæretici sunt excitantur sacri doctores ad perscrutandum sacram scripturam,& ad vigilantiam studij ex quibus multa bona proueniunt ecclesiæ.

6 Ad tertium Sic proceditur.†Et videtur quod inuidia & contentio non sint filiæ siue species superbiæ.

Primũ arg.

¶Primo de inuidia sic.inuidia est capitale vitium.vnde Gregor.31. moralium ponit eam inter alia septem capitalia vitia.ergo sequitur, ꝙ non sit species superbiæ.

Secundũ ar.

¶De contentione arguitur sic. Contentio est filia inanis gloriæ,vt habet idem Grego.vbi supra. ergo non est filia superbiæ,consequentia videtur nota.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. Contentio videtur esse filia inuidiæ,ergo non superbiæ. cõsequẽtia videtur nota,sed antecedens probatur sic. Contentio habet affinitatem ad zelum inuidiæ.1.ad Corin.3. Cum sit inter vos zelus & contentio,nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis.zelus autem ad inuidiam pertinet. ergo contentio magis ex inuidia oriri dicenda est,quam ex superbia.

Opponit in cõtrarium.

¶In oppositum videtur esse tex.præsentis.c. & Hu. in glo.qui ait.ꝙ inuidia & contentio sunt species superbiæ.

Respondet. Prima conclusio. S.Thom.

7 ¶Respondeo dicendum. † inuidia non est immediate filia superbiæ,sed inanis gloriæ.ista conclusio est beati Greg.in moralibus.31.sic dicentis.vt deducit S.Thom.2.2.q.37. ar. vltim.capitalia vitia tanta sibi coniunctione coniungũtur, vt non nisi vnum de altero proferatur. prima namque superbiæ soboles inanis est gloria,quæ dum oppressam mentem corruperit,mox inuidiam gignit.item Alber. mag. in 2.parte summæ dicit,ꝙ inuidia non est directe filia superbiæ,sed pedissequa eius.vt dicit Aug.quia semper sequitur
8 superbiam,sicut pedissequa dominã.† Superbia.n.est amor propriæ excellentiæ,& inuidus propter hoc dolet de aliena fœlicitate,quia requiescit in propria excellentia, timens ne
9 alius in hoc sibi parificetur.¶Secunda conclusio.†Contentio est immediate filia inanis gloriæ, & mediate superbiæ,

Secunda cõclusio.

ista conclusio probatur sic iuxta S.Th.in 2.2.vbi supra quo ad primam partem.discordia est filia inanis gloriæ sicut dicit Grego.31.moralium,eo ꝙ discordantium vterq; in suo proprio stat,& vnus alteri nõ acquiescit. proprium autem superbiæ & inanis gloriæ est propriam excellentiam quærere.Sicut autem discordantes aliqui sunt ex eo,ꝙ stant corde in proprijs,ita contendentes sunt aliqui ex hoc, ꝙ vnusquisque verbo id quod sibi videtur defendit.vnde eadẽ ratione ponitur contẽtio filia inanis gloriæ,sicut & discordia.Quo vero ad secundam partem patet conclusio.Cum inanis gloria,vt inquit Greg.ex superbia oriatur.Quidquid autem est causa causæ est causa causati.vt habetur in libro de causis.ergo mediante inani gloria contentio est filia superbiæ.¶Ad rationes in oppositum est.

Ad primum argument.

Ad primam respondetur negando consequentiam.quoniam vt dicit S.Tho.non est contra rationem capitalis vitij,ꝙ ex alio oriatur.

Ad secundũ

¶Ad secundã respondetur.ꝙ nõ facit pro conclusi. nostra.

Ad tertium

¶Ad tertiam respon.ꝙ ratio non procedit.quoniam vt dicit S.Tho. in 2.2. q.38. ar. 3. contentio sicut & discordia habet affinitatem cum inuidia quãtum ad recessum eius, à quo aliquis discordat,vel etiam in quo contendit.sed quantum ad id, in quo consistit ille qui contendit habet conuenientiam cum

superbia vel inani gloria, inquantum scilicet, in proprio sensu statur in quo magis consistit propria ratio eius. Litera.

Exponit literam.

¶[Si quis notatus] id est, reprehensus vel redargutus. Hugu. [inuidiæ vel contentionis vitio] vel alio quocunque, vtraq; est species superbiæ vel arrogantiæ. Hug. Quid autem sit cõtentio & quomodo sit intelligendum quod hic Hug. dixi-
10 mus supra in articu.3. [primam causam vitij reconditam] non hoc dicit, † quòd semper ita sit. sed quod si fuerit præsumptio. Hug. not. hic Hug. & Archidiaco. cum sequens q̃ nomen vitij nominat aliquando ipsum vitium, aliquando motum ex eo prouenientem, vt superbia quandoque dicit ipsum vitium, quandoque actus superbiæ. [Oportet]. 2. pars [per contraria secundum enim Gregor. in homilia. sicut in arte medicinæ contraria contrarijs curantu, sic Christus quibuslibet vitijs contraria adhibuit medicamenta, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis præcepit humilitatem, & Philosophus. 2. Ethico. ostendit. quòd à vitijs transitur ad virtutes per contrarias oppositiones. Hæc exercitia verę humilitatis sunt, si se vilioribus.] Sic enim dominus noster exercuit humilitatis officium, quando surgens de mensa posuit aquam in peluim, & lauit pedes discipulorum. Ioan.13. qui ait. Matt.20. non veni ministrari, sed ministrare. [Cura similis.] id est similiter per contraria.

Archidiac.

2 *Charitas tripliciter consideratur.*
3 *Virtus vera dicitur dupliciter.*
4 *Charitas secundum rationem sui actus excludit omne motiuũ ad peccandum.*
6 *Conseruatio habitus in subiecto non requirit continuitatem actus.*
7 *Charitas amittitur dupliciter.*

Item sine charitate. Hæc est secunda pars principalis huius distinctionis: in qua Gratianus prosequitur quæstionem de charitate. an semel habita, sit amissibilis per peccatum. Et diuiditur hæc pars principaliter in quatuor partes iuxta gloss. in prima adducit authoritates ad probandum, quòd non posit amitti. & si quandoque videatur amitti, quòd illa nõ fuerit vera charitas. in secunda respondet authoritatibus allegatis asserens illas de charitate perfecta esse intelligendas. Et sumpta inde occasione ostendit gradus esse in charitate. in tertia latenter partem assumit aduersam, & quòd charitas amitti posit exemplis & authoritatibus ostẽdit. in quarta ostendit hoc verum esse non solum de charitatis opere, sed etiam de ipsa charitate. 2. ibi, hæc quæ de charitate. tertia ibi, non est mirum. quarta ibi: in §. audenter. vsque ad finem distinctionis. Pro pleniori intelligentia non modo pręsentis. §. sed etiam totius distinctionis. quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶Primum est vtrum charitas semel habita posit amitti.
5 ¶Secundum vtrum charitas amittatur per vnum actum peccati mortalis.

1 **Ad primum** Sic proceditur. 1 Et videtur quòd charitas semel habita amitti non posit

Primũ arg.

¶Primo sic. dicit Augustin 8. de trinitate, quòd dilectio si non est vera, dilectio dicenda non est. sed sicut ipse dicit in epistola ad Iulianum comitem. & habetur in litera, charitas quæ deseri potest nunquam vera fuit. si ergo charitas semel habeatur nunquam amittetur. ¶ Secundo sic arguitur. ratione posita in litera quæ est August. super canonicam Ioã. radicata est charitas, securus esto nihil mali procedere potest. & confirmatur sic. Omnis qui charitatem habet Christum habet pro fundamento, & spiritum sanctum pro adiutorio, sed nihil potest firmitatem huius fundamenti infringere, nec virtutem diuini adiutorij superare. ergo videtur quòd nihil posit charitatẽ ab homine expellere. ¶ Tertio sic. illud quod est fortisimum non potest vinci à debilisimo sed charitas est fortisima, quia fortis est vt mors dilectio, Cantico. vltim. Et inducitur hic in litera super quo dicit Gregor. virtuti. 7. viribus mortis dilectio comparatur. quia nimirum mentem quam semel ceperit à dilectione mundi funditus occidit. peccatum autem est debilisimum. quia malum est infirmum, & pigrum vt dicit Dionysi. 4. de diui. no. ergo charitas nullo modo potest per peccatum expelli, sed nullo alio modo potest charitas amitti, ergo charitas semel habita non potest amitti. ¶ Quarto sic. lib. ar. non inclinatur ad peccatum nisi per aliquod motiuum ad peccandum, & amorem sui, & cupiditatem, & quidquid aliud huiusmodi est ergo charitas amitti non potest. ¶ Quinto sic. si peccatum expellit charitatem, aut peccatum quod est, aut peccatum quod non est, sed non peccatum quod est, quia illud charitatem non superat, nec illud quod non est, quia illud quod non est, non potest agere. ergo peccatum nullo modo expellit charitatem. ¶ Sexto, omnis qui habet charitatem est natus ex Deo. sed omnis natus ex Deo non peccat. vt habetur. 1. Ioann. 3. ergo omnis qui habet charitatem non peccat, & per consequens charitas semel habita non amittitur. ¶ In oppositum est determinatio, quæ de hac quæstione habetur in hac distinctione confirmata authoritatibus rationibus & exemplis. arguitur etiam ex illo Apocalyp. 2. habeo aduersum te pauca, quòd charitatem primam reliquisti. ergo charitas semel habita potest amitti. ¶ Secundo sic. quicunque non potest peccare habet libe. arbi. confirmatum. sed non omnis habens charitatem habet lib. arbi. confirmatum. ergo aliquis habens charitatem potest peccare, & ita charitatem amittere. ¶ Respondeo dicendum, quod sicut dicit Gratianus in litera huius distinctionis, quorundam fuit opinio & sententia, quòd charitas semel habita nunquam amittitur, & hoc posuerunt propter perfectionem illius vinculi. & ardorem siue feruorem amoris. Crediderunt enim illud vinculum esse tantæ perfectionis, quod nullo agente posset dissolui, & illum amorem esse tanti feruoris, quòd nullo modo posset extingui, propter dignitatem & excellentiam ipsius charitatis, & hoc affirmare nisi sunt multis authoritatibus, sicut in ipsa prima parte huius distinctionis magister Gratianus satis copiose ostendit. sed hæc positio non est opinio nec rationalis sententia, imo error & insania potius est dicenda, quoniam repugnat sacræ scripturæ, repugnat experimento fidei nostræ, repugnat nihilominus rectæ rationi, sicut in discursu huius distinctionis luce aperta ostendetur. ¶ Pro intelligentia vero huius quæstionis est notandum cum sanct.
2 Thom. in secunda secundæ quæstio. 24. argu. 11. † quod tripliciter possumus considerare charitatem, vno modo ex parte spiritus sancti mouentis animum ad diligendum Deum, & ex hac parte charitas impeccabilitatem habet ex virtute spiritus sancti, qui ineffabiliter operatur, quodcunque voluerit, vnde imposibile est hæc duo esse vera simul, quòd spiritus sanctus velit mouere aliquem ad actum charitatis, & quòd ipse charitatem amittat peccando. nam donum perseuerantiæ computatur inter beneficia Dei, quibus certissime liberantur quicunque liberantur, vt August. dicit in libr. de prædestinatione sanctorum. ¶ Alio modo potest considerari charitas, secundum propriam rationem & sic charitas non potest nisi illud, quod pertinet ad charitatis rationem. vnde charitas nullo modo potest peccare, sicut nec calor potest infrigidare & sic iniustitia non potest bonum facere. vt August. dicit in libr. de sermone domini in monte. ¶ Tertio modo potest considerari charitas ex parte subiecti, quòd est vertibile secundum arbitrij libertatem. potest autem attendi comparatio charitatis ad hoc subiectum, & secundum vniuersalem rationem, quo comparatur forma ad materiam, & secundum specialem rationem, quo comparatur habitus ad potentiam. Est autem de ratione formæ, quòd sit in subiecto amisibiliter quando non replet totam potentialitatem materiæ, sicut patet in formis generabilium & corruptibilium, quia materia horum sic recipit vnam formam quasi non repleta potentialitate materiæ per vnam formam, & ideo vna forma potest amitti per acceptionem alterius, sed forma corporis cœlestis (quia replet totam materiæ potentialitatem) ita quod non remanet in ea potentia ad aliam formam inamisibiliter inest. Sic ergo charitas patriæ, quia totam potentialitatem rationalis mentis implet scilicet, omnis actualis motus eius fertur in Deum inamisibiliter habetur. Charitas autem viæ non replet potentialitatem sui subiecti, quia non semper actu fertur in Deum. vnde quando actu in Deum non fertur, potest aliquid occurrere per quod charitas amittatur. Habitui autem proprium est vt inclinet potentiam ad agendum quod conuenit habitui inquantum facit aliquid videri bonum, quod ei conuenit, malum autem quod ei repugnat. Sicut enim gustus dijudicat sapores secundum suam dispositionem, ita mens hominis dijudicat de aliquo faciendo secundum suam habitualem dispositionem. vnde & Philosophus dicit in 4. Ethi. quòd

Secundũ ar.
Tertium ar.
Quartũ ar.
Quintũ ar.
Sextum ar.
Opponit in cõtrarium.
Secũda opp.
Respondet.
S.Thom.
Augustin

quòd qualis vnusquisque est talis finis videtur ei. ibi enim charitas inamissibiliter habetur, vbi id quod conuenit charitati non potest videri nisi bonum.s.in patria, vbi Deus videtur per essentiam quæ est ipsa essentia bonitatis. ideo charitas patriæ amitti non potest. Charitas autem viæ (in cuius statu non videtur ipsa Dei essentia esse essentia bonitatis) potest amitti. ¶His visis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primum argument. S. Thom.

Ad primam respond. dupliciter. primo iuxta S.Thom. in 2.2.& in q.disputatis. quòd vera dilectio de sui rõne habet, quòd nũquam amittatur. Qui enim vere diligit hoc in animo suo proponit, vt nunquam dilectionem amittat, sed quandoque propositum mutatur, sic dilectio quæ vera fuit amittitur. Si autem aliquis habuit in proposito, vt à diligendo, quandoque deficeret, vera dilectio non fuisset. dicimus ergo quòd charitas quæ deseri potest ex ipsa ratione charitatis vera charitas non est, hoc enim esset, si hoc in suo amore haberet, sicut dictum est quòd ad tempus amaret, & postea amare desineret, quod non esset veræ dilectionis. Sed si charitas mutatur commutabilitate subiecti contra propositum charitatis, quod in suo actu includitur, & hoc non repugnat veritati charitatis.

Bonauent. 3

¶Secundo respond. iuxta dominum Bonauen. in 3.dist.31. in expositione literæ† quòd virtus vera dupliciter dicitur, aut quia habet operationem debitam sibi, aut quia producit ad finem propter quem est.& hoc vltimo modo dicitur in authoritate præfata, charitas quæ deseritur non vera, quia si deseritur non acquiritur finis debitus. ideo potius vana quam vera est reputanda.& ita authoritas præfata non facit contra propositum.

Ad secundũ

¶Ad secundam cum dicitur. si charitas est radicata nihil mali producere potest. respondetur quòd verum est quantum est de se. quia sic (vt dictum est) charitas non potest nisi id, quod ꝑtinet ad rationem eius, nihilominus ex parte vertibilitatis subiecti potest aliud contingere, sicut dictum est.& ad confirmationem cum dicitur quod habens charitatem habet Christum fundamentum &c. respondetur quòd iuxta dominum Bonauen. verum est, sed sic Christus est fundamentum, quòd non sustentat nisi volẽtem sibi inniti, & spiritus sanctus non gubernat in esse gratuito, nisi volentem sibi corporari, & ideo quamuis id fundamentum sit immobile, & adiutorium sit immutabile, tamen quia liberum arbitrium ex sui defectibilitate recusat inniti illi fundamento, & cooperari illi adiutorio peccando deficit in seipso, ac per hoc priuatur charitate propter defectum sui, non propter defectum fundamenti aut adiutorij.

Ad tertium

¶Ad tertiam respondetur negãdo consequentiã, quoniam non est de defectu charitatis, quòd à peccato vincatur, sed ex defectu habentis charitatem, quia non vtitur charitate vt dictum est.

Ad quartũ.

4 ¶Ad quartam respondetur † quòd charitas secundum rationem sui actus excludit omne motiuum ad peccandum. pertinet.n. hoc ad rationem charitatis, vt velit non concupiscere, nec inordinate amare, sed quandoque contingit quòd charitas actu non agit, & tunc potest interuenire aliquod motiuum ad peccandũ, cui si consentiatur charitas amittitur.

Ad quintũ

¶Ad quintam respond. iuxta S.Thom. in 3. quòd in eodem instanti in quo peccatum aduenit charitas expellitur. & sicut illud est primum instans in quo peccatum esse incipit, sicut patet in naturalibus de duabus formis contrarijs.

Ad sextum.

¶Ad sextam respõdetur, quod authoritas illa intelligitur, si ille qui habet charitatem velit vti charitate per quam filius Dei est, per eam enim potest peccato resistere.

5 Ad secundum Sic proceditur. † quòd charitas non amittatur per vnum actum peccati mortalis.

Primũ arg.

¶Primo sic. dicit Bernardus in Petro non fuisse charitatem extinctam, sed sopitam. sed Petrus negando Christum peccauit mortaliter. ergo charitas non amittitur per peccatum mortale.

Secundũ ar.

¶Secundo sic. Charitas est fortior, quã virtus acquisita. sed habitus virtutis acquisitę non tollitur per vnum actum peccati contrarium. ergo multo minus charitas tollitur per vnum actum peccati mortalis contrarium.

Tertium ar.

¶ Tertio. charitas importat dilectionem Dei & proximi. sed aliquis committens aliquod peccatum mortale retinet dilectionem Dei & proximi, vt videtur, inordinatio autem affectionis circa ea quæ sunt ad finem non tollit amorem finis. ergo potest remanere charitas ad Deũ existente peccato mortali per affectionem inordinatam circa aliquod temporale bonum.

Quartũ ar.

¶ Quarto virtutis theologicæ obiectum est vltimus finis, sed aliæ virtutes thologicæ.s. fides, & spes non excludũtur per vnum actum peccati mortalis, imo remanent informes, ergo & charitas potest remanere informis etiam vno peccato mortali perpetrato.

Opponit in cõtrarium.

¶ In oppositum arguitur sic. per peccatum mortale fit homo dignus morte æterna, secundum illud ad Ro. 6. stipend a peccati mors. habens autem charitatem habet meritum vitæ æternæ, est enim principium merendi: dicitur enim Ioã. 14. Si quis diligit me, diligitur à patre meo &c. Sed impossibile est, quòd homo sit simul dignus vita æterna, & morte æterna, ergo impossibile est, quod aliquis habeat charitatẽ cum peccato mortali. tollitur ergo charitas per vnum actũ peccati mortalis.

Respondet S. Thom.

¶Respondeo dicendum. quòd charitas amittitur per vnum actum peccati mortalis. quæ conclusio probatur sic iuxta Thom. in 2.2. vbi supra vnum contrariũ per aliud contrarium superueniens tollitur, quilibet autem actus peccati mortalis contrariatur charitati secundum propriam rationem quæ consistit in hoc, ꝙ Deus diligatur super omnia, & quod homo totaliter se illi subijciat omnia sua referendo in ipsum. Est ergo de ratione charitatis, vt si quis diligat Deum, quòd in omnibus velit se ei subijcere, & præceptorum eius regulam in omnibus sequi: quidquid.n. contrariatur præceptis eius, manifeste contrariatur charitati. vnde de se habet quòd charitatem excludere possit. & si quidem charitas esset habitus acquisitus ex virtute subiecti dependens, non oportet quod statim per vnum actum contrarium tolleretur. Actus enim non directe contrariatur habitui sed actui.

6 †Conseruatio autem habitus in subiecto nõ requirit continuitatem actus. vnde ex superueniente actu contrario non statim habitus acquisitus excluditur, sed charitas cum sit habitus infusus dependet ex actione Dei infundentis, qui sic se habet in infusione & conseruatione charitatis, sicut sol in illuminatione aeris, & ideo sicut lumen statim cessaret esse in aere, quo aliquod obstaculum poneretẽ illuminationi solis, ita etiam charitas statim desinit esse in anima, quo aliquod obstaculum poneretur influẽtiæ charitatis a Deo in animã. Manifestum esse videtur, quod per quodlibet peccatum mortale, quod diuinis præceptis contrariatur, ponitur prædictæ infusioni obstaculum, quia ex hoc ipso quod homo eligendo præfert peccatum diuinæ amicitiæ, quæ requirit vt Dei voluntatem sequamur, consequens est, vt statim per vnum actum peccati mortalis habitus charitatis perdatur.

Augustin.

vnde & August. 8. super Gen. ad literam Dicit. quòd Deo sibi præsente illuminatur, absente autem continuo tenebratur, à quo non locorum interuallis, sed voluntatis auersione discedimus.

Ad primũ argument.

¶His habitis dicendum est ad rationes in contrarium. Ad primam de authoritate Bernardi respondetur.

7 † quòd charitas amittitur dupliciter. vno modo directe per actualem contemptum, & hoc modo Petrus charitatem non amisit. alio modo quando committit aliquid contrarium charitati propter aliquã passionem concupiscentiæ vel timoris.& hoc modo Petrus contra charitatem faciens charitatem amisit, sed eam cito recuperauit.

Ad secundũ

¶Ad secundam patet responsio ex dictis. quoniam non est simile de charitate & virtute acquisita. Cum enim charitas habet causam sui coniunctionem ad Deum, statim amittitur vno actu contrario, & hoc inuenitur (vt inquit S. Thom. in 3.) in omnibus accidentibus quæ habent causam extra subiectum, quia nihil potest permanere separatum à suo essentiali, sicut patet de lumine. Secus autem est de habitibus, qui habent causam in subiecto. quia illi non totaliter destruuntur per vnum actum peccati.

Ad tertium

¶Ad tertiam respondetur, quod non procedit ratio. quia non quælibet inordinatio affectionis quæ est circa ea quæ sunt ad finem.

Ad quartũ. Exponit literam.

i. circa bona creata constituit peccatum mortale. sed solum quando est talis inordinatio quæ repugnat diuinæ voluntati, & hoc directe contrariatur charitati. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. & ratio est quia nõ est simile de charitate, & de fide, & spe, quia charitas importat vnionẽ quandã ad Deum, non aũt fides neq; spes, oẽ autem pc̃m mortale consistit in auersione à Deo.& ideo non oẽ contrariatur fidei vel spei. sed quædã determinata peccata per quæ habitus fidei tolluntur, sicut & per omne peccatũ mortale habitus charitatis. vnde patet ꝙ charitas nõ põt remanere informis, cum sit vltima forma virtutũ, ex hoc ꝙ respicit Deũ in rõne vltimi finis. Litera. ¶[Itẽ sine charitate] Accedit ad propositã quæstionẽ [adulto] vt infra.e.di.§. Romanos.c.tolle.& de conse.di.4. solet. de adulto a.n. clarũ est,

a ¶De adulto. adultus in qbus casibus æqparetur pupillo: vide tex. in l. si curatorẽ habẽs. C. de in itẽ. resti. Bart. & Ro. in l. j.§. fuit quæsitum ff. ad Trebe. Bar. in l. 1. in fi. ff. de noua.

a ꝙ eidẽ nõ remittitur pc̃m absq; gratia & charitate. quia remissio peccati fit per gratiã & charitatẽ, ad Ro. 3. iustificati gratis

gratis per gratiam ipſius. & de Magdalena habetur Lucæ. 7.dico tibi remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum de paruulis etiam tenendum eſt, licet alias apud quoſdam fuit dubitatum propter carentiam vſus liberi arbitrij: quoniam veraciter infunduntur eis in baptiſmo gratia, & virtutes, licet nondum habeant vſum earum, vt patet in cle. de ſum.trini.& fid.cat.[vera non fuit]veritate perductionis ad finem verum, qui eſt vita æterna.vel vera non fuit. Non quidem veritate ſpeciei, & naturæ, quia ſic vera fuit, ſed veritate diuturnitatis & permanentiæ finalis[radicata]intelligo coniunctim:quia non poteſt eſſe vt ſimul ſit ipſa radicata, & aliquid mali accidat.Hugu.ex charitate enim radicata & perfecta nihil mali procedit. 1.Corinthio. 13. charitas non agit perperam, non irritatur, non cogitat mala. Intellige tu tamen ſicut diximus in primo articulo diſputationis noſtræ, quantum eſt de ſe ex charitate radicatiua nihil mali procedit.ſed bene poteſt ex vertibilitate ſubiecti nolentis, vti ea valida habetur Cantico.vltim. Expoſitio eſt beati Gregor.20.moralium[virtuti]id eſt, potentiæ ſiue viribus ipſius mortis[occidit]id eſt, ſeparat, ſiue remouet a delectatione terrena, dum perſeuerat in ea, quandiu enim homo, Deum diligit non peccat, ſed habens charitatem in hac vita poteſt agere non ſecundum charitatem, & ſic poteſt peccare, & amittere charitatem, ſed cum quis operatur ſecundum charitatem, & ſecundum eam viuit[ea quæ in mundo ſunt non diligit]. 1.Ioann.2.Qui diligit mundum & ea quæ ſunt in mundo non eſt charitas Dei in eo.

2 *Charitas quid dicatur & nu.3.*
5 *Fœlicitas eſt finis humanæ vitæ.*
6 *Charitas eſt vna virtus & plures.*
Et eſt virtus ſpecialis diſtincta ab omnibus alijs virtutibus. numer.7.
10 *Ad meritum duo requiruntur principaliter.*
11 *Charitas quare dicatur radix virtutum.*
12 *Charitas eſt armatura omnium bellatorum.*



Haritas eſt vt mihi. Magiſter Gratianus proſequens authoritates ad propoſitũ probandum, quod charitas ſemel habita non poſſit amitti, inducit hoc cap. quod eſt Proſperi libro de vita contemplatiua.Et diuiditur hoc cap.in quatuor partes ſecundum gloſſ. In prima cõmendat charitatem multipliciter ex multiplicibus eius effectibus.ſecundo oſtendit, quòd charitatem habens faciliter peccatis reſiſtit, bonis omnibus abũdat, mundana contemnit, & difficilia perficit.Subdit etiam quid ſit diligere Deũ, & quid ſit peruertere ordinem dilectionis.Tertio oſtendit ad quid corpus noſtrum ſit diligendum. quarto oſtendit qualiter ſit intelligendum. diliges proximum tuum ſicut teipſum.& qui ſunt qui diligunt Deum plus quam ſe.2. ibi: ſi charitatem Deo.tertia ibi, item corpus noſtrum.4.ibi, ꝓximos autem. Circa primam partem. Pro pleniori intelligentia contentorum in eo quæruntur quatuor. — Diuiſio.

1 ¶Primo vtrum conuenienter diffiniatur in præſenti capitulo charitas cum dicitur.ꝙ ſit recta voluntas ab omnibus terrenis atque præſentibus prorſus auerſa.i. ſeparata.
4 ¶Secundo vtrum charitas ſit virtus.
8 ¶Tertio vtrum charitas excellentior ſit alijs virtutibus.
9 ¶Quarto vtrum in charitate cõſiſtat principaliter meritũ.

1 Ad primum Sic proceditur.†& videtur quod diffinitio aſsignata charitatis in litera non ſit conuenienter poſita. & primo ſic. voluntas eſt potentia naturalis in homine.ergo impoſsibile eſt, quòd charitas ſit voluntas recta ſiue non recti hominis. Antecedens eſt notum conſequentia patet quia charitas eſt quid ſupernaturale ex infuſione ſpiritus ſancti ĩ nos. ad Ro.6.naturale & ſupnaturale nunquã poſſunt eſſe idem per eſſentiam. — Primũ arg.

¶Secũdo ſic.charitas eſt virtus.vnde Aug.charitas eſt virtus qua Deum videre perfruique deſideramus. ſed nulla virtus nec acquiſita nec infuſa eſt voluntas, quæ eſt potentia animæ rationalis.ergo charitas male diffinitur in litera, cum dicitur.quod ſit recta voluntas &c. — Secundũ ar.

¶Tertio ſic. vnius rei vnica debet eſſe diffinitio.ſed Aug.diffiniens charitatem libro de moribus eccleſiæ dicit ſic.charitas eſt animi rectiſsima affectio coniungens nos cum Deo.idẽ arguitur ex multis diffinitionibus quibus deſcribitur ab alijs. vnde magiſter ſn̄iarũ in 3.diſtinctio.27.dicit. charitas eſt dilectio qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum. — Tertium ar

¶In oppoſitum videtur eſſe text. præſentis cap. qui eſt Proſperi de vita contemplatiua.cap.13. — Opponit in cõtrarium.

¶Reſpõdeo:dicitur, quod charitas non diffinitur hic diffinitione quæ datur per eſſentialia rei, ſed diffinitione ſiue deſcriptione, quę daƭ per cauſam ſicut enim tactum eſt in rationibus.& habetur in gloſſ. falſum eſt.quòd charitas ſit ipſa voluntas recta. vnde accipiendum eſt quod hic dicitur per cauſam exponendo ſic, charitas eſt recta voluntas id eſt, cauſa rectæ voluntatis. ſiue charitas eſt quæ voluntatem reddit bonam & rectam vt bene, & recte velit prout virtus ſecundum philoſophum.2.Ethi. eſt quæ habẽtẽ perficit, & eius opus bonũ reddit, & hoc modo exponendo bene deſcripta eſt ipſa charitas in litera.Si autem deſcribere eam velimus ſecũdum eſſentiam ſuam dicere poſſumus.†quòd charitas eſt amicitia quædam hominis ad Deum, quæ diffinitio colligitur ex illo Ioan.15. Non dicam vos ſeruos, ſed amicos meos, hoc autem cum dictum non ſit niſi ratione charitatis, patet quòd charitas ipſa amicitia quædam eſt. — Reſpondet. — 2

¶Pro cuius pleniori declaratione eſt notandum iuxta S.Thom.in 2.2.q.23.ar.1.quod ſecundũ Philoſophum.8.Ethico.non quilibet amor habet rationẽ amicitiæ, ſed amor qui eſt cum beneuolentia, quando.ſ. ſic amamus aliquem, vt ei bonum velimus, ſi autem rebus amatis non bonum velimus nobis ſicut dicimur amare vinum vel equum, aut aliquod huiuſmodi, non eſt amor amicitiæ, ſed cuiuſdam concupiſcentiæ, ridiculum enim eſt, quòd aliquis habeat amicitiam ad vinum vel equum., ſed nec beneuolentia ſufficit ad rationem amicitiæ, ſed requiritur quędam mutua amicitia.quia amicus eſt amici amicus. talis autem beneuolentia mutua fundatur per aliquã cõicationẽ, cum autẽ ſit aliqua communicatio hominis ad Deum, ſecundum qđ nobis ſuam beatitudinem communicat ſuper hanc communicationem oportet amicitiam fundari, de qua quidem communicatione dicitur.1.Corint.1. fidelis Deus per quẽ vocati eſtis in charitatem filij eius.Amor autem ſuper hanc communicationem fundatus eſt charitas. vnde manifeſtũ eſt, quòd charitas ſit amicitia hominis ad Deum. — S.Thom.

¶Quibus habitis dicendum eſt ad rationes factas in princip. quæſtionis.Ad duas autem primas patet reſponſio ex dictis.nam dictum eſt quod diffinitio non eſt diffinitio data per eſſentialia.quia ſic eſſet falſa.vt bene arguũt rationes prædictæ. ſed eſt diffinitio data per cauſam, charitas eſt recta voluntas id eſt, cauſa rectæ voluntatis. — Ad primũ & ſecundũ argument.

¶Ad tertiam dicendum iuxta dominum Bonauent.in 3.diſt.27.circa expoſitionem literæ.quòd non eſt inconueniens vnam & eandem rem ſecundum varias eius conſiderationes & habitudines varie & multipliciter diffiniri.vnde charitas ſecundum multiplicem ſui comparationem habet multipliciter diffiniri, habet enim charitas comparari ad obiectũ, & ſic diffinitur à Magiſtro ſententiarum vbi ſupra ſic.†Charitas dilectio eſt qua diligitur Deus propter ſe.& proximus propter Deum. poteſt iterum conſiderari per comparationem ad finem vltimum, & ſic diffinitur ab Augu.in ſoliloquio.Charitas eſt virtus qua Deum videre perfruique deſideramus poteſt etiam comparari ad actum proprium qui eſt vnire, & adhærere, & ſic diffinitur ab Auguſt.in libr.de moribus eccleſiæ & in libro de ſpiritu & anima. charitas eſt vita copulans amantem cum amato:videlicet affectum noſtrum cum Deo. poteſt etiam comparari ad habitus aliarum virtutum theologicarum, & ſic eſt alia diffinitio deſcripta Apoſtoli primo ad Timo.1. finis præcepti eſt charitas. cum enim moueat & informet omnes alias virtutes, & eas iungat fini dicitur finis præcepti, vtpote ad quem reducuntur omnia præcepta, & ſic patet reſponſio ad omnia. — Ad tertium Bonauen. — 3

4 Ad ſecundum Sic proceditur.† Et videtur quòd charitas non ſit virtus. ¶Primo ſic. Charitas eſt quædam amicitia hominis ad Deum, ſed amicitia à philoſophis non imponitur virtus.ſed habet virtutem pro fundamento.quia eſt propter bonum honeſtũ, quod eſt virtus.ergo charitas non eſt virtus. — Primũ arg.

¶Secundo ſic. præcepta legis ſunt de actibus virtutum. ſed finis præcepti eſt charitas.1.ad Tim.1.ergo charitas eſt finis virtutum. ſed finis virtutum non eſt virtus, ſed fœlicitas.ergo charitas nõ eſt virtus. — Secundũ ar.

¶Tertio ſic.id ad quod natura ſufficit non oportet ꝙ per virtutem eleuetur.ſed diligere Deum ſuper omnia quod eſt actus charitatis põt etiam homo per naturalia in q̃tum naturali ratione poteſt ipſum cognoſcere eſſe ſummum — Tertium ar.

mum bonum.ergo non oportet superaddi aliquã virtutem charitatis.¶Quarto sic.virtus est circa difficile,vt habetur.2.Ethicor.sed amare non est difficile,imo amor omnia difficilia leuigat.ergo charitas non est virtus.¶In oppositum est tex.vbi charitas dicitur virtus.secũdo est diffinitio superius posita Beati.August.dicentis in soliloquio.charitas est virtus qua Deum videre perfruique desideramus.¶Respõdeo dicendum,ꝙ charitas est virtus.ista conclusio probat sic.præcepta legis sunt de actibus virtutum.sed charitas est quæ implet omnia præcepta legis.quia plenitudo legis est dilectio.Ad Ro.13.ergo est virtus.¶Secundo sic.nihil expellit peccatum nisi virtus.hoc autem maxime facit charitas quæ operit vniuersa delicta.Proue.10.ergo charitas non modo virtus,sed & maxima virtutum est.¶Pro declaratione huius cõclusionis & necessitatis virtutis charitatis est notandum iuxta S.Tho.in 3.super sententias dist.27.

Quartũ ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

Prima conclusio.

S.Thom.

5 † ꝙ finis humanæ vitæ est fœlicitas.vnde secundum diuersas vitas ẽt diuersæ fœlicitates distinguuntur,quando.n.sunt extra vitam ciuilem ad fœlicitatem ciuilem non possunt peruenire quæ attingit summum illius vitæ.Similiter ad hoc quod ad fœlicitatem vitæ contemplatiuæ quis perueniat,oportet quòd illius vitæ particeps fiat.vnde fœlicitas ad quam homo per sua naturalia potest peruenire est secundum vitam humanam,& de hac philosophi locuti sunt.sed quia nobis promittitur quædam fœlicitas,in qua erimus Angelis equales,vt patet Matth.22.quæ non solum vires hominis,sed & angelorum excedit,qui per gratiã ẽt ad hanc perducuntur,sicut & nos.soli autem Deo est naturalis.ideo oportet ad hoc quòd ad fœlicitatem illam diuinam homo perueniat,quòd diuinæ vitæ particeps fiat.illud autem quod ad alterum commune facit maxime amicitia,quòd vt dicit Philosophus.9.Ethicor.vnusquisque conuersatur cum amico suo in illis quæ maxime diligit,& quæ suam vitam reputat quasi amico communem,volens,vnde quidam simul venantur quidam simul comedunt,& quidam simul philosophãtur,& sic de alijs,& ideo oportuit haberi quandam amicitiam,vt sibi conuiueremus,& hæc est charitas,sicut in præcedenti articulo ostendimus.hæc autem communicatio diuinæ vitæ facultatem naturæ excedit,sicut & fœlicitas ad quam ord natur & ideo oportet,quòd per aliquod bonum superadditum natura in hoc perficiatur.& hæc est ratio virtutis.s.perficere habẽtem,& reddere opus bonum.vnde oportet dicere charitatem esse virtutem theologicam,quæ diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis ad Romanos quinto.

Secunda cõclusio.

6 ¶Secunda conclusio.† charitas est vna virtus & non plures.patet ista conclusio.primo sic.sicut est vna summa veritas,sic est vna summa bonitas & sicut fides assentit summæ primæ veritati,& propter illã credit quidquid credit,sic charitas omnino adhæret summæ bonitati,& propter illam amat quidquid amat.ergo sicut fides est vna virtus,& vnus habitus respectu credendorum iuxta illud Ephesi.4.vna fides.ita & charitas respectu amandorum.¶Secundo sic.in omni genere in quo contingit reperire ordinem motorum necesse est esse statum in vno.sed charitas omnibus virtutibus animæ imperat,& omnes mouet tam theologicas quã cardinales.ergo necesse est ipsam esse vnam,& non multiplicatam per plures species.¶Tertio probatur sic.condependenter ex superioribus iuxta S.Thom.in 2.2.vbi supra dictum est enim,quòd charitas sit quædam amicitia hominis ad Deum,diuersæ autem amicitiarum species accipiunt,quædã vno modo ſm diuersitatẽ finis,& secundum hoc dicuntur species amicitiæ.sed amicitia vtilis delectabilis & honesti.alio modo secundum diuersitatem communicationum in quibus fundantur amicitiæ.Alia enim species amicitiæ est consanguineorum.alia conciuium,& alia peregrinantium quarum vna fundatur super communicatione naturali,alia super communicatione ciuili,vel peregrinationis.vt patet per philosophum.in 9.ethi.neutro autem istorum modorum potest charitas diuidi in plura.patet:nam charitatis finis est vnus.s.diuina bonitas.& est etiam communicatio beatitudinis æternæ super quam hæc vnitas fundatur.vnde relinquitur quòd charitas est simpliciter vna,virtus non distincta in plures species.nec moueatur quis ex eo,quod charitas dicitur habere duo obiecta.s.Deum & proximum,& habitus dicũtur distingui ſm obiecta.ꝙ Deus & proximus animo sunt ei equo charitatis obiecta.sed Deus est principale obiectum charitatis,proximus autem ex charitate diligitur propter Deum.¶Tertia

Tertia conclusio.

7 conclusio.† charitas est virtus specialis distincta ab omnibus alijs virtutibus.ista conclusio probat sic.nullum generale cõnumerat speciali.sed charitas connumeratur specialibus virtutibus.s.fidei,& spei ſm illud ad Corin.13.nunc autem manent fides spes charitas tria hæc.ergo charitas est specialis virtus ab alijs distincta.¶Secundo sic.Philosophus.6.Ethico.probat iustitiam esse specialem virtutẽ,pro hoc ꝙ habet aliquod vitium speciale sibi tantum oppositum.s.odiũ,ergo charitas est virtus specialis.¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur.ꝙ aliud est de amicitia de qua philosophus loquitur,& aliud de amicitia hac diuina quæ dicitur charitas.& ratio est iuxta S.Thō in 3.vbi supra quia amicitia de qua loquuntur philosophi causatur vel ex inclinatione naturæ quantum ad amicitiam delectabilis & vtilis,vel ex inclinatione habitus virtuosi inquantum omne,quod facit similitudinem cum amico,inclinat,ad amorem illius,& ideo non ponitur aliqua virtus,sed quoddam sequens ad virtutes.sed amicitia quam habemus ad Deum non potest habere aliquod huiusmodi fundamentum,cum naturæ metas excedat,& ideo oportet qđ per speciale donum in dictam amicitiam eleuemur.& hoc donum dicimus virtutem charitatis.¶Ad secundam respõdetur negando consequentiam.& ad authoritatem Apostoli respondetur.ꝙ charitas nõ dicitur sic finis præcepti,quasi sit vltimus finis virtutum,sed sicut id quo omnes aliæ virtutes in finem vltimum ordinantur.vnde per hoc non excluditur,quin sit virtus,sed magis arguitur,ꝙ sit summa virtutum.¶Ad tertiam respondetur negando minorẽ,vbi considerandum iuxta S.Tho.in 3.vbi supra quòd desiderium naturale non potest esse nisi rei,quæ naturaliter haberi põt.vnde desiderium naturale summi boni inest nobis ſm naturam,inquãtum summum bonum est participabile à nobis per effectus naturales,& similiter naturaliter diligimus summum bonum super omnia,inquantum habemus similitudinem ad ipsum per bona naturalia.sed quia natura non potest peruenire ad operationes eius,quæ sunt sua vita & sua beatitudo.s.visio suæ essentiæ,ideo etiam ad amicitiam nõ pertingit quæ facit amicos conuiuere,& in omnibus communicare,& ideo oportet superaddi charitatem per quam amicitiam habeamus,& ipsum amemus ei assimilari ꝑ participationem spiritualem donorum,& desideremus vt participabilem per gloriam ab amicis suis &c.¶Ad quartam respondetur.ꝙ difficultas quæ est in operibus virtutum nõ semper est laboris,aut alicuius contristantis,sed propterea quorum est virtus dicuntur habere difficultatem in quantum supra vires eleuantur eorum qui virtutem non habẽt.vnde ratio non procedit.

Ad primum argument.

Ad secundũ

Ad tertium S.Thom.

Ad quartũ

8 Ad tertium

Sic proceditur.† Et videtur ꝙ charitas non sit excellentior alijs virtutibus.¶Primo sic.altioris potentiæ altior est virtus,sicut etiam altior operatio,sed intellectus est altior voluntate,& dirigit ipsũ.ergo fides quæ est in intellectu est altior & excellentior charitate quæ est in voluntate.¶Secundo sic.illud per quod voluntas operatur videtur esse inferius,sicut minister per quem dominus operatur est inferior domino.sed fides per dilectionem operatur,vt habetur ad Galath.5.ergo fides est excellentior charitate.¶Tertio sic.illud quod se habet ex additione ad aliud videtur esse perfectius.sed spes videtur se habere ex additione ad charitatem.nam charitatis obiectum est bonum.spei autem obiectum est bonum arduum:ergo spes excellentior est charitate.¶In oppositum arguitur ex litera præsentis capit.vbi inter alia dicit Prosper.charitas est affectionum omnium id est,virtutum omnium potentissima.item quòd est summa actionum bonarum,& per consequens excellentior omnibus alijs virtutibus.¶Respondeo dicendum sub ista conclusione,charitas est excellentior quibuscunque alijs virtutibus.cõclusio ista habetur primo ab Apostolo.1.Corinth.13.qui ait.maior horum est charitas.¶Secundo probatur sic.iuxta sanctum Thom.in secunda secundæ quæstio.21.ar.6.cum bonum in humanis actibus attendatur secundum quod regulatur dicta regula.necesse est.quòd virtus humana quæ est principium bonorum actuum consistit in attingendo humanorum actuum regulam.Est autem duplex regula humanorum actuum.s.ratio humana & Deus.sed Deus est prima regula,à qua etiã humana ratio est regulanda,& ideo virtutes theologicæ quæ consistunt in attingẽdo illam regulam primã eo ꝙ earum obiectum est Deus excellentiores sunt

Primũ arg.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet

moralibus, vel intellectualibus quæ conſiſtunt in attingendo rationem humanam, propter quod oportet, ꝙ etiam inter ipſas virtutes illa ſit potior quæ magis Deum attingit, ſemper autem id quod eſt per ſe maius eſt eo, quod ꝑ aliud. fides autem & ſpes cõtingunt quidem Deum ſm ꝙ ex ipſo prouenit nobis vel cognitio veri, vel adeptio boni. ſed charitas attingit ipſum Deum vt in ipſo ſiſtat non quod ex eo nobis aliquid proueniat. & ideo charitas eſt excellẽtior fide & ſpe. & per conſequens omnibus alijs virtutibus. Sicut prudentia quæ attingit rationem ſm ſe eſt excellentior quam aliæ virtutes morales quæ attingunt rationem, ſm ꝙ ex ea medium conſtituitur in omnibus operibus vel paſsionibus humanis, & ſic patet concluſio. dominus vero Bonauen. in 3. di. 27. ex alijs oſtendit præfatam excellentiam charitatis ſuper alias virtutes ita dicẽs. Cauſa autem quare charitas eſt excellentior alijs eſt, quia maxime efficit nos Deiformes, tũ ratione liberalis exhibitionis, tum ratione cõformis vnitionis: tum ratione finalis quietationis. Ratione liberalis exhibitionis, quia ſicut Deus ex amore tribuit omnia bona, ſic charitas liberata exequitur omnia obſequia, & mandata. ratione cõformis vnitionis, quia ſicut pater & filius cõnectuntur nexu amoris, & vniuntur, ſic homo per charitatem adhærendo Deo efficitur vnus ſpũs, propter quod dr̃ Ioã. 17. vt ſint cõſummati in vnum, ſicut & nos vnum ſumus. rõne finalis quietationis, quia cum amor ſit pondus, facit in Deũ tendere, & in Deo quieſcere, ſicut corporalia per ſua pondera in proprijs locis ſituari habẽt, & ſtabiliri. his ergo de cauſis efficitur homo maxime Deo conformis ſm triplex genus cauſæ ſm ꝙ creatura habet ad Deum referri, videlicet ſecundum rationem principij mouentis formæ exemplaris, & finis quietantis, ea ratione huiuſmodi primatũ tenet inter cæteras virtutes, ſm ꝙ dicit Apoſtolus. hæc dominus Bonauen. aliter aſsignatur ſic excellẽtia charitatis ſup alias virtutes primo conformitate. 1. Io. 4. diligamus Deum, qm̃ ipſe prior dilexit nos. ſecundo in ſpũali dignitate Richard. charitas eſt regina virtutum. tertio recõſiſtate quia eſt aurũ de ophir. Quarto in ſpecioſitate. quia eſt animæ pulchritudo. quia ſicut pulchritudo exterioris hominis eſt ex decenti membrorũ ordinatione & venuſtate coloris, ſic pulchritudo animæ ex decẽti ordinatione actuum, & habitu venuſto. hoc autem facit in anima charitas, cuius actus eſt ordinare, cuius habit⁹ eſt venuſtus. vnde & veſtis nuptialis dicta eſt. Quinto in ſupportatione laboris, Aug. omnia grauia & immania, leuia facit amor. Sexto in vigoroſitate. Cant. 8. fortis eſt vt mors dilectio. Septimo in vtilitate Aug. habe charitatem, & fac quicquid vis. Octauo in dulcedine, quia charitas ſm actum ſuum facit nos delectari in Deo non ſolum in patria, ſed etiam in via, ſufficiant hæc nunc de excellentia charitatis. ¶ Ad rationes in prin. quæſtionis. Ad primam reſpondetur negando minorem quo ad hoc, ꝙ operatio intellectus ſemper ſit altior operatione voluntatis, quoniã non eſt quandoq; ſic, ſed oppoſitum. quod ſic patet iuxta S. Th. operatio intellectus completur ſm ꝙ intelligitur in intelligente, & ideo nobilitas operationis intellectualis attẽditur ſm menſuram intellectus. Operatio autem voluntatis & cuiuſlibet virtutis appetitiuę in inclinatione appetitus ad rem ſicut ad terminum. ideo dignitas appetitus attenditur ſm rem, quæ eſt obiectũ operationis. ea autem quæ ſunt infra animam nobiliori modo ſunt in anima, quã in ſeipſis. quia vnumquodq; quod eſt in aliquo eſt in eo per modum eius in quo eſt, vt habetur in libro de cauſis, quæ vero ſunt ſupra animam nobiliori modo ſunt in ſeipſis, quã ſint in anima. & ideo eorum quæ ſunt infra nos nobilior eſt cognitio, quàm dilectio, propter quod Philoſophus. 6. Ethic. prætulit virtutes intellectuales moralibus, ſed eorum quæ ſunt ſupra nos & præcipue dilectio Dei cognitioni præfertur, & ideo charitas eſt excellentior fide. ¶ Ad ſecundam reſpond. ꝙ fides non operatur per dilectionem, quaſi per inſtrumentum. vt dominus per ſeruum. ſed ſicut per formam propriã, & ideo ratio non procedit. ¶ Ad tertiam reſpon. negãdo conſequẽtiam. & ratio eſt quia idem bonum eſt obiectum ſpei & charitatis. ſed charitas importat vnionem ad illud bonum. ſpes autem diſtantiam quandam ab eo, & inde eſt, quòd charitas non reſpicit illud bonum vt arduum, ſicut ſpes, quod enim iam vnitum eſt non habet rationem ardui, & ex hoc apparet, quòd charitas eſt perfectior ſpe.

Bonauent. | Richard. | Auguſtin. | Ad primum argument. | Ad ſecundũ | Ad tertium.

9 Ad quartum Sic proceditur.† & videtur ꝙ meritum non conſiſtat principaliter in charitate. ¶ Primo ſic. gratia dr̃ principium merẽdi. ſed charitas non eſt idem quod gratia. ergo non conſiſtit meritum principaliter penes charitatem. ¶ Secundo fides informis meretur operationem miraculorum de congruo in ſtatu peccati. ſed multo maioris efficaciæ eſt fides formata reſpectu præmij aſſequendi, quam fides informis reſpectu miraculi impetrandi. ſi ergo impetratio miraculi primo & principaliter attribuitur actui fidei informis, videtur, ꝙ actus fidei formatæ primo & principaliter meritum vitæ æternæ debeat attribui. ¶ Tertio nullus merẽ niſi iuſtificatus. ſed fidei eſt iuſtificare, vt patet ad Ro. 5. ergo apud ipſam fidẽ eſt præcipue virtus meritoria. ¶ In oppoſitum eſt tex. pſẽtis. c. vbi dicitur, ꝙ charitas eſt vita virtutum, & infra eſt cauſa meritorum bonorum. ¶ Reſpondeo dicendum. ꝙ meritum principaliter conſiſtit in charitate. iſta concluſio patet, tum primo ex Apoſtolo. 1. Corinth. 14. qui ait. charitatem autem non habeam nihil ſum. ergo videtur quòd ipſa charitas radix ſit meriti. ¶ Secundo concluſio iſta habetur ex illo Grego. non habet aliquid ramus boni operis, niſi maneat in radice charitatis. ergo radix charitatis omnibus operibus tribuit viriditatem. ſed hæc viriditas non eſt niſi efficacia in merendo. ergo apud charitatem ſtat principaliter oẽ meritum. plenius declaratur cõcluſio iſta iuxta S. Th. in 3. di. 30. ſic. meritum proprie dr̃ ꝙ aliquis exhibet ad hoc, ꝙ faciat
10 aliquid ſuum quod eſt præmium meriti.† vnde ad meritum duo requiruntur principaliter. vnum eſt ꝙ ſit exhibitum & non extortũ. & quia nihil poteſt exhiberi niſi ꝙ in ptãte exhibentis eſt, ideo requiritur ꝙ ſit voluntarium. quia volũtas facit nos eſſe dominos noſtrorum actuum. Aliud quod requiritur eſt, vt illud quod exhibetur ſit ſufficiens ad faciendum ſuum id, quod exhibetur. modo ſic eſt ꝙ ex vtraq; parte principalis merendi eſt ex charitate. ipſa. n. eſt in voluntate, ſicut in ſubiecto ipſam perficiens, quantum ad primum actum eius & principalem. & iterum cum ſit amor Dei facit amatum ipſum, quod eſt præmium eſſe ſuum inquantũ vnitur ei. vnde patet, ꝙ principalitas meriti eſt in charitate. in alijs autem ſm ꝙ charitate informanẽ. ¶ Ad rationes in oppoſitum dicendum eſt. ad primam reſpondetur negando cõſequentiã. dicimus. n. iuxta S. Th. ꝙ gratia facit ad meritũ ſicut principiũ remotũ cõſtituẽs nos in eſſe ſpũali, ſine quo non poſſumus mereri aliquod ſpũale, ſed charitas eſt ſicut principium proximum. ¶ Ad ſecundam reſpon. negando etiam conſequentiam, & ratio eſt iuxta dñm Bonauent. in 3. di. 27. q. n. in fide eſt prima eleuatio hoĩs ſupra ſe, ideo videtur impetrare à diuina virtute vt opereẽ aliquid ſupra vim naturę, meritum autem præmij conſummati non reſpicit principaliter primam eleuationem, ſed eleuationẽ ſummam, & completã, quæ quidem cum reperitur non in actu fidei, ſed charitatis: ideo principaliter meritum attribuitur charitati. ¶ Ad tertiam reſpon. negando conſequentiam. & ratio eſt. quia fides non iuſtificat niſi per charitatem ſit formata. ideo autem attribuitur fidei iuſtificatio inquit S. Th. quia primum quo diſtinguitur iuſtus ab iniuſto eſt actus fidei, ſicut primum quo diſtinguiẽ viuum à nõ viuo eſt actus nutritiuæ potentiæ. & ideo dr̃ viuere ſm illam potentiã & ſentire ſm actum. qui eſt primus ſenſuum. vt diciẽ. 2. de anima. Litera. ¶ [Charitas ſicut ſuperius in articulo primo diſputato diximus, eſt deſcriptio per cauſam. exponendum. n. eſt [eſt recta voluntas]. i. cã rectæ voluntatis [ab oĩbus terrenis auerſa]. i. ſeparata. charitas. n. Dei facit mũdum contemnere. nam vt inquit Augu. regnat ibi carnalis cupiditas vbi non eſt Dei charitas in ſeparabiliter] quantũ eſt de ſe, quia charitas cum virtus ſit vnitiua ſemper vnit amantem amato niſi impedimentum proueniat ex parte ſubiecti, vel [inſeparabiliter] vt dicit gl. quia non de facili ſeparabiẽ [a quo eſt] ad Ro. 5. [incenſa]. i. incendens, vel inflammans corda. Lu. 12. ignẽ veni mittere in terrã. & quid volo niſi vt ardeat [oĩs inquinamẽti] mortalis maculæ. Hu. [corruptionis] pctĩ [vitio mutabilitatis]. i. mutabilitati vitioſæ [obnoxius] qm̃ vt dicit Greg. mentẽ q̃ inhabitat charitas ſupbia nõ inflat, inuidia nõ deuaſtat, auaritia non excœcat, ira nõ infeſtat, acedia non vexat, luxuria non inquinat [excelſa] quia Deũ diligere facit ſupra oĩa cœleſtia pręferenda terrenis, & ſpũalia carnalibus [affectionũ oĩm]. i. virtutũ. Hu. Aug. nullũ eſt in iſto dono excellentius, qđ diuidit inter filios regni & filios perditionis æternæ [auida] nã vt inquit beatus Aug. in li. ſoliloquio. charitas eſt virtus qua Deũ viuere pfruiq; deſideramus [ſem p inuicta] dum perſeuerat Hug. [fortis eſt vt mors dilectio]

Primũ arg. | Secundũ ar. | Tertium ar. | Opponit in cõtrarium. | Reſpondet. | S. Thom. | Ad primũ argument. S. Tho. | Ad ſecundũ Bonauen. | Ad tertium | Exponit literam. | Gregor. | Auguſtin.

dilectio]Canti.8.& supra c.di.[summa].i.perfectio bonarũ actionum.ipsa enim facit vt opera nostra & bona sint, & vitæ æternæ meritoria sine enim charitate omnia alia vacua sunt.j.ad Corin.13.adhuc excellentiorem viam vobis.j.Corint.13.si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam:factus sum velut æs sonans & cymbalum tinniens[salus morum].i.salutiferos faciens mores glo.[finis].i.consummatio.quia ad charitatem referuntur omnia præcepta[finis præcepti charitas]j.Ti.1.[mors criminum]charitas enim operit multitudinem peccatorũ.Prouer.10.& Luc.7.dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum[vita virtutum[quoniam sine charitate, sunt velut mortuæ.† vnde charitas dicitur radix virtutum. quia

11 ea viuunt & nutriuntur propter ꝙ dicit beatus Greg. non

Gregorius. habet aliquid viriditatis ramus boni operis nisi manserit in radice charitatis[virtus pugnantium]siue cum mũdo, siue cum diabolo:siue cum carne pugnetur.† charitas enim est

12 armatura omnium bellatorum. ait enim apostolus ad Ro.8.quis nos separabit a charitate Christi:tribulatio:angustia: an fames:an nuditas:an persecutio:an periculũ: an gladius: sicut scriptũ est,propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis: sed in his oĩbus superamus propter eum:qui dilexit nos,sequitur armatura contra omnem tentationis impulsum [causa meritorum bonorum]in ipsa enim.vt superius disputatum est principaliter meritũ consistit[præmium]perfectorum].i.per quod perfecti premium beatitudinis cõsequuntur. vnde Aug.li.de laudibus

Augusti. charitatis si per vias charitatis velimus currere ad æternam patriam possumus peruenire:est enim charitas concordia mentium:dulcedo & gaudium angelis beatitudo omnium electorum:quia nec angeli nec electi vllatenus valent sine charitate esse beati[peccare non potest].s.mortaliter.quandiu in charitate perseuerauerit[fructuosa].i.operosa. Hug.[læta]amor enim Dei vt dicit Hu.de san.victo.licet ab amaritudine incipiat vltima tamen eius dulcedine plena sunt [glo.]i.perseuerãtibus.Ioan.14.si quis diligit me: diligetur a patre meo:& ego diligã eum:& manifestabo ei meipsum [operosa in omnibus]quia otiosa esse non potest vbi est.ait enim Greg.nunquam amor Dei est otiosus:operatur enim magna si est.si enim desinit operari amor non est[viuit] sicut enim dictum est,charitas est radix omnium virtutum. hucusque sunt verba Prosperi. Sequuntur verba Gratiani [hæc est &c.]i.hæc quæ designata est sic a Prospero [charitas est vera]non simulata :non ficta: sed veritate de qua in prima canonica.i.filioli mei non diligamus verbo:neq; lingua sed opere,& veritate.dicitur germana:quia copulat homines cum Deo Io.4.qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo:vel quia germanos vel cõcordes facit. Act.4. erat illis cor vnum : & anima vna in domino.& in psal.67. qui habitare facit vnius moris in domo [est perfecta] quæ ad perfectionem beatitudinis hominem perducit[excellentiorem].j.ad Corin.13.alijs donis viam ostendit ad Deum.

2 *Amor quod possideat totum cor intelligitur dupliciter.*
3 *Deus potest totaliter amari.& hoc tripliciter.nu.4.*
6 *Ad charitatem exigitur aliquid tripliciter.*
7 *Ordo dilectionis cadit sub præcepto.*

Ergo si charitatem. Sequitur.2.pars capituli præcedẽtis.Et potest di-

Diuisio. uidi in tres partes.In prima enim Gratianus charitatis recommentationem prosequens dicit.ꝙ si quidem charitatẽ de corde puro & conscientia bona & fide non ficta Deo a proximo exhibuerimus facile peccato resistemus: & bonis omnibus &c.in secunda declarat hoc esse verum si dilexerimus Deum charitate perfecta quæ est diligere Deum ex toto corde &c. ex tota anima &c. in tertia ponit qui sunt illi qui peruertunt dilectionis ordinem.2.ibi: si tamen Deum charitate perfecta.3.ibi:peruertunt.

¶Pro pleniori intelligentia huius partis.quæruntur duo.

1 ¶Primum est vtrũ modus diligendi Deum ex toto corde & ex tota anima possit a nobis in hac vita obseruari.

5 ¶Secundum vtrum in dilectione sit ordo.

1 Ad primum Sic ꝓceditur. † Et videtur quos mos ille diligendi Deum ex toto corde &

Primũ arg. ex tota anima &c.nõ sit a nobis obseruabilis in hac vita. Primo sic authoritate Aug.& inducitur a Magistro sententiarum in 3.di.27. Cum inest aliquid carnalis concupiscentiæ non omni modo ex tota anima diligitur Deus. sed necesse est in hac vita semper inesse aliquid carnalis concupiscẽtię. ergo impossibile est illum modum dilectionis obseruari a nobis in hac vita.¶Secundo sic.impossibile est aliqd simul

Secundũ ar. & semel moueri oppositis motibus. sed anima dum est in carne habet motum reflexum ad corpus.quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. ergo non potest totaliter ferri in Deum,& per consequens non diligere ex toto corde &c.¶Tertio in hac vita diu esse non possumus sine pec

Tertium ar. catis venialibus.sed cũ peccat quis venialiter mouetur motu qui nec est in Deum:nec ad eum ordinatus. ergo impossibile est quod homo in hac vita omnes motus suos ad Deũ

Oppositum contrariũ: Secũda op. referat. ergo &c.¶In oppositum est tex.præsens qui aperte supponit,ꝙ ab homine talis dilectionis modus sit obseruabilis in hac vita.¶Secundo sic.dicit Hiero.qui Deum dicit homini aliquod impossibile pcepisse anathema sit. sed hæc Deus præcepit omnibus in statu viæ existentibus. Deu.6.& Matt.22.diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. ergo præfatus dilectionis modus est ab homine in via

Respondet obseruabilis.¶Respond.dicendum.quod in hac parte quidam S.doctores inueniuntur dicere prædictum dilectionis modum non posse obseruari siue impleri. alij vero dicunt, quod sic.pro quorum concordia est notandum iuxta domi num Bonauen.in 3.dist.27.& concor.S.Tho.ꝙ duplex modus totalitatis animæ & mẽtis potest distingui.† dupliciter

2 enim potest intelligi ꝙ amor possideat totũ cor, aut enim excludat omnẽ affectum extraneum : hoc autem est quãdo omnes motus cordis per amorem actu referunt in Deum. Alio modo dicunt,amor Dei totum cor possidere,quando excludit omnem affectum contrarium,hoc est ꝙ nihil diligatur supra Deum:vel æqualiter ipsi Deo:& sic diligit Deũ ex toto qui diligit Deum propter se:& super omnia. secundum hanc distinctionem sunt duæ conclusiones secundum

Prima conclusio. primam acceptionem totalitatis modus diligendi Deum.s. diligere Deum ex toto corde non potest regulariter impleri ab homine in via:nec exprimitur in præcepto adimplendum.sed vt sciamus quo per amorem debeamus tendere,& vt nemo perfectum se arbitretur, quousque illam perfectionem fuerit assecutus.Ista conclusio patet rationibus primo

Secũda conclusio. factis in principio quæstionis. ¶ Secunda conclusio secundum secundam acceptionem totalitatis modus præfatus diligendi Deum est seruabilis ab homine in via & tenetur ex præcepto illum implere. Ista conclusio patet rationibus inductis.Et non oportet respondere quibuscunque rationibus.procedunt.n.vijs suis.Ex ista cõclusione elicitur corol-

3 larie.† ꝙ Deus potest totaliter amari. patet ex conclusione & authoritate inducta. Deutro.6.diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Est tamen circa hoc notãdum iuxta S.Tho. in secunda secundæ.q.27.quod cum dilectio

4 intelligatur quasi medium inter amantem & amatum † cũ

S.Thom. dicitur Deus totaliter diligi potest tripliciter intelligi.vno modo vt modus totalitatis referatur ad rem dilectam,& sic Deus est totaliter diligendus: quia totum quod ad Deum pertinet homo diligere debet. Alio modo potest intelligi: ita quod totalitas referatur ad diligẽtem : & sic etiam Deus totaliter diligi debet. quia ex toto posse suo debet hõ Deũ diligere & quidquid habet ad Dei honorem ordinare secũdum ꝙ dictũ.¶Tertio mõ põt intelligi totalitas ꝑ cõparatione diligentis ad rẽ dilectam,vt.s.modus diligentis adæquet modum rei dilectæ,& hoc modo non intelligitur corollarium prædictum.quoniam cum vnumquodque diligibile sit intantum quantum est bonum, sequitur ꝙ Deus cũ eius bonitas sit infinite diligibilis, nulla autem creatura potest Deum infinite diligere,quia omnis virtus creata siue naturalis siue infusa est finita,& per consequens hæc nõ potest eum totaliter diligere.Nec per consequens hic modus totalitatis potest cadere sub præcepto:quod totaliter diligatur.Et sic patet responsio ad omnia.

5 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ in charitate non sit aliquis ordo tenendus. ¶ Primo sic.quia dicit philosophus, ꝙ amicitia

Primum ar. æqualitas quædam est.sed æqualitas est vniformitas difformitatem non patiens sicut nec diuisionẽ.ergo charitas quæ est amicitia quædam hominis ad Deum ordinem non ha-

Secundũ ar. bet. ¶ Secundo sic. Charitas est quædam virtus.sed in alijs virtutibus non assignatur aliquis ordo.ergo nec in charitate assignari debet.¶Tertio sic.sicut obiectum fidei est pri-

Tertiũ arg. ma veritas:ita charitatis obiectum est summa bonitas, sed in fide non ponitur aliquis ordo:sed omnia æqualiter creduntur

Quartū ar.

dunt,ergo nec in charitate debet poni aliquis ordo.¶Quarto omne illud ꝙ pertinet ad actum virtutis sicut circūstātia quædam cadit sub præcepto.sed ordo dilectionis nō cadit sub præcepto.quia ex quo impendo alicui quod debeo: lex non prohibet quin illi cui non teneor plus impendam. ergo ordo dilectionis non est circunstantia debita charitatis.¶In oppositum est tex.præsens vbi ait.Nec peruertere ordinem dilectionis virtutum constitutum. Secundo est illud Canticorum secundo ordinauit in me charitatem.

Opponit in cōtrarium. Respondet.

¶Respondeo dicendum quod necessario ordo ponendus est in charitate respectu diligendorum. Probatur ista conclusio multipliciter.¶Primo sic.Actus virtutum variantur secundum exigentiam obiectorum:sed obiectum charitatis quod est bonum habet ordinem cum quoddam sit melius altero.ergo charitas debet ordinem habere.¶Secūdo sic. vbicunque est vnum propter alterum:ibi est ordo.sed charitas diligit aliquid propter alterū,sicut omnia propter Deum,ergo charitas habet ordinem.¶Tertio patet, dicit enim Aug.libro de doctrina Christiana:quod primo diligēdus est Deus: qui est supra nos. Secundo quod nos sumus. Tertio quod est iuxta nos.quarto quod est infra nos, ꝙ est corpus proprium.ergo secundum hoc patet ꝙ ordo est in charitate respectu diligendorum.constat autem quod illa non ordinantur adinuicem secundum ordinem temporis sed secundum ordinem excellentiæ & dignitatis. ergo necessario ponendus est ordo aliquis in charitate.

August.

Ad primū argu.

¶Vnde dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur.quod amicitia non consistit in æqualitate æquiparantiæ solum,quia potest esse ad superiores:inferiores,& æquales:sed cōsistit in æqualitate proportionis:que quidē æqualitas diuersitatem non refugit quantitas.¶Ad secundā respondetur.quod ratio non procedit.quia non est simile de charitate & alijs virtutibus.quia charitas tendit ad vltimū finem sub ratione finis vltimi,quod non conuenit alicui alteri virtuti.finis autem rationem habet principij in appetibilibus:& in agendis:& ideo charitas maxime importat cōparationem ad primum principium, & ideo in ea maxime consideratur ordo in relatione ad primum principium.

Ad secundū

Ad tertium Bonauent.

¶Ad tertiam respondetur iuxta dominum Bonauenturā negando consequentiam.quia non est simile de fide & charitate.& ratio est quoniam omnes articuli ad summam veritatem vniformiter comparantur secundum quod a fide creduntur:fides enim in credendo omnes articulos assentit primæ veritati tanquam dictanti & asserenti, ideo vniformiter omnes illos credit.omnia autem diligibilia non vniformiter comparantur ad summam bonitatem: sed aliter & aliter secūdum quod magis & minus participatur ab eis. vt patet in corpore & spiritu.hinc est quod in charitate nō est ordo:& non in fide.licet etiam in fide vt dicit S.Thom. in 2.2.sicut aliquis ordo secundum quod principaliter est de Deo secundario est de alijs quæ referuntur ad Deum.

Ad quartū S.Thom.

¶Ad quartam respondetur iuxta S.Tho.in 3.negādo ꝙ ordo dilectionis non cadit sub præcepto.vnde cum in vno genere non possit esse nisi vnum summum:necesse est, quod si diligo aliquid quasi vltimum finem:ꝙ diligam Deū quasi vltimum finē. Ex hoc ergo ipso quod alterum quod est minus diligendum æquiparo in dilectione ei,quod diligēdum est magis non totum dilectionis quod debeo impendo ei,quod magis diligendum est. Et similiter etiam patet in alijs.Vnde ordo charitatis est in præcepto: & peccat qui præpostere agit:vt in litera præsenti dicitur.Litera.

Exponit literam. S.Thom.

¶[Ergo].q.corollarie elicit ex prædictis[puro].j.Ti.1. istas particulas exponit S.Tho.in 3.di.27.sic dicens.excludit Apostolus tria a charitate:quæ veræ amicitiæ repugnant,quorum vnum est obligata intentio.sicut cum quis diligit amicum propter lucrum,& hoc excludit per hoc quod dicit de[corde puro]secūdum est malum fundamentum: sicut est eorum qui cōmunicāt in peccato:& ex hoc fiunt amici.Et ad hoc remouendum dicit[de conscientia bona]tertium est fictio,sicut est in simulantibus amicitiam,cum non sint amici:& hoc remouet per hoc quod dicit[fide non ficta]fide ꝓ fidelitate accipiens]facile peccato resistimus.]Charitas.n. cum Deum habeat propinquum adiutorem:valet resistere omni peccato[bonis omnibus]spiritualibus.Charitas.n.cū secum habeat omnes virtutes facit eius possessorem omnibus bonis spiritualibus ad salutem necessarijs abundare. vnde Apostolus.j.Cor.13.Charitas patiēs est:benigna est &c. [Omniaque difficilia]ad salutem hominis necessaria Hiero.in epistola.Nihil amantibus durum,nullus labor difficilis:amemus & nos Christum & facile videtur esse difficile. [Si tamen]secunda pars.[Toto corde]pro expositione huius secundæ partis. Notādum est cum S.Thom.in tertio in
6 fine.27.di.†ꝙ ad charitatē aliquid exigitur tripliciter. vno modo sicut subiectum charitatis: quod est ipsa voluntas. Alio modo sicut præcedens ad charitatem: sicut memoria & intelligentia.Tertio mō sicut cōsequēs ad charitatē:quē admodū irascibilis & cōcupiscibilis:& ēt mēbra corporalia q̄ imperiū charitatis cōsequūtur.qa ergo actū charitatis: oportet eē pfectū:sicut actū virtutis cuiuslibet, ideo pceptū de actu charitatis includit perfectionē oēm prædictorum,secundum diuersas expositiones: vt.s.nec in volūtate nec in omnibus præcedentibus aliquid sit aut etiam sequētibus,quod charitati obsistat ad pfectionem viæ: vel quod actum charitatis intercipere posit quantum ad perfectionem patriæ,& ideo secūdum vnam expositionem dicitur: [Ex tota mente].i.ex tota memoria.vt absit obliuio. [Ex toto corde].i.intellectu vt desit error. [Ex tota aīa].i.volūtate,vt tollatur omnis cōtraria affectio vel sic.[Et toto corde].i.toto intellectu.sine errore.[Ex tota].i. ex tota voluntate sine contradictione[& ex tota mente].i.ex tota memoria sine obliuione.Alio modo exponitur sic. [Ex toto corde]quantum ad concupiscibilem]& ex tota anima] quantum ad irascibilem,vt nulla passione sensitiui appetitus dilectio Dei impediatur.[Ex tota mente]quantum ad rationalem,quæ includit intellectum & voluntatem.Itē Greg. Nicenus exponit[ex toto corde]quātum ad animam vegetabilem.[Ex tota anima]quantum ad rationalem.Ponitur autem Deutero.6.& ex tota fortitudine.& in litera præsenti.[ex omnibus viribus]quod referendum est ad mēbra exteriora:quæ imperium charitatis exequuntur.Beatus vero Bernar.exponit sic[ex toto corde].i.sapienter[ex tota anima].i.dulciter[ex tota fortitudine].i.fortiter,vt non seducamur fallacijs,non abducamur blanditijs,non frangamur iniurijs.[Peccat]tunc enim peccatur,cum Deus minus diligitur,& creatura plus quam diligi debeat. Aug.in lib.confessionum.minus te amat,qui tecum aliquid amat, ꝙ non propter te amat. [Occupari animo]vnde August.Deum vere diligere est eum semper in corde portare,toto affectu concupiscere:& in eum delectari toto intellectu eum quærere,& eum vera mentis mundicia contemplari[proximū quem in se.]i.propter se[Deus censuit].i.instituit diligendum Mat.22.[Secundum autem simile huic] diliges proximum tuum sicut teipsum &c.[Modum seruare]vt plus diligenda plus diligamus, & minus diligenda minus diligamus.[Nec ordinē ar.†quod ordo dilectionis cadit sub præcepto. [Illi autem]tertia pars tangit ꝙ principaliter qua-
7 tuor modis ordo dilectionis peruertitur. Primo cum mundus plus debito amatur.secundo cum corpora nostra plus debito amamus aut diligimus: tertio cum proximos non sicut nosmetipsos diligimus.quarto cum homo Deum nō diligit plusquam seipsum,omnia patent.

S.Thom.

Gregorius

Bernard.

1 *Corpora nostra an sint diligenda ex charitate.*
2 *Corpus nostrum potest considerari secundum duo.*

Item corpus.Sequitur tertia pars præcedentis capituli,in qua magister ostēdit qualiter corpus nostrum diligere debeamus. Non diuiditur.
1 Pro cuius partis pleniori intelligentia.Quæritur.† vtrū ex charitate diligenda sint corpora nostra. Et videtur ꝙ non. ¶Primo sic.Ioā.12.habetur. qui amat animā suam perdet eam,sed anima ibi non stat nisi pro vita corporis. ergo si vita carnis in hoc mundo est odienda,videtur quod odienda sint corpora nostra.¶Secundo sic.non enim diligimus cui conuiuere nolumus,sed homines charitatem habentes refugiunt corporis conuictum secundum illud ad Ro.7.quis me liberabit de corpore mortis huius. Et ad Phil.j.Cupio dissolui,& esse cum Christo, ergo videtur quod corpus nostrum non sit diligendum ex charitate. ¶Tertio amicitia charitatis fundatur super cōicatione diuinæ fruitionis:sed hmōdi fruitionis corpus particeps esse nō pōt. ergo ex charitate diligendū non est. ¶In oppositū est tex.præsentis literæ.¶Secundo est illud quod ait Apostolus ad Ephe.5.ꝙ viri debent diligere vxores suas,sicut corpora sua. sed vxores debent diligere ex charitate.ergo & corpora.¶Respondeo dicendū.quod corpora nostra diligenda sunt ex authoritate August.1.de doctrina Christiana vbi ponit quatuor esse ex

Quæstio. Primū arg.

Secundūar.

Tertiū arg.

Opponit in cōtrarium.

Respondet.

eſſe ex charitate diligenda inter quæ ponit corpus propriũ. ¶Secundo ſic. Omne beatificabile eſt ex charitate diligendum. ſed corpus noſtrum eſt beatificabile. ergo eſt ex charitate diligendum. Eſt autem hic notandum iuxta S.Thom.
2 & Bonauen.† quod corpus noſtrum ſecundum duo poteſt
S.Thom. Bonauent. conſiderari. vno modo ſecundum eius naturam. Alio modo ſecundum corruptionem culpæ & pœnæ. Natura autẽ corporis noſtri nõ eſt a malo principio creata vt manichei fabulabantur: ſed eſt a Deo: vnde poſſumus eo vti ad ſeruitium ſecũdum illud ad Ro.6. exhibite corpora veſtra arma iuſtitiæ Deo, & ideo ex dilectione charitatis qua diligimus Deum, debemus etiam corpora noſtra diligere. Sed infectionem culpæ & corruptionem pœnæ in corpore noſtro diligere non debemus, ſed potius ad eius remotionem anhelare deſiderio charitatis: vt in litera præſenti etiam dicitur.
Ad primum argument. ¶Nunc dicendum eſt ad rationes in oppoſitum. Ad primam patet reſponſio ex dictis. eſt enim in corpore noſtro bonitas naturæ, & vitioſitas cõcupiſcentiæ: Vitioſitas concupiſcentiæ: quia inclinat ad malum odienda eſt. Bonitas vero naturæ quia eſt ordinata ad ſummum bonũ quodammodo diligenda eſt. vnde ex verbo Chriſti non habe-
Ad ſecundũ tur quod corpora noſtra non ſint diligẽda ſimpliciter: ſed quod quantum ad vitioſitatem diligenda non ſunt. ¶Ad ſecundam reſpondetur eodem modo. dicimus enim quod apoſtolus non refugiebat corporis communionem quantũ ad corporis naturã, imo ſm hoc nolebat ſpoliari. ſm illud. 2.Corint.5. Nolumus ſpoliari ſed ſuperueſtiri: ſed volebat carere infectione concupiſcentiæ: quæ remanet in corpore & corruptione ipſius quę aggrauat animam: ne poſſit Deũ
Ad tertium videre. vnde ſignãter dicit de corpore mortis huius. ¶Ad tertiam reſpondetur negando minorem. dicimus enim. ꝙ corpus noſtrum quamuis Deo frui non poſſit cognoſcendo, & amando ipſum: tamen per opera quæ per corpus agimus ad perfectam Dei fruitionem poſſumus venire. vnde ex fruitione animæ redũdat quædam beatitudo ad corpus. i. prauitatis & corruptionis vigor, vt Aug. ĩ epiſtola ad Dio-
Auguſti. ſcorum: & ideo quia corpus eſt aliquo modo particeps beatitudinis dilectione poteſt charitatis amari. Litera. ¶[Corpus ſaluti] id eſt ſanitati [conſu'amus] in victu: & veſtitu
Exponit literam. Auguſtin. hic. [Subiectum] debet enim corpus ſubijci ſpiritui: & caro menti. quia vt dicit Auguſt. ſuper Ioannem peruerſa eſt domus: in qua mulier principatur: & vir ſubijcitur. ſic peruerſum regimen hominis: in quo caro dominatur, & ſpiritus ſubijcitur. vnde ad Gal.5. Apoſtolus ait. ſpiritu ambulate: & deſideria carnis non perficietis. Dicit autem gloſſ. decreti. quod debemus iumento noſtro tri. ſ. ſaccum: paleam & flagellum &c. [immortalitate] de qua. j. Corin.15. oportet. n. corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem.

2 *Sicut dictio eſt nota ſimilitudinis.*
4 *Dilectio poteſt eſſe inæqualis dupliciter.*
5 *Proximi nomine quis intelligatur.*

Item proximos. Sequitur quarta pars ſuperioris capituli in qua Magiſter Gratianus oſtendit duo. primum eſt: quando proximos dicamur diligere, ſicut noſipſos. ſecũdum, qui diligunt Deũ plus quam ſeipſos. pro pleniori intelligentia huius partis. Quæruntur duo.
1 ¶Primum eſt vtrum proximos æque diligere debeamus ſicut nos.
3 ¶Secũdum an omnes proximos æque diligere debeamus.
1 Ad primum Sic ꝓceditur. †Et videtur quod proximos æqualiter nobis diligere debeamus. Primo ſic ex textu præſentis capituli vbi dicitur. ꝙ
Primum ar. proximos diligere debemus, ſicut nos. ly ſicut aut eſt nota ſimilitudinis aut æqualitatis. Non ſimilitudinis, quia eadẽ ratione poſſet dicere diliges proximum, ſicut Deum. ſed hoc non dicitur. ergo eſt nota æqualitatis. ergo æque diligẽ-
Opponit in contrariũ. dus eſt proximus. ¶In oppoſitum arguitur quia dicitur Leui.30. & Mat.22. diliges proximum tuum ſicut teipſum ex quo arguitur. ꝙ dilectio hominis ad ſeipſum ſit exẽplar dilectionis, quæ habetur ad alterum. ſed exemplar potius eſt quam exemplatum: ergo ex charitate homo magis dili-
Reſpondet S. Tho. gere habet ſeipſum, quam proximum. ¶Reſpondeo dicendum iuxta S.Tho. in 2.2. quia in homine duo ſunt. ſ. natura ſpiritualis & natura corporalis. Per hoc autem hõ dr̃ diligere ſeipſum, quod diligit ſe ſecundum naturam ſpiritualem: & ſm hoc ſit iſta concluſio. homo debet magis diligere ſe poſt Deum: quam quemcunque alium. Iſta concluſio patet ex ipſa ratione diligendi ſic. Nam Deus diligitur vt principium boni: ſuper quo fundatur dilectio charitatis. homo autem diligit ſe ex charitate ſecundum rationem: qua eſt particeps prædicti boni. proximus autem diligitur ſecundum rationem ſocietatis in iſto bono. conſociatio autem eſt dilectio. ratio dilectionis ſecundum quandã vnionem in ordine ad Deum. vnde ſicut vnitas prior eſt vnito, ita ꝙ homo ipſe participet bonum diuinum, eſt potior ratio diligendi quam quod alius aſſocietur ſibi in hac participatione. ergo hõ ex charitate debet magis ſeipſum diligere quam proximum. Et huius ſignum eſt. quod hõ non debet ſubire aliquod malum peccati: quod cõtrariatur participationi beatitudinis: vt proximum liberet a peccato. vnde ſecundum ordinem charitatis amor ſalutis propriæ præponendus eſt amori ſalutis alienæ. ¶Ad rationem in oppo-
2 ſitum reſpondetur.† quod ly ſicut eſt nota ſimilitudinis & non ęqualitatis. Et cum obijcitur ꝙ eadem ratione &c. Negatur conſequentia. quia reſpectu Dei non poteſt attendi illa ſimilitudo, quæ attenditur reſpectu noſtri. Attenditur autem illa ſimilitudo: quod homo debet diligere proximũ ad id bonum: ad quod diligit ſeipſum, & poſt ſalutem propriam nihil tantum deſiderare: ſicut ſalutem alienã. ¶S. ve- S. Thom.
ro Tho. exponens hoc præceptum, diliges proximum tuũ ſicut teipſum ſuper epiſtolam ad Ga.5. capitulo dicit. ꝙ tripliciter exponit. vno modo vt refertur ad veritatem dilectionis: quæ eſt quando diligo proximum eodem mõ, quo meipſum. ſ. quando volo ei bonum propter ſe, non quia eſt mihi vtilis: vel delectabilis ¶Secundo exponitur vt referatur ad iuſtitiam dilectionis, quod eſt quando volo ei bonũ intellectus, & rationis. quod eſt potiſsimum in hoĩe. ¶Tertio vt referatur ad ordinem, vt ſicut te diligis propter Deũ & proximum propter Deum, diligas ſcilicet vt ad Deum perueniat.
3 Ad ſecundum Sic proceditur. †Et videtur quod omnes proximos æque diligere Primũ arg.
debeamus. dicit enim Aug. in de doctrina Chriſtiana. omnes homines æque diligẽdi ſunt. ſed cum omnibus prodeſſe non poſsis: his potiſsime conſulendum eſt, qui pro locorum & temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus ſtrictius tibi quaſi quadam ſorte iunguntur. ergo proximorum vnus eſt magis diligendus quam alius. ¶Secundo Secund. arg.
vbi vna & eadem eſt ratio diligendi diuerſos, non debet eſſe dilectio inæqualis. ſed vna eſt ratio diligendi proximos: vt patet per Augu. primo de doctrina Chriſtiana. ergo oẽs proximos æqualiter diligere debemus. ¶Tertio amare eſt Tertiũ arg.
velle bonũ alicui: vt patet per Philoſophum ſecũdo rhetorice. ſed omnibus proximis æquale bonum volumus. ſ. vitã æternam. ergo omnes proximos æqualiter debemus diligere. ¶In oppoſitum arguitur. Tanto vnuſquiſque magis de- Opponit in contrariũ.
bet diligi, quanto grauius peccat, qui contra eius dilectionem operatur. ſed grauius peccat qui agit contra dilectionem aliquorum proximorum, quã qui ait contra dilectionem aliorum. vnde Leui.20. præcipitur: quod qui maledixerit patri: aut matri, moriatur ꝙ non præcipitur de his q alienos homines maledicunt. ergo quoſdam proximos debemus magis diligere, quam alios. ¶Reſpondeo dicẽdum Reſpondet. S. Thom.
iuxta S.Th. in 2.2.q.26.arg.6. ꝙ circa hoc duplex fuit opinio. Quidam enim dixerunt. ꝙ omnes proximi ſunt æqualiter ex charitate diligendi quantum ad affectum, ſed non quantum ad exteriorem effectum ponentes ordinem dilectionis eſſe intelligendum ſecundum exteriora beneficia, quę magis debemus impendere proximis, quam alienis. Non autem ſecundum interiorem affectum, quem æqualiter debemus impendere omnibus etiam inimicis. ſed hoc Contra prędictum. Gu.
irrationabiliter dicitur. Non enim minus eſt ordinatus affectus charitatis, qui eſt inclinatio gratiæ quam eſt appetitus naturalis qui eſt inclinatio naturæ. Vtraque enim inclinatio ex diuina ſapiẽtia procedit, videmus enim in naturalibus, ꝙ inclinatio naturalis ꝓportionatur actui & motui qui conuenit naturæ vniuſcuiuſque. Sicut terra habet maiorem grauitatis inclinationem, quam aqua. quia competit ei eſſe ſub aqua. oportet ergo ꝙ inclinatio gratiæ, quæ eſt affectus charitatis proportionet his. quæ ſunt exterius, agenda, ita. ſ. quod ad eos maiorem charitatis affectum habeamus, quibus competit nos magis beneficos eſſe. Et ideo dicendum

Secūda op. dicendum est quod etiam secūdum affectum oportet vnū proximorum magis diligere, quam alium. Et ratio est quia cum principium dilectionis sit Deus: & ipse diligens: necesse est secundum propinquitatem maiorem ad alterū istorum principiorum maior sit dilectionis effectus. In omnibus enim in quibus inuenitur aliquod principium ordo attenditur secundum comparationem ad illud principium. ¶Ad rationem in oppositum dicendum. ad pimam † ꝙ dilectio potest esse inęqualis dupliciter. vno modo ex parte eius boni: quod amico optamus, & quātum ad hoc omnes æque diligimus ex charitate: quia omnibus optamus bonū idem in genere. s. beatitudinem. Alio modo dicitur maior dilectio propter intensiorem actum dilectionis, & sic non oportet omnes æque diligere, vel dicendum aliter, quod dilectio inæqualiter potest ad aliquos haberi dupliciter. vno modo quod quidam diliguntur. Et hanc inæqualitatem oportet seruare in beneficientia, quia in omnibus possumus prodesse: sed in beneuolentia dilectionis talis inæqualitas haberi non debet. Alia vero est inæqualitas dilectionis ex hoc quod quidam plus alijs diliguntur. Augu. ergo non intendit hanc excludere inæqualitatem: sed primam. vt patet ex his quæ de beneficientia dicit. ¶Ad secundam dicit. quod non omnes proximi æqualiter se habent ad Deum. sed quidam sunt ei propinquiores per maiorē bonitatem qui magis diligēdi ex charitate, quam alij qui sunt minus propinqui. ¶Ad tertiam respōdetur. ꝙ ratio illa procedit de quantitate dilectionis ex parte boni: quod amicis optamus. Litera. ¶[Si non propter aliquas]. Ista dilectio parum aut nihil: qui ex simili causa temporali principaliter nascitur: vtputa ex sola causa: quia diligit vel quia beneficiū erogauit. vnde Mat. 5. Si diligitis eos qui vos diligunt: quā mercedem habebitis: glo. interli. i. iō quia vos diligunt. [Sed ꝓpter hoc ꝙ nostræ naturæ sunt participes] ista ratio est generalis. quia secundum hoc etiam damnati qui nostræ naturæ participes sunt venirent inter proximos diligendos numerandi. sed proxima ratio fundatur in communicatione beatitudinis æternæ, quam damnatis velle ex charitate non possumus. † Nota etiam quod nomine proximi omnis homo in hac vita existens intelligendus est. vt ait Augu. Item Magister sententiarum circa finem di. 23. dicit proximum dici diuersis modis [a]. s. conditione primæ necessitatis, spe couersionis, propinquitate cognationis, ratione officij exhibitionis. Et hoc notatur in litera. Cum dicitur [non illi tantum proximi perinde sicut nos] vt dictum est ly sicut est nota similitudinis: & non æqualitatis. declarat quod diximus quid sit diligere proximos sicut nos ipsos [facultas] vbi enim deest facultas subueniendi proximo: non debet deesse voluntas, quæ tunc pro facto reputatur. [Quod tibi.] hoc enim dictat ius naturale ius diuinum vt quodcunque vultis vt faciant vobis homines: hæc & vos facite illis. Matt. 6. [Illi vero]. Ecce secundum. Sed tribulationibus vt Paulus qui multa dicit se passum propter Christum. 2. Corint. 11. In periculis fluminum: in periculis latronum &c. Nudati vt apostoli dicebant. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Mat. 19. [Illius patrię] homini. n. perfecto pro modico esse debet: vt patriam propter Deum relinquat [parentibus] sic enim dominus. Mat. 19. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres: aut sorores, aut patrem, aut matrem: aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum: septuplum accipiet, & vitam æternam possidebit [Mortem nam & si Christus pro nobis mori voluit, & nos debemus pro eo animas nostras ponere, id est vitam nostrā Matt. 8. Qui perdiderit animam suam propter me saluam faciet eam.

Ad primū argu.


Ad secundū

Ad tertium

Exponit literam.

5

August.
a ¶ Diuersis modis addē ꝙ ꝓximus dr̄ quatuor modis. Pet. de Anc. inc. nulla. n. 10. de conces. prębēn.



Værendum &c. Postquā magister Gratianus multa prædixit ad cōmendationem charitatis multiplices eius nobiles effectus assignando, ostēdēs etiam in charitate esse ordinem: deduxit quomodo vnumquodque diligibile diligendum sit. s. Deus super omnia: nos propter Deum: proximus sicut nos, & corpus proprium etiam in ordine ad spiritum. Nunc reuertitur ad partem illam prosequendam: videlicet quod charitas semel habita amitti non possit. Et potest diuidi ista pars in tot partes, quot sunt authoritates quas inducit in ista parte vsque ad. §. ex præmissis itaque. Et videntur esse principales quinque. Ostendemus autem per singulas discurrendo nullam authoritatum quæ in litera ponuntur facere pro parte illa pro qua inducūtur, quarum prima est ista. Quæ incipit. quærendum. quæ est Bedæ venerabilis super Ioannem: quæ authoritas ex ea parte facit ad propositum. videlicet quod charitas semel habita non amittatur: vbi inquit. ꝙ in sanctis hominibus spiritus sanctus maneat in æternum. videlicet quo ad inhabitantem gratiam partim rediturus recedat: videlicet quo ad operationem miraculorum. Et ita videtur quod charitas semel habita in sanctis amitti non possit. Sed ista authoritas parum aut nihil facit ad propositum modo vtentium ea, quoniam & si spiritus per inhabitantem gratiam siue charitatem semper maneat in omnib. sanctis quādiu à peccatis immunes permanēt, Non propter hoc sequitur quod charitas in eis aut in alijs amitti possit. Litera. ¶Quærendum] legitur in Ioā. c. pri. testimonium perhibuit Io. dicens, quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & manentem super eum, & ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendētem & manētem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Super his verbis quærit Beda] quomodo spirituale filij Dei recognoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit & manserit spiritussanctus.] Nam cum etiam in alijs sanctis spiritussanctus maneat: nō videtur aliquid magni esse in filio Dei, ꝙ in ipso manere spiritussanctus affirmatur. Sed pro responsione ad hanc quæstionem motā dicit esse notandum. ꝙ semper in domino Iesu Christo à tēpore. s. cōceptionis suæ quo plenus fuit spiritu sancto semper spiritussanctus mansit perficiens ipsum. Non solū quantum ad omnes virtutes sed etiam quantum ad omnes vsus virtutum, & quantum ad omnes effectus gratiæ gratis datæ: in alijs vero sanctis non sic, quoniam ab aliquibus in quibus fuit recedit propter peccatum [b]. In aliquibus vero & si maneat quantum ad inhabitantem gratiam: non tamen quantū ad omnes effectus gratiæ gratis datæ licet aliquando quo ad aliquod prius manserit, vtputa non semper maneat ad prophetandum: seu miracula faciēdum. vnde quarto Regum. 3. dicitur de Heliseo: quod cum Iosaphat de futuris requireret: & prophetiæ spiritus ei deesset psaltem fecit applicari, vt in eum spiritus prophetiæ per laudem psalmodiæ descenderet; patet ergo quod decendisse spiritum sanctum super Christum, & mansisse super eū semper modo prædicto proprium signum fuit cognoscendi Christū esse filium Dei. Ioann. 1. vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti a patre plenū gratiæ & veritatis [partim manet in æternum]. s. perpetue in illis: a quibus nūquam recedit propter peccatum. quia nullum peccatum tales committunt, propter quod fugiat ab eis spiritussanctus [recedit] quo ad aliqua spectantia ad effectus gratiarum gratis datarum. [Manet quippe] ponit effectus aliquos eorum quos spiritussanctus efficit in his, in quibus manet quo ad inhabitantē gratiam. Et exemplificat de beatitudinibus, de quibus Mat. 5. beati pauperes, beati mites. ceterisque spiritus sancti fructibus Apostolus ad Gala. 5. enumerat fructus spiritus dicēs, fructus autem spiritus est charitas, gaudium: pax: patientia, benignitas: lenitas, longanimitas: mansuetudo, fides modestia, continentia, castitas aduersus huiusmodi non est lex [recedit] omnia sunt plana vt patet.

Diuisio.

Exponit literam.

b ¶ Propter peccatū. adde ꝙ peccatum ex diuturnitate tēporis aggrauatur. Petr. de Anc. i c. cum tanto. nu. 2. de cōsuetu.

1 *Charitas quod non excidet quomodo intelligatur rationē reddi. num. 2.*


Haritas. Sequit secunda authoritas quæ est Apostoli. 2. ad Corin. 13. videlicet charitas nunquam excidet. Sed nec authoritas intellecta sicut debet intelligi facit ad propositum allegantis. Non enim charitas dicitur non excidere, ita quod in hac vita per peccatum non possit amitti, † sed pro tanto dicit Apostolus quod non excidet. quia sicut in hac vita est, ita & in alia vita nō euacuabitur, sicut fides & spes euacuabuntur, sed manebit etiam augmentata & consummata: quoniam præsentia amati non tollit amorem. sed auget. vnde charitas cum sit amor Dei, quando Deum videbimus: non tolletur charitas, sed magis in nobis augebitur, quod propheta Esa. manifeste innuere videtur Esa. 31. dicens, dominus ignis in sion. id est in ecclesia militante, & caminus in hierusalem. s. supna id est ardentissima charitas, & in hoc Apostolus cōmendat charitatem super fidem & spem, cum ait, charitas nunquam

1

quam excidet:ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ
2 ceſſabunt,ſiue ſcientia deſtruetur &c.†Ratio autem quare charitas non excidet ſed bene ſpes, fides,prophetiæ & huiuſmodi eſt iuxta S.Thom. quoniam amor ſecundum rõnem ſuæ ſpeciei non importat aliquid imperfectionis, ſed magis perfectionis inquãtum importat quandam intimationem affectus, & quandam intimationem in re amata. vnde gloria adueniens nihil de his quæ ad ſpeciem charitatis pertinent tollit,& ideo non deſtruetur charitas. Econuerſo vero eſt de fide,& ſpe. fides enim cũ ſit ſpecularis viſio & enigmatica, imperfectionem importat.ſ. obſcuritatem.vnde cum gloria adueniẽs omnẽ obſcuritatem & imperfectionem tollit:tollet quidem modum fidei, quãtum ad modum cognoſcendi, ſed remanebit cognitio eorum, quorum eſt fides.non quidem iam enigmatica,ſed clara.ſimiliter dicendum eſt de ſpe,quæ cum ſit expectatio futuræ beatitudinis:importat quid imperfectionis,videlicet ip ſius rei ſperatæ abſentiam,& carentiam,vnde præſente beatitudine neceſſario euacuabitur ſpes. vnde ad Rom.8.ſpes quæ videtur non eſt ſpes.glo.res ſperata quæ videtur non eſt ſpes,id eſt non eſt ſubiecta.

S.Thom.

1 *Spirituſſanctus quare dicitur vnctio.*



VNctio. Sequitur tertia authoritas quę inducitur, & eſt beati Auguſt.ſuper epiſtolam Io.& dicit. quod vnctio inuiſibilis ſit ſpirituſſanctus,de qua.1.Io.2.& vos vnctionem accepiſtis ab eo,& manet in vobis, & nõ neceſſe habetis vt aliquis doceat vos, ſed vn-
1 ctio eius docet vos de omnibus.i.ſpirituſſanctus. † Dicitur autem ſpirituſſanctus vnctio,quia oẽs tribulationes mundanas ſanas facit,& iocundas:ſecundum illud in labore requies:in eſtu temperies:in fletu ſolatium.Eſt etiam vnctio inuiſibilis effectus ſpirituſſancti.ſ.ipſa charitas, [quę quamuis ardẽte ſole ſ.alicuius tribulationis [areſcere non põt] .ſ.quantum eſt de ſe,vt ſupra expoſitum.vnde canticorum vlti.habetur ꝙ aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem.& Apoſtolus ad Roma. inquit,quis poterit nos ſeparare a charitate Chriſti.An tribulatio &c.vel [non poteſt].i.non conuenit. vt exponit Hugu.dicens, quod loquatur de charitate.ſ.finali,quæ eſt effectus prædeſtinationis.] Nutritur calore ſolis].i.tribulatione ipſa incenditur, & augetur.vt patet in bonis viris ſecundum illud.pſal.60. da nobis domine auxilium de tribulatione. Quod autem per ſolem feruor alicuius tribulationis poſsit intelligi, accipi poteſt ex illo Canti.1.Nigra ſum ſed formoſa. quia decolorauit me ſol.gloſſ.interl.i.id eſt tribulationis exercitatio. patet autem ex dictis ꝙ etiam prædicta authoritas expoſita ſicut eſt,non facit ad propoſitum allegantis.

Hugu.



PEnnata. Iſta eſt quarta authoritas quæ inducitur ad probãdum,ꝙ charitas ſemel habita amitti non poſsit, in qua authoritate tangit illud Ezechiel.j. ꝙ vidi quatuor animalia pennata:de quibus ibidem dicitur:ꝙ non reuertebantur cum incederent: ſed vnumquodque ante faciem ſuam gradiebatur. Quem locum exponens beatus Gregorius dicit.¶[Pennata animalia minime reuertuntur quia &c.]Sed nec iſta authoritas propoſitum probat inducentis:quoniam licet ſancti viri faciãt, ſicut dicit beatus Gregor.hic: ex hoc tamen nõ ſequitur abſolute,& ſimpliciter,ꝙ charitas ſemel habita a quocunque amitti non poſsit,vt manifeſtum eſt.Non enim omnes habentes charitatẽ ſunt de numero & qualitate ac perfectione illorum quatuor animaliũ. [Et paulo poſt nemo.] Inducit Gregor.verba euangelij.Luc.9.[quod quia electis].i. prædeſtinatis.Hug.[per prophetam]Ezechielem.ca.1. Et [paulo poſt vnde Paulus]inducit verba Pauli. ad Philip.3. & poſtea exponit dicens[vnum].q.d.non comprehẽdi: ſed vnum de me vobis aſſero.[ꝙ quæ retro ſunt obliuiſcens:q temporalia]exponit idem.ſ.in eadem homilia. [Nõ reuertebantur]verba ſunt Ezechielis.[quia electi]ſequitur expoſitio Grego.[Non redeant]finaliter. Hug.[per Salomonẽ] in prouer.4.[Iuſtorum ſemita perfectum diem].i.ad vitã. [In eorum]verba ſunt Grego.exponentis verba Salomonis[perfectũ diem].i.vitam æternam: quę eſt dies perfecta plena luce diuinitatis.[Minus aliquid] quia beatitudo eſt tota ſimul & perfecta poſſeſsio vt dicit Boethius & vt dicit

Exponit literam.

Hugu.

Boethius.

Apoſtolus:tunc erit Deus omnia in omnibus.Sed nec horum aliquid facit ad propoſitum inducentis, vt eſt manifeſtum.[Item in eadem homilia idem Gregor. poſt diſcurſus]tangit illud Ezechielis primo.ꝙ iuxta.3.animalia quæ viderat erant quatuor rotæ,in quibus erat ſpiritus vitæ, & quocunque ibat ſpiritus:ſequebantur rotæ,& cũ ſtabat: ſtabant.& ita ſpiritus quandoque ſtabat.& quandoque mouebatur.& hæc Grego.exponit myſtice ſic dicens. ꝙ quantũ ad gratias & ceteras virtutes, ſine quibus non eſt ſalus nec ad cæleſtem patriam perueniri poteſt,ſpirituſſanctus in ſanctis viris manet,ſed in eis nõ manet,ſed recedit ab eis quantum ad operationem miraculorum,ſiue ad aliquos effectus gratię gratis datæ ſine quibus habetur ſalus animæ, & põt ad cæleſtem beatitudinem perueniri[miſericorditer recedit]ne ſcilicet inde ſuperbiat homo.

Item Ambroſius. Ficta &c.Quinta authoritas principalis.ficta &c.ſed nec iſta authoritas facit pro inducentibus: quoniam non accipitur ibi ficta pro non vera:ſed pro fragili.ſeu debili,nõ.n. omnis charitas eſt æque perfecta ſicut alia,vt infra dicetur verum enim dicit Ambroſius quod fragilis erat charitas: quæ in aduerſitate,vbi potius eſt compatiendum & miſerã dum hominem deſerit.

1 *Superbia eſt initium omnium malorum.*
2 *Finis alicuius peccati eſt deſiderabilis propter duo.*

Ex præmiſsis. Ex præfatis authoritatibus inductis infert Gratianus[falſe tamen] tria.primum eſt,ꝙ charitas ſemel habita amitti non poſsit ſecundum eſt:qui charitatem ſemel habuerit vlterius criminaliter peccare non poſſit.Tertium eſt,quod pœnitentiam non agit,qui poſtmodum eſt peccaturus : quia talis preſupponitur vtique charitatem habuiſſe, duo vero vltima proſequitur probando ea aliquibus authoritatibus vſq; ad.§.hæc de charitate.loca patebunt diſcurrẽdo per ſingula.Litera.¶[Ex præmiſsis]falſum eſt quod tale ꝙ ſequatur,loquitur autem ſecundum opinionem allegantiũ præfatas authoritates[ad gratiam].i.virtutem ipſius charitatis quam dum quis habet & ſecundum eam operatur:non peccat,nec etiam poteſt peccare. quia vt dicit Aug.& de li.ar. virtute nemo male vtitur[non ad naturã].ſ. peccantis quæ cum li.ar.habeat in via exiſtens peccare poteſt: cum agere contra charitatem poſsit[qui ergo contra charitatem]ecce ſecundum quod falſum eſt.hoc tamen probare nititur authoritate Aug.in homi.8.ſed reuera Gratianus fallitur qm̃ per authoritatem illam magis videtur probare oppoſitum expreſſe enim præſupponit Augu. quod pœnitentia charitatis euellatur cupiditas,& econuerſo,& per conſequens:ꝙ charitas ſemel habita cupiditate poſsit euelli. Circa vero hoc ꝙ dicitur hic ab Auguſt.iuxta apoſtolum.j.Timo.6.ꝙ omnium malorum radix ſit cupiditas. Eſt notandũ quod ſicut cupiditas dicitur radix omnium malorum†ita ſuper-
1 bia†initium omnium malorum eccl.Et ratio huius ſecundum Augu.ſuper epiſtolam ad ti.colligitur ex hoc. omnia enim conſiſtunt in appetitu: & ideo origo peccatorum eſt ſecũdum originem appetibilium. origo appetibilium procedit ex fine,& ideo quantum aliquod peccatum habet fi-
2 nem magis deſiderabilem tanto eſt prius.†Finis autem alicuius peccati eſt deſiderabilis propter duo.ſ. propter ſeipſum,& hoc eſt excellẽtiſsimum.quia ad hoc vult homo bonum illud, vt excellat, & hoc eſt ſuperbia:& ideo ſuperbia eſt initium omnium malorum.Item propter aliud & hoc eſt quia valet ad omnia,& huiuſmodi ſunt diuitiæ.quia ꝓpter hoc credunt ſe habere omnia, & ex iſta parte auaritia eſt radix omniũ malorum. Superbia ergo eſt ſicut initiũ, & auaritia ſicut radix omnium malorum:hæc S.Tho.[Radix omnium]quia non eſt aliquod genus mali:quod quandoque non proueniat ex cupiditate. [Cum ergo quis]hic Gratianus falſum ex falſis concludit. falſum enim præſupponit,videlicet quod qui criminaliter peccat nunquã charitatem habuit,quod manifeſte falſum eſt,vt ſuperius probatum eſt & infra oſtendetur. Et ex hoc falſo elicit aliud falſum,videlicet.ꝙ nullus poſſet pœnitentiam agere, qui quandoque criminaliter peccaſſet.

Cõtra Gratianum.

Exponit literam.

Auguſti.

S.Thom.

Cõtra Gratianum.

1 *Charitas quare dicatur aqua.*
Et quare dicatur, ſaliẽs faciens in vitam æternam. numero.2.

Charitas


Haritas. Inducit aliam authoritatem Augu.ad probandum, quod qui criminaliter peccat: charitatem nunquam habuit.¶[Charitas est aqua]† charitas dicitur aqua, tum quia lauat & mundat animam, tum quia delet maculas peccatorum. Primo ostendamus ꝙ per illam authoritatem male arguitur ad propositum inducentium. virtus enim argumenti eorũ stat in hoc. Charitas est aqua: de qua qui biberit nõ sitiet in æternum. sed reprobi sitient in æternum. ergo nũquam habuerunt charitatem. licet verum sit de finali charitate. vnde quando dicitur ꝙ charitas sit aqua saliens in vitam æternam. Intelligendum est, per causam. quia causam habet perpetuam. s. spiritum sanctum: qui est fons vitę nunquam deficientis. & ideo qui ex eo bibit non sitiet in æternum. Sicut qui haberet in ventre fontem aquæ viuæ: non sitiet vnquam. exemplum est S. Thomę super Ioannem. †Et ideo charitas dicitur salire faciens in vitam æternam, quia ipsa charitas est qua meremur vitam æternam, & per eam tanquam per vnam excellentissimam peruenimus ad beatitudinem, si in ea perseueramus, quia perseuerantibus tantum datur corona. [Itẽ dominus]. s. Io.6.] qui credit in me habet vitam æternam] ista argumentatio etiam nulla est. & peccat eodem peccato: sicut præcedens. clarum enim est ꝙ illa consequentia nulla est. reprobus non est habiturus vitã æternam. ergo nunquam credidit in Christum. Sicut patet de multis fidelibus, qui damnati sunt. Cum autem dicitur [qui credit in me habeat vitam æternã] intelligitur in spe, non in re. quia fides non clara visione: imo fidei succedit visio vt ait Augusti. dicente Apostolo. j. Corin.13. Cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem, patet ergo quod argumentatio quam facit Gratianus in litera nulla est, cum ait. [qui ergo nõ habet vitam æternam]. s. in re [in Christum non credit] imo est erronea consequentia. Constat enim, ꝙ viatores fideles non habẽt vitam æternam in re, sed soli comprehensores, & nihilominus per gratiam Dei multi eorum credũt non solum Christo sed etiam in Christum quod est amando in ipsum tendere. [Apostolus] ad Gal.5. [fides per dilectionem]. i. dilectione informata operatur. Nam vt habetur Iaco.2. Fides sine operibus mortua est] hinc dũtaxat] hoc est dictum ꝙ sine charitate nulla fit peccatorum remissio, sine qua charitate ceteræ virtutes imperfectæ sunt] quod si charitas a fide christianorum]. s. formata patet ex dictis: ꝙ eius argumentatio nullius sit roboris. [Item dominus. Ego sum panis viuus] viuificans comedentes, [qui de cœlo descendi] licet. n. corpus Christi materialiter de terra fuit. s. virginali. secundum illud, terra nostra dedit fructum suum. actiue tamen de cœlo venit, inquantum virtute diuina formatum fuit in vtero virginis: de cœlo etiam venit. quia persona æterna & increata filij Dei de cœlo venit per carnis assumptionẽ. Notandum ꝙ ista argumentatio quam facit Gratianus in litera nulla est, imo est fatua, & crescit ex mala intelligentia verbi Christi, licet enim verum sit ꝙ qui manducat panem illum viuum, qui de cœlo descendit in fide & charitate perseuerans viuit in æternum, Non tamen sequitur, ꝙ qui viuit in æternum, aut non viuet, ꝙ nunquam manducauerit panem illum. Quemadmodum licet qui bona egerunt ibunt in vitam æternam. Non tamẽ sequitur, propter hoc ꝙ qui non ibunt in vitam æternam, nunquã fecerint bona aliqua quia vita æterna cum omnibus Christum manducantibus aut omnibus benefacientibus promittitur, intelligitur de perseuerantibus. vt ait beatus Bernard. perseuerantia sola meretur verberibus gloriam, coronam virtutibus, prorsus absque perseuerantia, nec qui pugnat victoriam, vt palmã victor consequitur. Item idem. tollere perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gloriam, nec laudem fortitudo, denique non qui inceperit sed qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit. licet ergo qui manducat panẽ viuum illum, siue qui credit in Christum per fidẽ charitate formatam, habet vitam æternam [hic per causam] quia habet gratiam. gratia autem vita æterna. ad Roma.6. vel habet in spe, non tamen habet in re, habiturus tamen est in re, si perseuerauerit in gratia & charitate habita, sicut sæpe diximus. patet ergo ꝙ non sit bona argumentatio ista. Iste reprobus non habet vitam æternam in re: ergo nunquam prius credidit in Christum.

Exponit literam.

S Tho. 2

Augusti.

Bernard.

Hæc quæ de charitate. Sequitur tertia pars huius distinctionis in qua magister Gratianus volendo respondere ad authoritates inductas pro ea parte, ꝙ charitas semel habita amitti non possit, dicit. ꝙ sunt intelligendæ de charitate perfecta. Et inde sumpta occasione ostẽdit in virtutibus esse gradus. Et diuiditur hæc pars. primo ostendit hoc de directo multis authoritatibus. secundo ostendit hoc ex contrario. secunda ibi, & econtrario autem. Item prima potest diuidi in tot partes quot inducit authoritates & rationes ad probandum. ꝙ gradus sint in virtutibus: de quibus per singula videbimus cum sit materia pendens. Pro pleniori intelligẽtia eorum quæ tanguntur tam in textu quam in hac parte. Queruntur septem. Diuisio.

1 ¶Primo vtrum in hac vita possit esse perfecta charitas.
5 ¶Tertio vtrum charitas augeri possit in via.
11 ¶Quarto vtrum in infinitum charitas in via possit augeri.
15 ¶Quinto vtrum charitas possit minui.
18 ¶Sexto vtrũ in charitate conuenienter distinguantur gradus, scilicet charitas incipiens &c.
19 Septimo vtrum in fide possint gradus poni.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quod in hac vita non possit esse perfecta charitas. ¶Primo sic. quoniam si posset esse in hac vita perfecta charitas maxime fuisset in apostolis, qui dicuntur recepisse primitias spiritussancti. ad Rom.8. sed in eis non fuit. dicit enim Apostolus ad Philip.3. Non ꝙ iam comprehẽderim aut perfectus sim. ergo charitas in hac vita perfecta esse nõ potest. ¶Secundo dicit August. lib.83. quasi nutrimentum charitatis est minuere cupiditatem. Perfectio nulla vbi cupiditas. sed hoc non potest esse in hac vita: in qua sine peccato viuere non possumus secundum illud. j. Io.2. si dixerimus quia peccatum non habemus &c. ¶Tertio illud quod iam perfectum est, crescere vlterius non potest. sed charitas in hac vita semper potest augeri. ergo charitas in hac vita non potest esse perfecta. ¶In oppositum est tex. præsentis literæ in quo aperte præsupponitur. ꝙ in hac vita possit haberi perfecta charitas. ¶Respondeo dicendum ꝙ charitas perfecta potest haberi aliquo modo in hac vita. Ista conclusio patet authoritate beati Augustini qui super primam canonicam beati Ioannis dicit. Charitas cum fuerit roborata perficitur cum ad perfectionem peruenerit dicit Apostolus cupio dissolui & esse cum Christo. sed hoc est possibile in hac vita sicut in Paulo fuit. ergo charitas in hac vita potest esse perfecta. ¶Verum pro clariori intelligẽtia huius conclusionis iuxta S. Thomam in secunda secundæ. q uæstione 24. ar.3. est notandum † ꝙ perfectio charitatis põt intelligi dupliciter. vno modo ex parte diligibilis. Alio modo ex parte diligentis. Ex parte quidem diligibilis perfecta est charitas, vbi diligitur aliquid quantum diligibile est. Deus autem tantum diligibilis est, quãtum bonus est. bonitas

Primũ arg.

Secundũ ar.

Tertiũ arg.

Opponit in contrariũ.

Augustin.

2 S.Thom.

bonitas autẽ eius infinita, vnde infinite diligibilis est. Nulla autem creatura potest eum diligere infinite: cum quęlibet virtus creata sit finita. vnde per hunc modum nullius creaturę charitas potest esse perfecta, sed solũ charitas Dei: qua seipsum diligit. Ex parte vero diligentis charitas dicĩt esse perfecta: quando aliquis secundum totum suum posse diligit. Quod quidem cõtingit tripliciter. vno modo sic. ꝙ totum cor hominis actualiter feratur in Deum: & hæc est perfectio charitatis patriæ, quæ non est possibilis in hac vita, in qua impossibile est propter humanæ vitæ infirmitatẽ semper actu cogitare de Deo, & moueri dilectione ad ipsum. ¶ Alio modo vt homo studium suum deputet ad vacandum Deo, & rebus diuinis prætermissis alijs, nisi quantum necessitas præsentis vitæ requirit. & ista est perfectio charitatis: quæ est possibilis in vita. non tamen communis omnibus charitatem habentibus. ¶ Tertio modo ita ꝙ habitualiter aliquis cor suum ponit in Deo, ita, scilicet quod nihil cogitet vel velit quod diuinæ dilectioni sit contrarium. & hęc perfectio est communis omnibus charitatem habentibus. ¶ Ad rationes in oppositum.

Ad primũ argu.

Ad primam respondetur ꝙ Apostolus negat de se perfectionem patriæ. vnde glo. vbi dicit ꝙ perfectus erat viator, sed nõ ipsius itineris perfectione peruentor.

Ad secundũ

¶ Ad secundam dicitur quod hoc dr̃ propter peccata venialia, quæ non contrariantur habitui charitatis, sed actui, & ita non repugnant perfectioni viæ, sed perfectioni patriæ.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur dicendo, ꝙ perfectio viæ non est perfectio simpliciter: & ideo semper habet quod crescat.

3 **Ad secundum** Sic proceditur † Et videtur quod in virtutibus nõ sint gradus.

Primum ar.

¶ Primo sic. dicitur Apoca. 21. quod latera ciuitatis hierusalem sunt æqualia, per hæc autem significantur virtutes, vt gl. dicit ibidem. ergo omnes virtutes sunt æquales. ergo non potest in eis esse gradus.

Secundũ ar.

¶ Secundo sic. omne illud cuius ratio consistit in maximo, non potest esse maius: vel minus. sed ratio virtutis consistit in maximo. Est. n. virtus vltimũ potentiæ: vt dicit philosophus in primo de cœlo. Et Augusti. etiam dicit in. 1. de lib. arb. ꝙ virtutes sunt maxima bona, quibus nullus potest male vti. ergo &c.

Sextum ar.

¶ Tertio quantitas effectus pensatur secundum virtutem agentis. sed virtutes perfectæ quæ sunt virtutes infusæ sunt a Deo cuius virtus est vniformis, & infita. ergo omnes virtutes sunt æquales.

Opponitũ contrariũ.

¶ In oppositum est tex. pręsentis literæ. ¶ Respondeo dicẽdũ quod in virtutibus sunt gradus. Et hoc dupliciter sicut tãgitur in litera. Primo sunt gradus inter virtutes: ita ꝙ vna virtus est potior & altior alia. Hoc autẽ ostenditur sic. Causa semper potior est suo effectu, & in effectibus tãto aliquid est potius, quanto est causæ propinquius. Causa autem & radix humani boni est ratio, & ideo prudẽtia quæ perficit rationem præfertur in bonitate alijs virtutibus moralibus perficientibus vim appetitiuam inquantum participat rationem, & in his est etiam vna altera melior, quanto magis ad rationem accedit. vnde & iustitia quæ est in voluntate præfertur alijs virtutibus moralibus. vnde Philosophus dicit. 5. Ethi. quod iustitia est præclarissima virtutum: & fortitudo, quæ est in irascibili pręfertur temperantiæ, quæ est in concupiscibili, quæ minus participat rationem, vt patet. 7. Ethi. Patet etiam pręfata conclusio in virtutibus theologicis, inter quas charitas est maior. j. Corin. 13. ¶ Secũdo sunt gradus in virtutibus. ita. s. quod in vna & eadẽ virtute eiusdem speciei vt in vno sit maior charitas, quam in alio, & in diuersis temporibus in vno & eodem sit nunc maior: quã
4 fuerit, vel econtrario. ¶ Sed hic est notandum † ꝙ virtus potest dupliciter intelligi dici maior vel minor. vno modo secundum seipsam. Alio modo ex parte participationis subiecti. Si igitur secundum seipsam consideretur magnitudo vel paruitas eius, attenditur secundum ea ad quæ se extendit. Quicunque autem habet aliquam virtutem puta tẽperantiam habet ipsam quantum ad omnia, ad quæ se extendit temperantia: quod de scientia & arte nõ contingit. Nõ. n. quicunque est grammaticus scit omnia quæ ad grammaticam pertinent. Et secundum hoc bene dixerunt stoici vt Simplicius dicit in lib. prædicamentorum. quod virtus nõ recipit magis & minus sicut scientia vel ars, eo quod ratio virtutis consistit in maximo. Si vero virtus consideretur ex parte subiecti partis paucis si ccõtingit virtutem esse maiorem & minorem siue secundum diuersa tempora in eodẽ: siue in diuersis hominibus: quia ad attingendum medium, virtutis quod est secundum rationem rectam vnus est melius dispositus, quam alius, vel propter maiorem assuetudinem, vel propter meliorem dispositionem naturæ, vel propter perspicacius iudicium rationis: fit etiam propter maius gratiæ donum quod vnicuique donatur secundum mẽsuram donationis Christi vt dicitur ad Eph. 4. Et in hoc deficiebant Stoici ęstimãtes nullum esse virtuosum dicendũ, nisi qui fuerit summe dispositus ad virtutem. Nõ enim exigitur ad rationẽ virtutis, quod attingat rectæ rationis medium in indiuisibili. sicut Stoici putabant, sed sufficit prope medium esse vt in secundo Ethi. dicitur. Idem indiuisibile signum vnus promptius attingit quam alius, sicut etiã patet in sagittatoribus trahentibus ad certum signũ.

Ad primũ argu.

¶ His habitis dicendum est ad rationes: Ad primam de lib. apoc. respondetur quod æqualitas illa non est secundum quantitatem absolutam, sed est secundum proportionem intelligendi. quia omnes virtutes proportionaliter distant in homine.

Ad secundũ

¶ Ad secundam respondetur quod maior est vera de maximo siue vltimo indiuisibili, vltimum autem quod pertinet ad virtutem cum non sit vltimum indiuisibile, potest habere rationem magis vel minus boni secundum modos prædictos.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur, quod ratio non procedit. quia Deus non operatur secundum necessitatem naturæ: sed secundum ordinem suæ sapientiæ secundum quẽ diuersam mensuram virtutis hominibus largitur secũdum illud ad Ephe. 4. vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

5 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur quod charitas non augeatur.

Primum ar.

¶ Primo sic. Nihil augetur nisi quantum. sed charitas non est quantitas, sed qualitas. ergo videtur quod charitas non augetur.

Secundũ ar.

¶ Secundo sic. augmentum fit species motus, omne quod augetur mouetur. ergo quod secundum essentiam augetur secũdũ essentiam mouetur, sed quod augetur secundum suam substantiam corrumpitur: vel generatur, sed generatio & corruptio sunt mutationes in substantia. ergo charitas non augetur per essentiam nisi cum corrumpitur vel generatur: sed charitas non augetur per essentiam nisi cum corrũpitur vel generatur, sed charitas non corrumpitur, quia charitas nunquam excidet. j. ad Cor. 13. ergo sequitur ꝙ charitas non essentialiter augetur.

Tertiũ arg.

¶ Tertio sic. Si charitas oportet, ꝙ ad aliquam speciem motus eius augmentum reducatur. sed non potest reduci nisi ad alterationem: quæ est motus qualitatis: sed alteratio, vt probat Philosophus. 7. Ethic. non est in anima nisi secundum partem sensitiuam: in qua non est charitas. ergo videtur quod charitas nõ augeatur.

Quartũ ar.

¶ Quarto sic. cuius causa semper se habet eodẽ modo, illud nec augetur nec minuitur, nec aliquo mõ variatur. sed causa immediata est Deus. qui semper eodem modo se habet. ergo charitas non variatur per augmentum.

Opponitũ contrariũ. Augus.

¶ In oppositũ est litera præsentis textus. ¶ Respondeo duo sunt hic vidẽda. primũ est. ꝙ charitas augeatur. quæ conclusio patet primo ex illo Aug. super Io. dicentis. Charitas meretur vt author mereatur perfici. ¶ Secundo patet ex eo de Augu. qui ait charitas cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita, roboratur, cum roborata, perficitur. Omne autem in quo ꝓgressus secundum diuersos gradus attẽditur, augetur. ergo charitas augetur.

S. Thom.

¶ Secundo probatur ratione sic iuxta Sã. Thom. in. 2. 2. Ex hoc enim dicimur viatores, quod in Deũ tendimus, qui est vltimus finis nostræ beatitudinis, in hac autem vita tãto magis ꝓcedimus, quãto Deo magis appropinquamus, Deo autem non appropinquatur passibus corporis: sed affectibus mentis. sed hanc appropinquitatem facit charitas, quia per ipsam mens Deo vnitur. ergo de ratione charitatis viæ est, vt possit augeri, quoniam si non posset augeri, iam cessaret vię processus: & ideo Apostolus charitatem viam nominat dicens. j. Corin. 13. Adhuc excellentiorem vobis viam demonstro. quãtum ad primum hoc sufficiat, ¶ Circa secundum. s. de modo augmenti charitatis est notãdum. quod circa augmentum charitatis duplex est opinio in generali. Quidam enim dicunt charitatem essentialiter non augeri, & horum fuit quadruplex opinio. Quidam enim dixerunt vt magister sententiarum. li. 1. dist. 17. ꝙ charitas secundum se non augetur, sed dicitur augeri in nobis inquantum in charitate proficimus. & hoc quia ponit charitatem spiritumsanctum esse in quem variatio nõ cadit. Sed hæc opinio non poterit stare, quia non est intelligendum quod nos in charitate proficiamus, quæ est spiritussanctus

Cōtra prædictam opinionem

tuſſanctus,niſi aliquid fiat in nobis,quod prius non fuit,&
hoc non poteſt eſſe tantum actus, cum omnis actus ſit ex
virtute aliqua & actus pfectus quali ſpiritui ſancto vnimur:
eſt a potentia perfecta ſuper habitum.¶Secunda opinio eſt

Secūda op.

dicentium.ꝙ charitas eſſentialiter non augetur,ſed dicitur
augeri inquātum magis firmatur in ſubiecto.Sed hæc opi
nio videtur contradictionem implicare:quia vt arguit Sā.

S Thom.

Thom.in primo ſcripto . Nulla forma poteſt intelligi ma-
gis firmari in ſubiecto,niſi per hoc quod habeat maiorē vi
ctoriam ſuper ſubiectum ſuum.Augmentum autem virtu
tis victoriæ redundat in augmentum virtutis,& per conſe-
quens in augmentum eſſentiæ,quia virtus ſi non eſt ipſa eſ
ſentia,oportet quod ſit ab ipſa eſſentia & commenſuretur
ſibi quaſi effectus cauſæ proximæ. Et ita patet quod eſt im
plicatio contradictionis dicere charitatem augeri ſecun-
dum maiorem radicationem in ſubiecto,& non augeri eſ-

Tertia opi.

ſentialiter.¶Tertia opinio eſt dicentium , ꝙ charitas non
augeatur eſſentialiter eadem numero, ſed adueniente ma-
iore charitate , minor charitas quæ inerat deſtruitur, ſicut
dies dicitur augeri,quia maior minori ſuccedit.ſed hæc opi
nio etiam ſtare non poteſt.quia nulla forma deſtruitur,ni-
ſi vel per ſe ex contrario agente,ſicut albedo . vel per acci-
dēs ex corruptione ſubiecti, ſicut magnus ignis deſtruit pa

Cōtra prædictam opinionem.

ruum,quia conſumit eius materiam. Cum ergo charitas ad
ueniens charitati inuentę non contrariatur neq; per ſe, ne-
que per accidens,& ſubiectum charitatis maneat, ſequitur
quod impoſſibilis ſit illa poſitio.¶Quarta opinio eſt dicen

Quarta op.

tium.quod charitas non augetur niſi quantum ad feruorē.

Contra prædictam opinionem.

Sed hęc opinio non poterit ſtare.quia feruor charitatis ac-
cipitur dupliciter.ſ.proprie , & metaphorice ſecundum ꝙ
dicimus charitatem eſſe calorem & intenſionem actus cha
ritatis,metaphorice dicimus feruorem ſecundum ꝙ Dio-

Dionyſius.

nyſius ponit feruidum in amore angelorū:ſic ergo feruor
acceptus eſt per ſe conſequens eſſentiā charitatis.vnde non
poteſt tali feruori augmentum,niſi ipſa charitas eſſentiali-
ter augeatur cum ſimul varietur res,& oīa quæ per ſe con-
ſequuntur ipſam.Alio modo dicitur feruor proprie, prout
eſt in parte ſubiectiua,& adhuc poſitio illa non eſt vera: qa
intentio talis non ſufficit ad augmentum charitatis, quia
ſecūdum augmētum feruoris non attēditur charitas me-
riti, cum conſiſtat in diſpoſitione corporis.vnde magis fer
uētes non ſemper magis merētur: ſed ille qui dicitur creſce
re in charitate:creſcit etiam in merito ſi ſit in ſtatu meren-
di.vnde manifeſtum eſt , ꝙ falſum ſit quod ſecundum hu-
iuſmodi feruorem attendatur augmētū charitatis.Et ideo
eſt alia opinio in generali . quod charitas ſecundum eſſen-

Quīta opinio.

tiam augeatur , ſed horū opinio diuiditur in duos modos
dicendi . Quidam enim dicunt charitatem augeri per addi
tionem charitatis ad charitatem . Sed horum opinio ſtare
non poteſt vt deducit S. Thomas tā in ſcripto primo : quā

S.Thom.

in ſecunda ſecundæ & in quæſtionibus diſputatis. quia om
nis additio eſt alicuius ad aliquid. Vnde in omni additione
oportet ſaltem præintelligere diſtinctionem eorum: quo-
rum vnum additur alteri ante ipſam additionem . ſi ergo
charitas addatur charitati:oportet præſupponi charitatem
additam,vt diſtinctam a charitate,cui additur,nō quidem
ex neceſſitate ſecundum eſſe:ſed ſaltem ſecundum intelle-
ctum.poſſet enim Deus etiam quātitatem corporalem au
gere addendo aliquam magnitudinem non prius exiſten-
tem:ſed tunc creatam,quæ quamuis prius non fuerit in re
rum natura:habet tamen in ſe vnde eius diſtinctio intelligi
poſſit a quantitate cui additur.ſi ergo charitas addatur cha
ritati:oportet præſupponere ad minus ſecundum intelle-
ctum diſtinctionem vnius charitatis ab alia† Diſtinctio au
tem in formis eſt duplex vna quidem ſecundum ſpeciem.
6 Alia ſecundum numerum . Diſtinctio quidem ſecundum
ſpeciem in habitibus eſt ſecundum diuerſitatem obiecto-
rū.diſtinctio vero ſecundum numerum eſt ſecundum di-
uerſitatem ſubiecti. Poteſt ergo contingere , quod aliquis
habitus per additionem augeatur,dum extenditur ad quę-
dam obiecta,ad quæ prius ſe non extēdebat , & ſic augetur
ſcientia geometrica in eo , qui de nouo incipit ſcire aliqua
geometricalia:quæ prius neſciebat , hoc autem non poteſt
dici de charitate , quia etiam minima charitas extendit ſe
ad omnia illa,quæ ſunt ex charitate diligenda.non ergo ta-
lis additio in augmento charitatis poteſt intelligi præſup-
poſita diſtinctione ſecundum ſpeciem charitatis additę ad
eam cui ſuperadditur.relinquitur ergo quod ſi fiat additio
charitatis ad charitatem,quod hoc ſit præſuppoſita diſtin-
ctione ſecundum numerum,quæ eſt ſecundum diuerſita-
tem ſubiectorum,ſicut albedo augetur per hoc quod albū
additur albo,quamuis hoc augmento non fiat aliquid ma-
7 gis album.Sed hoc in oppoſito dici non poteſt.† quia ſubie
ctum charitatis non eſt niſi mens rationalis. Vnde tale aug
mentum charitatis fieri non poteſt,niſi per hoc, quod vna
mens rationalis alteri adderetur , quod eſt impoſſibile & ſi
eſſet poſſibile:tale augmentum faceret maiorem diligentē
non autem magis diligentem.Relinquitur ergo quod nul-
lo modo charitas augeri poteſt per additionem charitatis
ad charitatem,ſicut dicit prædicta opinio. ¶ Sed contra ar

Opponit in cōtrarium.

guitur & videtur quod prædicta opinio ſit vera.Primo ſic.
Sicut enim eſt augmentum ſecundum quantitatem corpo
ralem,ita ſecundum quantitatem virtualem,ſed augmentū
quantitatis corporalis fit per additionem. dicit enim philo
ſophus in 1.de generatione.ꝙ augmentum eſt præexiſten
ti quantitati additamentum.ergo etiam augmentum cha-
ritatis quod eſt ſecundum virtualem quantitatem erit per
additionem.¶Secūdo ſic. Charitas in anima eſt quoddam

Secūda oppoſitio.

ſpiritale lumen ſecundum illud. 1.Io.2. qui diligit fratrem
ſuum in lumine manet,ſed lumen creſcit in aere per addi-
tionem,ſicut in domo creſcit lumen alia candela ſuper ad-
dita,ſiue ſuperaccēſa . ergo etiam charitas creſcit in anima
per additionem.¶Tertio ſic.augere charitatem ad Deum

Tertia oppoſitio.

pertinet ſicut & ipſam cauſare:ſecundum illud.2. Corin.9.
augebit incrementum frugum iuſtitiæ noſtræ.ſed Deus in
fundendo charitatem primo aliquid facit in anima , quod
prius non erat.ergo etiam augendo charitatem aliquid ibi
facit,quod prius nō erat.ergo charitas augetur per additio
nem.Sed iſtis non obſtantibus dicendum eſt ſicut prius:†vi
8 delicet quod charitas non augetur per additionem.¶ Vn-

Ad primam oppoſitio. S. Tho.

de dicēdū eſt ad rōnes iſtas.Ad primā reſpōdeť negādo cō
ſequētiā.Pro quo notandum iuxta S.Tho.in 2.2.ꝙ quāti-
tas habet aliquid inquantum eſt quātitas & aliquid inquā
tū forma accidentalis,inquatum eſt quantitas habet: ꝙ ſit
diſtinguibilis ſecundum ſitum,vel ſecūdum numerum,&
ideo hoc modo conſideratur augmentum magis per addi
tionem,vt patet in animalibus.Inquantum vero eſt forma
accidentalis,eſt diſtinguibilis ſolum ſecundum ſubiectum
& ſecundum hoc habet proprium augmentum , ſicut aīæ
formæ accidentales per modum intentionis eius in ſubie-
cto,ſicut patet in his quæ rarefiunt.vt probat Philoſophus
in 4.Phy.Et ſimiliter etiam ſcientia habet quantitatem in
quantum eſt habitus ex parte obiectorum.Et ſic augetur p
additionem inquantum aliquis plura cognoſcit:habet etiā
quantitatem , inquantum eſt forma accidentalis ex eo,ꝙ
ineſt ſubiecto,& ſecūdum hoc augetur in eo, quod certius
eadem ſcibilia cognoſcit nunc,quam prius.Similiter etiam
& charitas quantitatem habet duplicem,ſed ſecundum eā
quæ eſt ex parte obiecti non augetur.vt dictum eſt.vnde re
linquitur quod per ſolam intenſionem.¶Ad ſecundam re

Ad ſecundā oppoſitio.

ſpondetur negando conſequentiam.& ratio eſt. quia non
eſt ſimile de lumine corporali,& ſpirituali . Additio enim
luminis corporalis ad lumen poteſt intelligi in aere. pꝑter
diuerſitatem luminarium cauſantium lumen . ſed talis di-
ſtinctio non habet locum in propoſito, quia non eſt niſi
vnum luminare influens lumen charitatis.¶ Ad tertiā re-

Ad tertiam oppoſitio.

ſpondetur ſimiliter negando conſequentiam . & ratio eſt.
quia infuſio charitatis importat quādam mutationem ſe-
cundum habere charitatem:& non habere.& ideo oportet
ꝙ aliquid adueniat, quod prius non infuit.ſed augmenta-
tio charitatis importat mutationem charitatis ſecundum
minus:aut ſecūdum magis habere,& ideo non oportet, ꝙ
aliquid inſit: niſi quod prius non infuerit . ſed quod magis
inſit,quod prius minus inerat , & hoc eſt quod facit Deus
augendo charitatem.ſ.quod magis & quod perfectius ſpi-
rituſſancti ſimilitudo participetur in anima. hac ergo opi-

Scđa opin.

nione reprobata,Sequitur ſecunda opinio quæ eſt S. Tho-
mæ & Alberti magni.quod charitas augeatur eſſentialiter
per hoc,quod ſubiectum eius magis ac magis participat ip
ſam chariratem.i.ſm ꝙ magis reducitur ad actum illius &
ſubditur illi.Hic enim eſt modus augmenti proprius cuili-

S.Thom.

bet formæ,quæ intēditur vt dicit S.Tho. in 2.2.eo ꝙ eſt cu
iuſlibet formæ conſiſtit in eo,quo inhęret ſuſceptibili . Et
ideo cū magnitudo rei ſequitur eſſe ipſius formā eſſe maio
rē, hoc eſt eā magis ineſſe ſuſceptibiliā,non autem aliā for-
mā aduenire.hoc.n.eſſet ſi forma haberet aliq̃ quantitatē
ex ſeipſa:

ex ſeipſa, non per comparationem ad ſubiectum. ſic ergo charitas augetur per hoc, ꝙ intenditur in ſubiecto, & hoc eſt ipſam augeri ſm eſſentiam, non autem per hoc ꝙ charitas addatur charitati, ſicut etiam philoſophus dicit in 4. Phy. ꝙ aliquid efficitur magis album vel magis calidũ non per additionem alicuius albedinis, vel caloris, ſed quia illa qualitas quæ prius erat intenditur ſm propinquitatem ad
9 terminum.† Vnde augmentum charitatis ſimile eſt augmẽto qualitatum naturalium vt dicit S. Thomas in ſcripto. *S.Thom.* Cuius ratio eſt, quia qualitates naturales educuntur de potentia materiæ quarum machinationes quaſdam Deus opere creationis indidit, & ideo quando in actum prodeunt, eſt exitus de imperfecto ad perfectum. dona autẽ gratuita nõ educuntur quaſi de potentia materiæ, quia nihil eſt in potentia naturali, quod per agens naturale educi non poſſit & ideo origo gratiæ eſt per nouam infuſionem ſed augmentum eius eſt per hoc ꝙ de imperfecto ad perfectũ actus infuſus educitur. ¶ His habitis dicẽdum eſt ad rationes in oppoſitum. *Ad primum argument.* Ad primam reſpondetur. ꝙ charitas quamuis non habeat quantitatem dimenſiuam, neq; per ſe, neque per accidens quia eius ſubiectum non eſt quantum, tamen eſt in ea quantitas virtutis, quæ non ſolum attenditur, ſm numerum obiectorum, vt. ſ. plura vel paruiora diligantur, ſed ſm intenſionem actus, vt magis vel minus aliquis diligatur, & hoc modo virtualis quantitas charitatis augeť. *Ad ſecundũ* ¶ Ad ſecun-
10 dam reſpondetur.† ꝙ aliquid moueri ſm eſſentiam eſt dupliciter, vel quia eſſentia ſua per ſe eſt terminus motus, & ſic motus ſm eſſentiam non eſt niſi motus ſm eſſe, & nõ eſſe, qui eſt generatio & corruptio. & hoc modo non dr̃ charitas augeri eſſentialiter. Alio modo dr̃ aliquid moueri eſſentialiter quia aliquid coniunctum eſſentiæ eſt terminus motus ſicut dr̃ aliquid moueri eſſentialiter dum ſm locũ mouetur. Nõ ꝙ ſua eſſentia ſit terminus motus. quia ſic acquireretur nouiter. vel corrumpereť. ſed quia ipſe locus cui eſſentia ſua eſt coniuncta eſt terminus motus. Sic etiã aliqua qualitas dr̃ ſuo modo moueri eſſentialiter prout variať ſm perfectum & imperfectũ vel magis ſubiectum, ſm eam, & hoc modo dr̃ charitas moueri eſſentialiter ſm maiorẽ vel minorem perfectionem virtutis eius in ſubiecto. *Ad tertium* ¶ Ad tertiam reſpondeť. ꝙ motus charitatis reducitur ad alterationem, non tñ ſm ꝙ alteratio eſt inter contraria, prout eſt tm̃ in ſenſibilibus, & in ſenſibili parte aĩæ, ſed prout alteratio & paſſio dr̃ ſm receptionem, & ꝑfectionem, ſicut ſcire & intelligere eſt quoddã pati & alterari, & ſic diſtinguit philoſophus paſſionẽ & alterationẽ. 2. de aĩa. *Ad quartũ.* ¶ Ad quartam reſpondeť negando aſſumptum vniuerſaliter: dicimus. n. ꝙ licet Deus ſit inuariabilis abſq; tñ variatione ſua variat res. ipſa. n. ſicut dicit Boethius ſtabilis manẽs dat cuncta moueri. vnde quis ipſe Deus qui eſt cã efficiens charitatis ſit in ſe immobilis tñ ſm ordinem ſapientiæ ſuæ põt alicui maiorẽ charitatẽ præbere pro beneplacito ſuæ volũtatis, & ſm ꝙ aliquis ſe diuerſimode ad charitatem præparat, qui ẽt ſe habet aliquo modo ad charitatẽ, ſicut cã materialis recipiens ad cuius etiam diuerſitatem ſequitur variatio in effectu.

11 **Ad quartum** Sic proceditur.† Et vr̃ ꝙ charitas viæ nõ poſſit augeri in infinitum. *Primũ arg.* ¶ Primo ſic. perfectio non excedit capacitatem ſuſceptibilis, ſicut nec forma capacitatem ſui ſubiecti, ſed capacitas creaturæ rõnalis quæ eſt ſubiectum charitatis eſt finita. ergo charitas in infinitũ augeri non poteſt. *Secundũ ar.* ¶ Secũdo ſic. nihil ordinate mouet ad id, qđ cõſequi nõ põt ſm philoſophũ, ſed ĩ infinitum diſtans nullus põt conſequi. ergo nullus motus poteſt eſſe ſm diſtantiam infinitam: ergo motus infinitus, ſed augmentum charitatis eſt quidam motus. ergo venit ad aliquem terminum, & per conſequens non procedit in infinitũ. *Tertium ar.* ¶ Tertio ſic. oẽ finitũ per continuũ augmentum põt attingere ad q̃titatẽ alteri finiti quãtumcunq; maioris ſit. cũ ergo charitas viæ ſit finita, ſi in infinitũ augeri poſſet, ſeq̃reť quod charitas viæ poſſet adæquari charitati patriæ, qđ eſt incõueniens. non ergo charitas viæ in infinitum põt augeri. *Quartũ ar.* ¶ Quarto ſic. charitas in beatis non põt augeri in infinitũ. ergo nec charitas in viatoribus augeri põt in infinitũ. cõſequentia vr̃ eſſe bona. *Opponit in cõtrarium* ¶ In oppoſitũ arguitur. Primo ex gl. præſentis literæ, vbi manifeſte habetur, ꝙ charitas viæ in infinitum põt augeri. *Secũda op.* ¶ Secundo arguiť ex illo Apoſtoli ad Phili. 3. Non ꝙ iã acceperim, aut ꝙ ꝑfectus ſim, ſequor aũt ſi quo mõ cõprehẽdã, vbi dicit gl. nemo fideliũ, Et ſi multũ ꝑfecerit, dicit, ſufficit mihi. q. n. hoc dicit exit de via ante finẽ. ergo in via põt charitas magis ac magis augeri. *Reſpondet.* ¶ Reſpondeo dicendũ pro concluſione ꝙ charitas in via nõ habet aliquẽ terminũ, ſed põt augeri in infinitũ. quæ cõcluſio
12 iuxta S. Tho. in 2. 2. declarať ſic. *S.Thom.* † Terminus augmenti alicuius formæ põt ꝑfigi tripliciter. vno mõ ex rõne ipſius formæ, quæ habet terminatã menſurã, ad q̃ cum peruẽtũ fuerit non põt vltra procedi in formã: ſed ſi vltra progreſſum fuerit perueniẽť ad aliã formã, ſicut patet in pallore, cuius terminos aliquis per continuã alterationẽ vel ad albedinẽ vel ad nigredinẽ perueniẽs progrediť. Alio modo ex parte agentis, cuius virtus ſe non extendit ad vlterius agendũ formã in ſubiecto. Tertio ex parte ſubiecti, quod nõ eſt capax amplioris perfectionis. Nullo aũt illorũ modorum ponitur terminus in augmento charitatis in ſtatu viæ. ipſa. n. charitas ſm rõnem ꝓpriæ ſpeciei terminũ augmẽti non habet, eſt. n. participatio quædã infinitæ charitatis, quę eſt ſpiritus ſanctus. Similiter ẽt cã agens charitatẽ eſt infinitæ virtutis. ſ. Deus, ſimiliter ẽt ex parte ſubiecti terminus huic augmento præfigi non põt, qa ſemper charitate ſuperexcreſcẽte ſuperexcreſcit habilitas ad vlterius augmentum. vnde relinquiť, ꝙ charitatis augmento nullus terminus præfigi poſſit in hac vita. ¶ Verum circa hoc notandum iuxta S. Tho. in primo ſcripto di. 17. *S.Thom.* ꝙ de termino charitatis dupliciter poſſumus loqui, aut quantũ ad id, ꝙ eſt, aut quantum ad id, qđ eſſe põt. Sicut etiã dicimus, ꝙ ſummum malum eſſe nõ eſt quo non poſſit aliud eſſe peius. tñ aliquid eſt ſumme malũ, quo nihil eſt peius. Similiter dico ꝙ augmentum charitatis peruenit ad aliquem terminum, vltra quem charitas nõ augetur in quolibet homine, non tamẽ peruenit ad aliquẽ terminum, vltra quem non poſſit augeri, cuius ratio eſt ex parte eius, quod mouetur ſm hoc augmentum, & ex parte eius ad quod mouetur. Id autem ad quod mouetur anima in augmento charitatis eſt ſimilitudo diuinæ charitatis cui aſſimilatur, ad quam cum infinita ſit, infinitum poteſt accedi plus, & plus, & plus, & nunq̃ adæquabiť perfecte. Ex parte autem eius quod mouetur eſt ꝙ ipſa anima, quantũ plus recipit de bonitate diuina, & lumine gratiæ ipſius, tanto capacior efficitur ad recipiendum. & ideo quãto plus recipit, tanto plus poteſt recipere. Auguſt. ratio eſt quia potentiæ naturales ſunt terminatæ & finitæ ſm exigentiam naturæ, & ideo non poſſunt recipere niſi tantum ſm proportionẽ naturæ. potentiæ autem immateriales non limitantur ex materia, ſed magis ſecundum quantitatem bonitatis diuinæ in eis perceptæ. vnde quanto plus additur de bonitate, tanto magis eſt de potentia ad capacitatem, ſicut de exemplo Philoſophi de ſenſu & intellectu, tertio de anima, dicit. n. ꝙ ſenſus à fortibus ſenſibilibus corrumpuntur, & nõ augetur eorum capacitas. quia ſunt potentiæ materiales, ſed intellectus quanto magis intelligit difficilia, tanto etiã plus poteſt. ita etiam quanto natura ſpiritualis plus recipit de charitate poteſt plus recipere. ¶ Dicendum ad rationes in oppoſitum. *Ad primũ argument.* Ad primam reſpondetur iuxta S. Thomam ꝙ quamuis capacitas aĩæ ſit finita in actu, tamen põt plus, & plus, in infinitum elargiri, ſm ꝙ plus & plus recipit, nunq̃ tamen erit infinita, nec recipiet perfectionẽ infinitã. Sicut patet etiam in additione numeri, qui in infinitum eſt ponibilis, nunq̃ tamen aliquis numerus eſt infinitus in actu, quia potentia additionis numerorum vt dicit cõmentator in cõmento. 3. non eſt vna. ſed ſemper ex noua additione efficiť alia potentia numero, ſm ꝙ efficitur noua ſpecies numeri. vnde quælibet potentia poteſt exire in actum, non tamen põt eſſe vt oẽs exeant in actũ, ꝙ in quolibet actu additur ẽt potentia. Et ita etiam de capacitate animæ dicitur, ꝙ per charitatem augetur, & quãto plus de charitate recipit, adhuc vlterius manet habilitas ad maius augmentum. *Ad ſecundũ* ¶ Ad ſecundam dicendum ꝙ non procedit. dicimus. n. ꝙ quodlibet augmẽtum charitatis eſt ad terminũ, quẽ conſequi põt hõ, ſed tamẽ ille terminus cũ nõ ſit actus purus eſt ꝑmiſtus potentiæ: vnde adhuc põt eſſe aliud augmentũ numero, & ita in infinitũ augmentũ ſuccedere augmẽto, & hoc non intelligitur augmentum charitatis in infinitum ſiue interminatum. *Ad tertium* ¶ Ad tertiã rñdeť, ꝙ rõ ꝓcedit in his q̃ habẽt q̃titatẽ eiuſdẽ rõnis, non aũt in his q̃ habẽt diuerſam rõnẽ q̃titatis. ſicut linea q̃tũcunq; creſcat nõ attingit rõnẽ ſuꝑficiei. non eſt aũt eadẽ ratio quantitatis viæ quæ ſequituř cognitionem fidei, & charitatis patriæ, quæ ſequitur viſionem apertam. vnde rõ non ſequitur. *Ad quartũ* ¶ Ad quartã reſpondet gl. decreti in iſto loco, quæ rationem aſſignans quare charitas

in prima nten di nō possit, inquit quod maior charitas esse non possit ꝙ sit supremi ordinis angelorum. Sed ista re-
13 sponsio nulla est, †tū primo quia charitas aīæ Christi & ēt gloriosissimæ virginis Mariæ est maior ꝙ sit cuiuscūq;, qui sit in supremo ordine angelorum. Tum secundo quia augmentū charitatis est ſm maiorem assimilationē ad Deum sed quātūcūq; aliquid de supremo ordine angelorū accedit ad Dei similitudinē sem p in infinitū adhuc distat ab eo. ergo sem p pdicta charitas ꝗtum est de se potest vlterius augeri. Et ideo respondet aliter ad prædictā rōnē negando consequentiā, quia in beatis aliud est, & aliud est in viatoribus.
14 †In beatis.n. charitas non augetur propter conditionem status, quia non sunt in via sed in termino viæ, vnde datur premium secundum ꝙ charitas in viæ statu in eis creuit.

15 Ad quintum Sic proceditur. †Et vr̄ ꝙ charitas possit diminui siue decrescere. ¶ Primo sic ex gl. præsentis literæ quæ videtur dicere, ꝙ oīs virtus cū habeat latitudinem aliquam possit decrescere sicut & augeri. ¶ Secundo sic. Contraria nata sunt fieri circa idem. sed diminutio & augmentum sunt contraria. cum ergo charitas augeatur vt supra dictū est, vr̄ etiā ꝙ possit diminui. ¶ Tertio sic Aug. 10. confes. ad Deum loquēs dicit minus te amat qui tecum aliquid amat. Et in lib. 83. q. dicit. ꝙ nutrimentū charitatis ē diminutio cupiditatis. ex quo vr̄ ēt ecōuerso, ꝙ augmentum cupiditatis sit diminutio charitatis sed cupiditas qua amatur aliquid aliud ꝙ Deus pōt in hoīe crescere. ergo charitas potest diminui. ¶ Quarto sicut Aug. dicit. 8. super Gen. ad literā. non ita Deus operatur hoīem iustum iustificando eum, vt si abscesserit manet in absente, ꝙ fecit. ex quo potest accipi, ꝙ eodem modo Deus operatur in hoīem charitatem eius obseruādo, quo operatur primo charitatem eius infundendo. sed prima charitas infusione minus se præparanti Deus minorem charitatem infundit. ergo etiam in conseruatione charitatis minus se præparanti Deus minorem charitatem conseruat. potest ergo charitas diminui. ¶ In oppositum arguitur per illud Cant. 8. vbi scriptura sancta charitatem igni comparat dicens. lāpades eius (.s. charitatis) lampades ignis atque flammarū. sed ignis quandiu manet sem per ascendit, sed descendere .i. diminuere non potest. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Tho. tam in scripto, quam in 2.2. ꝙ charitas essentialiter nullo modo diminui potest. Ista conclusio probatur sic. Charitas minui non potest ſm quātitatem, quam habet in comparatione ad actū obiectū ,ppriū, nec ſm ꝗtitatē ꝙ habet in cōparatione ,p subiectū. ergo sequit̄ quod nullo modo essentialiter minui potest. cōsequentia est bona ex sufficienti diuisione. antecedens probatur pro vtraq; parte. Primo ꝙ charitas ſm quantitatem quam habet ad subiectum proprium minui non possit, patet, sicut nec augeri. qm̄ minima charitas extendit se ad omnia illa, quæ sunt ex charitate diligenda. Quod vero nec minui possit ſm quantitatem quam habet in cōparatione ad subiectum, patet sic. quia si diminuitur ex hac parte, oportet ꝙ vel diminuatur per aliquē actū, vel per solam cessationem ab actu. Per cessationem quidē ab actu diminuunt̄ virtutes ex actibus acquisitæ, & quando que etiā corrūpunt̄. vnde de amicitia philosophus dicit in 8. Ethic. ꝙ multas amicitias inappellatio soluit .i. nō appellare amicū vel non colloqui ei. Sed hoc ideo est, quia obseruatio vniuscuiusq; rei depēdet à sua causa. Causa autem virtutis acquisitæ est actus humanus. vnde cessantibus humanis actibus, virtus acquisita diminuitur, & tandem totaliter corrumpitur. Sed hoc in charitate locū non habet. quia nō causatur ex humanis actibus, sed solum à Deo. vnde relinquitur, ꝙ etiam cessante actu propter hoc non diminuitur, nec corrumpitur, si desit peccatum in ipsa cessatione. Relinquit̄ ergo ꝙ diminutio charitatis nō possit causari, nisi vel à Deo, vel ab aliquo peccato. A Deo quidē nō causatur aliquis defectus in nobis, nisi per modum pœnæ, ſm ꝙ subtrahit gratiam in pœnam peccati. vnde nec ei competit diminuere charitatem, nisi per modum pœnæ. pœna autem debetur peccato. vnde relinquitur quod si charitas diminuat̄, quod causa diminutionis eius sit peccatū vel effectiue, vel meritorie. Neutro autem modo peccatum mortale diminuit charitatē. sed totaliter corrumpit ipsam, & effectiue, quia omne peccatum mortale contrariatur charitati. Et ēt meritorie. quia qui peccando mortaliter aliquid cōtra charitatem agit, dignum est vt ei Deus subtrahat charitatē. Similiter etiam nec per peccatū veniale charitas diminui pōt neque effectiue, neque meritorie. Effectiue quidem nō, qa ad ipsam charitatem non attingit, charitas.n. est circa finē vltimum, veniale.n. peccatum est quædam inordinatio circa ea, quæ sunt ad finem, non autem diminuitur amor finis ex hoc, ꝙ aliquis inordinationem aliquam committit circa ea, quæ sunt ad finem. sicut aliquando cōtingit, ꝙ aliqui infirmi multum amantes sanitatem inordinate se habent circa dietę obseruationem, sicut etiam & in speculatiuis falsæ opiniones circa ea, quæ deducuntur ex principijs non di
16 minuunt certitudinem principiorum. † Similiter etiam ve
a niale peccatum non meretur diminutionem charitatis, cū .n. aliquis delinquit in minori, non meretur detrimentum pati in maiori, Deus.n. non plus se auertit ab homine, quā se auertit ab ipso, vnde qui non inordinate se habet circa ea, quæ sunt ad finem, non meretur detrimentum pati in charitate, per quam ordinatur ad vltimum finem. vnde consequens est quod charitas nullo modo diminui potest directe loquendo. ¶ Secunda conclusio. licet charitas essentialiter minui non possit, potest tamen dici diminui quātum ad radicationem in subiecto & quantum ad feruorem eius. Hæc conclusio est S. Thomæ in primo sententiarum dist. 17. Patet autem conclusio ad primā partem. quoniam sicut ea ꝙ sunt ad finem disponunt ad finem, ita inordinatio in eis est dispositio ad inordinationem quæ est circa finem, ſm ꝙ dicimus ꝙ veniale peccatum est dispositio ad mortale. vnde per huiusmodi vanialia disponitur quis ad amissionem charitatis: & inde est. ꝙ charitas dicitur diminui quantum ad radicationem, quia cum per venialia fiat dispositio ad contrarium, videtur minui firmitas inhæsionis charitatis, non tamen minuitur essentia ipsius dharitatis, sicut albedo firmius inhæret Margaritæ, quā niui, non tamen propter hoc sequitur ꝙ maior vel intensior & essentialiter albedo insit margaritæ, quam niui. Secundum etiam videlicet ꝙ charitas quātum ad feruorem minui possit, patet quia videmus & in nobis experimur, ꝙ per continuam exercitationem in bonis actibus, potentiæ inferiores reddūtur magis habiles ad subdendum se, & obediendum viribus superioribus, & ,p oppositum .s. per cessationem à bonis operibus, & multitudinem venialium redduntur minus promptæ & inhabiles, & per hoc feruor incipit tepere, & torpere, & sic patet conclusio. ¶ Vnde dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de gl. respondetur, ꝙ de ea parum curādum est in hoc loco. quoniam in multis non bene dicit, nō distinguēs inter virtutes morales & theologicas siue inter acquisitas & infusas, sicut patet intuenti. ¶ Ad secundam respōdet̄, ꝙ contraria sunt circa idem, quando subiectum æqualiter se habet ad vtrunq; contrariorum sic autem non est in proposito. quoniam charitas non eodem modo se habet ad augmentum & diminutionem. potest.n. habere causam augentem, sed non potest habere causam minuentem, sicut dictū est. vnde ratio non procedit. ¶ Ad tertiam respondet, ꝙ vt
17 inquit S. Tho. in 2.2. † duplex est cupiditas, vna quidem qua finis in creatura cōstituitur, & hoc totaliter mortificat charitatem, cum sit venenum ipsius vt dicit Aug. ibidē. & hæc facit vt Deus minus ametur, quam debet amari ex charitate. Non quidem charitatem diminuendo, sed eam totaliter tollendo: & sic intelligēdum est quod dr̄. minus te amat, q tecum aliquid amat, subditur.n. ꝙ non propter te amat, qd non cōtingit in peccato veniali, sed solum in mortali. quod .n. amatur in peccato veniali propter Deum amatur habitu, & si non actu. Est autem alia cupiditas venialis peccati, quæ semper diminuitur per charitatem, sed tamen talis cupiditas charitatem diminuere nō potest ratione iam dicta. ¶ Ad quartam respondetur negando consequētiā. qa aliud est de infusione charitatis, & aliud de conseruatione eiusdem. ratio est, quia in infusione charitatis requiritur motus li. ar. & ideo illud quod diminuit intentionem li. ar. dispositiue operatur ad hoc, ꝙ charitas infundēda sit minor. Sed ad conseruationem charitatis non requiritur motus li. ar. aliquādo non remanet in dormientibus. vnde per intentionem motus li. ar. non diminuitur charitas.

17 Ad sextum Sic proceditur. † Et videtur quod non conueniēter distinguant̄ tres gradus charitatis .s. incipiens, proficiens, & perfecta. ¶ Primo sic. inter principiū.n. charitatis & eius vltimā ,pfectionē sunt multi gradus medij. ergo nō vnū solū mediū debuit poni. ¶ Secūdo sic. statim qn̄ charitas incipit esse, īcipit & ,pficere. nō ergo debet distingui charitas proficiens à charitate incipiente. ¶ Tertio

Marginal notes (left): Primū arg. — Secundū ar. — Tertium ar. — Quartū ar. — Opponit in contrariū. — Respondet. S. Thom. Prima conclusio.

Marginal notes (right): a ¶ Peccatū. Adde ꝙ venialia pctā delent̄ multis modis. Car. zab. in cle. 1. in 9. q de priuil. gl. & doc. in ,pemio 6. & Car. in cle. 2. vbi supra. — Secunda cōclusio. S. Thom. — Ad primum argument. — Ad secundū — Ad tertium S. Thom. — Ad quartū. — Primū arg. — Secūdū ar.

Tertiũ arg.

te.¶ Tertio quantumcunq; aliquis in hoc mundo habeat charitatem perfectam, potest etiam eius charitas augeri, vt dictum est. sed charitatem augeri est ipsam perficere. ergo charitas perfecta non debet distingui à charitate proficiente. inconuenienter ergo prædicti tres gradus charitatis assignantur.

Opponit & Respondet.

¶ In oppositum est textus præsentis literæ. ¶ Respondeo dicendum ꝙ conuenienter distinguuntur præfati gradus charitatis. videlicet incipientium, proficientium, & perfectorum. quæ conclusio probatur per Aug. qui supra primam canonicam Ioannis ita dicit. charitas cum fuerit nata nutritur, quod pertinet ad incipientes. & cum fuerit nutrita roboratur, quod pertinet ad proficientes. cum fuerit roborata perficitur, quod pertinet ad perfectos. conuenienter ergo assignantur prædicti gradus charitatis.

Augustin.

S. Thom.

¶ Pro cuius conclusionis pleniori demonstratione. Est notandũ iuxta S. Thomam. in 2.2. q. 24. ar. 9. quod spirituale augmẽtum charitatis considerari potest quantum ad aliquid ad similitudinem corporalis augmenti hominis. quod quidem quamuis in plurimas partes distingui possit, habet tamẽ aliquas determinatas distinctiones, ſm determinata actiones, vel studia, ad quæ homo perducitur per augmentum, sicut infantibilitas dicitur antequam habeat vsum rationis. post ea autem distinguitur alius status hominis, quando iam incipit loqui, & ratione vti. Iterum tertius status eius est pubertatis. cum iam incipit posse generare, & sic inde quousq; perueniatur ad perfectum. Ita etiam & diuersi gradus charitatis distinguuntur ſm diuersa studia, ad quæ homo perducitur, per charitatis augmentum. Nam primo quidem incumbit homini studium principale ad recedendum à peccato, & resistendum concupiscentijs eius, quæ in contrariũ charitatis mouent. & hoc pertinet ad incipientes in quibus charitas est nutrienda vel fouenda ne corrumpatur. Secundum autẽ studium succedit, vt homo principaliter ad hoc intendat, ꝙ in bono proficiat. & hoc studium pertinet ad proficientes: qui ad hoc principaliter intendunt, vt charitas per augmentum roboretur. ¶ Tertium autem studium est, vt homo ad hoc principaliter intendat, vt Deo inhæreat, & eo fruatur, & hoc pertinet ad perfectos, qui cupiunt dissolui, & esse cum Christo. sicut etiam videmus in motu corporali, ꝙ primum est recessus à termino. Secundum est appropinquatio ad terminum. Tertium autẽ quies in termino.

S. Thom.

Concordat S. Thomas in 3. scripto. di. 22. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primũ Argument.

Ad primam respondetur negãdo consequẽtiam. Et ratio est quia omnis illa determinata distinctio, quæ potest accipi in augmento charitatis comprehenditur sub istis tribus, quæ dictæ sunt sicut etiam omnis diuisio continuorum comprehenditur sub tribus his principio medio & fine vt philosophus dicit secundo de cœlo.

Ad secundũ

¶ Ad secundam respondetur similiter negando consequẽtiam. & ratio est quia in illis in quibus charitas incipit quamuis proficiant, principalior tamẽ cura eis imminet, vt resistant peccatis, quorum impugnatione inquietantur, sed postea hanc impugnationem minus sentiẽtes iam quasi securius ad perfectum intendunt. ex vna tñ parte facientes opus, & ex alia parte habentes manus ad gladium, vt dicitur in Esdra de ædificatoribus Hierusalem.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et rõ est, quia licet perfecti in charitate proficiant non est tamẽ eis ad hoc principalis eorum cura. sed iam eorum studium circa hoc maxime versatur, vt Deo inhæreant. & quamuis hoc etiam quærant, & incipientes tamen magis sentiũt circa alia solicitudinem, incipientes quidem de vitatione peccatorum, proficientes vero de profectu virtutum.

19 Ad septimum Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ in fide non sint gradus ita, quod in vno sit maior, quam in alio.

Primũ arg.

¶ Primo sic. quantitas habitus attenditur secundum obiecta, sed quicunque habet fidem credit omnia quæ sunt fidei. quia qui deficit ab vno totaliter amittit fidem. ergo fides non possit esse maior in vno, quam alio.

Secundũ ar.

¶ Secundo sic. ea quæ sunt in summo non recipiunt magis & minus. sed ratio fidei est in summo. requiritur. n. ad fidẽ, ꝙ homo adhæreat summæ veritati super oĩa, ergo fides nõ suscipit magis & minus.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. Ita se habet fides in cognitione gratuita sicut intellectus principiorum in cognitione naturali, eo ꝙ articuli sunt prima principia gratuitæ cognitionis, sed intellectus principiorum æqualiter inuenitur in omnibus hominibus fidelibus.

Opponit & Respondet.

¶ In oppositum est textus præsentis capituli. ¶ Respondeo di-
20 cendum sub tribus conclusionibus. Prima conclusio. †fides aliquo modo creuit ſm successionem temporũ. Probatur ista conclusio tum ex illo Exo. 3. vbi dominus ad Moysem ait. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Iacob. & nomẽ meum Adonai nõ manifestaui eis. ergo Moysi fuit aliquid reuelatum à Deo quod patribus reuelatum non fuerat.

Prima conclusio.

Gregorius.

¶ Tum secundo patet ex dicto Greg. dicentis. ꝙ ſm incrementa temporum creuit scientia sanctorum, & quanto viciniores aduentui fuerunt saluatoris, tanto sacramenta salutis plenius perceperunt. ergo patet ꝙ fides ſm successionẽ temporum susceperit aliquod incrementum. Aliquod dicimus, quia inquit S. Tho. in 2.2. q. 1. quantum ad substantiã articulorum fidei non est factum eorum augmentum per temporum successionem. quia quæcunq; posteriores crediderunt, continebatur in fide patrum præcedentium, licet implicite. Sed quantum ad explicationem creuit numerus articulorum, quia quædam explicite cognita sunt à posterioribus, quæ à prioribus non cognoscebantur explicite. vnde Apostolus dicit ad Ephe. 2. alijs generationibus non est agnitum mysterium Christi sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius, & prophetis.

S. Thom.

21 ¶ Secunda conclusio. †Maior fides potest esse in vno fideli, quam in alio. patet conclusio tunc ex illo quod ait propheta in psal. 118. super omnes docentes me intellexi. Ratione probatur sic. vbicunq; reperitur magnum & paruũ, ibi inuenitur maius, & minus sed in fide reperitur paruum & magnum. dicit. n. dominus Petro Matt. 14. modicæ fidei, quare dubitasti? Et mulieri dixit. Matth. 15. magna est fides tua. ergo fides põt esse maior in vno q̃ in alio.

Secunda conclusio.

22 ¶ Tertia cõclusio. †fides potest esse in vno & eodem fideli maior in vno tpe, q̃ in alio. Cõclusio patet ex textu præsentis literæ. vbi inducitur illud Mat. 17. dñe auge in nobis fidem.

Tertia conclusio.

¶ Pro declaratione pleniori prædictarũ cõ-
23 clusionum. Est notandum cum S. Tho. in 2.2. q. 5. ar. 4. †ꝙ quantitas habitus ex duobus attendi potest. vno modo ex obiecto. Alio modo ex participatione subiecti. Obiectum fidei potest dupliciter considerari. vno modo ſm formalẽ rationẽ. Alio modo quæ materialiter credenda proponuntur. formale autem obiectum fidei est vnũ, & simplex. s. veritas prima. vnde ex hac parte fides non diuersificat̃ in credentibus, sed est vna specie in omnibus, sed ea quæ materialiter credenda proponunt̃ sunt plura, & possunt accipi vel magis vel minus explicite & ſm hoc põt vnus hõ plura explicite credere, q̃ alius. & sic in vno põt esse maior fides ſm maiorẽ fidei explicationem. Si vero consideretur fides ſm participationẽ subiecti, hoc contingit dupliciter. Nã actus fidei procedit, & ex intellectu, & volũtate. põt ergo fides dici in aliquo maior, vno modo ex parte intellectus ꝑꝑ maiorẽ certitudinẽ & firmitatẽ. Alio modo ex parte voluntatis ꝑ maiorem promptitudinẽ siue deuotionẽ vel confidentiam.

S. Thom.

Ad primum argument. S. Thom.

¶ His habitis dicendũ est ad rõnes in cõtrariũ. Ad primam respondendũ est ſm S. Tho. ꝙ ille qui pertinaciter discredit aliquid eorum, quæ sub fide continent̃, nõ habet habitum fidei quem tñ ille habet qui non omnia explicite credit, sed parcius est oĩa credere, & ſm hoc ex parte obiecti vnus habet maiorem fidem, quam alius, inquantũ plura explicite credit vt dictum est vnde rõ non ꝓcedit.

Ad secundũ

¶ Ad secũdam rñdetur negando cõsequentiã, & rõ est, quia licet de rõne fidei sit, vt veritas prima oĩbus ꝓferat̃, Nihilominus tñ eorum quæ eam in oĩbus ꝓferũt quidã certius & deuotius se ei subijciũt, q̃ alij. & ſm hoc fides est maior in vno, q̃ in alio.

Ad tertium

¶ Ad tertiã respondẽt negãdo cõsequẽtiã. & rõ est, q͂a intellectus principiorum consequit̃ ipsam naturã humanã, q̃ æqualiter in oĩbus inuenit̃. sed fides cõsequit̃ donũ gratię ꝙ non est æqualiter in oĩbus. vnde non est eadẽ rõ. Præterea põt responderi negãdo minorẽ, q̃m ſm maiorẽ capacitatẽ intellectus vnus magis cognoscit virtutẽ principiorũ, q̃ alius.

Exponit literam.

Litera. ¶ Hæc pfecta] perfectam vr̃ intelligere, vel q̃ dat̃ ex priuilegio singulari in hac vita, vt sanctificatis in vtero, & al ijs, vt apostolis post aduẽtum spiritus sancti, quæ ita pfecta fuit in eis gr̃a cõfirmationis, vt amitti nõ posset. vel perfectam dicit charitatẽ, quæ perducit hoĩem ad perfectionem vitæ æternæ, s. quæ est finalis, in qua homo ab ista vita discedit. Ista nunq̃ amittit̃. quia charitas nunq̃ excidet.
24 1. Cor. 13. dicit hic gl. de charitate pfecta, †quę põt dici tripliciter. vno modo perfecta quãtũ ad sufficiẽtiã cõsequẽdi vitã æternam, & hoc modo q̃libet charitas q̃tũcunq; parua dr̃ perfecta. Secundo dr̃ perfecta quo ad effectum siue affectum, quæ. s. facit hominem paratũ mori pro Christo infra

eod.si quis tantam. Tertio dicitur perfecta quo ad perseue
rantiam finalem.de qua hic Aug.[Exordia vero charitatis
enutriunt]id est, bonis incipientibus[vt crescant]quorum
studium est,vt charitas nutriatur,& foueatur,ne corrumpa
tur.[Et conculcantur]in peruersis[vt deficiat. Sunt itaque
gradus non solum inter virtutem & virtutem]sicut de pru
dentia respectu moralium,& de charitate respectu thologi
carum supra in articulo secũdo exemplificamus. vnde Gra
tianus probat authoritate beati Grego.ꝙ in virtutibus sint
gradus[dum sanctam]& sunt verba beati Grego.super Eze
chielem homilia.15. & durant ab hinc vsque ibi, hinc etiã
Augu.& inducit authoritatem Iob psalmistæ & euangelij,
& per omnia ostendit gradum esse in virtutibus. [Suscipit]
attrahendo eam ad se faciendo eam proficere, secundum il
lud Cant.1.trahe me post te, curremus in odorem vnguẽ-
torum tuorum.[In gradibus eius]i.ecclesiæ.i. spiritualibus
profectibus & ascensibus[dignoscitur].i.dominus quia &c.
[de his inducit ad idem Iob.31.capitulo[per singulos]ver
ba sunt Iob.1.spirituales ascensus,siue profectus. Deo.n.vt
dicit August.appropinquamus non passibus corporis, sed
affectibus mentis[pronuntiabo]laudabo. Hu.[magnificũ]
ostendam siue admirabilem[omnipotentem]sequitur ex-
positio Grego.[Si quidem gradus]inducit testimoniũ psa.
83.[quasi quibusdam gradibus augetur]non per additionẽ
tamen aliquam quia talis augmentatio fieri non potest, cũ
virtus sit forma simplex. simplex autem additum simplici
non facit aliquid maius vt probatur.6.Physi.sed augetur se
cundum maiorem eius radicationem in subiecto & maio-
rem efficaciam ad producendum feruentius actum. [Si &
ipsa fides] inducit testimonium euangelij, & primo illud
Luc.14.adauge in nobis fidem].i.fac vt in fide proficiamus
donec perueniamus ad perfectionem.Hug. Qualiter in fi-
de[a] potest esse agumentum in quæstione diximus. quia vel
penes obiecta secundum quod magis explicite aliqua quis
credit,quam ante vel propter maiorem certitudinem & fir
mitatem aut propter maiorem deuotionem & confiden-
tiam.[Et quidam]inducit aliud testimonium euangelij.s.
Marci.9.[Adiuua incredulitatem]id est,mediocritatem fi-
dei meæ.Hug.[Simul credebat & incredulus erat]habebat
enim fidem,sed imperfectam.vnde petebat vt diuino auxi
lio adiuta augeretur. [Hos enim gradus.]Inducit aliud te-
stimonium. Marci.4.[Sic est Regnum]id est,ecclesia,tex-
tus est vsque ibi,Semen homo.[Semen]sequitur expositio
Gregor.quæ ita plana & pulchra est,vt non sit opus aliquid
addere.[Sed cum ex se produxerit] id est, postquam Hug.
[falcem]id est,sententiam mortis[herba] exponit id quod
inducit de euangelio de herba, spica & frumento, per quæ
distinguitur triplex gradus charitatis scilicet,incipientium
proficientium,& perfectorum.herba fuit Petrus passionis
tempore per amorem sequẽs,& ita ante negationem, quia
cum in negatione peccauerit mortaliter charitatem nec in
herba nec in spica habuit.vnde quia eius charitas fuit debi-
lis leuiter ad vocem ancillæ timore mortis aruit[in spica sur
rexerat videbat]Matth.vltim.Sed ad plenum gradum sine
timore & multa fiducia. vnde ipso & Apostolis dicitur.
Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij quia digni
habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.Actuum.5
[vir ergo venit]facta interpositione verborum Iob.& psal-
mistæ ac verborum euangelij, ad ostendendum gradus in
virtutibus reddit Grego.ad expositionem verborum præ-
dictorum Ezechiel.2.ponit ea & postea exponit [vir ergo
venit]verba sunt Ezechiel.40.verum non est ibi illa coniun
ctio illa tiua,sed interponit eam Gregor. vt coniungat di-
cenda.Hug.[vir]id est,Christus porta librum est Christus
qui nobis factus est porta regni cœlestis sicut ipse ait. Ne-
mo venit ad patrem nisi per me. Et Ioannis.10. Ego sum
ostium per quod si quis introierit saluabitur.Sed quomodo
Christus est porta & vir veniens ad portam.valde bene ipse
enim in membris suis venit ad seipsum caput, sicut enim
membra & caput quasi vna persona esse dicuntur secundũ
Esa.61.tanquam sponsum decoratum corona, & quasi spõ
sam ornatam monilibus.Et apostolus.1.Corin.12. Omnia
autem membra corporis cum sint multa vnũ corpus sunt,
ita & Christus & ita vna quandoque lingua eorum est, sed
aliquando in persona membrorum aliquando in persona
capitis.dicitur ergo vir venire ad portam quando membra
sua perducit ad se portam vitæ portam fœlicitatis æternæ.
[Et dicitur ascendere per gradus eius.s.portæ,quando mẽ-
bris eius proficientibus incremento virtutum ac meritorũ
exaltatur.i.gloriosus ostenditur & admirabilis.ſm illud ps.
67.Mirabilis Deus in sanctis suis.& tanto gloriosior ac mi-
rabilior,quanto magis animus noster à rebus infimis sepa-
ratus in cœlestibus iam habet conuersationem secundum il
lud Phili.3.conuersatio nostra in cœlis est[hinc etiam Au-
gust.ait]Inducit ad idem.s.ad ostendendum gradus esse in
virtutibus,authoritate beati Aug.in lib.de gra.& li. ar.[qui
vult.sunt aliqui qui habẽt bonam voluntatem] extra peri-
culum existentes[adimplendi Dei mandata].s.ardua & dif-
ficilia.s.ponere animam pro fratribus suis,subijcere corpus
suum pœnitentiæ asperrimæ,aut tormentis,& huiusmodi,
quæ videntur hic dici mandata.Siue largo modo mandata
sint siue perfectionis consilia, sæpe habet homo volunta-
tem illam perficiendi,sed adueniente aduersitate vel carnis
tentatione refugit.Sunt tales de numero eorum. de quibus
dicitur Lucæ.8.Ad tempus credunt, & in tempore tenta-
tionis recedunt.sic apostoli qui dicebant vadamus & moria
mur cum ipso.Ioann.11.Adueniente persecutione Christo
capto timore territi fugerunt eo relicto.Matt.26. vt de eis
diceret saluator.fratres mei elongauerũt à me, & noti mei
quasi alieni recesserunt à me psal.53.Si cum bona voluntas
firma charitate roboratur, tunc non timet pericula. quia
charitas foras amittit timorem.vnde primo Ioan. 4. timor
nõ est in charitate perfecta. Charitas foras mittit timorem
[maiorem]Ioann.15.plane mortem sustinere pro amicis si
gnum est maxime dilectionis.[Sequitur ipsam charitatem
nondum habuit]postea.50. dist. fidelior, Hug. Sequitur[si
quis.perfecta est]in illo verum est.quia vt supradictum est,
maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat
quis pro amicis suis.¶Sed obijcitur contra hoc. quia si hæc
esset perfecta charitas,vt sit paratus pro fratribus mori, cũ
hoc in imperfecta charitate consistens non sit paratus mo
ri pro Christo,videtur quòd perfectus amplius diligat pro
ximum quam imperfectus Deum. Sed in contrarium eius
est.quia charitas quantumcunque parua diligit Deum pro
pter se,& super omnia.hoc autem perfectus nunquam fa-
cit proixmo.¶Respondet quòd signum perfectæ charita-
tis & effectus est promptitudo moriendi pro fratre. verum
hæc promptitudo non inest charitati,vt dicit dominus Bo
naue ntura in tertio,solum modo ex dilectione fratris rela-
ta ad dilectionem Dei,quem perfectus propter se & super
omnia diligit, & ob cuius amorem etiam pro ipso fratre
vult mori,& ideo quis hæc nõ reperiatur in viro imperfe
cta respectu Dei,non tñ sequitur,quod diligat minus Deũ,
quam perfectus proximum.quoniam (vt ait S. Thomas in
tertio)non potest esse vt aliqua charitas tantum diligat pro
ximum,quantum aliqua Deum.sed hæ duæ dilectiones nõ
sunt eiusdem generis,sed vna est,vt finis & causa diligendi,
& alia vt eiusdem est ad finem.& vt eius quod rationem di
ligendi ex alio sortitur.vnde non sunt comparabiles. Non
ergo sequitur ex litera. quod minus imperfectus diligat
Deum,quam perfectus proximum. sed bene sequitur quia
imperfectus minus diligat Deum,quam alius, scilicet per-
fectus.sequitur[iam prorsus perfecta est &c.]quasi diceret
non ¶Sed contra hoc in quo videtur distingui charitas per
perfectum & imperfectum, quia cum charitas sit nobilis-
simum opus Dei,& Dei perfecta sunt opera Deuteronom.
31. videtur quod omnis charitas Dei sit charitas perfecta.
25 ¶Respondetur iuxta dominum Bonauenturam, † quod
perfectum dicitur dupliciter,vel in se,vel in ordine,loquen
do de perfectione in se charitas in sui principio est imper-
fecta in se sed per incrementum perficitur, sicut habet hic
litera.loquendo autem de perfectione ordinis qua quidem
perfectione omnia opera Dei dicuntur perfecta, sic chari-
tas in quocunque statu sit perfectionem habet. quia ordi-
nata est in suum finem, & potest elicere comparationem
propriam[Mihi enim viuere] ad Philipp.1.[Christus est]
gloss.ordinaria id est, eius causa viuo, vt eum magnificem
[mori est mihi lucrum] quia per mortem ab his miserijs
liberabor, & ad beatitudinem transibo. de modo autem
incrementi & augmenti charitatis plene superius diximus.
[in eadem]scilicet,epistola Ioannis[nata nutritur] scilicet,
fugiendo mala & faciendo bona.[Sicut seta] inducit aliam
authoritatem super epistolam Ioann.ad idem, vbi dicit ꝙ
sicut seta introducit linum siue filum,ita timor introducit
26 charitatẽ. † Timor.n.seruilis aliquando præparat locũ chari
ritati,sicut.s.principium vltra disponẽs inquantum aliquis
timore

Augustin.
Hugo.

a ¶ In fide. Adde ꝙ fidẽ dare qñque plus est q̃ de facto ducere. Pe. de Anc. in c. cum haberet.nu.5. de eo qui dux in ma. quam pol. per adulte.

Opponit in cõtrarium

Respondet.

Bonauent.

S.Thom.

Opponit in cõtrarium.

Respondet Bonauen.

timore pœnæ discedit à peccato,& ita ha bilitatur ad charitatem,siue sapientiam. (S.Thom.) Et hoc etiam S.Thom.in 2.2. ostendit quõ de timore seruili intelligat illud psa.110. Initium sapientiæ timor domini.[Crescit charitas minuitur timor & econtrario].i.expellitur.Hu.vnde etiam litera Aug. sup canonicam Io.vt deducit magister in tertio di.35. (S.Thom.) & S.Th. in 2.2.habet sic.cum ceperit charitas habitare pellit timor. qui.n.ei præparauit locum.Et ita cessat hic argumentũ domini Guidonis (Guido.) qui ex hoc arguit contra S.Tho.qui dicit.ꝙ charitas non possit minui.patet etiam in hac parte falsitas gl. (Contra gl.) quæ dicit ꝙ charitas crescit & decrescit vt superius plene in disputatione huius articuli demonstrauimus.¶Verũ

27 pro pleniori intelligentia literæ præsentis.Quærit. ¶†Vtrũ (Quæstio: Primũ arg.) timor seruilis maneat cum charitate.Et arguitur ꝙ nõ.Primo ex authoritate inducta.¶ (Secundũ ar.) Secundo sic.spiritus libertatis repugnat spiritui seruitutis.sed spiritus charitatis est spiritus libertatis.1.Corin.3.vbi spiritus Dei ibi libertas.spiritus vero timoris seruilis est spiritus seruitutis. ergo simul esse non possunt.¶ (Tertium ar.) Tertio timor seruilis ex amore sui causatur. quia est timor pœnæ qui est detrimentum proprij boni.sed amor Dei expellit amorem sui.facit.n.cõtemnere seipsum. ergo videtur ꝙ adueniẽte charitate timor seruilis tollatur. ¶ (Opponit in contrariũ.) In oppositum arguitur sic.Per charitatem aduenientem non expellitur nisi peccatum,& quod est ex peccato introductum.sed timor seruilis non est peccatum.imo est à spiritu sancto ꝭm illud ad Rom.8.Non accepistis spiritum seruitutis &c.dicit glo.vnus spiritus est,qui facit duos timores seruilem & castum.ergo adueniente charitate non tollitur

28 (Respondet.) ꝭm substantiam.¶Respondeo dicendum.†ꝙ timor seruilis quantum ad substantiam manet cum charitate, inquãtum autem seruilis pellitur adueniente charitate.declaratur ista conclusio sic iuxta (S.Thom.) S.Tho.in 2.2.q.19.ar.6.timor seruilis ex amore sui causatur.quia est timor pœnæ,quæ est detrimentum proprij boni.vnde hoc modo timor pœnæ potest stare cum charitate,sicut & amor sui.eiusdem.n.rationis est, qđ

29 homo cupiat bonum suum & ꝙ timeat eo priuari. †Amor .n.sui tripliciter potest se habere ad charitatem.vno modo contrariatur charitati,ꝭm.s.ꝙ aliquis in amore proprij boni finem constituit.Alio modo in charitate includitur ꝭm quod homo se propter Deũ & in Deo diligit.Tertio modo à charitate quidem distinguitur,sed charitati non contrariatur,puta cum aliquis diligit quidem seipsum ꝭm rationem proprij boni.& ita tamen ꝙ in hoc proprio bono finẽ non constituat,sicut etiam ad proximum,potest esse aliqua alia dilectio præter dilectionem charitatis,quæ fundatur in Deo,dum proximus diligitur vel ratione consanguinitatis, vel alicuius alterius communionis humanæ,quæ tamen referibilis sit ad charitatem.Sic ei ergo & timor pœnæ includitur vno modo in charitate.Nam separari à Deo est quędam pœna quam charitas maxime refugit.vnde hoc pertinet ad timorem castum.Alio autem modo contrariatur charitati, ꝭm ꝙ aliquis refugit pœnam contrariam bono suo naturali,sicut principale malum cõtrarium bono, quod diligitur vt finis.& sic timor pœnæ non est cum charitate. Alio modo pœnæ timor distinguitur quidem ꝭm substantiam à timore casto,quia.s.homo timet malum pœnale, nõ ratione separationis à Deo,sed inquantum est nociuum proprij boni,nec tamen in illo bono constituitur eius finis. vnde nec illud malum formidatur tanquam principale malum,& talis timor pœnæ potest esse cum charitate. sed iste timor nõ potest esse seruilis,nisi quia pœna formidatur, sicut principale malum,sicut ex dictis patet.& ideo timor inquantum seruilis non manet cum charitate,sed substantia timoris seruilis cum charitate manere potest sicut timor serui manere potest cum charitate.¶ (Ad primum argument.) Ad primam respondetur,quod charitas loquitur de timore inquantum seruilis. ¶ (Ad secundũ) Ad secundã respondetur,ꝙ verum est.ꝙ spiritus libertatis & spiritus seruitutis repugnant,& ita dicimus ꝙ cũ spiritu libertatis non manet timor seruilis rõne suæ seruilitatis,siue quantum ad id,ꝙ in eo est seruitutis.¶ (Ad tertium) Ad tertiam similiter respõdetur, ꝙ amor Dei expellit seruitutem,licet timor maneat quantum ad substantiam suam.Sequitur[item Hieronymus charitas in quibusdam est perfecta, in quibusdam est imperfecta.perfectissima autem in hac vita haberi nõ potest.]Quæ autem charitas perfecta in hac vita haberi possit,& quæ nõ superius ostendimus[Item Greg.]Inducit Greg.[si sermo] .i.prædicatio mea[nutrire]exercitia operum.Hu.[aduocare].i.inuitare,& exhortari.Hug.[flate].i.suspirijs & sanctis meditationibus & ita magis ac magis[eam in vobis nutrite.& flammam].i.incrementum notabile de hoc igne charitatis inquit saluator.Luc.12.Ignem veni mittere in terrã & quid volo,nisi vt ardeat?Et Cãticorum.8. lampades eius lampades ignis,atque flammarum aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem[omnium cupiditatum].i.omnium vitiorum[ligna consumat]vbi enim charitas, ibi nulla cupiditas exardescit inquit August.

2 *Priuationum duplex est genus.*

5 *Tentatio est duplex.*

6 *Christus tres mortuos suscitauit.*

7 *Peccatum quod est ex malitia grauius est,quam quod est ex passione siue ex infirmitate.*

Econtrario autem Hæc est.2. pars huius.3. partis huius distin.in qua postquam superius magister Gratianus per multas authoritates ostendit gradus esse in virtute.Nunc ostendit per suũ contrarium.Arguendo sic.in peccato reperiuntur gradus, (Dionys.) ergo & in virtute reperiuntur.Ostendit autem ꝙ in peccato sunt gradus per multas authoritates,ꝭm quas potest hæc pars diuidi in tres partes.In prima assignat gradum in peccatis pœnes progressum.Secundo ponit aliam differẽtiam penes causas peccandi.Tertio ponit differentiam, quando in tentatione est peccatum veniale,aut peccatum mortale. 2.ibi sciendum.3.ibi,etiam hoc sciendum.Pro pleniori intelligentia huius partis.Quæruntur tria.

1 ¶Primum est vtrum in peccatis sint gradus vel omnia peccata sint paria .

3 ¶Secundum est ex differentia diuisionis peccatorum positæ in litera.

4 ¶Tertium est vtrum tentatio passiua semper sit peccatũ.

1 **Ad primum** Sic proceditur.†Et videtur ꝙ omnia pctã sint paria,& nullus in eis sit gradus ponendus.¶ (Primũ arg.) Primo sic.peccare est facere quod non licet,sed facere quod non licet vno & eodem modo in omnibus deprehenditur.non ergo vnum peccatum est alio grauius.¶ (Secũdũ ar.) Secundo sic.ex hoc est aliquod malum, quia nocet. vt Aug.dicit,sed omne peccatum nocet æqualiter.quia qđlibet peccatum omnes virtutes corrumpit.ergo omnia peccata saltem mortalia sunt æqualia.¶ (Tertium ar.) Tertio sic. peccatũ cõsistit in hoc,ꝙ homo transgreditur regulam rationis, quæ ita se habet ad actus humanos,sicut regula linearis in corporalibus.ergo peccare simile est ei,ꝙ est lineas transilire, est æqualiter & vno modo etiam si aliquis longius recedat, siue propinquius stet,quia priuationes non recipiunt magis, & minus.ergo peccata omnia sunt paria.¶ (Quartũ ar.) Quarto sic.eadẽ imperitia imputatur nautæ siue nauis in pelago siue in litore submergatur.sed sicut nauta per artem suam regit nauẽ, ne pereat.sic homo per virtutem suam regitur ne actu peccet:ergo idem præiudicium virtutis fit qualitercũq; homo in peccatum ruat.¶ (Opponit & Respondet) In oppositum est litera præsentis text. ¶Respondeo dicendum ꝙ peccata non sunt paria,sed multipliciter in eis reperitur inæqualitas,& per consequẽs multi gradus.quæ cõclusio probatur primo ex illo quod dominus ait ad Pilatum Io.19.qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.sed constat ꝙ Pilatus aliquod peccatum habuit. ergo vnum peccatum est maius alio.¶Ratione sic.peccatũ nihil aliud est,quam quædam declinatio à rectitudine virtutis.sed contingit vnam lineam esse magis curuam, quam aliam.vt ex.4.Physico.accipi potest.ergo contingit vnum peccatum esse maius alio.¶Pro cuius conclusionis pleniori notitia.Est notandum iuxta (S.Thom.) S.Thom.in 1.2.quod opinio Stoicorum fuit, quam (Tullius;) Tullius prosequitur in paradoxis. quòd omnia peccata sint paria, & ex hoc etiam deriuatus est error quorundam hæreticorum, qui ponentes omnia peccata esse paria, dicunt etiam omnes pœnas inferni esse pares. Et quantum ex verbis Tullij perspici potest, Stoici mouebantur ex hoc, quod considerabant peccatum ex parte priuationis tantum, prout scilicet est recessus a ratione.vnde simpliciter affirmantes, quòd nulla priuatio susciperet magis & minus posuerunt omnia peccata esse paria.

2 Sed si quis diligenter consideret,†inueniet duplex priuationum genus.est.n.quædam simplex & pura priuatio quæ significat quasi incorruptũ esse,sicut mors est priuatio vitæ, & tenebra est priuatio luminis,& tales priuationes nõ recipiũt magis,& minus.quia nihil residuũ est de habitu oppositi.vñ nõ minus mortuus est aliqs prima die mortis, & tertio,

tio, vel quarto q̃ post annũ, quando cadauer iam fuit resolutum. Et similiter non est magis tenebrosa domus, si lucerna sit operta pluribus velaminibus, quam si sit operta vno solo velamine, totum lumen includente, Est autem alia priuatio non simpliciter, sed aliquid retinens de habitu opposito, quæ quidem priuatio magis conuenit in corrumpi, q̃ in corruptum esse. sicut ægritudo quæ priuat debitam commensurationem humorum, ita tñ ꝙ aliquid eius remanet alioqui non remaneret aĩal vnum, & simile est de turpitudine & alijs huiusmodi. hmõi autem priuationes recipiunt magis & minus ex parte eius, quod remanet de cõtrario habitu. Multum. n. refert ad turpitudinem vel ægritudinem, vtrum plus vel minus à debita commensuratione humorũ membrorum recedatur, & similiter dicendum est de vitijs, & peccatis. sic. n. priuatur in eis debita commẽsuratio rationis, vt non totaliter rõnis ordo tollatur. Alioqui malũ si sit integrum seipsum destruit, vt dicitur in quarto Ethicorũ. Non. n. posset remanere substantia actus, vel affectio agẽtis nisi aliquid remaneret de ordine rõnis. Et ideo multum interest ad grauitatem pcti vtrum plus vel minus recedatur à rectitudine rõnis, & ẽm hoc dicendũ est ꝙ non oĩa pctã sint paria. ¶ Ad rõnes in oppositũ. Ad primã rñdetur, ꝙ rõ non procedit. qm̃ ipsa peccata committere non licet ꝑpter aliquam deordinationem, quã habent. vnde illa quę maiorẽ deordinationẽ continent sunt magis illicita, & ꝑ consequens grauiora peccata. ¶ Ad secundam respondetur. ꝙ rõ etiam non procedit. Et rõ est. quia licet quodlibet mortale tollat omnes virtutes, vnũ tñ tollit plus de habilitate ad virtutem, q̃ aliud, & ita plus nocet. Præterea vnum peccatũ tollit per se illam virtutem cui opponitur. sed per accidens aliam virtutem. ¶ Ad tertiam rñdetur. ꝙ rõ non procedit. quia arguit de pctõ, ac si esset priuatio pura: ꝙ falsum est, vt declaratum est. ¶ Ad quartã rñdetur, ꝙ rõ etiam non ꝑcedit. quia non est simile quod inducitur, vt patet. In submersione. n. nauis damnũ est vbicunq; submergat, ꝙ idẽ perdit vtrobiq;. Sed non ita in quolibet peccato est ęquale damnũ, imo in vno peccato perditur vna debita circunstantia, in alio duæ, & sic de alijs & ita patet ꝙ non est simile.

Ad primum argument. — Ad secundũ — Ad tertium — Ad quartũ.

3 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et notatur iuxta dominum Albertum in secunda parte summæ ꝙ inueniuntur octo diuisiones peccatorum à sanctis traditæ. ¶ Prima est penes reatũ pcti, & illa est peccatum, aliud veniale aliud mortale. ¶ Secunda datur penes instrumẽta peccati, quibus peccatũ perficitur & illa est hęc peccatum aliud cordis, aliud oris, aliud operis. ¶ Tertia datur penes materiam, in qua est peccatum. Et est hæc. Aliud est superbia, aliud accidia, aliud inuidia, aliud ira, aliud auaritia, aliud gula. ¶ Quarta datur penes causas ex quibus oritur peccatum. Et est hæc. aliud est ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex industria, siue ex certa malitia. ¶ Quinta datur penes inclinantia ad peccatum. Et est hæc quæ est Aug. s. peccatorũ aliud est ex timore male humiliãte, aliud ex amore male inflammante. & est glo. super illud psal. 79. Incẽsa igni & suffossa. ¶ Sexto datur penes fines peccatorũ. Et est hæc. Aliud est ex concupiscentia carnis. Aliud ex concupiscentia oculorum, aliud ex superbia vitæ. Et est in gl. super illud. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo &c. ¶ Septimo datur penes eum, in quem peccatur. Et est hæc. peccatorum Aliud in Deum, aliud in seipsum, aliud in proximum. ¶ Octauo datur penes formale quod est in peccato, quæ est hæc. peccatorum aliud est delictum, aliud commissum. Et hæc pro isto loco sufficiant.

Respondet. Albertus. — Augustin.

4 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ tentatio passiua quæ est à carne, non sit sem per peccatum ¶ Primo videtur haberi ex litera ꝑsentis textus: vbi ait Greg. Inter hæc sciendum ꝙ aliud est quod animus tẽtationibus carnis &c. ¶ Secundo sic. tentatio passiua quæ est ab hoste non est semper peccatum. ergo nec tentatio, quæ est à carne. consequentia videtur bona, cum potestas demonis sit maior, quam hominis. Antecedẽs patet ex illo Mat. 4. vbi. Christus tentatus legitur à diabolo, in quo tamen locus peccati non fuit. ¶ Tertio sic. Cum violentia excuset peccatum, vbi est maior violentia ibi est minus peccatum. Sed sicut dicit Magister sentẽtiarum in 2. di. 21. grauior est tentatio, quæ est à carne, quã quæ est ab hoste. si ergo illa quæ est à carne esset pctm̃, multo amplius quæ est ab hoste. sed ista non est vt dictum est, ergo nec alia. ¶ Quarto id quod vitari non potest, non est in ptãte nostra, sed quandiu in hac mortali vita viuimus, non oĩno tentationem carnis vitare possumus. ergo non est in ptãte nostra non tentari à carne. & ita tentatio passiua carnis semper pctm̃ non est. ¶ In oppositum est illud quod Magister sñiarum ait in 2. di. 21. ꝙ tentatio quæ fit à carne non est sine pctõ. ¶ Re- 5 spondeo dicendum primo. † ꝙ duplex distinguitur tẽtatio. s. exterior & interior. Exterior tentatio est qñ nobis extrinsecus malũ visibiliter suggeritur verbo, vel signo, vt ille cui fit ad consensum peccati declinetur, & tentatio tantum fit ab aduersario. Interior vero tentatio est qñ inuisibiliter malum nobis intrinsecus suggerit. & hæc tentatio aliqñ fit ab hoste, aliqñ à carne. Nam & diabolus inuisibiliter mala suggerit & ex carnis corruptione suborit motus ille carnis, & titillatio praua. qua distinctione habita sit ista cõclusio. Tẽtatio passiua à carne non est sine pctõ. Tẽtatio vero passiua ab hoste non semꝑ est cũ pctõ, nisi consentiat ei. Probatur conclusio sic iuxta S. Tho. in 2. 2. di. 21. ꝙ pctm̃ vnius nõ cõsistit in actu alterius, sed in actu prout dr̃ Ezec. 18. Aĩa quæ peccauerit, ipsa morietᷓ. In tentatione aut carnis ipse appetitus illicitus ẽm quẽ aliquis tentari dr̃, est actus eius qui tẽtauit. Non. n. sola caro concupiscit, sed coniunctũ, & iõ talis tentatio est pctm̃ in eo, qui tentaᷓ. Tentatio quæ est à mundo vel ab hoste à principio extrinseco est, vnde actus nõ ptinet ad tentatũ: sed passio tm̃. Et ꝑꝑ hoc non est pctm̃ in tali tentatione nisi per delectationẽ & consensum, quia tũc tentatus incipit cooperari tẽtãti. hæc S. Th. dominus vero Bonauentura rõne diuersitatis assignans in secundo cõformiter loquiᷓ, licet ꝑ alia verba. dicit. n. ꝙ tẽtatio carnis est impulsus sensualitatis, quẽ cõsueuimus appellare primum motũ, & qñ in illo impulsu sensualitatis mouemur inordinate, & ꝑter rõnis ordinem hinc est, ꝙ tẽtatio carnis nunq̃ est in nobis, quin sit in nobis aliqua inordinatio, & ita aliqua venialis culpa. Tentatio vero hostis oĩno extra est, & põt esse sine aliqua delectatione deordinata in nobis existẽte, & iõ tentatio hostis põt esse sine pctõ, tentatio carnis minime. hæc ille. ¶ Ad rõnes. Ad primã de litera præsenti respondeᷓ ꝙ cum dicit Greg. ꝙ nequaq̃ cogitatio immũda coinquinat. Intelligit sicut exponit hic per mortale pctm̃. ¶ Ad secundã rñdeᷓ negando consequentiã. Et ad probationẽ rñdetur, ꝙ nulla est. ex hoc. n. quod ptãs demonis sit simpliciter maior, quam hoĩs non sequiᷓ, ꝙ si tẽtatio demonis sit sine pctõ. ꝙ ẽt tentatio à carne, rõne iã dicta. ¶ Ad tertiã rñdeᷓ negando cõsequẽtiã rõne superius assignata, videlicet q̃ ipsa tentatio est actus ipsius tentati ꝙ nõ est de tẽtatione hostis. Præterea ẽt nõ est simile quia vt dicit dñs Bonauẽtura vbi supra, caro est in ptãte nostra, & eã possumus ad libitũ nostrum domare, & iõ potius imputaᷓ nobis in culpã carnis impulsio, q̃ diabolica suggestio. ¶ Ad quartã rñdetur iuxta S. Th. ꝙ quãuis hõ nõ possit vitare oẽm tentationẽ carnis, ita ꝙ nullã habeat, põt tñ vitare hãc vel illã singulariter, & ita quodã mõ est in ptãte eius sed tẽtatio q̃ est ab hoste nullo modo est in ptãte nostra. Litera. ¶ [Econtrario]. i. per cõtrarium [pctm̃]. s. vitiũ, quod est contrariũ virtuti. Hug. [tribus ad pctm̃]. i. exteriorẽ actũ pcti mortalis. [Suggestione] ꝑ diabolũ [delectatione] ꝑ carnẽ [consensu] ꝑ spiritũ. di. 8. testiũ. In fine ibi vide, quia ibi plenius diximus. [Tres sunt drĩæ] q̃ sumunᷓ penes instrumẽta, ꝑ q̃ peccaᷓ [Corde]. i. co- 6 gitatione. Hu. [tanq̃ tres sint mores]. † & hoc ẽm similitudinem trium mortuorum, quos dñs legitur suscitasse. Suscitauit. n. dominus filiã principis synagogæ in domo eiecta turba, vt patet Matt. 9. hæc. n. in domo mortua significauit peccatorem, cuius peccatum stat in corde. Suscitauit etiam filiũ viduæ extra portã ciuitatis, vt patet Lu. 7. per quẽ significaᷓ peccator, cuius peccatũ in opus processit. Suscitauit ẽt Lazarum in monumento iam quatriduanum fœtẽtẽ. vt patet Io. 11. per quem significaᷓ peccator publicus, qui fœtẽs multos offendit. Sciendũ [.2. pars. Consequenter inducit alias causas peccandi [Aut ignorantia] vt. 32. q. 8. queadmodũ [infirmitate]. i. fragilitate humana. di. 25. §. crimẽ. [Studio]. i. industria siue certa scientia ẽm illud Iob. 34. de industria recesserunt & vias suas intelligere noluerunt. [Grauius quidem infirmitate] hoc quidem verum. quoniam quandoque non. Nam non est verum de ignorantia affectata, q̃ s. directe & per se est voluntaria, sicut cum aliquis sua sponte aliquid nescit vt liberius peccet. talis. n. ignorantia vr̃ augere voluntarium, & peccatũ ex intentione volũtatis ꝑcedere vr̃. Sed est verũ de ignorãtia, q̃ est cã pcti, quæ nõ est directe, volũtaria, sed indirecte, & ꝑ accidẽs. vt cũ aliqs vult bibere

Primũ arg. Secundũ ar. — Tertiũ arg. — Quartũ ar.

Opponit in cõtrarium. — S. Thom. — Bonauent. — Ad primũ Argument. — Ad secundũ — Ad tertium — Ad quartũ. S. Thom. — Exponit literam. — a ¶ Infirmitate. Adde ꝙ ifirmitas vna cõuerti põt in aliam Pe. de An. in c pre sbyterũ. nu. 4. de homi.

bibere immoderate,& ex eo sequit inebriari, & discretione carere,& talis ignorantia minuit voluntarium, & per consequens peccatum.Cum.n.aliquid non cognoscitur esse peccatum,non põt dici ꝙ volũtas directe,& ꝑ se feratur in peccatum,sed ꝑ accidẽs.In infirmitate nõ est sic.quia actus voluntatis in quo principaliter pctm̃ consistit, nõ impedit ꝑ corporis infirmitatẽ.potest.n.q corpore est infirmus, ꝓmptam habere voluntatẽ ad aliquid faciẽdũ.[Sed multo grauius]& hoc vt dicit S.Tho.in 1.2.triplici ratione.Prima est quia cũ ex certa malitia peccatur, motus peccati est magis proprius voluntati,quæ ex seipsa in malum mouet, q̃ qñ ex passione peccat, nisi quodam extrinseco impulsu ad peccandum.vnde pctm̃ ex hoc ipso ꝙ est ex malitia,grauat in tãto magis quanto fuerit vehemẽtior malitia in eo. Sic quod est ex passione siue infirmitate diminuitur,tanto magis quãto passio fuerit vehemẽs.Secunda quia passio q̃ inclinat ad peccandum contra transit,& sic hõ cito redit ad bonum ꝓpositũ pœnitens de pctõ.Sed habitus quo hõ ex malitia peccat est qualitas ꝑmanens & iõ qui ex malitia peccat diuturnius peccat.vnde Philosophus.7.Ethi.eũ qui peccat ex malitia cõparat infirmo q continue laborat,incontinentẽ vero qui peccat ex passione,ei qui laborat interpollate. Tertio quia ille qui peccat ex certa malitia est male dispositus q̃tum ad ipsum finem, qui est principiũ in operationibus, & sic eius dispositio est ꝑiculosior,q̃ eius qui ex passione peccat. Eius vero propositũ tẽdit in bonũ finem,licet hoc propositũ ad horã interrumpatur ꝑꝑ passionẽ.Semper aũt defectus principij est pessimus.vnde manifestum est, ꝙ grauius est pctm̃
7 ꝙ est ex malitia q̃ quod est ex passione siue infirmitate.[Itẽ inter hæc].3.pars.Circa ꝓdicta dicit esse notandum hoc videlicet[animus patiẽtia].i.cum tẽtat & molestat in primis motibus.[Aliud vero cũ &c.remittit].i.reprimit talis motus[Nequaq̃ coinquinat].s.per pctm̃ mortale.ꝑ veniale aũt sic.quia vt supra disputatũ est talis carnis tẽtatio cũ veniali pctõ est.[Sed cũ &c.].i.hinc coinquinat ꝑ mortale. Hug.qñ ꝑ delectationẽ siue per cõsensum subiũgit.[ꝓdicator egregius].i.Paulus.1.Cor.10.Quid aũt sit tẽtatio humana & diabolica satis clare exponit in litera [Etiã nolẽtes] primi qdẽ motus frequenter ꝑter nostrã voluntatẽ se ingerunt,de quibus Aug.super Gen.ad literam dicit.ꝙ non est in ꝑtãte nostra quibus visis mens nostra tangat, vnde Apostolus ait ad Ro.8.Non quod volo hoc ago[supra tribus].8.di.c.1.[Non est mirũ.]Concludit Gratianus ex ꝓxime allegatis, ꝙ gradus sunt in charitate,vel ẽm alios est tertia pars principalis secũdæ partis huius distinctionis,in qua reuertit ad principale propositum,videlicet ad probãdum ꝙ charitas semel habita possit amitti,& probat per sequentes authoritates.

S.Thom. — Augustin.

Hæc itaque charitas. Hic magister Gratianus resumens principalẽ conclusionem videlicet,ꝙ charitas semel habita amitti possit,imo ꝙ frequenter amittat,& frequenter recuperetur,dicit tñ hoc intelligẽdũ esse de charitate imꝑfecta, quẽ admodũ in Petro ante negationẽ fuit.Non aũt de imperfecta,vbi licet Gratianus bñ dixerit in conclusione principali videlicet ꝙ charitas semel habita in hac vita regulariter amitti posset,nisi in aliquibus foret confirmata sicut in beata virgine,& in beatis apostolis post aduentum spũs sancti in eos.In hoc tñ ꝙ dicit intelligendũ esse de imperfecta, & nõ de perfecta,nõ bene dicit qm̃ quãtũcunq; sit charitas in aliquo ꝑfecta in vita ꝑsenti,nisi per gratiam sit cõfirmata sicut diximus amitti potest per peccatum.Quod aũt charitas semel habita amitti possit,ꝓbat magister Gratianus ꝑ multas authoritates,& per exempla Adæ,Moysi,Aarõ, Dauid, de quibus per singula in suis locis videbitur.

Cõtra Gratianus.

Vicunque. Prima authoritas B. Aug. Ista authoritas facit ad propositũ in eo loco vbi dr̃,& si quandoq; exorbitent,tamẽ emẽdam.vbi expresse ꝑsupponitur,ꝙ à charitate possunt tales cadere,& iterũ reparari. Litera.¶[Originali damnatione].i.damnatione quam ab origine trahimus, vnde nascimur filij iræ.ad Ephe.2.[discreti sunt].i.separati ꝑ gratiam Dei facti filij adoptionis per lauacrum regenerationis.ad Ro.8.vel[discreti].separati ẽm præsentem iustitiã,& prædestinationẽ[procurent eis euangelium].i.ad eorũ vtilitatem legatur,& exponatur,& ita doceatur, vt fide credãt, quæ per dilectionem operatur.[perseuerantes vsque in finẽ exorbitauerint]per peccatum mortale[correcti]ab hominibus.Hu.[redeunt]gratia diuina operante.

Exponit literam.

Firmum fundamentum. Secunda authoritas eiusdem Aug.in eodem quæ authoritas in ca parte facit ad propositum,in qua dicit ꝙ prædestinatorum fides quæ per dilectionem operatur, aut omnino non deficit,aut si.qui sunt quorum deficit,reparatur antequam vita finiatur ista. Ecce ꝙ manifeste præsupponit, ꝙ charitas semel habita potest amitti.Litera.¶[Firmũ fundamentum]verba sunt Apostoli.2.ad Tim.2.[firmum fundamentum Dei]gl.1.illi,quos eligit Deus, & immobiliter in fide firma perseuerãt,aut firmi in fide, tales electi saltem finaliter,qui.n.perijt non erat finaliter de fundamento & ꝑdestinatis[habens signaculum]quia huiusmodi firmitas pẽdet principaliter ex diuina prædestinatione, vt dicit S.Th. Sequitur[habens signaculum].i.signum firmitatis huius ex diuina prædestinatione[quia nouit dominus qui sunt eius] Io.10.Ego cognosco oues meas,& de eis qui nõ sunt de ouili.hæc dicit nõ noui vos.Mat.7.Gratianus ponit hic habẽ, ꝙ non est in litera Apostoli.[Horum fides]hic incipiunt verba Aug.Omnia plana sunt, quoniam prædestinati & si aliquando à gratia sine Christi charitate exorbitẽt,deficiãt, siue labantur,anteq̃ præsens eis vita deficiat, reparantur & saluantur.quia immobile stat Dei fundamẽtum.hinc est,ꝙ nullus eorum.s.prædestinatorum ex bono in malum &c.

Exponit literam. — S.Thom.

Talibus. Tertia authoritas eiusdem Aug.quę authoritas ꝙ ad propositum faciat manifestum est,ex ipsa dicitur ad Rom.8.[vsque adeo deuient,vel exorbitent a via,Dei,peccando mortaliter & hoc ipsum].i.ipsum deuiare & exorbitare[faciat eis perficere occasionaliter] quia humiliores & perfectiores resurgunt.argum.dist.13.nerui.in fi.& dist.50.considerandum &.c.fidelior.

Circuncisio Quarta pars seu.4.authoritas Apostoli ad Gala.5.quæ manifeste ostendit propositum principale cũ ait. hæc s.fides,quæ per dilectionem operatur olim in vobis fuit,vbi præsupponit manifeste quod charitas in eis semel habita amissa est.¶[Circuncisio].s.nunc[non est aliqd] quo ad salutem,quia non recipitur ad vitam æternam quia circuncisus,aut præputiatus,sed fides,& non otiosa sine operibus,quia talis mortua est,[sed quæ per dilectionẽ operat] & hoc olim in vobis fuit Currebatis psa.118.viam mandatorum tuorum cucurri,cum dilatasti cor meum ꝑ opera fi dei perficiendo.i.vere bene quia ex dilectione. Hug.

Exponit literam.

Non est tam iniustus. Sequitur.5. authoritas, & est Apostoli ad Hebr.6. In Apostolo nõ est illud cap. sed simpliciter dicitur. ¶[Non est iniustus Deus operis vestri[cum quo]verba sunt Gratiani communia, & ex hoc dilectione.Ex dilectione enim procedit cum quis propter Dei gloriam facit omnia sua communia,sicut illi de quibus dicitur Actu.4.multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.& sequitur,& erant eis omnia communia.Et sic Apostolus commendat in illis quibus scribit[tria].s.opus bonũ [quia fecerũt communia]ẽm est alacritas[quia ex dilectione]tertium est recta dilectio[quia ad gloriã Dei]& hoc est quod sequitur ecce triplex bonum olim multa bona operati estis]ecce ꝙ facit ad propositũ[pro quibus].s.iã mortua ꝑ pctã sequẽtia fuit,nihilominus si pęnitemini[benefaciet vobis Deus]quia eadẽ bona opera reuiuiscent vobis,quo ad vitã æternam,vel etiã tẽporale ꝑmiũ,vt infra videbit dist.4. plenius[Romanos quoq; & Gal.dum apostolus]Ista est vna rõ Gratiani,per q̃ probat eadẽ cõclusionẽ videlicet, ꝙ charitas semel habita amitti posit[Redargueret Romanos]ad Ro.1.[Gala.]ad Gal 3.[merito fidei non ex operibus legis] ad Rom.3.ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Et ad Ro.qui in lege gloriaris ꝑ ꝑuaricationem legis Deũ inhonoras.[Sanctificationem].i.notitiam qui de operibus quia tempore gratiæ volebat præcepta legalia obseruare,ꝙ non licet.extra de consti.translato sacerdotio.

Exponit literam.

3 *Perseuerantia dicitur dupliciter.*
5 *Deus tripliciter potest videri.*
6 *Adam quare fuit creatus in ętate.30.annorum.*
7 *Costa de qua formata est Eua quare detracta fuit viro dormienti.*
8 *Homo vetus quid dicatur.*


Olle charitatem. Hic magister Gratianus prosequitur principale propositum per exempla, videlicet quod charitas semel habita possit amitti, & incipit ab Adam probando, quod in charitate creatus sit, & nihilominus peccando illam amiserit. Et ad fundandum rationem præsupponit vnum fundamentum, videlicet quod adultus rationis capax aut diligat. i. sit in charitate aut in odio, & ad hoc inducit tres authoritates. vnam August. & aliam Apostoli Io. & tertiā euangelij. prima est. ¶ [Tolle]. s. ab adulto & discreto. Hug. i. pone vt charitatem amittat, sequitur quod odium tenet] qui. n. non diligit, odit. & qui odit, non diligit. contraria. n. simul esse non possunt. item omnis] secunda. 1. Io. 4. [Odit] litera textus habet, non habet charitatem [Itē in euangelio] Mat. 8. [Nemo potest duobus do. ser.] omnino dissentientibus. Non. n. potest quis exercere opus diaboli & placere Deo. 3. Regu. 8. vsque quo claudicatis in duas partes. duo domini sunt virtutes, & vitia cœlestia & terrestria, Deus, diabolus, vana gloria, & vera gloria. [Aut. n.] subiungit cām] vnū &c. sustinebit, iugum eius supportando. [Alterum contemnet] opera eius postponēdo [Adam] his suppositis incipit arguere, quod Adā in gratia & charitate fuerit creatus. Et durat hæc vsque ad. §. item opponitur de Moyse. verum pro meliori intelligentia illorum quæ habentur in hoc processu argumentationis de Adam. Quæruntur tria.

Exponit literam.

1 ¶ Primum est vtrum primus hō creatus fuerit in charitate.

2 ¶ Secundum vtrum Adam in sui creatione ornatus fuerit omnibus virtutibus.

4 ¶ Tertium vtrum Adā in paradiso viderit Deū per essentiā.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quod Adam non fuerit in gratia gratum facientē creatus. ¶ Primo sic. dicit Aug. quod homo in suo conditionis primordio habuit vnde posset stare, sed non vnde proficere. Item Magister sententiarum in secundo dis. 24. dicit. poterat homo per auxilium gratiæ creationis resistere malo, sed non proficere ad bonum. sed si habuisset gratiā gratum facientem ab exordio creationis potuisset vtrunq;. ergo si non potuit proficere ad bonum, non habuit gratiam gratum facientem. ¶ Secundo magis conuenit gratia cum gloria, quam cum natura. sed gratia tempore in homine præcessit gloriam. ergo multo fortius natura præcessit gratiā. & sic in primo instanti creationis Adam non habuit gratiā. ¶ Tertio per gratiam fit matrimonium inter Deum & animam. sed lex matrimonij est, vt non sit absque mutuo consensu, ergo videtur quod nullo adulto gratia debeat dari, nisi incidat consensus. sed consensus in gratiam esse non potest nisi prius existentis. ergo primus homo non simul habuit naturam & gratiam. ¶ In oppositum est textus præsentis literæ. in qua magister Gratianus probat in principio quod Adā in charitate fuit creatus, cū creatus fuerit ad imaginem & similitudinem diuinam. sed imago vt exponit August. est in naturalibus, similitudo vero in gratuitis. ergo creatus fuit in gratia gratum faciente sine qua charitas esse non potest. ¶ Respondeo dicendum quod circa hoc est multiplex opinio. quidam. n. dicunt. quod homo in primo statu gratiam non habuit gratum faciētem. Sed hæc positio stare non potest, cū authoritatibus sanctorum positis in litera, in quibus habet. quod Adam charitatem quæ sine gratia gratum faciente esse non potest, habuerat. ¶ Secunda vero opinio est quorundā, qui distinguunt statum Innocētiæ in duos status. dicunt. n. quod homo in principio creationis suæ sine gratia creatus est in naturalibus tātum, postmodum vero, & ante gratiā peccatum consecutus est, & secundum hanc distinctionem varia dicta sanctorum concordare nituntur. Nam authoritates dicentes primum hominem non habuisse gratiam referunt ad primum statum. Authoritates vero dicentes eum habuisse gratiam referunt ad secundum statum, vtriq; verum dicunt pro diuersis temporibus. Et hæc opinio tangitur hic in gl. decreti. Tangit eam dominus Albertus, & dominus Bonauentura, & sequuntur eam. Sed hæc opinio vt dicit S. Tho. non videtur conuenire dictis sanctorum, & doctorum. qui de statu innocentiæ quasi de vno statu non distincto loquuntur. & hæc positio vt dicit S. Tho. non est magnæ authoritatis. Ideo sequitur tertia opinio quæ ponitur pro conclusione. Quod Adam creatus fuit in gratia gratum faciente, quorū opinio hue conclusio probatur. Primo quia homo & angelus creatus est in gratia. dicit. n. Aug. 12. de ciui. Dei. quod deus simul erat cum eis condens naturam, & largiens gratiam. ergo sequitur quod homo creatus sit in gratia. ¶ Secundo hoc idem probatur ex ipsa rectitudine primi status, in qua deus hominē fecit secundum illud Eccl. 7. fecit Deus hominem rectū. Erat. n. hæc rectitudo vt inquit S. Tho. in prima parte, secundum hoc quod ratio subdebatur Deo, rationi vero inferiores vires corporis. & animæ corpus, prima autem subiectio erat causa 2. & 3. quandiu. n. ratio manebat Deo subiecta inferiora ei subdebantur vt Aug. dicit. Manifestum est autem, quod illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem, non erat naturalis, alioqui post peccatum mansisset. cum etiam in demonibus data naturalia post peccatū permanserunt, vt dicit Dionysius. 4. de di. nominibus. vnde manifestum est, quod & illa prima subiectio qua ratio Deo subdebatur, nō erat secundum naturam, sed solum supernaturalis gratiæ donum. nō. n. potest esse effectus potior, quam causa. vnde Aug. dicit. 13. de ciui. Dei. quod postquā præcepti facta trāsgressio est, confestim gratia deserente diuina, de corporum suorum nuditate confusi sunt. senserunt. n. motum inobedientis carnis suæ. Ex quo datur intelligi si deserente gratia soluta est obedientia carnis ad animam, quia per gratiam in anima existentem inferiora ei subdebātur. patet ergo, quod cū primus homo fuit creatus in iustitia siue in rectitudine originali, & illa rectitudo necessario habeat connexam gratiā gratum facientem, quod primus homo creatus fuit in gratia gratum faciente. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam quæ inducitur ex dicto Aug. dicendum, quod sicut secundum Aug. distinctio primorum operum attenditur secundum ordinem naturæ, & non secundum successionem temporis, ita etiam secundum ordinem naturæ status in naturalibus puris ad statum eius in gratia comparatur, & non secundum ordinē temporis, & sic intelligendum est quod homo in statu naturalium non habuit, vnde proficere possit. quia etiam dū gratiam habet, non habet hoc ex naturalibus, sed ex gratuitis. Et eodem modo respondetur ad dictum Magistri sententiarum, qui se fundat in dicto Aug. quia & si homo fuit creatus in gratia, non tñ habuit ex creatione naturæ quod possit proficere per meritum sed ex superadditione gratiæ. vel dicendum quod magister loquitur secundum opinionem illorum, qui posuerunt hominem non esse creatum in gratia, sed in naturalibus tātum, cuius oppositum ad præsens sustinemus. ¶ Ad secundam rationem respondetur negando cōsequentiam, quia non est similis ratio de natura respectu gratiæ, & gratia respectu gloriæ. quia. n. per gratiam aliquis meretur gloriam conuenienter etiam gloriam tempore præcedit, sed per naturam non meretur quis gratiam. nihil ergo impedit vt simul cum natura gratia infundatur. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. & ratio est quia non est necesse, vt consentiens gratiæ præexistat prius tempore, quia cum motus voluntarius non sit continuus, nihil prohibet vt dicit S. Tho. in prima parte etiam in primo instanti suæ creationis primum hominem gratiæ consensisse.

Primū arg. — Secundū ar. — Tertium ar. — Opponit in cōtrarium. — Augustin. — Respondet. Prima opi. contra prædicata opini. — Secūda op. — Albertus. Bonauent. — S. thom. — Tertia opi. — August. — S. Thom. — Dionysi. — Augustin. — Ad primum argument. — Ad secundū — Ad tertium — S. thom.

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur quòd Adam non fuerit ornatus virtutibus. ¶ Primo sic. vt. n. dicit Philosophus. 10. Ethicorum. ridiculum est temperantiam & fortitudinem impijs ponere, cum in eis passiones illatæ vel innatæ non sint, circa quas tēperantia & fortitudo medium coniectāt, sicut per tēperātiā refrenat immoderata cōcupiscētia, & per fortitudinē immoderatus timor, sed in statu innocētiæ nō fuissent hmōi passiones. ergo nec prædictæ virtutes. ¶ Secūdo sic. quædā virtutes sunt circa passiones respiciētes malū, vt mansuetudo, timiditas, & fortitudo circa timores. sed tales passiones non erāt in statu innocentiæ. ergo nec virtutes hmōi, & ita primus hō in creatione sua non fuit ornatus oībus virtutibus. ¶ Tertio sic. pnīa est qdā virtus respiciens pctm̄ prius commissum, mīa ēt est qdā virtus respiciēs miseriā. sed in statu innocentiæ non erat peccatum, neque miseria. ergo nec huiusmodi virtutes. ¶ Quarto sic. perseuerantia est quædā virtus. sed hanc non habuit Adam, vt eius peccatum ostendit. ergo non habuit oēs virtutes. ¶ In oppositum est textus literæ pñsentis, vbi dr̄ ex authoritate B. Au. in homili. 11. princeps vitiorum oīum vidit Adā ex limo terræ ad imaginem Dei factū, pudicitia ornatū tēperantia cōpositū, charitate splēdidū. ¶ Rñdeo dicendū, quod sicut in præcedenti articulo varie opinati sunt doctores circa gratiā, qbusdā dicentibus quod nō ita varie opinati sunt circa virtutes Adæ: dicunt. n. quidam, quod Adā in exordio suæ creationis non habuit virtutes gratuitas,

Primū arg. — Secundū ar. — Tertium ar. — Quartū ar — Opponitur contrariū. — Respondet Prima op.

gratuitas, oẽs authoritates quæ inducunt ad probandũ primo huiusmodi infuisse virtutes, exponũt de virtutibus naturalibus quæ in ipso propter integritatem humanæ naturæ excellentissimæ erant, sed hæc opinio non videtur conuenire authoritatibus multorum sanctorum, quæ expresse ponunt primum hominem in primo statu habuisse charitatem, & multa alia quæ non nisi extorte ad virtutes naturales possunt referri. Et ideo dimissa hac opin. dicendũ est cum alijs doctoribus ꝙ primus aliqualiter adornatus fuit omnibus virtutibus. Quæ conclusio probatur primo ex illo Eccle. 17. Deus de terra hominem, & post secundum se vestiuit eum virtute. ¶ Secundo patet ex illo Damasc. in 2. li. c. 12. fecit Deus hominem innocentem, rectum, virtuosum, sine solicitudine, sine tristitia; omni virtute decoratũ, omnibus donis ornatum. ergo cõclusio vera. ¶ Tertio ostẽditur veritas conclusionis iuxta S. Tho. ex dictis in præcedenti articulo. Dictum est enim ibi, quod talis erat rectitudo primi status, qđ ratio erat Deo subiecta. Inferiores vero vires rationi. virtutes vero nihil aliud sunt, quam perfectiones quædam, quibus ratio eleuatur in Deum, & inferiores vires disponuntur secundum regulam rationis, vt magis patebit cũ de virtutibus agetur. vnde rectitudo primi status exigebat, vt homo aliqualiter omnes virtutes haberet. Sed considerandum quod virtutum quædam sunt quę de sui ratione nullam imperfectionem importãt, vt charitas & iustitia, & huiusmodi virtutes fuerunt in statu innocẽtiæ simpliciter & quantum ad habitum. Quædam vero sunt, quæ in sui ratione imperfectionem important, vel ex parte materiæ, & si huiusmodi imperfectio non repugnat perfectioni primi status, huiusmodi virtutes potuerũt esse in primo statu, sicut fides, quæ est eorum, quæ non videntur, & spes quæ est eorum, quę non habẽtur. perfectio enim primi status non se extendebat ad hoc, vt videret Deum per essentiã vt haberet eum fruitione finalis beatitudinis. vnde & fides & spes esse poterant in primo statu, & quantum ad habitũ, & quãtum ad actũ. Si vero imperfectio quæ est de rõne virtutis alicuius repugnat imperfectioni primi status, poterãt huiusmodi virtutes esse ibi secundum habitum sed non secundum actum, vt patet de pœnitẽtia: quæ est dolor de peccato cõmisso, & de misericordia quæ est de miseria aliena, perfectioni enim primi status repugnat tam dolor, quam culpa, & miseria. vnde huiusmodi virtutes erant in primo homine ẽm habitum, & non secundum actum. Erat enim primus homo sic dispositus, vt si peccatum præcessisset doleret, & similiter si miseriam in alio videret eam si posset repelleret, sicut dicit Philosophus in 4. Ethicorum. ꝙ verecundia quæ est de turpi facto conuenit studioso solum sub conditione: est. n. sic dispositus, vt verecundaretur si turpe aliquid committat. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in contrarium. Ad primam dicendum, quod licet substantiæ separatæ quas Philosophus deos vocat, sicut Plato & Diony. huiusmodi virtutes cardinales non habeant secundum eosdem actus, secundum quod in nobis, habent tamẽ eminẽtiores eos actus, & præcipue ẽm quod consistunt eorum actus circa finem, & hoc modo in homine etiam ante statum peccati fortitudo & temperantia esse potuisset, vel dicendum ꝙ accidit temperantiæ, & fortitudini, ꝙ superabundantiam passionum repellat, inquantum inuenit passiones superabundantes in subiecto, sed per se conuenit virtutibus huiusmodi passiones moderare. ¶ Ad secundam respondetur, quod illæ passiones ad malũ ordinatæ repugnãt perfectioni primi status quæ habent respectum ad malum in ipso, qui afficitur passione, vti timor & dolor. Sed passiones quæ respiciũt malum in alio non repugnant perfectioni primi status. poterat. n. hõ in primo statu habere odio malitiam demonum, sicut & diligere bonitatem Dei, vnde & virtutes quæ circa tales passiones essent, possent eẽ in primo statu, & q̃tũ ad habitũ, & q̃tum ad actu. Quæ vero sunt passiones respiciẽtes malum in eodem subiecto, si circa huiusmodi solas passiones sint non poterant esse in primo statu secundum actum, sed solum secundum habitum. Sed sunt quædam virtutes, quæ sunt non solũ circa has passiones, sed etiam circa alias, sicut temperantia, quæ non solum est circa tristitias, sed etiam circa delectationes, & fortitudo quæ non solum est circa timores, sed etiam circa audaciam, & spem. vnde poterat esse in primo statu actus temperantiæ secundum quod est moderatiua delectationum, & similiter fortitudo, secundum ꝙ est moderatiua auda-

Secũda opi.

Damas.

S. Thom.

Ad primũ argu.

Ad secundũ

ciæ siue spei. Non autem ẽm ꝙ moderantur tristitiam & timorem. ¶ Ad tertiam patet respõsio ex his quæ dicta sunt in corpore quæstionis, ꝙ pœnitentia in primo homine fuit ẽm habitum & non secundum actum. ¶ Ad quartã respondetur negando consequentiam. Pro quo ẽm S. Tho. tam in Ad tertium

Ad quartũ.

3 scripto, quam in prima parte sciendum: † ꝙ perseuerantia dr̃ dupliciter. vno mõ est specialis virtus cuius actus est habere propositum in bono permanendi, & talem virtutem Adam habuit, & multi qui post corruerunt. Alio modo est quædam circunstantia consequens virtutes alias, & sic nõ ponit specialem virtutem, sed continuationem quandam virtutum vsque ad mortẽ, & sic Adam in primo statu perseuerantiam non habuit. Nec ex hoc sequitur, ꝙ aliqua virtute caruit pro eo tempore quo in gratia permansit. Concordat dominus Bonauentura in 2. dist. 39.

4 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur quod Adã in tempore innocentiæ Deum viderit per essentiam. ¶ Primo sic. ex eo ꝙ dicit beatus Ambro. ad Sabinum, & habetur in tex. præsentis literæ. ꝙ primus homo erat confabulator Dei assiduus, sanctorum com planta tus virtutibus. ergo videtur ꝙ Deũ viderit per essentiam. Maxime cũ dicat Hugo de sancto victore. ꝙ homo in statu illo cognoscebat creatorem suum ea cognitione, q̃ tunc per præsentiam contẽplationis manifestius cernebat. ¶ Secundo sic arguitur ex illo quod inquit Damascenus. homo in statu innocentiæ beatam & oĩum diuitẽ habuit vitã. sed beata vita vel beatitudo consistit in visione diuinæ essentiæ ergo videtur ꝙ primus homo tũc videbat Deum per essentiam. ¶ Tertio sic. super illo Genes. 2. misit Deus soporem in Adam. dicit glo. extasis quædam ad hoc intelligitur immissa, vt mens Adæ particeps angelicæ curiæ & intrans in sanctuarium Dei nouissima intelligeret, ex quo videtur ꝙ sopor ille raptus quidam fuit, sed illi qui rapiuntur Deum per essentiam vident, ergo & Adam. ¶ Quarto visio Dei ꝑ essentiam, est qua Deus videtur sine medio. sed homo in statu innocentiæ vidit Deum sine medio, vt dicit Magister sentẽtiarum in 1. di. 4. libri. ergo sequitur ꝙ primus homo vidit Deũ per essentiam. ¶ In oppositum arguitur primo ex dicto beati Augu. primo de trinitate, vbi dicit ꝙ Dei visio est tota merces sanctorum. sed constat quod Adã in statu innocentiæ totam mercedem beatitudinis sanctorũ nõ habuit, ergo sequitur etiam, ꝙ Deum per essentiam nõ viderit. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Tho. 2. sententiarũ di. 23. ꝙ Adam in statu innocentiæ non vidit Deum per essentiã, sed ꝙ modus quo Deum cognouit medius fuit inter cognitionem viæ, qua nunc Deum cognoscimus, & cognitionem patriæ qua sancti eum in gloria vidẽt. vnde ad huius euidentiam videndum est quot modis Deus possit

5 videri. † Sciendum est autem quod tripliciter videri potest, vno modo per suam essentiam. Alio modo per effectũ eius influentem in intellectu videntis, in quo diuina similitudo resultat. Huiusmodi exẽplũ in visione corporali inspici potest. Lux enim non videtur ab oculo per aliquam similitudinem in ipso relictam, sed per sui essentiam oculum informans, & huic comparatur primus modus visionis diuinæ, qui est per essentiam. & hic quidem modus ex conditione naturæ suæ nulli naturæ debetur, nisi diuinæ, in qua est idẽ sciens & scitum. Lapis videtur ab oculo corporali per similitudinem suam in ipso oculo relictam & huic cõparatur. Secundus modus qui est per effectum relictũ in intellectu videntis. Et hic quidem modus videndi conuenit angelo ẽm conditionem naturæ suæ, quod est similitudo luminis increati Deum videt, vultus autẽ hominis relucens in speculo ex quo resultat in pupilla, & huic cõparatur illa visio qua Deus videtur per effectum extra intellectum videntis, super effectum naturalem per cognitionem creaturarum naturali cognitione, qua philosophi in Deum peruenerũt, siue per effectum specialem, sicut est in visione fidei illius, qui adhæret his quæ alijs reuelata sunt per influentiam spiritualis luminis, & ideo dicimur nunc in speculo videre secundum Apostolum. Modus. n. iste competit huiusmodi secundum cõditionem suæ naturæ. quia intellectus noster nec seipsum intelligere potest. nisi per species rerum, quas apud se habet, quia per obiecta venit in cognitionẽ actuũ, & per actus in cognitionem potentiarum. Ad primum ergo modũ visionis qui soli Deo ex conditione naturæ suæ debetur, eleuatur angelus & homo per gloriam. vnde illa est visio beatorum, quã homo in primo statu non habuit.

Primum ar.

Hugo de scõ victore

Damasce

Secundũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Opponit in contrarii.

Respondet S. Thom.

Ad secundum

Ad secundum vero modum qui est naturalis ipsi angelo: & super naturam hominis eleuatur hō per gratiam, etiam post statum culpæ sicut in viris contemplatiuis patet. qui reuelationes diuinas mererentur, & multo amplius fuit in primo statu per gratiam originalis iustitiæ. ¶ Tertius autē modus est communiter viatorum, & post statum culpæ, vnde patet ꝙ modus quo Adā in primo statu Deum videbat medius est inter vtrunque. Concordat Albertus magnus, & dominus Bonauentura. vnde dominus Bonauentura in 3. dist. 23. dicit sic. Re uera cognitio primi status media est inter cognitionem status gloriæ, & status miseriæ, sicut locus paradisi medius est inter hanc vallem miseriæ, & patriā cælestem. Et quemadmodum paradisus terrestris plus se tenet cum terra, quam cum celo, sic Adę cognitio siue status innocentiæ plus conformis est cognitioni status præsentis quam futuri. vnde in solo statu gloriæ videbitur Deus immediate & in sua substantia. Ita quod nulla erit obscuritas in statu vero innocentiæ & naturæ lapsæ videtur Deus mediante speculo, sed differenter. quia in statu innocentiæ videbatur per speculū clarum, nulla enim erat in anima peccati nebula. in statu vero huius vitæ videtur per speculū obscurum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negādo consequentiam. Et ratio est quia Adam non dicitur confabulatus Deo per visionem diuinæ essentiæ. sed per spiritualem quandam contemplationem. Et ad id quod inducitur de Hugone respōdetur eodem modo. ꝙ præsentia contemplationis non nominetur ibi visio Dei per essentiam, sed spiritualis quædam contemplatio multo perfectior, quam hic habetur in via. ¶ Ad secundam respondetur negando consequētiam. qm̄ primus homo in paradiso non habuit illam beatitudinem, in quam transferendus erat, quæ in visione diuinæ essentię consistit, nec de tali loquitur Damascenus cum ait. primū hominem in paradiso beatā vitam habuisse. sed habuit vitam beatam, secundum quendam modum (vt Augu. dicit. 11. super Ge. ad literam) inquantum habebat integritatem & perfectionem quandam naturalem, quæ illi statui cōpetebat, sicut in statu misero dicuntur aliqui secundum quid beati, ratione alicuius perfectionis in eis existentis: vt Mat. 5. beati pauperes spiritu &c. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ Adam in illa extasi eleuatus fuit non ad ipsam diuinam essentiam videndam, sicut Paulus fuit in raptu, sed ad cognoscendum quædam profundiora de diuinis mysterijs, quæ supra communem modum humanæ cognitionis sibi tūc competebāt, & propter hoc dicitur fuisse particeps angelicæ curiæ. ¶ Ad quartam dicitur, quod Adam in primo statu dicitur Deum sine medio videre, non quia ipsum per essentiam viderit, sed quia non per mediū agnitionis ex creaturis sensibilibus procedens in agnitionis cognitionē eius veniebat, sed mediante affectu spirituali in intellectu eius resultante, sicut & Angeli in primo statu videbant, & ideo dicit ꝙ post peccatum necessaria fuerunt sacramentalia signa vt ex sensibus corporis homini spiritualia panderētur. Magister ergo non negat, quin per aliquam similitudinem creaturę quasi per medium Deus in statu innocentię videretur, sed quia non indigebat ad hoc medio visibilis creaturæ. ¶ Secundo respondetur ad prædictam rationem iuxta Albertum in secunda parte summę negando, ꝙ videre sine medio sit videre per speciem. Est. n. medium duplex. s. lumen impediens: & aliud lumen promouens. Magister cum dicit quod Adam vidit Deum sine medio, intelligit de medio, quod obstat videnti ne clare intelligat, & hoc est peccatum, & corruptio carnis, & sine hoc medio Adam vidit & cognouit Deum antequam peccaret. Est etiam mediū promouens sicut est fides, sapientia, & intellectus, & dona, & sine hoc medio Adam nō vidit Deum. quia expresse dicit magister ex verbis Augustini, quod vidit quadam interna aspiratione, qua Dei præsentia contemplabatur, hoc est in quo cognouit Deum esse præsentē non specie, sed signo. Hæc Albertus. Litera. ¶ [Adam in virilitate] .i. in ætate. 30.
6 annorum. Hu. † In hac autem ætate conuenienter creatus est. Tum primo quia tali ætati iam conuenit regere & dominari. Ipse autem creatus est, vt præesset ceteris creaturis Gen. 1. Secundo in tali ætate debuit creari, vt aptus esset ad prolem generandā, & fieret cum coniugio vna caro. Gen. 2. Tum tertio, vt apud diuinum præceptum excusationem non haberet transgressionis per iuuenilem ætatem [de latere eius.] Non de capite, ne domina videretur, nec de pede, ne ancilla putaretur. sed de latere, vt socia habetur. [In extasi]. In excessu mētis in supiora. [Angelicæ curiæ intererat] .i. facta fuit ei reuelatio, & data est ei scientia, quam habent angeli cœlestis curiæ. Hu. [Sacramenta rōnabiliter de hoc &c.] August. 9. super Gen. ad literam dicit ꝙ Adam in extasi fuit particeps cœlestis curię per diuinorum contemplationem. vnde euigilans ait. hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. & propterea relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. quod Apostolus dicit. s. magnum sacramētum esse in Christo, & ecclesia. vbi notandum. quod vt dicit Magister sentē
7 tiarum in 2. di. 20. † Non sine causa dormienti viro potius, quam vigilanti detracta est costa, de qua mulier in adiutorium generationis viro est formata. imo causa fuit, vt nullā in eo sensisse pœnam miraretur. & diuinæ simul potentię opus mirabile ostenderetur, qui hominis dormientis latus aperuit, nec eum tamen a quiete soporis excitauit. In quo etiam operis sacramentum Christi & ecclesiæ figuratum est. quia sicut fœmina de latere viri dormiētis formata est. Ita ecclesia formata est ex sacramentis, quæ de latere Christi in cruce dormientis profluxerunt. s. sanguis, & aqua, quibus redimimur a pœnis, abluimur a culpis. [De charitate] expresse magister Gratianus ostendit se esse opinionis illius quam superius diximus veriorem ac magis sanctorum authoritatibus conformē, videlicet quod Adam creatus fuit in gratia & charitate. [Aut odium] verū de validitudine huius rationis videtur dubitandum, quia si detur, quod Adam in puris naturalibus creatus sit iuxta opinionem aliquorū: & glossam huius capituli: Non sequitur: Nō fuit creatus in charitate. ergo in odio. Arguit quoque Gratianus sic. Si dicatur ꝙ odium, arguitur quod non, tripliciter, primo quia tunc sequeretur [quod non diabolus author fuisset nostri peccati] sed magis ipse Deus, qui ipsum Adam creasset in odio. ¶ Secundo quia sequeretur, quod eius similitudinem quæ attenditur quātum ad gratuita nō recepisset in creatione, contra illud Gen. 2. faciamus hominē ad &c. [ad imaginem] quo ad naturalia bona, [& similitudinem] quo ad gratuita. ¶ Tertio arguit, si charitatem nō habuit, tunc virtutes iustitiæ & innocentiæ non habuisset, cū virtutes sine charitate haberi non possint. Adam autem iustus & innocens creatus est, sicut patet per multas authoritates in litera positas: ergo &c. Hic latis videtur quod non dicit glos. hic verum, quæ dicit. quod celebrior est sententia dicentiū Adam non creatum in gratia. [Quomodo renouari.] Inducit consequenter aliam authoritatem August. [quomodo renouari dicuntur] dicit Apostolus ad Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ &c. qui creatus in iustitia & sanctitate. Renouamur autē per iustitiam iustificantem, siue gratiam, quam perdidit primus homo per culpam. & ita Aug. Adam creatus est in gratia. [Expoliate.] Inducit aliam authoritatem Aug. [expoliate] verba sunt Apostoli ad Colo. 3. [expoliantes veterem hominem] glos. i. habitum vitiorū cum actibus suis, vt nec actus peccati interdum assit. † Ho-
8 mo enim vetus nihil aliud est, quam vita vetus, quæ est in peccato: in qua secundum Adam viuitur. [Induentes habitum virtutum qui non caret actibus. [Nouum hominem] .i. rationalem mētem, qui nouus homo renouatur in agnitione fidei & per fidem. s. formatam charitatē [secūdū imaginem &c] .i. s̄m virtutes, quibus homo imitatur Deum. Hug. [hāc imaginem] .i. virtuosam imaginem perdidit homo per culpam. [Stola illa.] Illudit historię de filio prodigo cui pœnitenti & redeunti pater iussit dari primam stolam scilicet vestem charitatis & iustitiæ, quam per peccatū amiserat. quæ historia habetur Lucæ. 15. & supra distinct. 37. §. hinc etiam.

1 *Diabolus an sit princeps vitiorū, ita quod ex suggestione eius omnia peccata oriantur.*



RInceps vitiorum &c. Hic ponit aliā authoritatem eiusdem Augus. in homilia. 11.
1 ¶ Pro cuius pleniori intelligentia. Quæritur vtrum verum sit quod diabolus princeps sit vitiorū, ita vt ex suggestione eius omnia peccata hominum oriantur. Et arguitur ꝙ sic ex præsenti litera. ¶ In oppositum est vero beatus Aug. qui in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicit. quod non omnes cogitationes malæ a diabolo excitantur. ¶ Respōdeo dicendū iuxta S. Tho.

Albertus Bonauent. — Ad primū argu. — Ad secundū — Ad tertium — Ad quartū. — Albertus — Exponit literam. — Hugu. — Magister sentētiarū — Quæstio. — Opponit in cōtrarium

S.Tho.in prima parte, ꝙ diabolus occasionaliter est causa omnium malorum nostrorum: inquantum.s.induxit primum hominem ad peccandum, per cuius peccatum vitiata est humana natura: vt omnes simus ad peccandum procliues. directe autem non est causa omnium peccatorũ humanorum, ita ꝙ singula peccata persuadeat. quod Orige. probat ex hoc, quod etiam si diabolus nõ esset, homines haberent appetitum cibi, & venereorum, & similium. qui posset esse inordinatus: in ratione ordinaretur ꝙ subiacet libero arbitrio, hæc S.Tho.ſm quæ satis apparet qualiter diabolus princeps.i.author & causa potest dici omnium vitiorũ, nostrorum & qualiter nõ. Litera.¶[Princeps] quia fuit initium & origo peccati, secundum illud Sapientiæ.2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. vel princeps: quia caput est omnium vitiosorum, vel malorum, ſm illud Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ [primos parentes].s.Adam & Euam [spoliauit] aperte loquitur de charitate virtute, & non naturali dilectione. quia naturaliter non fuerunt spoliati, sed vulnerati. Hu.[Ac peremit] quia inde mortalis factus est, dicente Apostolo ad Ro.5. per vnũ hominem intrauit peccatum in mũdũ, & per peccatũ mors. [Subiugauit] Io.8. qui facit peccatum seruus est peccati.

S.Thom. Exponit literam.


Vando Adam solus. Sequitur alia authoritas, quæ est Ambrosij.¶[Solus erat] sine vxore & filijs. [Non est] Gen.1.& 2. [Adhærebat Deo] per charitatem, & fidem, & ita Adam ante peccatum habebat charitatem. quod est principale quod intenditur.


Exponit literam.


Rimus homo. Sequitur alia authoritas eiusdem in hexameron.i.libro sex dierum. ¶[Confabulator angelorum] quia eorum colloquio frequẽter fruebatur. Hu. vel fabulator Dei per excellentem contemplationem, de illo frequenter cogitando, propter singularitatem visionis diuinæ qua tunc fruebatur, de qua & supra disputauimus [cõplãtatus virtutibus] & ita habuit Adã ꝑ cõsequẽs charitatẽ ante peccatũ.


Exponit literam.


Lla anima. Sequitur alia authoritas eiusdem Ambros. ad idem. vnde non dicit verum glossator dicens. ꝙ sunt verba Apostoli ad Hebr.¶[Diuinæ operationis].i. virtutum, quas solus Deus operatur in nobis.¶[Splendor est gloriæ & paternæ imago substantiæ].s.per imitationẽ. Ista enim verba bene sunt Apostoli ad Hebr.1. de filio Dei naturali, sed nõ prima. vere ergo depicta a Deo patre dicitur anima illa, in qua per imitationem relucet imago filij sui benedicti, per virtutum relucentiam. ad Rom.2. quos prædestinauit conformes fieri imagini filij sui. & ſm hanc imaginem].i. imitationem virtutum [pictura facta] sine dubio præti osa est [depictus fuit Adam] & ita charitatem habuit ante peccatum quod est propositum.

Exponit literam.


Imilem Dei esse. Sequitur alia authoritas eiusdem Ambrosij in libro de fuga seculi.¶[Similem Dei esse] quo ad gratuita [est habere iustitiam] ex hoc implicite arguit Gratianus sic. Sed sic est, ꝙ Adam vt habetur Gen.1. factus est ad imaginem Dei.s. quantum ad naturalia, vt est glo. Aug. videlicet secundum memoriam intelligentiam, & voluntatem, & ad similitudinem quãtum ad gratuita, scilicet virtutes, ergo sequitur quod Adã creatus fuit in charitate quod est propositum.

Exponit literam.


Apiens. Sequitur alia authoritas eiusdem in libro de vita beata.¶[Sapiens nũquam inanis est].i. vacuus cum ad sapientem in principio metaphysicæ pertineat considerare causam altissimam, per quam de alijs certissime iudicatur, & ſm quam omnia ordinare oportet. Causa autem altissima dupliciter accipi potest: vel simpliciter vel in aliquo genere. Ille ergo qui cognoscit causam altissimam in aliquo genere, & per eam potest de omnibus quæ sunt illius generis iudicare, & ordinare, dicitur sapiens in illo genere, vt in medicina, vel in architectura ſm illud.1.Cor.3. vt sapiens architectus fundamentum posui. Ille autem qui cognoscit causam altissimã simpliciter, qui Deus est, dicitur sapiens simpliciter, inquantũ per regulas diuinas omnia potest iudicare, & ordinare. huiusmodi autem iudicium homo consequitur per spiritum sanctum ſm illud.1. Corin.2. spiritualis homo iudicat omnia. quia sicut ibidem dr̃. quod spiritus etiam omnia scrutatur etiam profunda Dei. vbi autem est apud sapientem tanta iudicij authoritas recte dicitur, ꝙ nunquam inanis est.i. vacuus. vnde prouerb.8. dicit sapien. mecum sunt diuitiæ & gloria [Amicti prudẽtia] sapientia enim quæ est vt inquit Augu. diuinarum rerum cognitio (vt dictum est) importat quandam rectitudinem iudicij circa diuina aspicienda, & consulenda, semper sapiens necessario habet secum amictũ prudentiæ, quæ vt dicit Augu. in libro 83.q. est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum. vnde sapientiæ.8. scribitur sobr etatem & prudentiam docet, iustitiam, & virtutem. Et prouer.17. dicitur. In facie prudentis lucet sapientia. [Qui potest dicere illud.] psal. Sacerdotes tui induantur iustitia. psal.131. Et illud Iob.29. Iustitia indutus sum, & vestiuit me sicut vestimentum [velamina].s. vestes mentis ſm illud Apostoli. Col.2. Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti, viscera misericordiæ benignitatem, humilitatẽ, modestiam, patientiam &c. [quæ].s. dona gratuita [nemo potest auferre] supra.32.q.5. de pudicitia. His autem ornamẽtis Adam ante peccatum indutus fuit sed ꝓpria culpa spoliatus [Nudus].s. virtutibus inuentus est Gen.3.

Augustin.


T cognouerunt. Sequitur alia authoritas eiusdẽ in libro &c. Adã quamuis ante peccatum vestibus corporalibus nudus esset, quia non erãt ei necessariæ. Nec ad tegendum, cum nuditas tunc erubescibilis non esset nec ad defensionẽ cum nulla molestia ei ab extrinseco nocere posset, nihilominus indumentis spiritualium virtutũ indutus erat, sicut dictum est, & ab istis spoliatus per peccatum ait. Abscondi me, eo quod nudus essem.¶[Vt cognouerũt se esse nudos].i. senserunt nuditatem suam confusibilem, & erubescibilẽ [& si ante quidem nudi essent] non tamen confundebãtur. Non quia nuditas sua eis esset incognita, sed quia turpis nuditas nondum erat, quia libido membra illa nondum præterationis arbitrium commouebat: inquit Augu. [sed non sine virtutum tegumento].s. erat ante peccatum. Et ita cõcludit principale, ꝙ Adã habuit charitatẽ ante peccatum.

Exponit literam. Augustin.

Opponitur. Gratianus prosequendo argumenta contra opinionem dicentium, quod charitas semel habita deperdi non possit, facit vltimam rationem, pro hac parte sumptam ex via cõmuni omniũ patrum, qui de hac materia loquuntur, authoritate quæ est. ꝙ Adam si permansisset vt erat ante peccatũ, translatus fuisset cum omni sua posteritate in gloriam sanctorum, sed ad illam nullus transfertur sine charitate: ergo principale propositum.¶[Omnis].i. qui de hac materia loquitur Simile. 16.q.1. quicquid. vel omnis.i. nulla nega. [Clamat] clamare dicitur ex quo non contradicitur. ff. de vsufruc. ac.l.1.§. vlt. ergo necessario dicendum videtur, ꝙ Adam charitatem habuit antequam peccaret.

Exponit literam.

1 *Moyses an veniat commendandus de homicidio.*

Item opponitur. Postquam magister Gratianus per multas authoritates ostendit, ꝙ charitas semel habita amitti potest. Nunc hoc ostendit per exempla plura.s. de Moyse, & Aaron, & Dauid qui cum primo essent boni, & charitatem haberent, tamẽ postea per peccatum amiserunt eã. Et potest diuidi in tres partes secundum ista tria exempla.2.ibi, an non charitatem habebat Aaron.3.ibi: nunquã & Dauid. Litera.¶[De Moyse] ad Hebr.11. Primum in quo dicit Moysem commendatũ esse ab Apostolo [ꝙ negat se esse filiũ filiæ Pharaonis] tãgitur hæc historia Exo.2. filia.n. Pharaonis de fiscella scyrpea Moysem in quo mater illum posuerat suscipiens, fecit eum nutriti, tandem eum adoptauit in filium. Ipse autem negauit se filium eius. Non quidem verbo inquit S.Tho. super epistolam ad Hebreos, sed facto. quia contra voluntatem regis interfecit AEgyptium, qui lædebat Hebreum. & hoc est quod dicit Apostolus. ꝙ grãdis effectus per fidẽ negauit se esse filium filię Pharaonis. Quo autem affectu hoc fecit ostendit cum subdit. [Malens cum fratribus &c. Iocunditate carnali temporalis].i. transitorij solatij. In Apostolo habetur peccati. peccatum.n. esse putauit a se lætari in aula regis, dum fratres sui affligerentur [dum fratri].i. hebreo [AEgyptiũ sabulo obruit].i.a se interfectum abscondit. Cuius historia tangitur Exodi.2. ꝙ Moyses quadam die vidit vnum Egyptium percutientem quendam de hebreis: & secrete

Diuisio. Exponit literam.

secrete percussit Egyptium, & sabulo abscondit: Sed hic
Quæstio. 1 surgit quæstio.¶ †Vtrũ Moyses de hoc homicidio veniat commendandus sicut videtur hic Gratianus commẽdare.
Opponit in contrarũ. Et videtur ꝙ sic ex litera præsenti.¶ In oppositum arguitur sic. Nullus venit commendandus in eo, ꝙ peccauit. sed Moyses peccauit in eo, ꝙ interfecit Aegyptiũ cum ad hoc non haberet potestatem. ergo de hoc non videtur commẽ
Respondet. dandus.¶Respondeo quidquid videatur dicere Gratianus quia in multis non videtur nobis bene dicere. dicendum. ꝙ Moyses in hoc non venit commendandus tanquam de re iuste facta, nec Apostolus de hoc eum commendat. Et ratio est, quæ tacta est in arguẽdo quia in hoc peccauit Moyses, sicut & Petrus percutiendo quando gladio auriculam abscidit seruo pontificis, de quo habetur Io. 18. de quo beatus Aug. in libro contra Faustum vt magister Alexãder de
Augustin. Ale. de Ha. Hal. in 3. ita loquitur. Ille vtitur gladio, qui nulla superiore ac legitima potestate iubente vel concedente in sanguinẽ alicuius armatur, nam vtique dominus iusserat, vt ferrum discipuli eius ferrẽt, sed non iusserat vt ferirent. quid ergo incõgruum est, si Petrus post hoc peccatum factus est pastor ecclesiæ, sicut Moyses post percussum Egyptiũ factus est, rector vnius synagogæ. vterque enim nõ detestabili immanitate, sed emendabili animositate iustitiæ regulã excessit, vterque odio improbitatis alienæ, sed ille fraternæ, iste dominicæ. hæc ille. [dum veritus]. i. timens [animositatem]. i. indignationem regis Egyptiorum, Egyptum reliquit, & moratus est in terra Madian, vbi accepit Sephoram filiã Ietro in vxorem, & ex ea habuit duos filios. Exod. 2.¶ Sed qd
Opponit in cõtrarium. S. Thom. dicendum est ꝙ in Apostolo habetur. Non veritus. Respõdetur iuxta S. Thom. super epistolam ad hebr. ꝙ litera ista Gratiani intelligatur de primo exitu ab Egypto interfecto Egyptio. quia tũc vere timuit sicut habetur expresse Exo. 2. vbi dicitur. timuit Moyses, & ait. quomodo palam factũ est verbum istud &c. litera vero Apostoli referatur ad secundum exitum, qñ reliquit Egyptum educens filios Israel, vt ait gl. [dum diem contempsit] quia vt patet Exo. 4. furorẽ regis non expauit, sed confidẽs in domino in Egyptum est reuersus [vt virtute signorum] id est miraculorum populũ educeret de seruitute illa [viriditatis] verba sunt Grego. super euangelia homilia. 27.

1 *Petitio Moysi dele me & c. an fuerit conueniens.*
2 *Charitas semel habita amitti potest.*

Quomodo. Procedit magister Gratianus alijs rationibus ad probandum ꝙ Moyses charitatem habuerit. Et primo per illud Exo. 33.¶[Loque
Exponit literam. batur autem Deus Moysi facie ad faciem]. i. valde familiariter, sicut solet loqui ad homo ad amicum suum. vbi dicit vna glo. secundum opinionem populi loquitur scriptura, qui putabat Moysem ore ad os loqui cum Deo, cũ per subiectam creaturam. i. per nubem, & angelum ei loqueretur, & appareret. [Quomõ] item probat ꝙ Moyses charitatem habuit per hoc, quod legitur Exod. 32. ꝙ rogauit Moyses dominum pro populo dicens [aut dimitte eis hanc noxam aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti] pro hu
Quæstio. ius verbi intelligentia. Quæritur †vtrum petitio ista Moysi fuerit conueniens. Et videtur ꝙ non. quia si accipiatur scripsisti simpliciter in libro vitæ eo modo, quo prædestinati scripti dicuntur in notitia diuina, & præordinati ad vitam æternam per Dei prædestinationem sic impossibilis est deletio de libro vitæ super impossibile autem non cadit appetitus, neque per consequens petitio, & ita petitio Moysi si hoc modo præcessisset fuit incõueniens. Si vero accipiatur deleri de libro vitæ, ẽm quid, secundum præsentem. s. iustitiam, quia existentes in gratia ex hoc sunt digni vita æterna, & ad eam ordinati ẽm dispositionẽ, quæ actu in eis est deleri hoc modo de libro vitæ nõ est nisi per peccatũ mortale, per qđ caditur a gratia, & si petitio fuisset: vt hoc modo deleretur de libro vitæ elegisset offendere Deum ꝑ peccatum mortale, nisi peccatum populi remitteret, quod est inconueniens, cum sit contra charitatem. ergo videtur ꝙ petitio Moysi fuit incõueniens. ¶In oppositum arguitur
Opponit in cõtrarium. ex litera præsentia tex. In qua Gratianus commẽdat Moysen in hoc, quod non fecisset, si in hac petitione Moyses pec
Respondet. casset.¶Respondeo dicẽdum, dicunt quidam, quod Moyses hoc dixit ex impetu passionis. non ex deliberatione rationis. sed hoc non videtur conuenienter dictum. quia sequeretur, quod Moyses accessisset ad loquendum cum Deo, vbi requiritur tranquilitas mentis passionibus perturbatis. Ideo aliter dicit Aug. ꝙ Moyses hoc dicit ex confidẽ August. tia, & familiaritate diuina, vt sit sensus, sicut certus sum, ꝙ non delebis me de libro tuo, ita peto, ꝙ certifices me, ꝙ remittas noxam istam populo. hæc autem expositio quia videtur aliqualiter extranea in litera. ideo aliter potest dici. ꝙ verbum Moysi prædictum est ipsius rationis proponentis dispositionem partis inferioris animæ, licet non esset ita in voluntate rationem superiorem sequente. Sicut saluator petiuit transferri calicem passionis ab eo, licet simpliciter vellet pati: ita Moyses volens ostendere magnum affectum ad remissionem peccati populi dixit. aut dele me &c. licet simpliciter nullo modo vellet deleri. Et hoc modo contingit in humanis, ꝙ aliquis petens ab alio cum magno desiderio dicit, aut facias hoc, aut auferas mihi vitam, licet magis vellet carere non solum illo quod fecit, sed etiam multis alijs quam vita. Et tali modo loquẽdi qui dicitur hyperbolicus vtitur frequenter scriptura sacra. Nec est ibi falsitas quia talibus locutionibus vtitur non ad designãdum illud quod per locutionem importatur quantum ad plenum significatũ, sicut Iudicum. 20. dicitur de filijs Beniamin, ꝙ fundis ita ad certum iaciebant locum, vt capillum possent percutere, vt nequaquam in alteram partem ictus deferretur lapidis. per quod intelligitur, quod erant fundibularij boni notabiliter & non plus. Item probat ex alio [aut non diligebat Deum qui pro eo.] Historia ponitur Exo. 32. vbi in glo. dicit August. Aduertendum vero quantum malum in illo peccato prospexit Moyses, ꝙ tanta credidit expiandum, qui eos sic diligebat, vt pro eis illa verba funderet. s. aut dimitte. [an non] Item probat ex alio loco [de cuius spiritu] historia habetur Numeri. 11. vbi Moyses cum multũ vexaretur a populo Israel ait ad dominum. Non possum sustinere omnem hunc populum, quoniam grauis mihi est, sin autem tibi videtur obsecro vt interficias me, & inueniã gratiã in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Et dixit dominus ad Moysem cõgreg. 70. viros de senioribus Israel, quos tu nosti ꝙ senes populi sint ac magistri ac duces omnes ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum vt descẽdam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradã quæ eis. vbi notandum vt dicit glo. non est intelligendum quasi materialem & corporalem substantiam in 70. portiones secuerit, & vnicuique particulam dederit. impium. n. est hoc intelligere de natura spiritus sancti: sed spiritus qui erat in Moyse quasi lucerna luminis clarissimi fuit, ex qua. 70. accẽdi ad quos principalis luminis splẽdor aduenit, & origo ipsius nihil damni ex deriuatione accepit. [de cuius spiritu] . i. gratia [posuit] faciendo eos prudentes, & peritos, ad similitudinem Moysi, vt scirent regere populum cum Moyses solus iam non sufficeret [Qui tamen ad aquas] Hic inducit magister Gratianus alteram præmissarum ad concludendum principale propositum. prima fuit, ꝙ Moyses habuit charitatem quam iam multipliciter probauit. altera est ꝙ Moyses grauiter peccauit quam nunc probare intendit. Ex
2 quibus manifeste sequitur. †ꝙ charitas semel habita amitti potest. peccauit. n. Moyses peccato incredulitatis, & diffi a¶Qđ charitas. Quid sit charitas vide Pet. de Anch. in c. maiores. n. 4. de baptis. dentiæ de Dei potentia. ꝙ petra daret aquã dicens Nume. 20. Num aquam de petra eijcere poterimus? quorum peccatum Deus exprobans ait, quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis: hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dominum, & sanctificatus est eis. vbi glo. dicit hic Moyses dominum offendit, & prohibetur iordanem transire. turbatus enim murmure populi dubitanter petram virga percussit, quasi non posset Deus aquã de petra educe. quod fecerat ante. [Excrepuit] . i. extra rationem peccauit. quoniam peccatum extra rationem est vt dicit beatus Dionysius [nulli leue] pœnæ. n. grauitas ostendit grauem fuisse culpam. [quia non exaudistis vocem meam]. id est quia non credistis voci meæ. [glorificaretis] id est gloriosum ostenderetis.

An non charitatem. Hic prosequitur Gratianus propositũ principale. videlicet. quod charitas semel habita amitti possit per exemplum de Aaron, quem primo charitatem habuisse, & nihilominus post peccasse.¶[Aaron] ipse quidem Aaron probatur habuisse charitatem, cum a domino electus & coadiutor datus est ipsi Moysi, vt educeret populum de AEgypto. de quo habetur Exo. 4. vbi ita dominus ad Moysem ait.

ſem ait. Aaron frater tuus leuites ſcio ꝙ eloquens ſit, ecce
egredietur ipſe in occurſum tuum, videns te lætabitur cor
de, loquere ad eũ: & pone verba mea in ore eius: & ego ero
in ore tuo, & in ore illius, vt oſtendam vobis quid agere de
beatis, ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum. pa
tet ergo ꝙ Aron habuerit charitatem, qui ſic a domino eſt
electus ad officiũ charitatis. [vt os eius eſſet]. i. loqueretur
per eum ad populum [qui tamen in cultura vitali cõſenſum
adhibuit] vnde Moyſes ad Aaron Exod. 23. quid tibi fecit
hic populus, vt induceres ſuper eum peccatũ maximum.
debuiſſet. n. Aaron ante mortem ſuſtinere, quam conſenti
re populo, vt idolatraret, & ita Aaron peccauit. Ex quo pa-
tet. ꝙ charitas ſemel habita poteſt amitti per peccatum ꝙ
eſt principale propoſitum. [an non charitatem quando ex
omni multitudine filiorum Iſrael ſolus] probat, ꝙ Aaron
charitatem habuit ex alio, videlicet ex eo, ꝙ a domino ſin
gulariter electus eſt vt ſacerdotio domini fungeretur: vt pa
tet Exo. 28. & Nume. 17. Deus enim ad tantum pontifica
tus officium non elegiſſet Aaron: ſi bonus & ſanctus non
fuiſſet, vt Numer. 16. quemcunque elegerit dominus, ipſe
erit ſanctus. & Numer. 17. quem elegero germinabit virga
eius, [an non quando pro populo] conſequenter probat, ꝙ
Aaron charitatem habuit. magnæ charitatis opus Aarõ di
citur feciſſe, quando Nume. 17. ſtans inter mortuos & viuẽ
tes quos ita Dei plaga vaſtabat per incendium obtulit thi-
miama, & ſtans inter mortuos & viuentes dominum pro
populo deprecatur, & iram Dei placauit, & tamen vt præ-
miſſum eſt ad aquas contradictionis & ita peccauit, & per
conſequens charitatem amiſit & ſic per exemplum patet
de Aaron quod charitas ſemel habita poteſt amitti.

1 *Peccatum ſæpe iudicatur grauius vel leuius ex pœna.*

Nunquid & Dauid. Proſequitur Gratianus ad probandum. ꝙ cha-
ritas ſemel habita poteſt amitti argumento ſumpto ex Da-
uid, qui charitatem habuit, & eã per peccatum amiſit. Qđ
vero Dauid charitatem habuerit multipliciter probat: pri-
mo ex eo, quod charitatem habuit, quando ſpiritus domini
ſuper eum directus eſt a die vnctionis primæ. ſ. factę per Sa
muelem. vnde. 1. Regum. 6. dicitur. tulit Samuel cornu olei
& vnxit eum in medio fratrum, & directus eſt ſpiritus do-
mini a die illa in Dauid. Quæ directio ſpiritus ſancti in eũ
accipienda eſt etiam quo ad gratiam inhabitantem, & ſolũ
quo ad ſpiritum prophetãdi, quod probatur per hoc ꝙ ait.
j. Regum. 13. Inueni hominem ſm cor meum. i. beneplaci-
tum meum. [Quomodo] probat ex alio, videlicet ex eo, ꝙ
quærenti Sauli animam ſuam [pepercit]. id eſt. 1. Regum.
24. [Quomodo] ꝓbat ea alio, videlicet ꝙ mortem inimici
ſui[a] Saulis grauiſsime tulit. vnde Dauid in hoc impleuit ꝓ-
ceptum dominicum Matthei. 5. diligite inimicos veſtros.
[Quomodo] ꝓbat ex alio, videlicet quod legitur. 2. Regũ.
21. ꝙ Dauid exiſtens in præſidio deſiderauit aquam de la-
cu: & ait. ſi quis daret mihi potum aquæ de ciſterna quæ eſt
in Betheelem iuxta portam. irruperunt ergo tres viri for-
tes caſtra philiſtinorũ: & hauſerunt de ciſterna, & attulerũt
ad Dauid, & ille noluit bibere, ſed libauit eam domino di-
cens. propitius eſto mihi domine ne faciam hoc. Non ſan-
guinem iſtorum qui profecti ſunt & animarum periculum
bibã. Noluit bibere. in quo charitas. Dauid patet. [Quomo
do] probat ex alio, videlicet ꝙ pſallebat, & exultabat in re-
uerentia domini ante arcam, licet irriſus eſſet ad filia Saulis.
Hiſtoria habetur. 2. Reg, 6. dicens poſt multa, viuit domi-
nus, quia ludam ante dominum, qui elegit me potius quã
patrem tuum, quod omnem domum eius, & præcepit mi
hi, vt eſſem dux ſuper populum domui Iſrael, & ludam, &
vilior fiam plus, quam factus ſuum, & ero humilis in oculis
meis, ex quibus bene apparet ꝙ charitatem Dauid habuit
[Si charitatem] probat idem ex alio videlicet ex illo Pſal. 7.
Si reddidi retribuentibus mihi mala. hoc. n. magnę charita
tis eſt. ſ. non reddere malum pro malo. Matt. 5. Ego autem
dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos
oderunt &c. [decidam] a ſublimitate virtutum [ab inimicis
meis] ſuperatus & victus inanis factus [Si charitatem] pro-
bat ex alio loco: videlicet ex illo. pſal. 7. [iudica me Deus ſm
iuſtitiã &c.] Dauid. n. conſcius de ſua iuſtitia perfecta, ſm
eam petiuit a domino iudicari dicens [iudica ſm iuſtitiã]
quæ eſt in bonis faciendis. [& ſm innocentiam ſuper me]
glo. quia ſine malo ſum. quia non reddidi retribuentibus

a ¶ Inimici ſui. adde ꝙ inimicus nõ ſolũ dr̄ qui me offendit ſed qui cũ eo habitat cohabitatione aſſidua. Per. de Anc. in ca. repellatur. nu. 1. de accuſa.

mihi mala, vel ſuper me. glo. quia iuſtitia & innocẽtia ſunt
ſuper me. quia a Deo ſunt, non a me. [Eſt tamen poſt tot]
hic oſtendit, ꝙ grauiter peccauit, & per conſequens chari-
tatem amiſit, peccauit. n. 2. Reg. 11. qñ cum Betzabee vxo-
re Vriæ adulterium commiſit. & Vriam occidi fecit, & ſic
adulterium & homicidium quæ ſunt grauia peccata mor-
talia commiſit. Sed poſtea ad increpationem prophetæ Na
tham pœnitẽtiam egit veram. vnde dominus ei peccatum
remiſit. Quod vero iſta pœnitentia quæ in ſe includit verã
cordis cõtritionem non ſine charitate fuerit, probat ex eo
ꝙ ſacrificium, cordis contribulati & ſpiritus contribulati,
dicitur promiſiſſe domino pſal. 50. quoniam ſi voluiſſes ſa-
crificium dediſſem, vtique holocauſtis non delectaberis. Sa
crificium Deo ſpiritus contribulatus &c. [Item cum falſe]
iterum probat, ꝙ pœnitentia Dauid fuerit vera, & non fal-
ſa, & per conſequens cum charitate: quia [falſæ pœnitentiæ
nulla a Deo promittitur remiſsio] promiſſa autem & data
fuit Dauid. ergo eius pœnitentia fuit vera. vnde ſequitur
[dimiſſum eſt peccatum tuum] Euidenter apparet quod
Dauid habuit charitatem, & poſtea peccauit, & ita charitas
ſemel habita poteſt amitti. conſequenter ad confirmatio-
nem eius, quod dixerat de Dauid: inducit authoritatẽ bea-
ti Ambroſij in libro de Iſaac, & anima. [fugerat. adhęrebat
Deo]. ſ. per charitatem, ſm ꝙ ipſe ait in pſal. 62. Adhęſit ani
ma mea poſt te. [Et tamen in populi ſuperbia numeratio-
ne] de qua. 2. reg. 24. [ipſius delicti pœnam] Ex illo. 2. pecca
1 to mortui ſunt ex diuina vindicta. 70. millia virorum. † Sępe
. n. ex pœna indicatur peccatum grauius vel leuius. vt. 24. q.
1. Non offeramus. [Item ſm hanc ſententiam &c.] aliqui di
cũt hanc eſſe ſecundam partem. §. non eſt mirum. vbi for-
tificat cõcluſionem principalem, quam per multas autho-
ritates & exẽpla a præfato. §. diffuſe probauit. probauit er-
go. ꝙ charitas ſemel habita deſeri & amitti poſsit. qa alias
ſequeretur abſurditas, ſiue maximum incõueniens. Abſur-
ditas autẽ quæ ſequeretur eſt, quia ſi ſm hãc hereticorũ ſen
tentiam verum ſit, ꝙ charitas ſemel habita amitti non poſ
ſit. Sequitur ꝙ qui criminaliter delinquit, veram peccato-
rum remiſſionem in baptiſmo non ſit conſecutus, ſiue in
annis infantiæ, ſiue adultus ad baptiſma acceſſerit. patet cõ
ſequentia, quia ſm illam ſententiam. quia ex quo peccauit
ante Dei amorem non habuit, ſine quo nemo inuenit gra-
tiam. ꝙ eſt abſurdum, imo ad hoc ſequeretur ſm hæreſim
illam Iouiniani. ꝙ qui criminaliter peccat nunquam prius
ex aqua & ſpiritu ſancto fuerit baptizatus. quod eſt abſur-
dum: & hoc eſt quod ſequitur [ſi vere &c.] plana ſunt [Qui
finem] inducit duas authoritates beati Ioã. quibus videtur
iuuari ꝑfata opinio. prima ibi, omnis. ſunt verba beati Io. 1.
Secunda authoritas eſt ibi, in fine epiſtolæ. ſcilicet primæ.
j. Io. 5. omnis qui natus eſt.

1 *Demones qualiter dicantur credere.*
2 *Diabolus qualiter dicatur princeps mundi.*



SI enim. Hic Gratianus inducit verba Hie
ro. contra Iouinianum ad oſtendẽ
dum, ꝙ opinio pręfata ſit falſa: & erronea, ab-
ſque eo ꝙ authoritates inductæ beati Ioan. in
nullo fauent illi. Et poteſt iuxta glo. diuidi in
tres partes. In prima Hiero. oſtendit: ꝙ illa au Diuiſio.
thoritas Io. Omnis qui natus eſt ex Deo non peccat. Non
intelligenda eſt, ꝙ poſtquam aliquis recepit gratiam, & ha
buit charitatem: peccare non poſſet, & probat deducendo
ad inconueniens per multa. Eſt ergo intelligẽda illa autho
ritas: qui natus eſt ex Deo nõ peccat. ſ. donec perſeuerat in
ea, vt coniunctim intelligatur. Secundo procedit circa ea-
dem verba Io. oſtendens eiuſdem apoſtoli authoritate, &
Iacobi, & Pauli, ꝙ quilibet peccare poteſt etiam. ſ. bonus.
Secundo oſtẽdit idẽ exẽplariter. multis. ſ. exẽplis Dauid,
Salomonis &c. ſecunda ibi, ex quibus liquido tertia ibi: cæ- Exponit li-
terum quis ignorat. Arguit ergo beatus Hiero. contra Io- teram.
uinianũ & ex verbis met Apoſtoli: quem inducit eliminat
errorem eius. virtus argumenti ſtat in hoc, quia vbi eſt im
poſsibilitas ad peccandum, nõ eſt neceſſaria cuſtodia a pec-
cato, ſed Io. Apoſtolus hortatur fideles baptizatos vt cuſto
diant ſe a peccatis dicẽs. Filioli cuſtodite vos a ſimulachris.
id eſt ab idolis: & peccatis: ergo &c. litera eſt plana [In eadẽ
epiſtola ſi dixerimus mendacem facimus eum] qui per pro
phetam & apoſtolum dicit omnis homo mendax. [Eſtimo
ꝙ beatus Ioannes Baptizatus eſt] verba ſunt Hieron. idem
credendum.

August. credendum est de alijs apostolis, quod fuerunt baptizati vt scribit Aug. in epistola ad Selentium inquirentem. vtrū Petrus fuerit baptizatus,& dicit ꝙ sic,& ceteri apostoli. ar. de con. di. 4. qñ suos. [Ad baptizatos] Ioan. quidem hoc scribit eis. quos filios vocat renatos ex spiritu sancto: & ita ad baptizatos scribit [Ex diabolo]. s. per imitationem non per suggestionem. Hug. Et tangitur in gl. & nos superius in hac distinctione aliquid diximus de hoc. [Quid ergo contraria minime] quia vbi contrarietas, ibi falsum, cum duo contraria simul nō possunt esse vera. scriptura autem sancta cum sit a prima veritate falsum cōtinere non potest. [Quod] cōsequenter ostendit dicens. [In eodem quippe vt non peccetis] Ecce manifeste beatus Io. hortatur eos q ex Deo nati sunt vt non peccent: & si quis peccauerit] Aduocatum habemus] ergo ex mente Io. habetur. quod charitas semel habita amitti potest: & per pœnitentiam recuperari. [Item.] idem ostenditur ex sequentibus verbis apostoli. [qui dicit se Deum nosse] per dilectionem, siue notitia affectiua [& veritas]. i. Christus. [non est] per inhabitatem gratiam. [Sicut ipse ambulauit]. s. in via virtutum: iustitiæ: charitatis, & patientiæ. [viæ eius viæ pulchræ] Prouer. 3. & ipse ambulare pro modulo suo. Io. 12. [qui mihi ministrat, me sequatur] imo hic beatus Hie. videt aperire qualiter verba beati Ioānis intelligenda sunt. Et videtur, ꝙ velit dicere. ꝙ intelligēda sunt per compositionem. s. vt quis moretur in sanctitate pcepta & in generatione Dei perseueret: & peccet mortaliter, est impossibile. Et hoc quasi idem est quod beatus S.Thom. Tho. respondens in 4. scripto ad hanc authoritatē dicit sic. ꝙ hoc intelligendum est, si velit vti gratia, per quam filius Dei est. per eam. n. potest resistere [Nō possunt] assignatur ratio, cum sequitur [quæ. n. est communicatio lucis ad tenebras &c.] 2. Cor. 6. [Si suscipimus Christum] per gratiam [illico fugamus diabolū] si peccauerimus: & ingressus fuerit diabolus per culpam protinus Christus recedit. non. n. est Augustin. conuentio Christi ad Belial. 2. Cori. 6. [vnde & Dauid] psa. 50. redde mihi lætitiam salutaris tui. i. Christi inquit gl. per fidem cuius & priores & nos saluati sumus. tempora. n. mutata sunt non fides, inquit August. per hoc. n. probatur: ꝙ non possunt simul stare iustitia & iniquitas: Christus & diabolus. quia iustus habet lætitiam per donum spiritus sancti sed cum peccat: hāc lætitiam perdit per peccatum. Sed Dauid pœnitentia ductus petit sibi reddi lætitiam: quam amisit. [Ego sum via] non errans. [veritas] non fallens. [vita] non deficiens. alias sic. via ducens: veritas lucens, vita pascēs. vel sic. via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio. vel sic. via qua itur. veritas ad quam itur: vita in qua statur. Item sicut Augustin. via sine errore quærentibus: veritas sine falsitate inuenientibus, vita sine morte permanētibus. Augustin. [Qui dicit se nosse Deum] hoc scribitur. j. Io. 2. per quod ꝓbatur. ꝙ qui peccat transgrediendo mandata Dei: & dicit se nosse Deum: mendax est. Ille. n. qui peccat, non recognoscit Deum dominum, cuius mādata contemnit. Nam si eū dominum agnosceret: mādata eius seruaret. [Item ex hoc] probat propositum, videlicet ꝙ qui peccat Christum non recognoscit. & a se expellit. simul. n. esse nō possunt Xp̄s & peccatū. [Scieti] hoc scribitur Ia. 4. [fides] Iac. 1. i. inutilis ad vitam æternam. [nec grande]. s. nosse Deum notitia naturali, aut fide informi [& enim] rationem assignat. Nam demo 1 nes credunt: Iaco. 2. † demones autem dicuntur credere vt S.Thom. dicit S. Thom. in 2. 2. q. 5. ar. 2. non ꝙ habeat fidem, quæ donum est spiritus sancti. sed credunt quadam credulitate surgente ex euidentia signorum: videntes. n. multa signa manifesta indicia veritatis credere coguntur. vnde Marci. j. dr. & erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit dicens. quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos. scio ꝙ tu sanctus Dei. s. [Simile est] Mat. [Qui dicit se in Christ ū] verba sunt Ioānes. 1. Io. 1. & ista authoritate arguit Beatus Hiero. contra Iouinianū sic. Aut enim manet in Christo aut non. si manet: ergo ambulat vt Christus. aut ambulauit per viam virtutis. de quo. j. Petri. 2. quod peccatum non fecit, & tāquam agnus Esaiæ. 53. [princeps mundi] Io. 14. †dicitur diabolus princeps mū2 di non ratione creationis: seu per naturalem potestatem: vt Manichei mentiuntur, sed ratione culpæ. vnde dicitur princeps mundi id est amatorum mundi: & peccati. ad Ephe. vl ti. non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi rectores & tenebrarū. Iob. 41. ipse est rex super omnes filios superbię. [nihil] quia in Christo nullum peccatum erat [nec secundum animam]. j. Petri. 2. qui peccatum non fecit [nec secundum carnem] quia ex virgine absque originali peccato, & de spiritu sancto conceptus. Lucę. j. quod ex te nascetur sanctum &c. [pertulit] ad Rom. 8. [de peccato] damnauit peccatum in carne, quia per pœnam quam sustinuit ꝓ peccato nostro, damnauit in nobis peccatum. [nos] consequēter adducit alias plures authoritates ad idem [iuxta epistolam Iacobi]. 3. [& nemo] hoc habetur Iob. 9. sm aliā trāslationem. nemo mundus] saltem ab originali [nec infans] antequam per baptismi gratiam mundetur [castum.] prouerb. 20. [castum]. i. mundum saltem a peccatis venialibus. Hug. [tenemur rei]. i. peccatis obnoxij [in similitudine præuaricationis]. i. Adę, præceptum domini præuaricantis [vnde & Dauid] vbi gloss. August. personam humani generis in se ostendens subdit [ecce. n. in iniquitatibus conceptus sum]. i. in originalibus. i. macula originalis peccati teneor, & ad actualia pronus existo. [& beatus Iob] Iob. 9. [si fuero iustus]. i. sine peccato. Hug. [& si purificatus niue]. i. si dixero me esse purificatum ad modum niuis: & esse lotū ab oī peccato, & per omnia opera mea esse bona. Hugut. satis me sorde]. s. peccati [tinxisti]. i. tingi permisisti permittēdo me hoc dicere Hugu. [& execratum est]. i. inquinatum. [vestimentum]. i. opus. [quia dicendo me esse sine peccato mēdacium dixi.] ista verba sunt secundum aliam translationē in Iob [veruntamen ne pœnitus temperat]. s. ipse Io. dicit si quis peccauerit aduocatum &c. [Ex quibus liquido] ista videtur esse secunda pars: in qua cōcludit ex præmisis, post baptisma posse peccare. [quia alias frustra aduocatum a habemus] nunc inducit alia plura ad idem testimonia [hæc loquitur]. s. Ioannes [ad credentes post baptismum.] plana est litera [Petrus] hic probat ex gestis circa Petrum idem, videlicet ꝙ post baptisma contingat peccare. Nam Petrus cum fuerit lotus a Christo creditur baptizatus, & nihilominus peccauit. quia ab ancilla perterritus negauit Christum. Ioan. 19. [Et ipse dominus] quæ verba Christi manifeste innuunt Petrum post baptisma & alios discipulos posse peccare [cribraret]. i. diuersis pœnis affligeret [Et essetis] i. mali. gloss. [fides tua] Lucæ. 22. de hoc vide supra expositionem dist. 21. & infra [si non] arguit Hiero. ꝙ si non peccauimus post baptisma frustra petimus in oratione dominica dicentes Matt. 6. [Aliud est] remouet quandam responsionem tanquam falsam inconuenientemque: puta si quis diceret. quod ad cathecuminos tātum. s. hæc orō pertinet: & non ad fideles baptizatos, hoc. n. dicere est inconueniens cum ad apostolos qui baptizati erant Christus loqueretur, & in eis cunctos fideles docuerit sic orare. [Paulus] inducit ad idem Paulum [castigo]. i. reprimo [& in seruitutem] rationis [redigo illud] vt non suam: sed spiritus perficiat volūtatem. Hu. [ne reprobus]. i malus aut peccator. Ex hoc optime arguitur propositum. quoniam Paulus qui fuit baptizatus, vt patet actuum. 9. non daret tātam operam, ne peccaret, si post baptisma non posset peccare. ad Hebre. 6. vbi Apostolus probat. quod baptismus non est iterandus, sed si post baptismum prolabuntur in culpam, non sunt iterum baptizandi, sed per pœnitentiam emundandi. Sunt autem notanda verba apostoli, quod sunt bene difficilia, ideo adiungemus ad ea gl. ordinariam quæ est beati Chry. [impossibile] est non tātum difficile ne quis in hoc fideret, impossibile est, inquam eos qui semel sunt illuminati per fidem, & baptismum, & spiritum sanctum, & per ipsam fidem [gustauerunt]. i. quasi suauem gustum & iocundū perceperūt [donum cęleste]. i. remissionem peccatorum in baptismo, & qui etiā participes facti sunt spiritus sancti habentes dona ipsius [gustauerunt bonum Dei verbum]. i. diuinitatem Christi, vel euangelicam doctrinam. [virtusque futuri seculi]. i. impossibilitatem, & immortalitatem futuram spe gustauerunt. [Et post hæc omnia prolapsi sunt]. i. grauiter peccando lapsi sunt impossibile est renouari per baptismū motos ad pœnitentiam. negat hic apostolus reiterationem baptismi: sed non negat pœnitentiam. Et est sensus. impossibile est eos motos ad pœnitentiam. qui hoc acceperunt semel rursus renouari. i. baptizari: renouari enim est nouum fieri. nouum autem fieri lauacri est rursus. gloss. q. illis dico qui rebaptizarentur crucifigentes filium Dei & ostentui sibimetipsis]. i. quantum ad seipsos. Non enim in se crucifigunt Christum. sed similes sunt crucifigentibus. quia vna mors Christi, vnum baptisma consecrauit, quod sufficit contra

August.

a ¶ Aduocatū. Aduocatus [pauperū vnde debeat habere salariū vide in l. 1. §. ait prætor. de postulā. & ī l. petitionē. §. quādo. C. de aduoc. diuer. iud. B a. in l. 1. versi. tu tene glo. C. de suffra

Chrysosto.

contra omnia peccata etiam sequentia, si pœnitētia de eis agatur, sicut illa mors sufficit ad omnia peccata tollenda: qui vero reiterat baptismum, quasi illa vna mors & vnū ex ea baptismum non sufficiat baptismum iterat & mortem: quantum in se est illis iterandam insinuat: vt ex ea iterata, fiat remissio pœnæ: quod impossibile est. Sicut enim impossibile est secundo crucifigere Christum, ita secūdo per baptismum mori peccatis. facti.n. sumus per baptismū conformes similitudinis mortis eius, & consepulti sumus ei per baptismū proinde quia sumus cōformes in baptismo morti eius & sepulturæ qui putant secundo baptizari. Secundo quantum ad se Christum crucifigunt, quod est habere eum ostētui, vt.n. semel Christus mortuus est in carne, ita nos in baptismo solis peccatis morimur non secundo vel tertio. [Si autem baptizati] Concludit Hieron. ex aptissima apostoli sententia, quod baptizati peccare possunt. verum ad hoc Hiero. inuehendo in hæresim Nouatiani & Montani inducit Apostolū. [Montanus & Nouatianus hæretici] imo hæresiarchæ [hæc rideant]. i. derideant [ait] ad heb. 6. [confidimus]. q. duriter vos increpaui & terrui [confidimus de vobis dulcissimi meliora] glo. ordinaria quantum ad conbustionem [& viciniora saluti] quam sint spinæ & tribuli. respicit ad superiora: vbi fecerat mentionem de istis. [Et tamen si loquamur dure terrendo & increpando] quasi dicat inquit Chryso. in glo. Non dicimus hoc putando vos tales .s. spinis plenos, sed timendo ne tales sitis: terreo verbis, ne ipsa redoleatis. [Non est iniustus Deus]. q. d. inquit gl. ideo de vobis confidimus, quia olim multa bona opera operati estis, pro quibus si pœnitetis de malis benefaciet vobis Deus: sicut enim priora bona per sequentia mortua fuerūt, & irrita facta, ita iam eadem per pœnitentiam & alia bona sequentia reuiuiscēt [vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis] ex qua opera bona illa fecistis [in nomine ipsius] id est ad honorem Dei [quoniam] ecce opus commendatum [ministrastis olim & adhuc ministratis sanctis suis. [Et reuera] verba sunt Hiero. [loquutus sum inquit Apostolus] introducitur ipse Apostolus quasi doctor exponens in quo sensu dixerat prædicta verba] Et Paulo post cōsequenter Hie. probat principalem conclusionem per libertatem arbitrij, quod in hac vita est verbi ad bonum & ad malū nec necessitatur, & ita potest post baptismū peccare vel in bonis operibus [perseuerare arbitrij cōdidit Deus] Ecclesiast. 15. Deus ab initio constituit hominem: & reliquit eum in manu cōsilij sui. Cetera plana [vbi necessitas nec corona] quæ meritis debetur secundum illud. non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Nec etiam pœna cum necessitas legem non habeat supra de pe. di. j. [Non. n. est volētis] ad Rom. 9. [sed Dei miserentis. ad calcem]. i. vitam æternam. [Sic nec. & in malitijs. malitiæ. n.] i. peccata ex nobis sunt dicente apostolo ad Rom. 7. non enim bonum quod volo hoc facio, sed quod odi malum hoc ago. si autem quod nolo hoc facio, nō ego operor illud secundum legem mentis. s. sed quod inhabitat in me peccatum. i. lex carnis quæ prouenit ex peccato. & inclinat ad peccatum. Et quia ad inclinationem peccati cooperatur suggestio diaboli dicitur [semina nostra sunt incentiua]. s. incendio & suggestione diaboli. [Cum viderit nos] diabolus cū videt homines circa leuia peccata versari: quæ designantur per lignum & stipulam tentationis incendio prouocat ad grauiora. contra hæc dicit [ædificemus si quis autem superædificat super fundamentum hoc]. s. fidē [Aurum] glo. Augu. illi ædificant super fundamentum Christianæ fidei, qui bona opera adijciunt: aurum ædificant in contemplatione Dei & amore [argentum.] in dilectione proximi [lapides pretiosos.] in operibus bonis. Et si ita ædificauerimus vt cogitemus, quæ Dei sunt, siue in contemplatione Dei siue in dilectione proximi, siue in bonis operibus tentare non audebit. diabolus enim timens vinci a sanctis ne in tentationis aggressu habeat confusionem, quandoq; non audet tentare. Sed in hoc nō est vsque quaque standū, nam vt dicit Hiero. [in hoc nō est secura possessio] [quia nō est aliquis ita perfectus, quod eadem nō possit. Et hæc ostēdit subdens [sedet leo.] i. diabolus [in insidijs & occultis]. id est ambiguis, vbi faciliter non intelligitur quid sit appetendum, vel quid sit vitandum [vasa] Eccl. 27. [& in alio loco] Eccle. 2. [Iacobus]. j. ca. [estote factores], i. opere implentes [in speculo corporali] vbi sola vmbra relucet inquit gl interli. [oblitus est] quia nō rem sed solam vmbram videt [frustra enim, monuit] .s. Iacobus [ut iungerentur opera fidei, si

Augustin.

b ¶ Diabolus. Adde quod diabolus dr sator malorū. Card. Zaba. in cle. fi. de here. in prin. Et ibi quot modis nūcupetur. Et Arc. in c. vt officium. de hæreti. li bro 6.

post baptisma &c.] Ex quo manifeste concludit, quod post baptisma potest quis peccare. [Qui.] s. Iacobus [inquit] Iacobi. 2. [Factus est omniū reus.] Ex hoc quod peccans in vno priuatur vita æterna [cōcludit] verba sunt Apostoli. ad Ro. 11. [vt omnium misereatur hominum]. i. de omni genere hominum [Petrus]. 2. Petri. 2. [de tentatione eripere] nō quod non tententur, sed quod tentationi non succumbant, & si succumbūt, eos liberet, & releuet. Hug. [fontes]. 2. Petri. 2. [de falsis doctoribus ait hi]. s. falsi doctores [sunt fontes sine aqua] sapientiæ salutaris de qua Eccle. 15. Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. & ita fontes non lauantes: sed coinquinantes. [Et nebulæ turbinibus exagitatæ] errorum obscuritatibus: & obuolutæ vel exagitatæ impetu vel instinctu demonum: & vitiorum. Hugu. [caligo]. i. pœna infernalis: vt sicut hic sunt obtenebrosi in doctrina, sic obscurentur tenebris in geennæ pœna. [Superba]. i. in superbia vanitatis. vel in superba vanitate. de talibus loquitur Apostolus. 1. Ti. j. volentes doctores legis esse, conuersi sunt in vaniloquium [loquentes] glo. superbe dicentes se esse iustos: quamuis sint carnaliter desiderantes & luxuriose viuentes. [alliciunt]. i. decipiunt animas instabiles variorum dogmatum erroneis sectis, & constipantes lusibus [subdendæ eos qui fugerunt] .i. a peccato recesserant per pœnitentiam. vnde gloss. super illud qui paululum effugerant dicit. id est, quia cum similes eis sunt, tamen aliquatenus declinant eorum societatē a peccatis abstinent. tales enim decipiunt vt ad suum reuertantur errorem [apostolicus]. i. Petri. beatus. n. Petrus istorum hereticorum insaniam & fictionem. i. deceptionē optime depinxit. & aperuit cum eis dixit [fontes sine aqua loquuntur grandia, & totus eorū sermo superbia. vt qui paululum] assignat causam quare grandia loquuntur: vt. s. hi qui paululum refugerant a peccatis vocant]. s. qui eorum doctrinam recipiunt [Ioānes] consequenter ex dictis Apostoli in apoca. arguitur: quod charitas semel habita amitti possit, & per pœnitētiam recuperari [angelo]. i. episcopo Apoco. 2. [Scio]. i. commendo & approbo. [laborem] habitū in prędicatione & in huiusmodi patientia in aduersis. [Sed habeo] hucusque locutus est bonis de illa ecclesia. Nūc loquitur malis de eadem. nam per episcopum intelligitur illa ecclesia: in qua erant misti boni & mali, & ideo nunc loquitur his: nunc illis [aduersuste]. id est aduersus malos, qui in te sunt, Hu. [primam]. id est quam olim [charitatem]. id est dilectionē Dei & proximi. [memor esto vnde excideris]. s. de statu virtutū [opera prima]. i. similia [primis]. i. similia bona: qualia solebas facere. [venio tibi]. i. in tuum damnum: siue in malum tuum [mouebo]. i. auferam candelabrum [. i. dignitatem vel officium ecclesiasticum. vt di. 50. domino sancto [pristina]. i. bona [paucos]. i. bonos respectu malorum. [Sardis]. i. in ecclesia Sardicensi [quæ non coinquinauerūt] per peccatum mortale [vestimenta]. i. vestem innocentiæ quam susceperunt in baptismo: vel carnem suam, quæ est quasi vestimentum animæ, non amiserunt per inquinationem alicuius peccati mortalis. [& ambulaturi sunt cū eo]. i. ad exemplar & similitudinem eius [in albis]. i. innocentia & ceteris virtutibus secūdum posse suum, quod patet per hoc quod subdit. [qui digni sunt vt cum eo ambulent cui autē scribit] omnia ista quæ diuersis locis Apoc. sumpta sunt interrogatiue leguntur vsque ad verbum: vtique momento. hoc scribit Angelo Ephesi [& ecce missurus diabolus]. s. aliquos ex nobis hoc Angelo Sinyre scribit. [Scribo] hæc Angelo pergami [erit in mēte] hæc Angelo Sardis: & semper repete verbum sic [cui scribit memento &c. & in mente &c.] vtique ipse. episcopus. [vtiq; ei dicit]. i. scribit siue loquitur ea, quæ dicta sunt. [Qui credidit & baptizatus & stās quōdam corruit per delictum] Ecce conclusio intenta: videlicet quod post baptismum charitas amitti potest, & per pænitentiam recuperari.

1 *Deus bis apparuit Salomoni.*

2 *Numerus duodenarius est perfectus & sacratus.*

Paulisper de veteri testamento.

Incipit tertia pars supradictæ diuisionis. in qua probat eandem conclusionem exemplo sanctorum patrum veteris testamenti. Sed primo præmittit Hiero. quare distulerat inducere exempla de veteri testamento, & hoc quia isti hæretici dicunt exempla de veteri testamento non esse admittenda nisi vsque ad Ioannem: allegantes illud. Matt. 11. lex & prophe-

xponit li- ram.

& prophetæ.vsque ad Io.& exinde Dei regnum euangelizatur.Et hoc est quod dicit.¶[Prophetauerunt].i.quod vsque ad Ioannem habebant locum,sed isti hæretici mentiũtur,quia patrum noui & veteris testamenti est eadem fides & eadem charitas secundum Augu.licet diuersa fuerint sacraměta. Et hoc est quod subdit Hieronymus[qs ignorat sublata dispensatione Dei omnes patres sanctos eiusdē fuisse meriti cuius nunc Christiani sunt]præterea isti mentiũtur,quia dictum illud Mat.11.non habet eam intentionem quam ipsi dant:sed dicitur ideo quod lex & prophetæ vsq; ad Ioannem]quia adueniente Christo quem Ioannes præcessit,cessauit lex quo ad cerimonialia:& quo ad propheta ta de Christo venturo.vel quia ea quæ in lege & prophetis erant prædicta de Christo venturo impleta sunt tempore Christi,quia adueniente veritate cessauerunt illa tanquam vmbra[fines seculorum deuenerunt].j.Cor.10.[Dauid electus]incipit exempla ponere a Dauid[Et in quodam]psal. s.25.iudi.[nõ infirmabor].i.titubabo ĩter peccatores[post peccati].s.adulterij & homicidij pœnitens loquitur &c.[Salomõ]secundum exemplum[Amabilis]bene amabilis cui Deus dedit tantam scientiam,vt præcederet oẽs in sapien-

1 tia,qui fuerunt in Hierusalem.Eccle.j.[Bis]bis legitur:† ꝙ dominus fuerit Salomoni reuelatus primo quidem apparuit ei dominus.3.Regum.3.capitul.vbi dicitur dum Salomon ambularet in Gabaon & immolaret domino hostias apparuit dominus Salomoni per somnum dicens. postula quod vis &c.Secundo post consecrationem templi. vnde. 3.Regum.9.dicitur.factum est autem cum perfecisset Salomon domum domini,& ædificiũ regni,& omne quod optulerat;& voluerat facere,apparuit ei dominus secundo sicut apparuerat ei in Gabaon,dixitq; dominus ad eum. Ex

Contra Io.

quo patet ꝙ Io.in glo.male dicit cum ait. ꝙ non legitur ꝙ dominus secundo apparuerit Salomoni,non vidit bene ea, quæ inducta sunt.Et nihilominus Salomon turpiter peccauit amans mulieres multas per quas a Dei amore discessit: de quo.3.Reg.11.[Manassem]tertium exemplum ista historia ponitur.4. Reg.21.& supra.1.q.7. si quis omnem [in pristinam dignitatem[peracta pœnitentia[liber dierũ] 1.lib.paralip. in quo agitur de computatione dierum annorum filiorum Isral[Iosias sanctus]Hug.sanctus fuit. de quo.4.Regum.22.fecit Iosias quod placitum erat corã domino,& ambulauit per omnes vias eius id est, bonas patris sui Dauid,& in diebus eius ascendit Pharao Nabucodonosor rex AEgypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphratem & abijt Iosias rex.[Iesus quoque]de hoc Iesu habetur aggei & loquere ad Iesum filium Iosedech sacerdotẽ magnum &c.de quo etiam dicitur Zacharię.3.ostendit mihi dominus sacerdotem magnum Iesum stantem corã Angelo domini,& Satan stabat a dextris eius: vt aduersaretur ei:& Iesus erat indutus sordidis vestibus, & ait Angelus ad eos qui stabat coram se dicens auferte sordida vestimenta ab eo,& dicit ad eum.ecce abstuli a te iniquitatem tuam:& induitur mutatorijs &c.patet nunc litera.[Iesus typo]in figura[ex alienigenis].i.gẽtilibus[sordidatus inducit]] Zach. 3.vt supra[Super filium]hoc idem probat exemplo Moysi: & Aaron,quæ cum sint manifesta superfluum dicit illa scribere[beatus Iob]hic Angelorum exemplo probat eandem conclusionem principalem, videlicet quod charitas semel habita per peccatum possit amitti.[Cum beatus Iob Angelos quoque ante] confirmationem, vel eorum natura considerata nisi essent confirmati. Et omnem creaturam posse peccare commemorat.d.[si contra seruos suos]glossator dicit.i.Moysem & Aaron,non videtur bona expositio. q̃m Iob cuius sunt illa verba q̃ loquebatur de Moyse & Aaron ad literam vt patet[non credit] dicit Hug.ꝙ satis credit ꝙ ista litera sit falsa:sed videt̃ nobis quod bene stat. Pro quo sciendum ꝙ in translatione nostra habetur sic Iob.4. Nunquid homo comparatione Dei iustificabitur, aut factore suo purior erit.ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles. iuxta hoc est sensus contra].i.in seruis suis[non credit] quia.s.nõ sunt stabiles[& aduersus Angelos]apostaticos[prauũ quid reperit].i.in Angelis.s. apostaticis quanto magis aduersus habitantes in luteis].i.in cordibus de luto factis. arguendo a maiore ad minus[Tentatio]Iob.7.[alias militia vitæ hominis].i.quandiu viuit in hac vita est homo in pugna contra diabolum:mundum:& carnem.& ita potest vinci, & cadere.Hug. cecidit Lucifer]Esa.24.[quomodo cecidisti Lucifer,qui mane oriebaris].i.qui in Angelo mundi inter Angelos gloriosior eras[corruisti].s.de cœlo in terram.i.in aerem istum caliginosum.[qui vulnerabas gentes].i.alios Angelos,quibus fuisti occasio peccandi,qui hoc nomine gentium designãtur vt dicit magister Nicolaus de lyra [Et hic est mittebatur]alia litera habet mittebat.gloss. id est missurus erat minores Angelos[ille].i.diabolus[inter.12.].i.Angelos nouem ordinibus distinctos, quos.12.dixit propter

Gõtra glossam. Hugu.

Nic.de lyra

2 perfectioné,quæ erat in eo.†numerus.n.duodenarius perfectus & sacratus est propter.12.apostolos:& propter.12. filios Israel[vulneratus].i.debilitatus. quia postea nõ potuit ita dominũ suum exercere in homines,sicut ante. [A morte domini].i.per mortem Christi.[descendit].i.detrusus est [ad inferna]hic vt dicit Hug.& gloss.diabolus per mortem Christi est relegatus in inferno: & erit ibi ligatus vsque ad tempus Antichristi.Et tunc soluetur non a pœnis:sed a vinculis:vt exerceat vires suas in bonos.[vnde in euãgelio]Lucæ.10:[videbam].i.me præsente factum est. præsens.n. erã quando Lucifer corruit.potest enim dupliciter construi ꝙ sequitur[videbam satanam cadentem sicut fulgur].i. velociter terribiliter & irreuocabiliter]Apoca.12.proiectus est draco ille magnus: serpẽs antiquus &c. & infra & Angeli eius secundo sic[fulgur].i.qui est sicut fulgur cadens de cœlo.fulgur.n.lucidum est: & diabolus transfigurat se quandoque in Angelum Lucis.2.Corint.11.Item fulguri nihil resistit,& diabolo pauci resistunt vel resistere possunt. Iob 41.Non est potestas super terram:quæ possit ei comparari. hæc authoritas videtur loqui de casu: quo a principio cecidit in aerem istum.Hug.[sublimitas Angelica in Lucifero cecidit]per peccatum[in celo]id est Angelis[in terra]id est hominibus[virtus eius.]s.Behemoth:siue diaboli[in lumbis eius]quo ad viros eius iuxta expositionem beati Greg. [& virtus eius in vmbilico]quo ad mulieres seminarium luxuriæ in viris est in lumbis,in fœminis vero in vmbilico.idcirco quia potestate diaboli vterque sexus ex infirmitate luxuriæ maxime substernitur fortitudo eius in lumbis circa masculos,& in vmbilico circa fœminas esse perhibetur. Et nota ꝙ non dicit dominus virtus eius in lumbis, & in vmbilico.sed in lumbis eius,ac si aperte diceretur. virtus behemoth in lumbis suis,& virtus eius in vmbilico ventris sui. quia proprie corpus eius sunt qui turpium suggestionũ blãdimentis decepti ei per luxuriæ fluxum succumbunt[obũbrãtur in eo arbores magnæ].i.hypocritæ, qui vidẽtur magni.i.sub vmbra & specie boni latent,& non cognoscuntur quales sunt interius [in eo] id est per eum:qui facit eos bonos videri cum sint mali.Hugu.[Et dormit].i. quiescit securus.iuxta iuncum & calamum & caricem].i. iuxta hypocritas,qui merito designantur per ista tria cum exterius aliquid esse videantur & interius sint vacui vt illa.vt per calamum intelligantur hypocritæ,& generaliter omnes, qui diligunt vanam gloriam.per iuncum & caricem,qui abundant in locis humidis & paludosis, designantur luxuriosi. Hugut.vel aliter secundum gloss. per iuncum qui est sine nodo: exterius,interius autem substantia caret, hypocritæ designantur per calamum exterius resplẽdentem interius autem fragilem,designantur seculares mũdanæ gloriæ dediti,& eius splendori,quæ cito transeunt: per caricem crescentem in locis palustribus & manum tangentis vulnerantem curiositas temporalium designatur.quia in affluentia viuit & crescit & animum pungit iuxta tales, & in talibus domit.i.quiescit securus. [in aquis sunt].i.fluxu rerum habentium[nuptiarum]gl.saturandæ causa libidinis[transimus]verba sunt Hiero.[ad secundam]primam enim partitionem iã tractauerat in superiori parte sui operis.[negat Iouinianus eos &c.& docuimus nos.]s.contrarium, dicentes ꝙ excepto Deo qui impeccabilis solus est per naturam [omnis creatura sub vitio sit].i.peccare possit ex proprio li. ar.[& a simili ruina stantium metus sit].i.stantes timent a simili ruina ne similiter cadant.Hug.

Hugu.

Gregorius.


Euidenter. Ista est quarta pars principalis secundæ partis huius distinctionis, in qua postquam ex præmissis prolixe positis concludit ꝙ charitas semel habita possit per peccatum amitti:ostẽdit hoc nõ tantum debere intelligi de actu:sed etiam de ipsa substantia charitatis.vnde ait.[Quia si quis contendat, ista nõ debere intelligi de virtute].s.ipsa charitate.sed de opere eius. hunc intellectum improbat Gratianus dicẽs[deliberet qd respondeat ante oculos Dei qui nõ fallũtur.[apostolus].j. Corin.13.[Nihil prodest] ad regnum cœlorum obtinẽdũ.

Exponit literam.

Sed quia

Sed quia. Hic incipit Gratianus, q charitatem habitã amittere, & perditã recuperare possunt non solum prædestinati vt patet de Moyse, Dauid, & sic de alijs, de quibus parum ante diffuse dictum est. q à iustitia & charitate prius habita reciderunt per peccatum, & per pœnitentiã sunt ad gratiam restituti & saluati. Sed quia hoc de prædestinatis à multis istorum cõceditur, non aũt de præscitis, iõ ostendit hoc etiã verum esse de præscitis & damnatis, & hoc est q ostendit Gratianus per sequentia capitula.

1 *Præsciti dicuntur filij perditionis.*



APostolus. Inducit ad hoc authoritatem Aug. in li. de correctiõe & gratia. verum quia Gratianus minus plene inducit eum litera est obscura. Quocirca est notandum quod Aug. cõtra hæreticos arguit, qui dicebant. q fidem & charitatem susceptam sua culpa perdiderunt, sed perseuerantiam in bono non acceperunt, & ita q non perseuerauerunt in bono, nõ debet eis imputari. contra hoc arguit Augu. quod Gratianus omisit. an quisquam dicere audebat istam perseuerantiam non esse donum Dei: & tam magnum ita esse nostrũ, vt quisquis illud habuit: non. n. possit apostolus dicere quid habes, quod non accepisti. & certe perseuerantia magnũ munus est Dei, qđ qui non accipit culpa eius est, qui voluit in peccato permanere, & in hoc est pctõr culpandus, & correctione dignus, qui bonum charitatis relinquit, & in malum, quod debuit inclinare, declinauit non pseuerãs in bono. Litera. ¶[Apostolus] Ad Rom. 9. [diligere Deum ex charitate & in eo]. s. amore, vel Deo per amorem. [Addidit]. s. in eodem capitulo, postquam dixerat. qm̃ scimus diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum addidit [qui ẽm propositũ diuinæ prædestinationis vocati sunt] per prædicatores, vel interiorem inspirationẽ [sancti ad sanctitatem] vt dicit gl. Ambr. & hoc non propter meritum suũ, sed pp alias. [ẽm propositum Dei]. i. præscientiã, & prędestinationem Dei, q. d. q vocati sunt non aliunde, quam prædestinatione. [Iste]. s. reprobus hæreticus [poterit dicere] hic exponit Gratianus errorẽ illorum de quibus diximus, q non perseuerare in bono non erat adscribendum eis, quibus non dabat̃ perseuerãtia [quid ego feci] in quo ego peccaui, non accepi perseuerantiam in charitate, & in bonis operibus [possum inquit]. s. dicere [non accepi]. s. perseuerantiam. cur ergo me arguis de casu [in bono] hic vr̃ nobis respondere Aug. dicens [in bono volebam illos manere] & poterant manere, ideo sequit̃. [qa erant vtiq; in bono]. s. in charitate, a qua cadere nõ poterãt, nisi volentes. [sed in eo]. s. bono charitatis [non manserũt] finaliter sed hoc culpa eorum, & ideo merito veniunt culpandi pp huiusmodi vtilitatem. s. pp secretam hanc dispositionem Dei. Nota secretum hoc q Deus apud se tenet videlicet qui sunt prædestinati, & qui præsciti, vtile dr̃ tã prædestinatis, quam præscitis. prædestinatis quidẽ vtile est ignorare suam prædestinationem, ne de ea confidentes neglig ẽtiores fiant ad bene operandum, & ne inde torpeant, & ne inde superbiant & alios contemnant, vtile est ẽt pscitis suã damnationem ignorare, ne inde desperent, & ne deteriores fiant, & ad maiora maleficia prouocentur. vnde hoc vtile secretum Paulus admirans ad Ro. 11. dicit. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. quam incomprehensibilia

1 sunt iudicia eius &c. [perditionis] † præsciti. n. filij perditionis dicuntur. quia ad perditionem finaliter vadunt, & pereunt, veluti Iudas, de quo dicitur Io. 17. nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Et idem de antichristo dr̃ Thessal. 2. [In euangelio] Mat. 10. [in eodem] Mat. 14. [Mirandũ hoc] s. ignorare se dicit Aug. & Paulus. d. O altitudo diuitiarum &c. vt supra ad Roma. 11.

Exponit literam.

Ambrosius

2 *Christus aliquando dicitur sol aliquando vir iustus & plura alia.*



MVlti &c. Est authoritas Gregorij bene incepit Saul, & male finiuit. 1. Regum. 15. Salomon bene incepit, & male finiuit. 3. Reg. 6. ¶[Non autem bene incipit qui nunquam ex charitate operatur.] Ex quo manifeste sequitur principale propositum videlicet, q charitas semel habita in multis bene incipiẽtibus potest per peccatum amitti in eis non perseuerantibus. [Illud autem] quia videbatur ex illa authoritate Grego. innui, qđ reprobi nunquam habuerunt quandoque charitatẽ, quod erat contra prædicta. respondet Gratianus, quõd non intelligitur de omnibus reprobis, sed tantum de hypocritis, qui & si apud homines non tamen apud Deum habuerunt sanctitatem, & hoc ostendit ex verbis ipsius Gregor. [leuiathan] id est, diabolus. [damnatum quem replet malitia vel solis radios] id est, sapientes qui intra ecclesiam aliquam sapientię quasi lucis radios videbantur spargere, & per authoritatem regiminis sicut sol desuper splendere. † Nota sol quandoque dicitur Christus. sapientiæ. 5. Sol iustitiæ nõ est ortus. Aliquando vir iustus rotundus per iustitiam, clarus per mundiciam, calidus per charitatis ardorẽ, Ecclesiastic. 27. homo sanctus in sapientia manet sicut sol. Aliquando p̃sens tribulatio. Cant. 1. Nolite me considerare, quam fusca sum quia decolorauit me sol. Aliquando manifestę visionis ostensio Psal. 120. per diem sol non vret te. Aliquando temporalis lætitia Hieremiæ. 15. occidit ei sol cum adhuc esset dies. Aliquando acumen sapientiæ. Esaię. 13. Obtenebratus est sol in ortu suo, hoc vltimo modo capitur sol. hic. Toties autem huiusmodi sol pedibus leuiathan sternitur, quoties docti intelligentiæ luce pollentes se despectis cæteris in superbiam erigunt, vel ea quæ sciunt carnalibus desiderijs inquinant, vel obliti cœlestium terrena ambiunt. [Citius adhoc.] verba sunt Gregorij in moralibus lib. 33. ca. 16. [Qui enim seducti] de hypocritis (sicut diximus) ista intelligenda sunt, qui videntur deaurati, & fulgidi, & virtuosi, & non sunt dicit, quõd talis hypocrisis sæpe detegitur ante finem vitæ, quandoque in fine, & sæpe nunquam detegitur in hac vita. [Cum autem detegitur tunc aurum] quantum ad visum siue superficiem id est, ficta virtus istorum hypocritarum [quasi lutum sternitur]. i. contemnitur, & vilipẽditur. deinde ostendit magister Gratianus ex dictis Gregorij qđ licet hypocritæ bona opera coram hominibus facientes sibi obsint, proficiunt tamen electis, & non tantum cum exẽpla bonæ vitæ ostendunt, sed etiam cum publice cadunt. Nam bona quæ faciunt alios perseuerãtes inuitant suis exẽplis ad bonum, casus etiam eorum reddit bonos cautiores, & hoc p multa verba inducit [innotescit hominibus] id est, putãtur ab eis: quõd sit vera virtus laudatur. [Et fama eius]. i. amor & familiaritas appetitur ab alijs cooperta. primo siue ante. sed circa finem publicata. Hugu. [impatiens] publice. Hug. [aurum putatiuum] virtus putatiua. Sed operepretium]. i. vtile credimus. [Si in his virtutem] id est, potentiã. [superni ordinis]. i. diuinæ ordinationis, siue prouidentiæ. [non perseueraturi] finaliter Angustum iter] id est, austeritatem pœnitentiæ, de qua Matth. 7. Intrate per angustam portam. [Exemplis suis] hi sunt qui ad æternam vitam proximos mendacio opitulante deducunt. 22. quæstio. 1. imo [ipsorum lapsum] Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. & Seneca. Ruina præcedentium solet esse doctrina siue cautela sequentium.

Exponit literam.

Hugutio.

Versus. Seneca.

Quod vero. Hic Gratianus soluit authoritatem inductam supra eadem di. §. cum ergo capi. charitas est, à qua ad ostendendum quod charitas semel habita amitti non possit. Et potest diuidi hoc cap. in tres partes. in prima facit quod dictum est. In secunda probat idem, videlicet quod charitas semel habita possit amitti, exemplum deducendo de diabolo, probando illum in charitate fuisse creatum. In tertia prosequitur multa de excellentia Luciferi ad ostendendum, quod in charitate fuerit creatus. secunda ibi, hinc etiam diabolus. tertia ibi, principium inquit. Circa primum dicit Gratianus quia reprobi dicuntur non comedere panem de cœlo, aut bibere aquam viuam. Non quin aliquando habuerint charitatem: sed pro tanto quia in charitate non perseuerant. aliud est. n. bibere, & aliud gustare, licet ista distinctio posset stare, ad propositum tamen non videtur facere. quia nostro iudicio nõ sunt simpliciter negandi fideles præsciti, siue qui finaliter non sunt pmãsuri, qui cũ in charitate fuerũt, comedisse panẽ cęlestẽ & bibisse aquã viuã dicunt̃ cũ ẽt apostolus dicat. 1. Cor. 11. q mãducat & bibit indigne iudiciũ &c. Sed vera rñsio est illa, q̃ data est in capitulo præfato dicẽdo. q argumẽtatio illa nulla erat finaliter. [In euãgelio] Mat. 27. [de quibus dicit apostolus] ad Hæbr. 6. Salua pace Gratiani authoritas Apostoli illa non firmat intentionem. quia Apostolus hic (vt superius diximus) non vult aliud dicere, nisi quod baptismus non est reiterandus, vt si quis post baptismum gratiam

Diuisio.

gratiam perdiderit per peccatum, non potest eam recuperare per reiterationem baptismi.[Ad pœnitentiam].i.motos ad pñi am.supra exposita sunt hæc verba eadem di.si n.

Cõt rà Gratianum.

2 *Diabolus non est à Deo creatus malus.*

3 *Diabolus in primo instanti suæ creationis non fuit malus etiã per actum inordinatum propriæ voluntatis.*

Nec possibile fuit ipsum in primo instanti suæ creationis peccasse.nu me.4.

6 *Angeli omnes tam boni quam mali creati sunt in gratia gratum faciente.*

7 *Angeli non processerunt via generationis.*



Inc etiam diabolus &c. Secũda pars in qua magister Gratianus per exemplũ diaboli probat, ꝙ reprobi quandoque charitatem habent quia diabolus iste reprobus charitatem habuit cum fuit creatus, quam postmo modum perdidit & damnatus est. Quod autem in charitate creatus fuit probat multipliciter. Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæruntur hic duo.

1 ¶Primum est, vtrum diabolus in principio creationis suæ fuerit malus.

5 ¶Secundum vtrum Angeli mali in principio creationis suæ fuerint gratia & charitate adornati.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et vr̃ ꝙ diabolus fuerit creatus malus siue ꝙ in principio creationis suæ malus fuerit. ¶Primo sic. Ioan.8. dr̃ ille homicida erat ab initio. Secundo sic. Iob.40. ſm aliam translationem loquitur de Leuiathã qui diabolus est, dicit sic. hoc est initium figmenti Dei, quod fecit Deus, vt illudatur ei ab Angelis eius, autem si est initium figmenti eius, ergo eũ Deus talem finxit, sed fingere est creare, ergo malum creauit. ¶Tertio sic. peccatum opponitur merito. sed in primo instanti suæ creationis aliqua creatura intellectualis potest mereri, sicut anima Christi, vel ẽt ipsi angeli boni. ergo & demones in primo instanti suæ creationis potuerunt peccare. ¶Quarto sic. Angelica natura virtuosior est, quam corporea natura: sed res corporalis statim in principio suæ creationis incepit habere suam operationem sicut ignis in primo instanti quo generatus est incepit moueri sursum. ergo & Angelus in primo instanti suæ creationis potuit operari. aut ergo habuit operationem rectam, aut non rectam. Si rectam, tunc gratiam habuit & per eam meruit beatitudinẽ. In Angelis autem statim ad meritum sequitur præmium. ergo Angeli statim fuissent beati, & ita nunquam peccassent quod est falsum. ¶Quinto ptãs diaboli quam habuit in primo instanti suæ creationis non fuit augmentata, nec diminuta ante peccatũ: sed potuit peccare, & peccauit post primum instans suæ creationis. ergo & in primo instanti suæ creationis peccare potuit. Si dicas, ꝙ in primo instanti suæ creationis peccasset, peccatum illud retorqueret in Deum, qui est cã naturæ ipsius. Contra Deus operatus esse Angeli quandiu Angelus est, & nõ solum cũ primo fuit creatus, vt patet per B. Aug.4. super Gen. ad literam. Si ergo peccatũ in primo instanti suę creationis commissum retorqueret in Deum, pari ratione retorqueret in Deũ, si in quolibet alio instanti peccaret. quod est falsum. ¶In oppositum arguitur ex te. præsentis literæ. in quo probat. ꝙ diabolus fuerit creatus in charitate. ergo in principio suę creationis nõ fuit malus. Item ad hoc inducit illud Ezech.28. In delicijs paradisi fuisti plenius sapientia & decore. ¶Respondeo dicendum.

2 sub tribus cõclusionibus. Prima est† Diabolus nõ est à Deo creatus malus. Ista cõclusio probat̃ multipliciter, primo ex illo Gen.1. vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. sed constat, ꝙ Deus fecit diabolum ſm esse naturæ Angelicæ. ergo à factura Dei non habuit, nisi ꝙ bonus esset. ¶Secundo sic. dicit Plato in timeo. nec erat fas bonitati præstanti quicquid facere nisi pulchrum. sed dicit B. Dionysius lib. de di. no. c.4. ꝙ pulchrum conuertit cum bono. ergo fas non erat bonitati præstanti quicquam facere nisi bonum. ¶Tertio sic. Dionysius & Boethius dicũt, ꝙ bonum est ꝙ est à bono. sed constat ꝙ diabolus à Deo bono est factus. ergo factus est bonus. ergo non erat malus ex ipsa creatione. vnde positio dicens, ꝙ diabolus creatus est malus non modo est hæretica sed & impossibilis. Nam vt arguit S. Thom. nullus effectus sequitur ab agente, nisi ſm conditionẽ agẽtis. cã autem creationis rerum est, ꝙ Deus bonitatem suam rebus cõicare voluit. vnde impossibile est, vt ab ipso fiat aliquid, nisi ꝙ suæ bonitatis particeps est, & huiusmodi est bonum & non malum. Hoc idem Albertus magnus in secunda parte summæ suæ ex duobus ostendit, videlicet ex eo ꝙ Deus nihil facit, nisi ſm ordinationẽ sapientiæ & ſm ęquissimam voluntatem ordinis, aut sapientiæ non est facere malum. dicit.n. Fulgentius ꝙ sapiens non facit vnde opus suũ fiat deterius. Et Aug. ꝙ illius rei Deus non est author cuius est vltor. vnde cum puniat malũ, nunq̃ põt esse author mali. Adhuc ęquissima voluntas non potest velle malũ facere. quia volitum talis voluntatis non est nisi bonũ. vnde Deus quando fecit angelos tam bonos, quam malos, omnes fecit bonos bonitate naturæ & bonitate innocẽtiæ, sed postquã facti sunt conuersione per amorẽ castum ad summum bonum, boni facti sunt bonitate gratiæ, & confirmati in illo. alij autem per auersionem à summo bono & conuersionẽ per amorem adulterum ad proprium bonum creatum, qđ fuit delectatio ꝓpriæ ptãtis, vt dicit Anselmus. s. vt nõ esset sub Deo, sed liberæ potestatis essent in seipsis, facti sunt mali, & diaboli confirmati in illo æquissimo Dei iudicio, ꝙ nõ punit nisi malam voluntatem. vt dicit Au. ¶Secunda conclusio† diabolus in primo instãti suæ creationis nõ fuit ma

3 lus ẽt per actum inordinatũ propriæ voluntatis. probat̃ prima ista conclusio ex eo quod dr̃ de diabolo sub figura principis Babylonis. Esa.13. quõ cecidisti lucifer, qui mane oriebaris. & Ezec.28. In delicijs paradisi Dei fuisti. dr̃ ad diabolum sub persona regis Tiri. ¶Ratione vero probat̃ sic, vt ꝓbat dominus Bonauen. in secundo. Hæc duo sunt vera ꝑ se: ꝙ nullus in illo instanti quo peccat põt vitare peccatum, & nullus peccat actuali peccato in eo, quod vitare nõ potest. sed si Angelus peccauit in illo instanti, non potuit in illo vitare, nec in aliquo quod esset ante illud, neq; post. ergo non potuit vitare. sed si non potuit vitare, non peccauit. ergo si peccauit in primo instanti non peccauit. ¶Secundo sic. malum est corruptiuum boni, sed nihil corrumpit̃ nisi qđ est vel fuit. ergo aliquid fuit in Angelo, quod amisit per peccatum. Tunc ergo quæro vtrum in primo instanti peccauit, an non. si non, habeo propositum. si sic: ergo peccauit subito, cum in subita mutatione simul sit fieri, & factum esse. simul esse corrumpi & corruptum esse, & ita non esse. ergo bonum in ipso instanti non est. sed non corrumperetur nisi fuerit. ergo in eodem instanti fuit, & non fuit, & contradictorie opposita sunt simul vera. sed hoc est impossibile. ergo illud ex quo sequit̃. vnde positio dicentiũ ꝙ diabolus in primo instanti suæ creationis fuerit per ordinatũ actũ proprij arbitrij malus, tanq̃ falsa & erronea vtpote primæ opinioni vicina vt dicit S. Thomas & dominus Bonauentura à magistris parisius damnata est. ¶Tertia cõclusio est.

4 †ꝙ Diabolus non modo non fuit malus in primo instanti suæ creationis per inordinatum actum proprij arbitri. vt dicit præcedens conclusio, sed nec possibile fuit ipsum in primo instanti suæ creationis peccasse. quæ conclusio satis probata vr̃ ex probatione ꝑcedentis conclusionis. nihilominus est notandum vt dicit S. Tho. in 2. di.9. huius impossibilitatis causa ab aliquibus talis assignatur, quia duarũ operationum sequentium non potest esse vnus terminus, operatio autem Angeli sequitur creationem. vnde non põt esse, vt dem sit instãs, in quo primo est ens quod est terminus creationis, & in quo primo est malus, quod est terminus operationis. Sed hęc rõ vt dicit S. Thomas non videtur cogẽs, quia cum operatio voluntatis Angeli non sit continua nõ oportet, ꝙ vltimum eius differat à principio. principium autem potest esse simul cũ termino creationis. Nec potest dici, quod oporteat actum voluntatis sequi apprehensionẽ intellectus, nisi ordine naturæ. quia de eodem simul potest esse cognitio & voluntas. nec iterum oportet dici ꝙ oporteat collationem præcedere de apprehendendo, quia intellectus angeli non est inquisitiuus siue collatiuus. Et ideo aliter dicendum, ꝙ cum voluntas non est nisi boni, non põt esse aliquid volitum nisi apprehendat̃ bonum ad appetendum, quod si vere est bonum appeti nõ est peccatum in appetitu. ergo oportet sit peccatũ, ꝙ sit verosimiliter bonũ & nõ vere bonũ. Sed ſm Aug. contra academicos non põt aliquid iudicari verosimile, nisi verum sit cognitum. ergo oportet ꝙ intellectus veri boni præcedat intellectum verosimilis boni. Et ita appetitus æstimati boni quo malus fit Angelus, non potest sequi primum actum intellectus quo

considerat

Primũ arg.
Secũdũ ar.
Tertium ar.
Quartũ ar.
Quintũ ar.
Augustin.
Opponitur contrariũ.
Respondet.
Prima conclusio.
Pilato.
Diony.
Boethius.
S.Thom.
Albertus magnus.
Fulgentius Augustin.
Anselmus.
Secunda cõclusio.
Bonauent.
S.Thom.
Tertia conclusio
S.Thom.
Augusti.

considerat verum bonum, sed s͠m q̃ verosimile bonum. vnde cum impossibile sit intellectui creato simul plura intelligere, non potuit in primo instanti creationis Angeli esse appetitus malus. huius impossibilitatis ratioñe siue causam, in prima parte S. Thomas efficacius videtur assignare dicens. Illa oppositio quæ simul esse incipit cum esse rei est ab agẽte à quo habet esse, sicut mouere sursum est igni ab agẽte ante: vnde si aliqua res habeat ab agente deficiente quod possit esse de causa defectiuæ actionis, poterit in primo instanti in quo incipit esse habere defectiuam operationem sicut si tibia quæ nascitur clauda ex debilitate seminis statim incipiat claudicare. Agens autem quod Angelos in esse produxit, s. Deus, non potest esse causa peccati. vnde nõ potest dici, q̃ diabolus in primo instanti suæ creationis fuerit malus. verum contra istam conclusionem & rationes superius positas S. Thomæ inductas ad probationem eius arguunt aliqui illas impugnantes. Contra conclusionem quidem arguit Scotus & sui sequaces. Contra rationes arguunt Egidius, & Durandus. Sed ab huiusmodi impugnationũ & earum responsionum prosecutione abstinemus. Tum propter breuitatem. Tum maxime quoniam à laboris nostri exordio propositi nostri fuit omissio strepitu cõrixantium opinionum, materias ipsas theologicales in decreto contẽtas clarius, quo possemus iuxta excellẽtiores doctores theologiæ explanare, vt tam simplicibus quã doctis lectura nostra facilitate sua gratiosior redderetur. ¶ Vnde dicendum ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum q̃ authoritas non probat aliquid quoniam sicut dicit Aug. 11. de ciuitate Dei cum dr̃. q̃ diabolus ab initio peccauit. Nõ ab initio quo creatus est peccare putandus est: sed ab initio quo peccare cepit semper in peccato p̃seuerauit. Alij autem exponunt sic. ab initio. i. statim post initium. ¶ Ad secundã respondetur iuxta Albertum magnum in secunda parte summæ q̃ sicut glossat Aug. super Genesim, & ponit in secũdo sñiarum di. 3. figmentum non dr̃ creatio, sed præsciẽtia vtilitatis sanctorum, q̃ elicit Deus ex malitia demonis, ꝓpter hoc. n. cum præsciret eum malum fore, voluit eum tñ creare. Et ista est illusio qua illudit ei à sanctis Angelis, & hominibus, dum. s. quod ille in malum cogitat, & intentat in sanctos conuertitur in bonum eorum & vtilitatem. Et hoc optime tangit Bernardus super cantica sermone. 9. sic dicẽs. iocundum plane iudicium, vt ille iniquus omnium humilium malleator etiam nolẽs fabricet eis coronas perpetuas, dum omnes tentat, & ab omnibus superat̃. Et hoc est quod dr̃ Esa. 45. Ego creaui fabrũ sufflãtem in igne prunas. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequẽtiam. q̃m vt inquit S. Thomas, alia rõ est de merito, & de peccato. Nam meritum procedit ex hoc, q̃ mens rõnalis creaturæ mouetur à Deo, qui à prĩcipio potest mouere ad quod voluerit, sed ad peccatum mouetur mẽs rõnalis à seipsa quę non põt mouere, nisi s͠m exigentiam naturalis ordinis. ¶ Ad quartã respõdetur concedendo, q̃ Angeli poterãt in principio suæ creationis habere operationem, & q̃ habuerũt rectam, & cum vlterius arguitur. ergo fuissent beati, negatur cõsequentia. quia vt dicit S. Tho. in prima parte. quidam eorum statim impedimentum præstiterunt suæ beatitudini. ¶ Ad quintã respondet̃ negando consequentiã & rõ est quia vt dicit S. Tho. in quæstionibus de malo. q̃ Angeli non potuerũt peccare in primo instanti, non fuit propter defectum alicuius potentiæ, qui postmodum fuit impletus nec propter perfectionem, quæ postmodũ fuerit subtracta ante ꝑctm̃. sed propter ordinem actus, quia oportebat q̃ cõsideraret illud q̃ pertinet ad suam naturam, & postmodum moueret̃ in supnaturalia per conuersionem vel auersionem, quare prima operatio cum esset naturalis, nõ poterat esset mala. vnde bene respondebatur cum dicebat̃. q̃ si diabolus in primo instanti suæ creationis peccasset, retorqueret̃ in Deũ actorẽ naturæ ipsius. Ad replicam autem respondet̃ negando cõsequentiam. & ratio est s͠m S. Tho. vbi supra. quia non est simile de prima operatione quam habet res in principio sui esse congruit in authorem naturæ, sed postmodũ Angelus poterat moueri ex his, quæ sunt secundum naturam in alia. vel bene vel male, & hoc non oportebat referri in authorẽ naturæ, sed in voluntatem Angeli peccantis.

S. Thom. — Scotus. Egidius. Durandus. — Ad primum argument. Augusti. — Ad secundũ Albertus magnus. — Bernard. — Ad tertium S. Thom. — Ad quartũ. — S. Thom. Ad quintũ. — S. Thom. — S. Thom.

5 Ad secundum Sic procedit̃. † Et vr̃ q̃ Angeli mali non fuerunt creati in gratia. & ꝑ consequens nec in charitate. ¶ Primo sic. Nulli Angeli creati sunt in gratia. ergo &c. antecedẽs probat̃ authoritate Be. 7

Primũ arg.

Aug. dicentis. q̃ Angeli per ea q̃ in principio creationis acceperunt, poterant stare: sed non poterant. sed per gratiam potest aliquis mereri gratiæ augmentum & proficere. ergo nulli Angeli creati sunt in gratia. ¶ Secundo sic. dicit Au. q̃ diabolus continuo vt factus est non cecidit ab eo quod accepit, sed quod acciperet si Deo subdi voluisset, cecidit aũt à gratia. ergo gratiam nondum acceperat. ¶ Tertio sic. gratia nondum inclinat creaturam rationalem in Deum. si ergo omnes Angeli fuissent in gratia nunquam aliquis fuisset auersus à Deo, & ita non fuisset aliquis malus. ¶ In oppositum est litera præsentis textus, in qua multipliciter ostenditur. q̃ diabolus habuit charitatem in principio suæ creationis. ¶ Respondeo dicendum q̃ circa hoc est duplex opini. Quidam. n. dicunt, q̃ Angeli non in gratia sed in naturalibus tm̃ creati sunt. Alij vero dicunt Angelos in gratia creatos esse. quæ autem harum opinionum efficacior sit nõ potest efficaci ratione deprehendi, eo q̃ creaturarum principium ex simplici creatoris voluntate dependet, quam rõnem intelligere impossibile est. tñ s͠m conuenientiã ad alia eius opera põt vna vel alia probabilius sustineri. ꝓbabilius tñ hoc vr̃ tenendum, vtpote magis dictis sanctorum consonum. † q̃ omnes Angeli tam boni quam mali creati sunt in gratia gratum faciente. Pro qua conclusione primo B. Aug. 12. de ciuitate Dei dicens. q̃ Deus erat simul condens naturam, & largiens gratiam, & loquitur de Angelis. ¶ Secundo B. Hieronymus. qui in gl. super illud. Oseæ. 3. dilexerunt vinaria vuarum. dicit q̃ demones in magna pinguedine spiritus sancti creati sunt, qua per peccatum sunt priuati. sed pinguedo spiritus sancti est gratia. ergo ĩ gratia creati sunt. ¶ Ratione etiam sic præfata conclusio iuxta S. Thomam in prima parte persuadetur. videmus q̃ omnia quæ processu temporis per opus diuinæ prouidentiæ creatura sub Deo operãte sunt producta in prima rerum conditione sunt ꝓducta s͠m quasdam seminales rationes. vt Augu. dicit super Gen. ad literam. Manifestum est autem q̃ gratia gratũ faciens hoc modo comparatur ad beatitudinem, sicut rõ seminalis in natura ad effectum naturalem. vnde. 1. Io. 3. gratia semen Dei nominatur. sicut ergo s͠m opinionem Augu. ponitur q̃ statim in prima creatione corporalis nature inditæ sunt ei seminales rõnes omnium naturalium effectuũ, ita de supernaturali beatitudine, quæ processu temporis rationabilibus creaturis est data, videtur dicendum, quod fuerit à principio creationis naturæ intellectualis s͠m quoddã seminarium eius, quod est gratia producta ipsi intellectuali naturæ. quare videntur à principio Angeli in gratia creati. ¶ Secundo ratione præfata conclusio probatur sic iuxta Egidium. Non minoris dignitatis fuerunt Angeli, quam primus homo. sed ille fuit creatus in gratia, vt in præcedenti capitulo ostensum est. ergo videtur firmiter dicendum, q̃ Angeli creati sunt in gratia. & omnes authoritates quæ videntur dicere, quòd prius fuerunt Angeli creati, quam habuerunt gratiam, exponendæ sunt de prioritate naturæ nõ temporis. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando antecedens. Et ad probationem respondetur cum S. Th. q̃ Angeli dicuntur non potuisse proficere, non quia mereri non potuerunt. sed quia per scientiam virtutem in gloriã transferri non potuerunt, nisi ampliori lumine infuso. ¶ Ad secundã respondet̃ q̃ vt dicit S. Th. oportet dicere angelos qui peccauerunt ab aliquo q̃ habuerant, cecidisse siue in gratia fuerant creati siue non, saltem ab innocentia vel rectitudine naturali. Et iõ hoc quod dicit Au. q̃ diabolus cecidit ab eo quod nondum acceperat, referendum est ad casum à gloria, quod patet ex hoc q̃ præmittitur beatæ vitæ dulcedinem non gustauit, & ita ratio non procedit. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia omnis forma inclinat suum subiectũ s͠m modum naturæ eius, aut naturalis intellectualis, nature est vt libere feratur in ea, quæ vult, & ideo inclinatio gratię non imponit necessitatẽ. sed habẽs gratiã põt non vti ea. i. peccare. Secundum ergo prædictã determinationẽ exponamus literam. quia absolute posita argumẽta Gratiani parũ valent. quia diceret sibi, q̃ in veritate creatus est quo ad dona naturalia, sed nõ quo ad gratuita. Litera. ¶ [In veritate] formata charitate siue gratuitorũ. Hu. [aut qũo bonus] bonitate. s. gratiæ gratũ facientis. [vnde autem hæc dr̃ia] videlicet, q̃ illi pleni amore, isti vero vacui, siue q̃ isti boni, illi aũt mali [pœnã æternã] q̃ nunq̃ facit. ar. supra 11. q. 3. illud plane. [Ex traduce] † angeli. n. nõ ꝓcesserũt via generatio-

6 (beside "num. † q̃ omnes Angeli…")

Secundũ ar. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet Prima opi. Secũda op. — Augustin. — Hierony. — S. Thom. — Egidius. — Ad primũ argument. S. Thom. — Ad secundũ S. Thom. — Ad tertium — Exponit literam.

nis & alijs. [quomodo bona esse potuit]. s. bonitate gratiæ gratum facietis procedit, quoniam bona natura. alias ratio sua, nulla est. potuit. n. in bonis naturalibus creari, & cum dilectione naturali, non tamen in charitate [ætatis infirmitas grauat, vt nec virtus.] Hic vr̃ dicere Gratianus, ꝙ in pueris non sit virtus, nec vitium, in quo non vr̃ dicere verum, si loquitur generaliter, quoniam in paruulis baptizatis simul cum gratia infunduntur virtutes. Si vero loquatur de his ꝗ non sunt baptizati non dicit verum de peccato originali, quoniam in illo omnes concipiuntur. [Accurrit ergo] concludit ex præmissis, ꝙ Angeli etiam mali creati fuerunt in charitate, licet in ea non perstiterunt, & ita principium dilectionis diuinæ omnibus fuit commune, sed in perseuerantia, & subsecuta confirmatione fuit discretio, & differentia. [vnde bene apud Moysem] Gen. 1. [equaliter stabiles] exponit Hug. i. ad modum cœli firmati erant in charitate prius, sed non confirmati, licet autem ista expositio consonet intentioni Gratiani nihilominus nobis non videtur ꝙ litera ista Gratiani vera sit, videlicet ꝙ in natura angelica fuerit par subtilitas. Angeli. n. non æque subtiles nec perspicaces conditi sunt. vnde Magister sententiarum in 2. di. 3. ita dicit sicut in corporalibus nonnulla differentia est ſm essentiam ac formam ac pondus, quædam alijs meliorem ac digniorem essentiam ac formam habent: sed & alia alijs leuiora, atq; agiliora sunt. Ad hunc ergo modo credendum est illas spirituales naturas continentes suæ puritati ex excellentia & in essentia & in forma & in subtilitate differentias accepisse in exordio suæ conditionis, quibus alijs superiores alij inferiores Dei sapientia constituerent alijs maiora, alijs minora bona præstantis. vt qui tūc per naturalia bona alios excellebant ipsi etiam post munera gratiæ eisdem præcessissent, qui. n. natura magis subtiles & sapiētia amplius ꝑspicaces creati sunt, hi etiam maioribus gratiæ muneribus prę diti sunt, & dignitate excellentiores constituti, qui vero natura minus subtiles, & sapientia minus perspicaces, minus conditi sunt, minora gratiæ dona habuerunt inferiores constituti sunt sapientia Dei æquo moderamine cuncta ordinantis. hæc magister.

Hugutio.

Magister sniarum.

Hinc etiam Gregorius.

Hic Gratianus exponit vnum dictum Gregorij, qui videtur negare diabolū in cœlo charitate fuisse repletum dicens. ꝙ negat esse fuisse repletū: sed non ea pœnitus vacuum, & hoc quia in ea non perseuerauit quia non dicitur factum nisi duret factum, vt supra di. 1. §. cogitatio. quoniam si pœnitus diabolus caruisset in creationis suæ exordio charitate, nunquam ea quæ de eius excellētia dicuntur conuenienter de ea intelligi possent.

3 *Peccatum voluntatis contingit dupliciter circa finem.*
5 *Cupiditas tripliciter accipitur.*
6 *Diabolus quare magis irremediabiliter cecidit & sine venia quam homo.*
7 *Distinctionum maneries siue modi quot sint in angelis.*
8 *Superbia tribus modis accipitur.*



Rincipium &c.

Sequitur vlti. pars in qua introducit multa de excellentia Luciferi, vt probet demones creatos fuisse in gratia. & capitulū hoc Gregorij durat vsq; ad. §. sequentem. charitas sed interponit sæpe verba Iob, verba Ezechielis, vt ea exponat. notabit ergo diligenter lector quæ sunt verba Ezechielis, quæ Iob, & quæ verba Gratiani. Pro pleniori intelligentia huius capituli tria quæruntur circa principales eius partes.

1 ¶ Primum est vtrum Lucifer fuerit simpliciter primus siue supremus inter omnes angelos.
2 ¶ Secundum est vtrū Lucifer irremediabiliter peccauerit.
4 ¶ Tertium est an peccatum eius fuerit superbia.

1 **Ad primum** Sic proceditur. † Et vr̃ quod Lucifer non fuerit inter omnes primus siue supremus. ¶ Primo sic. dr̃. n. de eo Ezech. 28. Tu Cherub extentus, & protegens posui te in monte sancto Dei, sed ordo Cherubin ſm Diony. 8. c. Angelicæ Hierarchiæ. & Gregorium non est supremus ordo. ergo vr̃ ꝙ Lucifer non fuerit de supremo ordine. ¶ Secundo sic. Damascenus dicit de eo præerat terrestri ordini. Sed inferioribus ministerijs ſm Dionysium præficiuntur inferiores ordines. ergo vr̃ ꝙ fuerit de inferioribus ordinibus. ¶ Tertio sic. Deus fecit intellectualem naturam propter beatitudinem consequendam. si ergo angelus qui fuit supremus inter omnes peccauit, sequitur ꝙ ordinatio diuina fuit frustrata in nobilissima creatura quod est inconueniens, ergo illud ex quo sequit̄. ergo vr̃ ꝙ Lucifer non fuerit supremus inter oēs. ¶ In oppositū est litera præsentis tex. vbi ipse vocatur princeps viarū Dei, sed non ordine naturæ. ergo ordine dignitatis. ¶ Item patet per multas alias authoritates positas in litera. ¶ Respondeo dicendum ꝙ hanc quæstionem mouet Augu. 11. super Gen. ad literā. & indeterminatā relinquit eo ꝙ de his ꝗ ad Angelos pertinet, pauca voluit asserendo tradere, sed postmodū Gregorius determinat expresse, ꝙ fuit altior cæteris non solū peccātibus, sed ēt stantibus. cui cōsonat cōis, sniā quæ quidē probabilis est. Tū ꝑ multas authoritates positas in litera, quæ hoc exprimere vident̄. Tū ēt ex hoc, ꝙ nō est probabile creatoris æqualitatē aliquo modo illum spm appetiuisse, qui ēt alteri creaturæ subiectus erat. vnde oportet, ꝙ ille qui hoc appetijt cæteris fuerit altior. ¶ Dicendū ad rōnes in oppositum. Ad primā rn̄det negando cōsequētiā, & rō est, quia cum nomina inferiorum ordinū sint in superioribus ordinibus eminēter superior ordo nomine inferioris ordinis nominari pōt, & iō dicimus ꝙ Angelus ille nō dr̃ Cherub, quia de ordine Cherubim fuerit: sed magis de ordine Seraphin dr̃ aūt Cherub ad exprimēdū qualitatē culpæ: quia. n. ꝑ elationis vitiū cecidit, iō à sciā nominat̄ ꝗ nomē Cherub designat. interpretatur. n. plenitudo sciæ, de qua dicit apostolus. 1. Cor. 13. scia inflat ¶ Ad secūdā respōdet iuxta dominum Albertū in secūda parte summæ, ꝙ Lucifer non dr̃ terrestri ordini ꝑfuisse, vt ordinarius ī illo ordine cui terræ custodia cōmissa est. Ille. n. est infimus ordo, ꝗ angelorum vocat̄, qui ministrāt circa nos, & custodiunt homines. sed dr̃ terrestri ordini ꝑfuisse, vt ꝑ illuminationes in terrestrē ordinē descēderent, per quas Angeli custodientes hoīes melius ad bonitatē Dei custodirēt, & ita rō nō ꝓcedit. ¶ Ad tertiā respōdet̄ negando cōsequētiā. dicimus. n. iuxta S. Thōā in scripto ꝗ in summa. ꝙ diuina intētio siue ordinatio nō frustrat̄, nec in his qui peccant, nec in his qui saluant̄, vtrorūq; euentus Deus ꝓnoscit, & ex vtroq; habet gloriā, dū hos ex sua bonitate saluat, & illos ex sua iustitia punit ipsa vero creatura intellectualis dū peccati à fine deficit debito, nec hoc est incōueniēs de quacunq; creatura sublimi. sic. n. creatura intellectualis est instituta à Deo, vt in eius arbitrio positum sit agere propter finem.

Primũ arg. — Secũdũ ar. — Tertium ar — Opponit in contrariũ. — Respondet. — Gregorius. — Ad primum argu. — Ad secundũ Albertus. — Ad tertium S. Thom.

2 **Ad secundum** Sic procedit. † Et vr̃ ꝙ Lucifer nō irremediabiliter peccauerit. ¶ Primo sic. libertas arbitrij ad conditionē intellectualis naturæ siue creaturæ ꝑtinet, ꝗ manet integra in demonibus vt ait Dionysius. 4. c. de di. no. sed libertas arbitrij per se prius ordinat̄ ad bonum, ꝗ ad malum. ergo voluntas demonis non est ita obstinata in malo, quin possit redire ad bonum. ¶ Secundo sic. oē ꝙ nō inest alicui ꝑ se, oportet ꝙ insit ei ex aliqua cā, sed immobiliter peccare nō cōuenit Angelo ſm se, sic. n. cōueniret ei ſm naturā, & sic esset naturaliter malus, qđ est falsum & hæreticum. nec iterum conuenit ei ex aliqua cā, quia nec à Deo, nec à natura, vt patet, nec etiā propria voluntate. quia cū voluntas creaturę sit de se mutabilis, non vr̃ quod possit immutabilitatis cā existere. ergo immobiliter peccare non conuenit Angelo vllo modo. ¶ Tertio sic. diabolus anteꝗ peccaret poterat cōuerti in bonum, aut hoc est ꝑ subtractionē aliquam, aut ꝑ additionē. Sed non ꝑ subtractionē, quia potentiæ naturales in eo manēt integræ, sicut & cætera naturalia bona, vt dicit Diony. similiter nec propter additionem, quia quod additur alicui, aduenit ei ſm modum eius. Et ita cū liberum arbitrium. Angeli sit vertibile, ſm se, vr̃ ꝙ illud qđ ei addit̄ vertibiliter inhæreat. non ergo immobiliter ꝑseuerat in malo. ¶ Quarto sic. voluntas ꝓportionat̄ intellectui, à quo mouet̄. sed intellectus Angeli non ita intelligit vnū, quin ēt possit intelligere aliud. ergo ēt eius voluntas non ita vult vnū, quin possit reuerti ad aliud volēdū, & ita nō immobiliter perseuerat in malo. ¶ Quinto sic. maior est mīa Dei, quę est infinita, ꝗ demonis malitia, ꝗ est finita. a mali tia aūt culpæ in bonitatē iustitię nullus redit nisi per Dei misericordiam. ergo etiam demones à statu malitiæ possunt redire ad statum misericordiæ. ¶ In oppositū est tex. præsentis literæ, vbi dr̃, ꝙ Lucifer sine venia & spe veniæ dānatus est. ¶ Secundo est illud psa. su ꝑbia eorum qui te oderunt ascendit semper. quod de demonibus

Primũ arg. — Diony. — Secundũ ar. — Tertiũ arg. — Diony. — Quartũ ar. — Quintũ ar — Opponit in cõtrarium. — Secũda op.

demonibus exponitur.ergo lucifer & sui sequaces sem p in malitia sic perseuerant, & ita irremediabiliter peccauerũt.
Respondet S.Thom. ¶Respondeo dicẽdum.ꝙ vt inquit S.Tho.in 1.parte,& tãgit ab Aug.21.li.de ciui.Dei.Origenes posuit,ꝙ oĩs voluntas creaturæ pp libertatẽ arbitrij põt flecti in bonum & in malum,& excepta aĩa Christi pp vnionem verbi. Sed hæc opinio tollit veritatem beatitudinis à sanctis Angelis, & hoĩbus.quia stabilitas est de rõne veræ beatitudinis.vnde & vita æterna nominaṫ.repugnat ẽt sacræ scripturæ, q̃ demones & hoĩes malos in supplicium æternum mittendos, bonos aũt in vitã æternã transferendos ꝓnuntiat.vnde hęc positio est tanq̃ erronea refutãda & tenendũ firmiter ꝑ cõclusionẽ ẜm fidẽ catholicã,ꝙ & volũtas bonorum Angelorũ confirmata est in bono,vt amplius peccare non possint. Et voluntas demonum obstinata in malo, vt amplius reuerti non possint.Cuius obstinationis rõ diuersimode assignat vt deducit S.Th.in scripto.Quidã.n. dicunt ꝙ li.ar. Angeli medium est inter diuinum,& humanum, in hoc ꝙ diuinũ immobile est ante electionẽ,& post electionẽ.humanũ aũt mobile est ante,& post. Angelicum aũt mobile est ante sed
Contra ꝓdictam rõnẽ. immobile post.Sed hæc rõ supponit illud cuius cã quærit.s. immobilitatem Angelorum post electionem.Et ꝑterea ẜm hæc non posset assignari rõ cõfirmationis,& obstinationis hoĩm defunctorum.¶Alia rõ assignatur, quia cum Angelus sit indiuisibilis ad quodcunq; se diuertit totaliter se conuertit.Sed hæc rõ vr̃ insufficiens.quia qua uuis Angelus sit indiuisibilis in essentia,est tñ diuisibilis virtute.ẜm quod vir
Contra ꝓdictam rõnẽ. tus eius ad multa se extendit.& hoc est ẜm obiecta,& ẜm ꝙ magis vel minus alicui applicatur,& hoc est ẜm intensionẽ vel remissionẽ actus.vnde non oportet ꝙ sua operatio ꝓcedat ab eo ẜm totã suã virtutem,cum sit dominus sui actus. ¶Alia rõ assignaṫ ex hoc,ꝙ homo per alterum cecidit, vnde decuit vt haberet reparatorem,per quem resurgeret. Angelus aũt perseipsum cecidit, & iõ impossibile est eius ruinam reparari.quia per se nõ potuit surgere, nec decuit aliũ reparatorem habere.¶Sed hæc rõ etiam non vr̃ sufficiens,
Contra ꝓdictã rõnem. quia per se vel per alium cadere sunt circunstantiæ peccati, quæ in infinitum aggrauare non possunt, vt peccato recuperabilitas auferaṫ. Præterea etiã si homo nunq̃ reparatus esset,non tamen ꝓpter hoc obstinatus esset,vt patet in infidelibus.quia licet reparationis beneficium non consequantur,non tamen ꝓpter hoc oẽs actus eorum pc̃tã sunt,& ita etiam si casus demonis sit recuperabilis,non ex hoc sequiṫ obstinatio voluntatis in malo qualis in ipso est. ¶Alia rõ assignatur videlicet,ꝙ Angelus peccauit contra deformẽ intellectum, hõ autem contra dictamen rõnis. vt patet per
Dionysius. Diony.4.de di.no.& ideo peccatum angeli fuit multo grauius,& irreparabilius:quia rõ est intellectus quasi abumbratus ẜm ꝙ dicit Dion.li.de diffinitionibus,ꝙ rõ erat in vmbra intelligentiæ.¶Sed hæc ẽt rõ non vr̃ sufficiens, quia in-
Contra ꝓdictã rõnem. tellectus angelicus,& rõ humana improportionabiliter distãt,sicut recuperabile,cum vtrumq; finitum sit. ¶Alia rõ assignaṫ.quia natura hoĩs tota corrupta est per peccatũ eius in quo originaliter erat,non autem tota natura angelica.vnde magis indigebat reparatione natura humana, q̃ angelica.¶Sed hæc rõ vr̃ etiam insufficiens quia ẜm hoc si primo
Contra ꝓdictã rõnem. hoĩe non peccãte aliqui de filijs eius peccassent,eorum peccatum irremediabile foret.Et præterea in quolibet Angelo est natura ẜm speciem ab alio differens.Et ideo eo peccante tota natura speciei suæ vitiata est.Et ideo aliter oportet dicere inquit S.Tho.in scripto,vt eadem rõ obstinationis in-
S.Thom. uenia tur in hoĩbus damnatis,& in angelis peccatibus, quia
Damascen. ẜm Damasce.quod est in angelis casus,hoc est in hominibus mors.Dicendum est ergo,ꝙ sicut impossibile est à voluntate indeclinabiliter adhærente recto fini procedere opus peccati,ita a contrario impossibile est à voluntate adhærẽte inconuersibiliter peruerso fini aliquod rectum opus perueni
3 re.peccatum autẽ voluntatis contingit dupliciter circa finem,vel ex rõne deducente circa rõnem ab actuali consideratione recti finis,& talis peccator pœnitens ex passione cessante,vel ex malitia quæ ẜm Philosophum.7. Ethi. est corruptio finis.dr̃.n.ex malitia peccare,quia ex electione praui finis peccat, eo ꝙ qualis est ẜm habitum, talis finis vr̃ ei, vt qui habet iuxta delectationem veneream habitum sibi ponit finem in ea. Est autem error circa finem in operabilibus sicut error circa prima principia in speculatiuis, circa quẽ errantem non contingit ex alijs notis dirigi. vnde oportet ꝙ sic peccans sit impœnitẽs.vnde vt dicit philosophus ibidem.ergo de peccato nullus potest pœnitere,nisi vel passione cessante,vel habitu remoto,quo malum finem eligebat. remouere autem habitum est impossibile,nisi in eo, qui est in statu viæ & mutabilitatis.vnde quandocunq; aliquis deuenit ad terminum potest deflecti ab eo fine cui adhæsit, siue sit bonus,siue sit malus.finis autẽ viæ hoĩs est mors sua. finis autem angeli est terminus suæ electionis,qua bono adhæsit,vel malo,vnde sicut hoĩes post mortem in bono cõfirmati,vel in malo,ita & angeli post auersionem, vel conuersionem.daṫ autem homini longior via,q̃ angelo. quia erat magis à Deo distans,& oportebat,ꝙ in eius cognitionẽ inquirendo perueniret.angelus autem statim deiformi intellectu sine inquisitione in diuina peruenire potuit. In summa vero videlicet in prima parte huius obstinationis cãm assignans.s.S.Tho.tali rõne vtitur.vis appetitiua in oĩbus ꝓ S.Thom.
portionatur apprehẽsioni à qua mouetur,sicut mobile motori.sed angelus quidquid apprehendit,apprehendit per intellectum,sicut & nos apprehendimus immobiliter prima principia,quorum est intellectus,homo vero per rõnẽ apprehendit mobiliter discurrendo de vno in aliud habẽs viã ꝓcedendi ad vtrunq; oppositorum.vnde & voluntas hoĩs adhæret mobiliter alicui,quasi petẽs ab eo discedere,& cõtrario adhærere.voluntas autẽ angeli adhæret fixe & immobiliter.& ideo si consideretur ante adhæsionẽ potest libere adhærere huic,vel opposito in his.s.quæ non naturaliter vult,sed postq̃ iã adhæsit immobiliter adhæret. & ideo cõsueuit dici ꝙ li. ar.hoĩs flexibile est ad oppositum,& ante electionẽ,& post:liberum autem ar.angeli est flexibile ad vtrunq; ante,sed non post.sic ergo & boni angeli sem p adhærentes iustitiæ sunt in illa confirmati. Mali vero peccantes sunt in pc̃õ obstinati.¶Ad rõnes in oppositum. Ad pri Ad primũ argument.
mã respondeṫ,ꝙ angeli boni,& mali habẽt li.ar.sed ẜm modum,& conditionẽ suæ naturæ,vt dictũ est,videlicet, vt immobiliter adhæreãt cui per electionẽ semel inhæserunt. vnde rõ non ꝓcedit.Quod vero dicit Dion.ꝙ in angelis bona naturalia manserunt integra,dicimus ꝙ verum est, q̃tum pertinet ad naturæ ordinẽ,sunt tamen corrupta,vel deprauata seu diminuta per corruptionẽ ad capacitatẽ gratię vel gloriæ.¶Ad secundã respondet negando minorẽ, dicimus Ad secundũ
.n.cum S.Tho.in q.de malo.ꝙ immobiliter permanere in malo non conuenit diabolo ex vna causa,sed ex duabus.nã esse malum conuenit ei ex propria voluntate, sed immobiliter adhærere ei ad quod voluntas applicatur conuenit ei ex propria natura.¶Ad tertiã respondetur negando maio Ad tertium
rem.dicit.n.S.Tho.vbi supra.ꝙ immobilitas diaboli in ma S.Thom.
lo tangitur proprie per adhæsionem,quæ habet rationẽ oppositionis,& ex hoc ipso,ꝙ adhæret alicui ẜm modum suæ naturæ magis sequitur,ꝙ immobiliter adhæreat, quam ꝙ vertibiliter respondetur.Et cum dr̃ ꝙ li.ar. angeli ẜm se sit vertibile.respondetur,ꝙ verum est anteq̃ eligat, sed nõ electione facta.¶Ad quartum respondetur ꝙ sicut angelus dr̃ Ad quartũ.
immobiliter apprehẽdere,non quia immobiliter stet sem per in vnius rei apprehensione,vtputa hoĩs,vel alterius speciei,sed quia nõ apprehendit discurrendo de vno in aliud, sed intellectu deiformi statim venit in cognitionem rerum ita dr̃ immobiliter eius voluntas adhærere, non quia sem p velit vnum,& idem,& nunq̃ ad aliud se vertat.sed quia post electionem non põt velle oppositum eius,cui semel p amo rem adhæsit,potest tamen ad alia se cõuertere. vnde S.Th. S.Thom.
vbi supra.appetitus diaboli potest quidem diuersa appetere,sed in oĩbus quæ appetit in malo immobiliter perseuerat.¶Ad quintam respondetur negando consequentiam. Ad quintũ.
rõ est.quia licet nullus possit à malitia culpæ ad statũ gratię resurgere,vel redire nisi per mĩam Dei.nihilominus tñ hoc nulli diuina mĩa concedit,nisi sit capax pœnitentiæ,cuiusmodi nõ sunt,qui immobiliter malo adhærent,vt sunt angeli mali,& ideo rectæ per diuinam mĩam non liberantur.

4 Ad tertium Sic procedit hic. † Et vr̃, ꝙ pc̃m quo peccauit lucifer non fuerit superbia.

¶Primo sic dr̃.1.Ti.6.radix oĩm malorum est cupiditas,siue auaritia.sed peccatum angeli fuit quasi oĩum peccatorũ Primũ arg.
radix.ergo pc̃m eius fuit cupiditas,vel auaritia. ¶Secũdo Secundũ ar.
sic.sicut dicit magister sñiarum.di.5.sicut conuerti est charitate adhærere Deo,ita ꝑ oppositũ auerti est odio habere vel inuidere.sed angeli peccãdo à Deo sunt auersi.ergo eorum primum pc̃m fuit odij,vel inuidiæ.¶Tertio quicũq; Tertium ar.
nõ facit hoc ad quod tenetur,peccat per omissionẽ. sed angelus debuit cõferre de Dei ordinatione ne vltra ipsam ap-

peteret aliquid,quod non fecit.ergo per remissionem peccauit.

Opponit in cōtrarium. ¶In oppositū est litera præsentis textus, vbi aperte habetur, ꝙ vitio siue peccato superbiæ lucifer cecidit.

Secūda op. ¶ Secundo est illud eccl. 11. initium oīs peccati superbia.qđ exponit B.Aug.li.11.super Gen.ad literam.de primo peccato angeli & hominis.

Tertia op. ¶Tertio est illud Tho.4.superbiā in tuo corde nunꝗ dñari permittas:qa ab ipsa sumpsit initiū oīs perditio,sed oīs perditio non sumpsit initium nisi a primo pctō diaboli.ergo superbia est primum pctm̄ eius.

Respondet. Bonauent. ¶Respondeť dicendū,ꝙ,vt recitat dñs Bona.in 2.di. 5. aliqui voluerunt ad prædictas rōnes,& authoritates,ꝙ simul ipse lucifer peccauit pluribus generibus pctōrum, naturaliter tñ & principaliter pro alijs peccatis fuit pctm̄ superbiæ, & sic respondent vnica,& breui responsione ad oīa obiecta,ꝙ verum concludunt.

Cōtra prædictā opin. Sed hæc responsio nec verū dicit, nec soluit.Non dicit verum,quia cū affectus diaboli simplex sit,sicut,& intellectus,non pōt plura intelligere simul, vel plures cogitationes habere. Similiter nec affectus simul, & in eodē instanti plura pctā cōmittere,maxime quæ spectant oīno ad diuersas actiones,sicut infidelitas,superbia, & inuidia.Præterea esto,ꝙ vera esset non soluit, quia prædictæ rōnes non ꝓbant tantū ꝙ prædicta pctā cōcomitenť superbiam,sed antecedant.

Bonauent. Et iō aliter est dicendum inquit dñs Bonauētura,ꝙ est loqui de pctō luciferi ꝗtum ad triplicē statū,sed ꝗtum ad inchoationē,consummationē, & confirmationem peccatū diaboli initiatū est in ꝑsumptione, statim.n.vt suā vidit pulchritudinem ꝑsumpsit. Consummatū est in ambitione.quia ꝑsumēs de se appetijt quod oīno supra se fuit,& ad qđ peruenire non potuit.sed confirmatū est inuidiæ,& odij auersione,quia ex quo obtinere nō potuit qđ appetijt ideo inuidere cepit ex affectu odij cōtraire & in hoc firmatus est.quia hoc oīno ipsū à Deo separauit, & perfectū obstaculū posuit, sicut ꝑfecta charitas perfecte Deo coniungit.

S.Thom. Cōcordat B.Tho.in 1.parte d. ꝙ primum peccatū primi angeli non pōt esse aliud,ꝗ superbia.sed cōsequenter potuit in eo esse inuidia.

Albe. mag. Concordat ēt Albertus magnus in prima parte summæ ita dicens.dicimus cum S. Aug.Anselmo & Greg.ꝙ superbia primum peccatum demonis fuit, & ex superbia nata est inuidia, qua deiecit hominē.

Ad primum argument. S.Thom. ¶Ad rōnes in oppositū. Ad primam respondeť, ꝙ,
5 vt inquit S.Thomas in scripto † cupiditas tripliciter accipit.vno modo ſm ꝙ est radix oīs peccati,& sic est quædam inclinabilitas,& desideriū inordinatū cuiuscunq; desiderabilis,vel ex corruptione fomitis,vel ex conditione naturæ, quo flexibilis est ꝑp hoc, ꝙ est ex nihilo. ¶Alio modo dr ſm ꝙ est conditio omne peccatum consequens ex parte cōuersionis,prout dr desiderium actualiter inordinatū cuiuslibet desiderabilis,vel honoris,vel scientiæ &c. Tertio modo dr desiderium ſm ꝙ est speciale vitium vnum de septē capitalibus.s.inordinatum desiderium habēdi quæ sufficiētiā in vita promittunt,vt pecuniā,& alia quorum pretium numismate mensurať.hoc aūt modo quo auaritia ꝓprie capiť nō est in demonibus,nec fuit primum peccatum angeli vt de se patet.Nā ad ista nō afficiunť sicut nec ad delectationes carnales.nā licet ꝗtum ad reatū oīa pctā in demonibus esse contingit,quia dū hoīes ad oīa inducunt oīm pctōrū reatum incurrunt,ſm tñ affectum illa sola pctā in Angelis esse possunt,ad quæ contingit affici naturā spūalē.spūalem aūt naturā affici nō contingit ad bona,ꝗ sunt ꝓpria corpori,sed ad ea,ꝗ in rebus spūalibus inueniri possunt, cuiusmodi non sunt delectationes carnales,nec amor diuitiarū. auaritia vero sumpta alijs primis modis bene pōt esse in demonibus,

Augus. sicut tangit Aug.in 11.sup Gen.sic dicens merito oīs peccati initiū scriptura diffinit dicens.eccl.11. initium oīs pctī superbia,cui testimonio non inconuenienter adaptať illud quod apostolus ait.1.ti.6.radix oīm malorū auaritia. si auaritiā spūalē intelligamus,qua quisq; appetit quid amplius ꝗ oportet &c.

Ad secundū ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiā.quia licet inuidia fuerit ēt in dæmone, nō tñ fuit primum peccatū,sed ſm.

Augusti. S.Thom. Nā odium & inuidia respectu Dei ꝑsupponit in angelo voluntatis prauitatē, vt dicit Au. super Gen.ad literā.qđ sic patet,vt declarat S.Tho. in scripto.quia nullius rei pōt esse odiū,nisi qđ est dissonū, & cōtrarium voluntati.illud aūt qđ est optimū nihil habens defectus admistum non est contrariū,nisi voluntati nō rectę. Similiter ēt inuidia est dolor alienæ prosperitatis, inqtum est impeditiua alicuius ꝓprij boni.diuina aūt fœlicitas nō est impeditiua alicuius boni,qđ ordinate desideratur. quia ab ea oē bonum descendit,& ita odium,& inuidia præsupponunt aliquod peccatum,per quod volūtas deordineť. Et ita patet ꝙ non pōt esse primum peccatum in dæmone.

Ad tertium argu. ¶Ad tertiā rńdetur,ꝙ omissio quādoq; est spāle peccatū, qñ.s.dimittiť id,quod fieri debet,quod spāliter ꝑceptum est qnq; vero est conditio oē peccatum consequēs,ſm ꝙ est dimissio alicuius circunstantiæ in opere obseruandæ, & hoc modo nō est inconueniens, ꝙ in primo pctō angeli fuerit omissio.

Albertus magnus. Antissiod. ¶Secundo rńdeť iuxta Albertum magnū.negādo minorē,nā vt ꝑpositus,& Antissiodorensis dicunt,angelus nō tenebat tunc actualiter conferre.qꝛ alio modo peccatū vitare poterat.sed auertendo se ab appetitu proprij boni & delectatione propriæ ptātis.Concordat S.Thom.

Exponit literam. Litera. ¶[Principium]verba sunt Iob.40.c.[Behemot].i. diabolus principium excellēs.i.ꝑcipuum,& dignissimum opus inter prima opera Dei,quæ dicunť viæ dñi,per quas vestigio creationis insignitas venimus in cognitionē Dei.ad Ro.1.inuisibilia Dei per ea,quæ facta sunt intel.cōspici[quia nimirū] verba sunt Greg.[primum].i.maiorē,& digniorē[per prophetā.]Ezec.31.[cedri]hæc sunt verba prophetæ vsq; quid naturā sunt verba Greg.[in cedris &c. procere].i.excelse in naturalibus & gratuitis,vbi nota ꝙ sicut diximus parum ante angeli nec in oībus naturalibus,nec in gratuitis fuerūt pares.

Magister sniarum. vnde,vt dicit magister sniarum.di.3.quædā habuerunt cōia,& æqualia,& quædā in quibus differebant.habeāt autē cōia,& æqualia,ꝙ spūs erant,ꝙ indiuisibiles, & immortales erāt,in subtilitate vero essentiæ & intelligentiæ sapiētiæ & libertate voluntatis differentes sunt[nec plata].i. excellētiora[nec æquata].i.paria sunt dona collata alijs donis lucifero collatis[decorauit.n.] minus pulchra comparata pulchrioribus faciunt ea pulchriora videri[ista arbor].s.lucifer [in paradiso].i.in cœlo empyreo[frondes]eū ornātes[sine venia].i.spe veniæ[dānatus est quia magnus]quanto.n. gradus est altior tanto casus grauior,& culpa maior cæteris hic
6 paribus.

Quæstio. Respondet. S.Thom. ¶Hic solet qri quæstio † quare magis irremediabiliter,& sine spe veniæ cecidit diabolus,ꝗ hō.Et respōdetur iuxta S.Thomam super tertium.ar.2.primæ quæstionis,qđ sex possunt assignari rōnes prima ex virtute naturali vtriusque,quia quantum ad cognitiuam angelus cognoscit in luce plena per intellectum deiformē,vt possit totum cōsiderare sine inquisitione,qđ ad electionē alicuius rei ꝑtinet & sic per ignorantiā non excusať,sicut hō qui cognoscit ea, ꝗ agenda sunt deliberando per rōnē,quæ est quasi obūbratio intellectus,vt Isaac dicit in li.de diffinitionibus. ꝗtū ad effectiuā vero quia voluntas angeli inuertibilis est post electionē,cū sit supra voluntatē humanā,ꝗ est vertibilis ante, & post.Et supra volūtatē humanā,ꝗ est vertibilis ante,& post. Et iō angelus malo,quod peccādo appetit immobiliter inhæret.Secunda rō assignatur ex natura vtriusq;, ꝙ angelorum natura nō propagať ex vno,ex quo vitium contrahat, sicut humana,iō nec ꝑ vnum eā reparari congruit. Et hoc est quod vr apostolus dixisse ad Ro.5.sicut ꝑ vnum hoīem. Tertia ex pctō vtriusq;,& ꝗtum ad genus pctī quia hō sꝑbiuit ex appetitu scientiæ,cuius natura creata est capax. Angelus vero ex appetitu potentiæ,ꝗ natura creata nō ita pfecte recipere pōt,sicut sciam,vnde & aīæ Christi cōicata est oīs scīa,sed non oīs potentia,& ꝗtum ad circunstātiā pctī, quia hō peccās,& de venia cogitauit in aliquo deceptus est vt in 2.li.di.22.dr.Non autem angelus peccās. Et similiter ꝗtum ad occasionē pctī,ꝗ hō habuit quia alio suggerente, nō autē angelus.Quarta ex iustitia Dei,quia oēs illi ad quos corruptio pctī primi hoīs deuenire debebat, nondum erāt in actu,sed in virtute tm̄,& ideo non decebat,vt priusquam essent vltimā dānationē reciperēt, sicut oēs angeli actu existentes proprio arbitrio peccauerunt.¶Quinta ex mīa diuina,quia tota humana natura lapsa erat in vno parente,nō autem tota natura angelica,& ideo magis indecens erat, vt natura humana tota relinquerentur sub damnatione, quā de natura angelica,quæ non tota corruerat.¶Sexta vero,& præcipua est ex parte status vtriusq;,quia homo non peccauit in termino viæ suæ.sicut angelus cui ad primā electionē status viæ finitus est.

Damascen. Et hoc cōsonat verbo Damasceni, qui dicit ꝙ hoc est hominibus mors,quod angelis casus[tu signaculum]verba sunt Ezec.28.quæ imponit Grego. & ea exponit[multa.n.]sequuntur verba Grego.

Augustin. dicit enim Augustinus,homo factus est ad imaginem Dei, quo capacior est Dei hinc cum angelis sit capacior rōne,& intellectu, cū natura sit sublimior ad expressionē istius excellentiæ in par

participatione

ticipatione diuinæ imaginis,angelus dictus est signaculum
quasi sigillum profundatum hinc,quia vero ad sublimitatē
naturæ sequitur sublimitas principatus.Cōsequenter Gre-
go.inducit verba Ezec.& ea exponit,quæ eius primatū, &
principatum manifestāt[omnis lapis]ista litera exponi pōt
multipliciter, primo sic[oīs lapis prætiosus].i.oīs virtus, &
decor pulchritudinis cōicata quibuscūq; alijs angelis, mul-
to excellentius relucet & splēdet in te.secundo sic.[oīs lapis
prætiosus].i.oēs alij angeli ptiosi in virtutū splendore crea
ti circunstant te ad ornatū,sicut maiorē & superiorem eis.
Tertio iuxta gl.& expositionem B.Grego.[oīs lapis].i.oīs
alius angelus.q creatus fuit pulcher decore virtutū tuo de-
cori cōparatus est inferior,& minor sicut vestimentū infe-
rius,& indignus se induētc.[nouē dixit Ezec.]Gre.exponit
verba prophetę,& cum sint.12.lapidum genera ostēdit rō-
nem,vel cām quare Ezec.non posuit nisi nouē [quia.s.non
sunt diffinitiones].i.distinctiones:differunt.n.ordine & po
testate. Qm hic dicuntur,ꝙ in angelis sint distinctiones in
Quæstio. S.Thom. 7 pluri quæritur:† quot maneries siue modi distinctionū sint
in angelis,& de rōne drīæ earum.Ad quod respondeť iuxta
S.Tho.in 2.sñiarum.di.9.ꝙ in angelis inueniť triplex distin
ctio.vna est hierarchiarum ab inuicem. secunda est ordinū
in eadem hierarchia.tertia est personarum eiusdē ordinis,
& quælibet earum sumiť ₰m diuersam proportionem ad p
ceptionē diuini luminis:diuersitas.n.hierarchiarum est ₰m
diuersum modum recipiendi diuinas illuminationes.diuer
sitas vero luminum est ₰m diuersos actus,ad quos diuinum
lumen perficit ₰m perfectius,& minus perfectum.diuersi-
tas vero psonarū vnius ordinis est ₰m diuersam virtutē in
execu ione actus minus,vel magis efficacis:verbi gratia no
stra hierarchia distinguitur ab angelica in hoc,ꝙ nostra pfi
ciť diuino lumine velato p solitudines sensibiles tā in sacra
mentis,q̄ in metaphoris scripturarū.sed angelica pficiť lu-
mine simplici,& absoluta & cum dictus modus sit cōis oī-
bus,qui sunt in nostra hierarchia,tamen eorum sunt diuer-
si actus ₰m quos diuersi ordines distīguunť.Alius est.n.act⁹
sacerdotum,& diaconorum,& in exercitu cuiuslibet horū
actuum.quidam sunt alijs magis idonei. angeli aūt oēs q̄-
uis in hoc modo conueniant,q; sine inquisitionis discursu
& sine velamine figurarum diuinum lumē recipiunt,tamē
differunt in hoc,ꝙ quidam eorū receperunt in maiori vni
uersalitate,q̄ alij.vnde superiores dicunť habere sciētiā ma
gis vniuersalē,vt dictum est.hoc aūt pōt tripliciter variari.
Aut.n.cognitionē diuinorum effectuum recipiunt in ipsa
cā prima vniuersali,& hic est modus proprius primę hierar
chiæ,quæ est ꝓportionata ad recipiendū illuminationes in
ipso fulgure diuini luminis,& p hoc dicunť circa Deū es-
se,& oēs ordines eius denominanť ab opatione circa Deū.
Aut cognoscunt res in vniuersalibus rerū rationibus, & hic
est modus secundæ hierarchiæ,& ideo angelorū huius hie-
rarchiæ est accipere perfectionē cognitionis per illumina-
tionē primæ hierarchiæ,ī qua sunt formæ maximæ vniuer
sales.Et pp hoc ordines huius hierarchiæ non denominan
tur ab operationibus circa Deū,sed nominibus ptinētibus
ad ptātē operandi in res,inq̄tum formæ,p quas cognoscūt
sunt operatiue ad minus respectu effectuū in qbus Deo mi
nistrāt,& qa illæ formæ sunt vniuersales,nominanť à ptāte
nō limitata,vel terminata ad aliquē,vel ad aliquos. aut co-
gnoscunt res in ꝓprijs rōnibus.& hic est modus vltimæ hie
rarchiæ,in qua sunt formæ maximè particulares & ꝓpor-
tionatæ,vt ab eis recipianť in intellectus nostros, pp qđ di-
cunť accipere diuinū lumē ₰m cōsequentiā nostræ hierar-
chiæ. & inde est ꝙ ordines tertiæ hierarchiæ denominanť
ab actibus limitatis,circa vnum hoīem, vel circa vnā ꝓuin
ciā.huius aūt simile pōt videri in terrenis principatibus qa
ministrorū qui operanť sub vno rege quidā operanť imme
diate circa personā regis.quasi cubicularij,cōsiliarij, & asses
a sores.[a]& hoc cōpetit primæ hierarchiæ respectu Dei. Qui-
dā vero habent officia ad regimē regni non deputati huic,
vel illi prouinciæ,vt dñi regalis curiæ,& principes militiæ,
& iudices curiæ & his similes sunt ordines hierarchię.2.
Quidam vero præponunť ad regimē alicuius regni,vt p̄po-
siti,& balliui & hmōi minores officiales,& his similes sunt
ordines tertiæ hierarchiæ.Ordinum autem primæ hierar-
chiæ sic potest accipi numerus, & distinctio ₰m tres actus
fruitionis,quibus anima Deo fruitur,quorū vnus est cōpre
hendere,vel tenere,quo pficiť memoria,& hoc mō accipiť
ordo thronorum.quia in eis Deus sedet,& quiescit, dū eos

a¶ Assessoris An iperitia assessoris excuset magistratū vt nō faciat litē suam vide tex. in l. si post depositam. C.de asses. Ange. in §.his qui in vlt. nota. in authē de iudi Bal. in ru.C de pę na.iudi. qui male iu. gl. in l. polla. C.de his q. vt indi. Ale. in l.2.ff. qđ quisq; iur. Sal in i.vlt. C.de pœna iud. q mal. Ale.cōs.65. inci habita super contentis Philippus Decius in cōsi. 8. inci. viso puncto diligenter.

in se quiescere facit.Alius est videre quo pficiť intellectus
& ₰m hoc accipiť ordo cherubin,qui interpretať plenitudo
scientiæ.alius est amare quo perficiť voluntas,& ₰m hūc ac
cipiť Seraphin qui interpretať ardens,vel intendens,& quia
in hoc actu est cōpletissima vnio ad Deum, ex eo ꝙ amor
facit interiora amati penetrare,ideo ordo Seraphin est pri-
mus.secundus Cherubin pp vnitatem assimilationis in qua
compleť scīa in actu.tertius aūt thronorum, quia in susce-
ptione importať vnio ₰m contactum solū. Ordinū vero se
cundæ hierarchiæ sic pōt accipi diuisio,& numerus,qa regi
mē alicuius cōitatis est ₰m hoc,ꝙ ordinate,& pacifice bo-
num cōe dispenseť.hic aūt ordo pacis disponiť tribus.s.ali-
quo sententiante quid vnicuiq; debeať, & ad hoc est ordo
ptātum. vnde dicunť arcere aereas ptātes,sed hic nō est vl-
timus finis,sed quietem,& vtilitatem bonorū dispensare, si
cut ptās secularis suspēdit furē ad pacē ciuitatis.Sed snīa de
bet esse efficax,& recta,& ad hoc ꝙ sit efficax indiget aliquo
adiuuante,& ꝓpugnāte,vt nihil sit impossibile exequi, qđ
p snīam determinať,& ad hoc est ordo virtutū, q attingūt
vltimū operādis oībus difficilibus ptinētibus ad ministeria
diuina,& iō attribuiť ei miracula facere,quia obuiare legi-
bus naturæ est arduissimum.Ad hoc aūt ꝙ sit recta indiget
aliquo dirigēte,& imperante,& ad hoc est ordo dñationis,
ad quē ptinet dirigere in oībus ministerijs diuinis,sicut ar-
chitectorū,& in mechanicis,qui & p̄ceptiuus est, & iō hic
ordo est primus secundæ hierarchiæ,quia ab ipso dirigiť &
imperať quidquid in ministerijs diuinis per angelos agiť,&
secūdus est ordo virtutū,à quibus actus ptātuū efficaciā ha
bet sicut ēt leges seculares oportet esse armatas,vt habeant
vim coactiuā.Ordinū aūt tertiæ hierarchię sic numerus,&
ordo accipiť.qa cū habeāt ptātē limitatā, oportet ꝙ actus
eorū limitenť ad vnā ꝓuinciā,vel ad vnū hoīem.Si ad vnā
ꝓuinciā sic est ordo principū,vt princeps psarū, qui p̄erat
Persis de quo habeť Dan.4.si aūt limitať ad vnū hoīem,aut
de his q̄ pertinēt ad ipsum tm̄ sic est ordo angelorum,bñ di
cunť minima nuntiare,quorū est ēt singulos hoīes custodi
re.Aut est de his q̄ pertinēt ad bona multorū sicut Gabriel
qui nuntiauit natiuitatē Christi,& Ioannis Baptistæ. Et iō
nomē eorū cōpositum est ex duobus extremis:dicunť.n.ar
chāgeli,quasi principes angeli.Et ad hoc dicunť maiora nū
tiare qa bonū gētis diuinius est, q̄ bonū vnius hoīs ₰m phi
losophū.1.eth.Numerus aūt eorū, qui in vno quoq; ordine
sunt ignotus nobis est.[subi ungit].s.Ezec.inquit Greg.[au
rū opus.vinculati auro].i.charitate,q̄ est vinculū perfectio
nis,vt dicit apostolus Col.2. [foramina].i.capacitatē[aurū
interfusum].i.amorē diuinū[capax]actū notat,& habilita-
tē.i.capiens charitatē cū in ea dicať creatus,& habilis ad ca-
piendū.[qua]charitate[si repleri voluisset]p cōuersionē ad
Deū[potuisset inhærere].s.firmiter p gratiā cōfirmationis
[alijs stātibus angelis][si penetralē]ita,vt in eo charitas suū
habuisset plene effectū,nō superbuisset in suū creatorē, in-
tm̄ vt diceret in cœlū ascendā,sup astra cœli exaltabo soliū
meū,& similis ero altissimo. sed cōuersus fuisset in laudem
creatoris alijs sanctis angelis in gloria associatus[Non sunt
repleta]plene.n.dř haberi ꝙ totaliter,& pfecte habeť. [fo-
ramina].i.capacitates luciferi dicunť non repleta charitate,
nō qa charitatē non habuit q̄tū ad oēs suos effectus: nō. n.
habuit in eo effectū cōuersionis in Deū,vt eū pfecte dilige
ret,& hoc culpa sua.quia oīs forma inclinat subiectū suum
₰m modū naturæ eius.Modus aūt intellectualis naturæ est.
vt libere ferať in ea q̄ vult,& iō inclinatio gr̄æ non imponit
necessitatē,sed habēs gr̄am,& charitatē pōt ea vti, & pecca
re,& ita isti mali angeli sua ꝓpria & puersa volūtate auer-
terūt se à Deo,& hoc est ꝙ sequiť [su pbię vitio impellēte]
nō sunt repleta q̄m,vt dicit S. Tho.si statim nō pstitisset im
pedimentū superbiē do charitas in eis pfecta fuisset, & con S.Thom.
8 summata.Est aūt hic notandū cū S.Th.in 2.snīarū.di.5.†ꝙ
superbia tribus modis accipiť,vno mō prout sumiť habitua
liter.i.q̄dā inclinabilitas,q̄ est ex naturæ flexibilitate tm̄,vel
ex fomitis corruptione ad superbiendū, & sic superbia est
initiū oīs mali. Alio modo dř superbia ₰m ꝙ aliquis actuali
ter se effert extra præcepti limites vt præcipienti nō subij-
ciať,& sic nō est spāle pctm̄,sed quædam generalis conditio
omne peccatū consequens ex parte auersionis. Tertio mo-
do dř superbia inordinatus appetitus ꝓprie excellentiæ,&
præcipue in dignitate,& honore, & sic est spāle pctm̄ vnū
de.7.capitalibus vitijs,& sic primum peccatum angeli fuit
superbia quod patet. Tum ex desiderato quia eminentiam

dignitatis appetijt. Tum etiam ex modo, quia consideratio ne propriæ pulchritudinis in peccatum ruit[ideo ligant au ro].i.gratia confirmationis [ne cadant perforatus].i. capax gratiæ factus tam habilitate naturæ, quam infusione gratię amoris vinculis ligari conuertendo se in Deum, vt obiectū & fontem beatitudinis[soluantur].i.solui valeant iā in glo ria confirmari[huius principatus] inducit ad hoc ostenden dum prophetam ad idem[tu Cherub]verba sunt Ezech. ꝓ phetæ.28.c.[Cherub quippe] expositio Greg.[clarus gloria conditionis].i.charitatis,& aliarum virtutum, & gratiarū, & quarū splendore in creatione gloriosus cōditus est, [obū brasse,].i.obscurasse, sicut sol suo splēdore obscurat claritatē stellarum[ꝙ ergo illic]in Ezec.[hic].i.Iob[voce dñica].i. voce domini loquentis in ipso Iob, de quo.s.behemot dicit Greg.[insinuat].s.Ezech.& Iob[in terram prosternitur].i. istum acrem caliginosum terræ vicinum ad hominis exerci tium hucusque est.c.Greg.ab illo loco principium.

1 *Charitas dicitur nunquam vera fuisse duplici modo.*

Charitas Hæc est vltima pars huius distinctionis, in qua postquam magister Gratianus multis authoritatibus, & exemplis atq; rōnibus ostēdit, ꝙ charitas semel habita possit per pctm̄ amitti. Nunc respondet ad aliquas authoritates inductas ꝓ opposita parte, q̄ magis militare videbantur. & sunt duæ. ¶ Prima est illa Ambrosij super epistolam 2. ad Cor. charitas quæ in aduersitate deserit ficta est. ¶Secunda est illa Aug. ad Iulianum comitē. charitas quæ deseri pōt nunq̄ vera fuit. ¶Ad primā respondēs dicit. ꝙ nō:iō dr̄ ficta, ꝙ non fuerit vera: sed pro tanto, quia fragilis est ita, vt homo per eam nō assequat vitā æternā, ad q̄ ordinat, sicut & fides ficta dr̄, quæ nō permanet in aduer sitate de qua apostolus.1.Tit.1.Finis autē præcepti est charitas, de corde puro & conscientia bona, & fide nō ficta. vbi gl. dicit nō ficta.i.fictili & fragili, sed cōtra aduersa forti. [Si militer charitas]respondet ad secundā authoritatē, & summa responsionis eius stat in hoc. 1 ꝙ charitas dr̄ nunq̄ vera fuisse duplici mō, vno modo respectu diuinæ dilectionis, modo illo loquendi Hieronymus contra Iouinianū. ꝙ oīs creatura in comparatione ad Deum sub vitio est &c. Secun do dr̄ non vera respectu eius, quę deserit. Sed quę vera sit ad istas authoritates responsio nos superius exposuimus in loco suo. posse peccare non est posse: sed magis defectus potē tiæ. posse.n.cadere non est potentiæ sed nō posse cadere. argumentum est manifestum virtutis & gratiæ. vnde sequit [vnde ille solus non iustificabit] psalm. 143.[non apparebit iustus in conspectu tuo].i. tui cōparatione. [Oīs viuēs] generaliter comprehendit oēs viuentes vita intellectuali.i. non hō, non propheta, non apostolus, non angelus. [astra] Iob.3.i.boni angeli[in cōspectu].i.cōparatione ipsius.[mu tationem].i aliquo statu. Hu.[mēdax]ps.115. ex se dicit gl. vanitatiq; corruptibili & mutabilis. Hu.[vanitas] eccle.j. va nitatum exaggeratio est magnitudinis vanitatis. Hu. & sic concludo solutionem authoritatis.

¶ Distinctio tertia.

2 *Pœnitentiæ virtus dupliciter accipitur.*
4 *Dolor duplex distinguitur in pœnitente.*
6 *Dolor dupliciter consideratur.*
9 *Consuetudo attritionis inducit contritionem.*
11 *Baptismus non reiteratur propter quatuor causas.*
13 *Luxuriari qui dicantur in Christo.*
14 *Tempus estiuum est tempus importunum ad loquendum.*



Aec de charitate. Hic incipit tertia distinctio huius operis de pœnitentia, in qua magister Gratianus prīcipaliter tractat, & prosequitur quæstionem propositam in principio secūdæ distinctionis, videlicet an pœnitētia sit reiteranda. Cuius gratia aliam præmisit, an charitas habita amitti possit, quia ex eius determinatione pendebat quoddammodo intellectus istius quam in præcedenti distinctione expediuit. Diuisio. potest iuxta gl. hæc distinctio diuidi in quatuor partes. In prima.n. inducit authoritates quæ sunt in fauorem opinio nis dicentium, ꝙ pœnitentia non sit iteranda. in secunda ꝑ dictas soluit. in tertia probat ꝙ pœnitentia recte valeat iterari. in quarta probat, an irretitus pluribus peccatis possit de vno pœnitens indulgentiam cōsequi sine alijs. secunda ibi, sed verba diffinitionis. tertia ibi, quod autem. quarta ibi, his authoritatibus. ¶ Pro pleniori intelligentia huius partis quæruntur hic septem.

1 ¶Primum est, vtrum de ratione veræ pœnitētiæ sit, ꝙ vsq; in finem continuetur, siue an contingat à vera pnīa cadere.
3 ¶Secundū, vtrū pœnitēs semper teneatur dolere de pc̄tis.
5 ¶Tertium est, vtrum dolendum sit de omni peccato.
¶Quartum est, vtrum gaudium, & dolor simul esse possint in corde pœnitentis.
8 ¶Quintum, vtrum tantus debeat esse cōtritionis dolor, ꝙ pœnitēs mallet quācunq; pœnā siue temporalē siue spūalē infernalē pati, quam peccatum com misisse siue cōmittere.
10 ¶Sextum, vtrum pœnitentia possit reiterari.
12 ¶Septimum, vtrū toties possit homo reiterando pnīam reperire locum veniæ, quoties contingit illum peccare.

1 Ad primum Sic proceditur. ¶Et videtur, ꝙ de rōne veræ pœnitentiæ sit, ꝙ vsq; in finē continuetur, & per consequens, ꝙ non contingit à vera pę nitentia cadere. ¶Primo sic. ex authoritatibus. Ambrosij & Aug. positis in litera, vbi dr̄. ꝙ pœnitentia est mala præteri ta deplangere, & plangenda iterum non committere. ergo si committit post plangenda prius non pœnituit. si ergo pę nituit patet, ꝙ vltra non committet: ergo &c. ¶Secūdo sic. dicit Isidorus, & ponit in litera, inanis est pœnitētia, quam sequens coinquinat culpa. ergo si post peccat, prima pœnitentia fuit maior. ergo si fuit vera postea non peccauit. con sequentia tenet per locum ab oppositis &c. ¶ Tertio offensa fuit infinita. ergo recompensa siue satisfactio debet esse infinita. ergo cum non sit infinita intensione, saltem debet esse duratione. ergo si post non durat non est vera pœniten tia. ¶Quarto sic. nihil destruitur nisi à fortiori se. sed pœni tentia est fortior, quam peccatum quia expellit ipsum: ergo cum vera non possit discontinuari nisi per peccatum, vi detur, quòd si fuerit vera nullo modo à statu pœnitentiæ possit quis cadere. ¶In oppositum est primo determinatio magistri Gratiani ex multis authoritatibus, & exemplis in præsenti distinctione. ¶Secundo est determinatio facta in distinctione præcedenti. sic arguendo. nulla virtus potest manere sine charitate. sed charitas semel habita pōt amitti, vt in præcedenti distinctione. ergo etiam à vera pœnitē tia potest quis cadere. ¶Respondeo dicendum ꝙ sicut tan gitur in litera, aliqui errauerunt circa pœnitētiam, sicut cir ca charitatem. dixerunt.n. ꝙ habens semel veram charitatem nunquam perdit eam. Similiter ꝙ nullus à vera pœnitentia possit cadere. sed vtrunq; est error manifestus, & cō tra sanctam fidem, & sanctorum patrum sentētias. verum vt dicit S. Tho. in 4. di. 14. de charitate videbant magis mo ueri considerantes efficaciam eius, ex qua apparebat ꝙ non posset per aliquod peccatum vinci. Sed de pœnitentia vide bantur moueri, quia ad integritatem pœnitētiæ requiritur continuatio vsque in finem vitæ, sed vtrunque istorum est friuolum. Primo, quia quantumcunque aliqua virtus effica ciam habeat, flexibilitatem li. ar. non tollit dum est in statu viæ. Similiter etiam illud quod futurum est non potest esse de substantia, vel integritate alicuius virtutis, nisi s̄m quod est præsens in apprehensione, vel in voluntate, quia virtus quantum ad habitum non expectat aliquid in futurum. ha bitus enim, siue virtus est de rebus permanentibus, non de successiuis. vnde totam perfectionem suam habet simul in instanti, quæ tota in vnum actum potest effluere, quia actus sunt similes habitibus, vt dicitur. 2. Ethicorum. & sic quod futurum est, nō est de integritate, aut essentia ipsius, vnde cum pœnitentia sit virtus, & secundum quòd est sacramentum non se extendit vltra actum virtutis. Sequuntur duæ conclusiones. ¶Prima est. quod non est de ratione, siue integritate pœnitentiæ essentiali, quod vsque in finem vitæ continuetur, nisi, vt sic in proposito. patet conclusio ex dictis. patet etiā in exēplo Dauid, ꝙ de pc̄tō Vriæ pœnitens, cuius pnīam Deus acceptauit. 2. Regu. 12. peccauit tamen post enumerando populum. 2. Reg. 29. ¶Secū da cōclusio est, quòd quis pōt à vera pœnitentia cadere. pa tet conclusio in exemplo posito, & patet etiam ex illo. Io. 5. vbi dominus ait paralytico. vade, & amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. sed non fuisset comminatus ma lū recidiuum: nisi posset cadere. ergo conclusio vera. ¶Itē patet conclusio iuxta Petrum de palude in. 4. sic. Pœnitentia non

Primū arg. Secundū ar. Tertium ar. Quartū ar. Opponit in cōtrarium. Secuda op. Respondet. S. Thom. Prima conclusio. Secunda cōclusio. Petrus de palude.

tia non confirmat hominē in gratia. quia non est fortior gratia per pœnitentiam recuperata, per se loquēdo: quam gratia per baptismum, & innocētiam primo habita. sed ab ista potest quis cadere secundum communem legem. ergo & a vera pœnitentia. Dicit autem magister Alexander de Halis. & dominus Bonauentura in 4. quod præfati hæretici errauerunt: quia non bene considerauerunt quid dicatur, vel importetur per hoc nomen verum, cū dicitur vera pœnitentia. vel vera charitas: ponentes illud solum in his vere quod non deficit a fine. ¶ Sed aliter inquit intelligendum est. † ꝙ vnde virtus pœnitentiæ dupliciter accipitur sicut etiam cuiuslibet virtutis. vno modo dicitur virtus vera quæ habet verum virtutis opus. vel nata est habere quantū est in se. Et hæc veritas est de essentia virtutis. Alio modo dicitur virtus vera quæ perducit in finem. Et hæc veritas non est essentialis virtuti: sed dicit virtutis statum siue continuationem. secundum hanc distinctionem, sunt duæ conclusiones secundum præfatos doctores. ¶ Prima est, ꝙ loquendo primo modo de pœnitentiæ veritate. s. quod ad verum actum pœnitentiæ habet de veritate pœnitentiæ est detestari malum commissum, & pro illo tempore malum nullum committere, & de futuro proponere non committere. Et ab omnibus his potest homo cadere, & per consequens a pœnitentia vera veritate præfato modo dicta. ¶ Secunda conclusio loquendo secundo modo de veritate pro ut dicitur vera, quia perducit in finem: cum talis sit finalis, & continuata a tali, non contingit cadere, sed hanc non est dicere hominem habere: nisi finaliter perseueret & ab illa non cadat. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. ꝙ authoritas Ambrosij & Augu. non militat. quoniam illa sic est intelligenda. Pœnitentia est perpetrata mala plangere &c. hoc est nō est habere propositum committendi. a quo proposito potest homo cadere. ¶ Ad secundam respondetur quod inanis dicitur talis pœnitentia ab Isidoro. non quod in se vera non fuerit sed quantum ad finem vltimum: qui est consecutio vitæ æternæ, per sequens enim mortale peccatum pœnitentia mortificatur, & bona præcedentia, vt non sint sufficientia ad assecutionem vitę æternę quantumcunque valuerint ad remissionem peccatorum. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta magistrum Alex. & Bonauen. negando consequentiam. & ratio est, quia Deus remittit offensam per gratiam: sed pro delectatione temporali exigit pœnam tēporalem soluendam per pœnitentiam, & ideo nō oportet, ꝙ sit infinita. ¶ Ad quartam respondetur negando consequētiam. Et ratio est, vt dicit S. Tho. quia nec pœnitētia nec aliqua virtus agit de necessitate: sed ex libero arbitrio. q. a quāuis pœnitentia sit fortior quam peccatum, & per hæc possit peccatum expellere, tamen homo pœnitentię virtutem habens potest sponte se pro peccato subijcere.

[Margin: Ale. de Ha. Bonauent. — 2 — Prima conclusio. — Secunda cō clusio. — Ad primum argument. — Ad secundū — Ad tertium Alexander. — Ad quartū. S. Thom.]

3 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, quod verus pœnitens non semper teneatur dolere de peccato. ¶ Primo sic. Io. 3. pfecta charitas foras mittit timorē, quoniam timor pœnā habet cadē rōne perfecta caritas foras mittit dolorē. qm̄ dolor pœnā habet, sed aliquis pœnitens pfectā charitatē habet. ergo nullū dolorē habet. nō ergo semper de pc̄tis dolēdū est. ¶ Secundo sic. de præterito non potest esse dolor. quia proprie est de malo presenti, aut ſm ꝙ aliquid de præterito in præsenti manet: sed nunquam peruenitur ad aliquem statum in pręsenti vita in quo nihil depterito peccato manet nec dispositio nec culpa nec reatus aliquis. ergo non oportet de peccato vlterius dolere. ¶ Tertio sic. contritio est pars pœnitentiæ contra satisfactionem diuisa. sed nō oportet semper satisfacere. ergo nec semper conteri siue dolere. ¶ In oppositū sunt plurimæ authoritates in litera positæ: maxime Beati Aug. in tractatu de pœnitentia. vbi ait, ꝙ pœnitentia est quædam dolentis vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse & infra in c. apostolus &c. ¶ Respondeo. † ꝙ

4 duplex dolor distinguitur in pœnitente iuxta S. Tho. in 4. videlicet dolor cōmunis, qui est detestatio peccati a se cōmissi: alius est sensitiuæ partis ex ipsa displicentia voluntatis proueniens. Qua distinctione habita sit ista cōclusio de primo dolore qui est detestatio peccati commissi, semper est dolendum de peccatis commissis per vitam totam præsentem. Ista conclusio probatur. Primo sic iuxta S. Thom. quādiu aliquis est in statu vitæ detestatur incōmoda, quibus a peruētione ad terminum vitæ impeditur vel retardatur, vnde cum per peccatum mortale præteritum viæ nostræ recursus in Deum retardetur: quia tempus illud quod erat deputatum ad currendum recuperari nō potest. oportet ꝙ semper in vitę huius tempore status huius contritionis maneat quantum ad peccati detestationem. ¶ Secundo iuxta magistrum Alexādrum de Halis probatur sic. Recessus à malo semp debet esse pperuus. ad hoc. n. quod aliquis sit finaliter bonus necesse est ꝙ finaliter malū detestetur. Si enim alicui malum placeret: iam bonus non esset. ergo si aliquis dolere de peccatis desineret: iam pœnitens esse desisteret. ergo vere pœnitēs de peccatis semper dolere debet. ¶ Secunda conclusio dolere secundo modo, qui est sensitiuæ partis, qui vt pœna a voluntate assumitur semp ēt dolendum est pro peccatis. Probatur conclusio iuxta S. Tho. sic. quia enim homo peccando pœnam æternam meruit, & cōtra æternum Deum peccauit: debet æterna in temporalē mutata saltem dolor hominis in æternum. i. in statu huius vitæ remanere. Et ppter hoc dicit Hug. de sancto victore. ꝙ Deus absoluens hominem a culpa, & pœna æterna ligat eum vinculo perpetuæ detestationis peccati. vnde tenetur malū, quod fecit semper detestari verum, circa hoc est considerandum iuxta magistrum Alexan. de Halis & dominū Bonauenturam in 4. quod quia talis obligatio est pręcepti affirmatiui, ꝙ semper obligat, sed non ad semper. Ideo dicimus quod semper pœnitens tenetur conteri siue dolere: sed non ad semper: sed pro loco & tempore, videlicet dum recognoscit mala sua, in quibus offendit Deum: vnde obligatio ista est perpetua, sed non continue exequenda: sed qn̄ pœnitens recordatur peccatorum suorum quibus Deum offendit. Authoritates ergo quibus dicitur, quod pœnitēs debet dolere semper sunt intelligendæ sicut intelligitur illud. j. Thess. 5. sine intermissione orate, hoc est horis certis, & statutis. Siue vt Petrus de palude dicit pœnitentia semp est continua. s. quantum ad propositum: sed quantum ad effectum ipsa est continua habitualiter in bonis. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quia non est simile de timore seruili, & de dolore contritionis. quoniam timor seruilis, quem charitas expellit oppositionem habet ad charitatem ratione suæ seruitutis. quæ pœnam respicit: sed dolor contritionis ex charitate causatur, & ita nō est simile. ¶ Ad secundam respōdetur negando minorem, dicimus enim. quod quamuis homo per pœnitentiam peccatorum redeat ad gratiam pristinam, & immunitatem a reatu pœnæ: nunquam tamen redit ad pristinam dignitatē innocentiæ. Et ideo semper a præterito aliquid in ipso manet. vnde semper dolendum est. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secundum S. Thomā quia satisfactio attenditur ſm pœnam taxatam: quæ p peccatis iniungi debet, & ideo potest terminari: vt non oporteat vlterius satisfacere: Hæc autem pœna pręcipue proportionatur culpæ ex parte conuersionis ex qua firmitatem habet. Sed dolor contritionis respōdet culpæ ex parte auersionis ex qua habet quandā infirmitatem. Et ideo vera contritio semper debet manere Nec est incōueniens si remoto posteriori, remaneat prius.

[Margin: Primū arg. — Secūdū ar. — Tertium ar. Opponit in contrariū. — Respondet. S. Thom. Prima conclusio. — Ale. de Ha. — Secunda cō clusio. — S. Thom — Hugo de sācto victor. — Ale. de Ha. Bonauen. — Pet. de pal. — Ad primū argu. — Ad secundū — Ad tertium S. Thom.]

5 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non sit dolendum de omni peccato sic. dicit. enim Beda. ꝙ contraria a contrarijs curantur, & non sanat oculum quod sanat calcaneum. ergo si aliquod peccatum est cum dolore, & tristitia non est sanādum dolore, sed gaudio, & delectatione. sed multa sunt talia. s. ira: inuidia: rancor: accidia: rixa, & huiusmodi. ergo illa dolore non sunt sananda. nō ergo de omni peccato dolendum est. ¶ In oppositum est textus literæ præsentis: ex quo sic arguitur. de omni peccato est pœnitendum. ergo de omni peccato est dolendum patet consequentia. quia, vt dicit Aug. lib. de pœnitentia, & habetur in litera, pœnitentia est quædam dolentis vindicta puniens in se quod dolet commisisse. ¶ Respōdeo dicendum, ꝙ de omni peccato dolendum est. Ista conclusio patet. ratio enim propter quam de peccato commissō est dolendum inter alia est. quia est offensa Dei: & impedimentum nobis consequendi vitam æternam. sed hoc est commune omni peccato mortali. ergo de omni tali est dolendum. ¶ Ad rōnem in oppositum est dicendum negādo consequentiam. pro quo notandum iuxta dominū Al-

6 bertum magnum in 4. di. 14. † ꝙ dolor dupliciter consideratur. s. ex parte dolentis, & ex parte eius, de quo est dolor: vt mo-

[Margin: Primum ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet — Adprimum argu.]

vt mouentis,& materiæ circa quam eſt. Si primo mō tunc conſideratur in genere tantum : quia ſpeciem non accipit: niſi ex parte obiecti. Si autem ſecundo modo tunc accipit ſpeciem obiecti mouētis:circa quod eſt dolor,& ex illa parte nihil prohibet dolorem eſſe contrarium dolori,quod eſt ſpecierum contrariarum. Et tunc dico ꝙ dolor qui eſt in pœnitentia inuidiæ contrariatur dolori meræ triſtitiæ:quę eſt in ipſa inuidia:dolere.n. de proſperitate vitium inuidiæ eſt,& dolere ꝙ ſic dolet contrarius eſt repugnans illi,& expellit eum. & ſic puto eſſe verum, quod contraria contrarijs curantur.hanc autem ſolutionem puto veriorem inter omnes. hæc Albertus.

7 Ad quartum. Sic proceditur.† Et videtur ꝙ nō poſſit eſſe ſimul in corde pœnitentis dolor & gaudium.¶Primo dolor,& gaudium ſunt oppoſitiones contrariæ.ſed contraria non ſunt nata ſimul eſſe in eodem.ergo impoſsibile eſt,quod pœnitens ſimul doleat,& gaudeat. ¶Secundo ſic.in dolore cor mouetur ſm contritionem.in gaudio ſecundum dilatationem : ſed non contingit ſimul,& ſemel moueri oppoſitis motibus,ergo &c.Si dicatur, ꝙ dolor eſt cauſa gaudij,& ita poſſunt eſſe ſimul.¶Contra tertio ſic.contrarium non eſt cauſa ſui contrarij:ſed dolor contrariatur gaudio.ergo non poteſt eſſe cauſa eius.¶In oppoſitum eſt litera pręſens.vbi dicit Aug. ſemper doleat,& de dolore gaudeat. ¶ Reſpondeo dicendum,ꝙ vtrunque.ſ.dolor, & gaudium poſſunt eſſe ſimul, & ſunt in verè penitēte. Iſta concluſio probatur primo ſic. ad Gal.5.ſuper illud fructus autem ſpiritus dicit glo.ꝙ virtutes fructus dicuntur: quia ſuos poſſeſſores ſancta delectatione delectant.ſed pœnitentia eſt virtus. ergo in ſuo actu, qui eſt dolere,habet gaudium ſiue delectationem,& ita ſimul eſſe poſſunt dolor,& gaudium.¶Pro cuius concluſionis veritate & intelligentia pleniori huius poſſibilitatis eſt notandum iuxta S. Thom.in 4. diſt.14.quod gaudium, & triſtitia ſm genus ſunt contraria:non tamen quodlibet gaudium cuilibet triſtitiæ opponitur:ſed ei quæ eſt de eodem. Si autem de contrarijs ſunt vel de diuerſis vnum poteſt eſſe cauſa alterius:vel materiale ad ipſum,qui enim de præſentia gaudet eoipſo ſequitur,ꝙ de abſentia triſtat. Similiter etiam quando de aliquo triſtari eſt nobis vtile: vel decens, triſtitia poteſt eſſe materia gaudij.ſi ergo gaudium & triſtitia directe contraria accipiantur,ſic non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſm idem,ſi autem ſint de diuerſis vel contrarijs, ſic ꝗdā quantū ad cām ſuā,quia poteſt eſſe volūtas de vno voluntas de altero,& ſimul ſi vnū ſit ratio alterius:ſed quātum ad ſenſum:qui requiritur in vtroque. quia gaudiū nō eſt ſine perceptione commodi neque triſtitia ſine perceptione nociui.impoſſibile eſt ꝙ vtrūque ſimul intenſe inſit:quia anima quādo intenſe occupatur circa vnum:retrahitur ab altero.ſed imperfecte poſſunt eſſe ſimul:ita tamē, ꝙ vnum nunc ſit perfectius, & illud poſtmodum.dolor autem,qui eſt in pœnitentia eſt de peccato commiſſo.vnde,ſi ſimul cum hoc nō poteſt eſſe gaudium de eodem,ſed poteſt eſſe gaudium de ſpe veniæ,quam per dolorem cōcipit, vel etiam de hoc ipſo, ꝙ in exhibendo dolorem pro peccatis commiſsis facit quod debet.Et ideo deteſtatio peccati cōmiſ. quæ eſt cauſa doloris,& voluntas deteſtandi, quæ eſt cauſa gaudij ſimul ſunt.voleñ.n.deteſtatur. Et quia vnū eſt ratio alterius,ideo anima ad vtrunque verti poteſt ſimul: inquantum ſimul ex eis quodammodo fit vnum,quando autem ex aliquibus duobus fit vnum. eſt vt materiale & aliud vt formale,& ideo anima ad vnum illorum conuertitur per prius,& alterum per poſterius.Et propter hoc non pōt eſſe vtrunq; ſm ſui cōpletā rōnem:ſed qñque vnū,qñque alterum,quandoque.n.plene conuertitur ad ſpem veniæ,vel ad decentiam doloris:tunc gaudium eſt principaliter,& dolor de peccato ex conſequenti. qñque autem principaliter conuertitur ad peccatum cōmiſſum tunc eſt ecōtrario.¶His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitū. Ad primam reſpondetur, ꝙ dolor de peccato & gaudium de dolore,non ſunt affectiones contrariæ, vt dictum eſt. ¶Ad ſecundam reſpondetur,quod verum eſt de eodem,& ſm idem.Non eſt autem inconueniens reſpectu diuerſorū vbi vnum eſt ratio alterius. ¶ Ad tertiam patet reſponſio ſicut ad primam.quoniam dolor pœnitentis non contrariatur gaudio,quod ipſe habet de pœnitentia ſua.

Margin: Primū arg. — Secundū ar. — Tertium ar. — Opponit in cōtrarium. — S.Thom. — Ad primū argument. — Ad ſecundū — Ad tertium

8 Ad quintum Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ non debeat eſſe tantus contritionis dolor in pœnitente;vt mallet quamcunque pœnā ſiue temporalem ſiue infernalem quam peccatum mortale commiſiſſe vel committere.¶ Primo ſic. pœna inferni eſt perpetua, & irremediabilis.de peccato autem poteſt quis liberari per pœnitentiam.ergo magis debet velle peccare quis, aut peccaſſe:quam eſſe in inferno.¶ Secundo ſic.magis videtur dolendum de eo,quod recuperari non poteſt quam de eo, ꝙ recuperari poteſt.ſed amiſſio multorum bonorum temporalium,vtputa filij,nō poteſt recuperari.Amiſſio Dei in pænitente eſt recuperanda.ergo non tantum debet dolere de amiſſione Dei quantum de amiſſione filij. ¶ Tertio ſic. ſi hoc ita eſſet tunc pauci eſſent cōtriti.Pauci.n.ſunt,qui mallent eſſe cæci:quam nunquam peccaſſe.videmus.n. multos viros pœnitentes:qui flent mortem conſanguineorū, qui non poſſunt de peccatis ſuis flere.¶Quarto ſic.in dilectione aliquid eſt ad quod tenetur perfectus, & ad quod ſufficit imperfecto.ergo & in contritione ſic erit.ergo cum perfectus non poſſit magis cōteri, niſi vt nihil preponat Deo, videtur quod imperfecto ſufficiat cōtritio minor,ergo poteſt aliquid anteponere Deo: vt videtur. ¶ In oppoſitum. eſt primo tex.infra in decurſu huius diſtinctionis,vbi dicitur ex authoritate Io.Chryſoſtomi perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre.¶Secundo Anſelmus in meditationibus arguit ſic. potius debuiſti eligere infernum,quam peccare.quia hoc ordinatum eſt iuſtitię.illud autem iniuſtitiæ.ergo videtur ꝙ pœna infernalis eſt ꝑferenda magis,quam peccaſſe.¶ Reſpondeo dicendū iuxta magnum Alexandr.de Halis in 4.ꝙ hæc quæſtio poteſt habere multiplicem indulgentiam, & ita variam reſponſionem.Nam ſi quæratur an eligenda ſit ſuſtinentia pœnę inferni offenſæ Dei ſine peccato mortali.hæc quæſtio nulla videtur.hæc concluſio patet,quia vbi non debet eſſe electio,non debet eſſe præelectio.ad autem ordinate non cadit ſub electione,quo quis ſeparatur a Deo:ſed tam per peccatum mortale,quam per pœnam inferni ſeparatur anima a Deo.pœna enim inferni illata includit debitum patiēdi: ſi autem quadam abuſione electionis præſupponeretur inter propoſita poſſe fieri electionem:tunc ponitur concluſio ſm eum quod pręeligēda eſſet perpetratio peccati mortalis ſuſtinentiæ pœnæ infernalis.Patet concluſio. quia punitio pœnæ æternæ cum hoc quod importat cruciatum vehementiſsimum importat debitum ſeparationis perpetuę a Deo.cunque hæc pœna nō infligatur niſi ſeparatis a Deo ꝑpetualiter.& hoc merito maliciæ illius inflictio illius pœnæ duplicem importat ſeparationem perpetuam.ſ.per culpam,& pœnam. hæc autem eſt per carētiam poſſibilitatis gloriæ.Si autem poneretur electionem debere fieri inter, perpetrationem culpæ & ſuſtinentiam pœnę infernalis inquantum eſt pœna tantum.ſ. ſine reatu vel merito, adhuc tamen talem pœnam infligi a Deo ſine merito non poſſet fieri ſine derogatione diuinæ bonitatis:cuius miſericordia ſuperexaltat iudicium Iaco.2.qui præcipit innocētem inſontem,& iuſtum non occidi. Exo.22.ex hoc ſequitur alia concluſio ſm eum,ꝙ hæc ſubſtinētia non eſt eligēda : nec præeligēda quam peccatum.Patet hæc cōcluſio. quia Deū infligere inſonti pœnam æternam eius derogaret bonitati: cui proprium eſt miſereri ſemper,& parcere.magis.n. deteſtandum eſt a ſingulis aliquid fieri a Deo in ſuæ bonitatis derogationē:quam aliquid fieri ab ipſis contra legem Dei ſicut.n.præeligēdum eſt me non eſſe quam Deum: ſic mihi præeligendum eſt me aliquid iniuſte facere,quam Deū: Si autem pœna inferni poſſet infligi alicui inſonti ſine derogatione diuinæ bonitatis. Tunc eſt concluſio ſm eum.ꝙ ſuſtinentia illius præeligenda eſſet perpetrationi mortalis peccati.nullum tñ habet neceſſitatē præeligendi alteram. ¶Ad prædictorum roborationem valet illud Anſelmi de ſimilitudinibus:ſi hinc inquit peccati pudorē,& illum cernerē inferni horrorem,& neceſſe haberē vni horum immergi,prius me in infernum immergerem,quam peccatum in me immitterem.mallem enim purus a peccato & innocēs in geenam intrare, quam pollutus peccati ſorde cœlorum regna tenere,tamen conſtat ſolos malos in inferno torqueri,& ſolos bonos in cœleſti beatitudine foueri. Ad propoſitum ergo reſpondendo ſit iſta concluſio.ꝙ conſiderata pęna inferni,vt ſuſtinēda non merito culpæ alicuius,& vt nō infligēda a Deo præeligenda eſt eius ſuſtinentia,quam peccati mortalis perpetratio.Iſta concluſio probatur ſic.pęna æterna ſolum ſeparat a delectabili creato inquantum pęna eſt,quia

Margin: Primū arg. — Secundū ar. — Tertiū arg. — Quartū ar. — Opponit in cōtrarium. — Secūda op. — Reſpondet. Ale.de Ha.

est: quia a gratia peccatum autem separat a Deo: qui est in infinitum melior, quam quodlibet bonum creatum. ergo plus dolendum est de separatione quę fit per peccatum: quam de illa, quæ fit per sustinentiam inferni.

Albertus.

¶ Secundo sic iuxta Albertum in 4. Aug. in li. confessionum inquit minus te amat, qui tecum aliquid amat. ergo nō licet aliquid æqualiter amari Deo effectu vel affectu supra Deum. supra Deum autem aliquid amat effectu omnis ille: qui potius se paratur a Deo: quā aliquot creatum amittat. sed omnis talis peccat mortaliter, & per consequens non est contritus. ergo ad contritionem exigitur conscientia talis voluntatis, quod ꝙ nulla re prospera vel aduersa separari velit a Deo.

S. Thom.

¶ Tertio S. Thom. quolibeto primo probat eandem sic dicens. contritus tenetur in generali velle pati magis quamcunque pœnā ꝗ peccare. Cuius ratio est, quia contritio nō potest esse sine charitate: per quam omnia dimittūtur peccata ex charitate autem plus homo diligit Deum: quam se ipsum, peccare autem est facere contra Deum puniri autē est aliquid pati contra seipsum. vnde charitas hoc requirit, vt quamlibet pœnam hō contritus præeligat culpæ. ¶ Ad quæstionem autem, qua quæritur vtrum contritus de peccato præterito tenetur magis velle se fuisse proiectum in pœnam infernalem vel peccasse: potest dici iuxta magnum Alexandr. de Halis in 4. sub ista cōclusione. ꝙ nullus est positus in statu talis prælectionis nihilominus si positus esset quis in necessitate huiusmodi prælectionis circunscripta inclusione reatus quam importat sustinentia pœnæ infernalis, & derogatione diuinæ bonitatis: deberet præeligere fuisse detrusum in infernum, nulli. n. vere contrito pōt magis placere: vel minus displicere offendisse Deum: quam pœnā quamcunque sustinere in innocētia sine peccato. nullam. n. pœnam puram refugit tantum charitas: quam offendere Deum, & similiter offendisse. hæc Alexan. de Halis.

Ale. de Ha.

Albertus magnus.

verum dicit Albertus magnus, ꝙ licet dicta vera sint ſm catholicam veritatem, tamen sacerdos huiusmodi quantitatem contritionis non deberet exigere, vt corā se illam profiteatur pœnitens: sed in habitu debet eam per signa in seipso supponere, licet forte pœnitens propter nouellam eius, conuersionem non adhuc eandem experiatur in actu, si tamen pœnitens profiteatur eam sponte, & se talem habere dicat fouendus est in ea: quia dicit Beatus Grego. in moralibus. ꝙ homo efficitur audax ad patiendum pro Christo, ex hoc, ꝙ sæpe sibi proponit terribilia, & in corde suo confortat se ad sustinendum.

Gregorius.

Si vero pœnitens confiteatur se esse in ambiguo: vtrum recederet vel sustineret, antequā peccaret, puto ꝙ salua res est. qa illius ambigui causa est timor naturalis, quem magis experimur in actu quam charitate. Et ideo talis iam habet signum charitatis, quæ causat ambiguum, & dico sufficiens ambiguum quia nullus est qui crederet, vel sustineret: sicut dicit Aug. l. de sancta virginate.

Augustin.

Si autem deliberata consciētia dicit se quis certum esse, ꝙ potius peccaret, nullo modo credo esse contritum, & nullam recipere remissionem peccatorum, tamen non est
9 abijciendus: quia consuetudo attritionis inducit contritionem: sicut timor seruilis initialem, & filialem. hæc Albertus.

Bonauen.

Concordat dominus Bonauent. ita dicens in 3. præeligere oēm pœnam est perfectę virtutis, dubitare est infirmitatis. sed præeligere culpam alicui pœnæ hoc est iniquitatis: si est cū deliberatione, & plena voluntate. quia omnis talis volūtas est iniqua, & infra. periculum est & stultitia querere hoc ab aliquo infirmo: vel etiam a seipso: quia hoc est ponere hominem in tentationem vnde nullus confessor debet ab aliquo qui sibi confitetur quærere: sed si pœnitens se offerat: vt dicat se malle mortuum esse, quam peccasse: vel aliquod simile gaudendum est. quia signum est bonæ voluntatis.

S. Thom.

Cōcordat S. Thomas in quolibeto vbi supra, ita inquiens. licet contritus tenetur in generali velle pati magis quamcunque pœnam: quam peccare, nihilominus in speciali descendere ad hanc pœnam, vel illam non tenetur, quinimo stulte faceret, si quis seipsum, vel alium solicitaret super huiusmodi particularibus pœnis. manifestū est. n. quod sicut delectabilia plus mouent in particulari considerata, quam in communi, ita terribilia plus terrent, si in particulari considerentur. vnde aliqui sunt, qui in minori tētatione nō cadunt, qui forte in maiori caderent, sicut aliquis audiens adulterium non inuitatur ad libidinem, sed si per cōsiderationem descēdat ad singulas illecebras, magis mouetur. Et similiter aliquis non refugeret pati mortem pro Christo: sed si descenderet ad considerationem singularum pœnarum, magis retraheretur. Et ideo descendere in talibus ad singularia est inducere hominem in tentationem, & præbere occasionem peccandi. hæc S. Thomas.

Ad primum argument. S. Thom.

¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur iuxta S. Thoma. ꝙ ratio non procedit. quia culpa mortalis de se perpetua est, sed ex sola Dei misericordia remedium habet. Præterea plus præpōderat bonum diuinū contra quod culpa committitur bono nostro creato, cui opponitur pœna, quam perpetuitas pœnæ temperamenti culpæ, vnde ratio non procedit.

Ad secundū

¶ Ad secundā patet responsio ex dictis. quia quod pœnitens recuperat gratiā, hoc non habet ex se, sed ex Dei misericordia, quia sicut dictum fuit culpa mortalis de se est perpetua. Et cum dicitur. ꝙ magis est dolendum de irrecuperabili &c. Respondet dominus Bonauentura, quod verum est ceteris paribus.

Ad tertium Bonauent.

¶ Ad tertiū respondetur iuxta dominum Bonauenturam ſm viam tactam, ꝙ si in necessitate essent positi. s. vel ꝙ a detestatione peccati desisterent, vel ꝙ oculos amitterent, & loquor de detestatione interiori necesse haberēt eligere amisionem oculorum. Nunc autem cum hoc nō habeat huiusmodi necessitatem, ratio non procedit. vnde non sequitur propter hoc ꝙ pauci sint cōtriti.

Ad quartū. Albe. mag.

¶ Ad quartam respondetur iuxta dominum Albert. ꝙ ratio non procedit. quia in dilectione interiori non separatur perfectus ab imperfecto. sed in signis exterioribus hæc autem quantitas cōtritionis tota est in voluntate in cōscientia, & ideo ad eā tā perfectus quam imperfectus tenentur. vnde nō potest stare cum charitate etiam minima, quod aliquid præponatur Deo.

10 **Ad sextum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ pœnitētia non possit reiterari.

Primū arg.

¶ Primo sic. sacramentum pœnitentiæ habet efficaciam a passione Christi, sicut & baptismus. sed passio Christi est vnica, & amplius non potest pati, & ideo baptismus non potest reiterari. ergo nec pœnitentia.

Secūdū ar.

¶ Secundo baptisma nō reiteratur nec potest reiterari, ne fiat iniuria sacramento, & veniat in contemptum, ergo pari ratione nec pœnitentia.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. sicut dicit Grego. venia incentiuum præbet delinquendi. sed Deus non debet alicui prestare occasionem peccandi. ergo debet dare locum pœnitentiam iterandi.

Quartū ar.

¶ Quarto sic. spiritualis curatio quæ per pœnitentiam fit significatur p corporales curationes, quas dominus miraculo fecit. sed in illis curationibus non legitur, ꝙ aliquem bis sanauerit, ergo nec per pœnitentiam aliquis potest bis spiritualiter curari.

Oppositū contrariū. Secūda op.

¶ In oppositum est primo determinatio magistri in litera tacta per plures sanctorū patrum authoritates, & exēpla. ¶ Secundo est illud Ezech. 18. quotiescunque ingemuerit peccator &c. omnium iniquitatum suarum non recordabor, sed non dicit peccatorem. ergo etiam verum est de eo qui recidiuauit. quia terminus in cōditionali, & ante positus tenetur vniuersaliter.

Respondeo

¶ Respondeo dicendum. ꝙ error fuit maximus, & crudelissimus quorundam, qui tanguntur in hac distinctione: qui præsumpserunt dogmatizare, ꝙ pœnitentia non possit reiterari. Error iste recte crudelissimus est. Tūc quia clauderet viscera diuinæ misericordię. Tum quia fere omnes peccatores cogeret desperare. vnde confitendum est, quod pœnitentia reiterari potest, quādiu sumus in hac vita. Quæ conclusio probatur sic. ecclesiastic. 21. dicitur ſm magnitudinē eius, sic, & misericordia illius cum eo est. sed magnitudo illius est infinita. ergo & misericordia. ergo non coarctatur per vnam pœnitentiam, vt postmodum ad se conuersus non parcat. ¶ Præterea secundo sic. Deus pronior est ad miserādum, quam ad puniēdū, sed quantūcunque homo Deo seruierit, si pœnitet de bono facto Deus obliuiscitur bonorum eius. ergo per oppositum si pęnitet de malo remittet ei mala quæ egit.

Ale. de Ha.

¶ Tertio iuxta Alexan. de Halis, & Bonauenturam. Si homo non potest iterum pœnitere, aut hoc est, quia non potest secundo pœnitere, aut quia Deus nō acceptat, non primo mō, quia li. ar. est in nobis vertibile, & tota die verti videmus. non secundo mō, quia pœnitere est cōteri, & humiliari de peccato. sed psa. dicit. psa. 50. sacrificiū Deo spiritus cōtribulatus cor contritum & humiliatum Deus nō despicies. ergo nec ex parte hominis confitentis, & pœnitentis, nec ex parte Dei suscipientis prohibetur pœnitentiam iterari.

Ad primum argu.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur negando cōsequentiam. quoniam non est simile de pœnitentia & ba-
11 ptismo, vnde quare pœnitentia reiteratur &, non baptismus est

S. Thom. mus est quadruplex ratio, vt ponit S. Thom. in 4. di. 14. prima est quia pœnitentia nō imprimit characterem, sicut baptismus. Character autem est indelebilis. Secunda quia baptismus est contra morbum non reiterabilem .s. contra originale peccatum. pœnitentia autē contra peccatum actuale quod iteratur. Tertia quia baptismus habet totam efficaciam a passione Christi, sine actu nostro. Et ideo quia passio est vna tantum: baptismus est vnus, sed pœnitentia etiā requirit actum nostrum, & ideo ratione eius iterationem suscipit. Quarta qa baptismus est generatio spiritualis: sed
2 pœnitentia est sanatio spiritualis, semel autem aliquid generatur sed pluries curari siue sanari potest quandiu in hac vita viuit. ¶ Ad secundam patet responsio ex prima. quia

Ad secundū. Ad tertium S. Thom. non est simile de pœnitentia & de baptismo. ¶ Ad tertiam respondet S. Thom. quod sicut iustus dominus summe iustitiam diligit: ita summe peccatum odit, & ita quantū ex hoc ipso est ipsum destruere semper paratus est, dum tamē ex parte hominis non remaneat, qui pœnitētiam negligit, vel contemnit. Nec obstat, quod quidam ex hoc sumunt occasionem desperandi, quod esset grauius vel responde-

Durandus. tur iuxta dominum Durandum in 4. negando, quod hoc sit facilitas veniæ, quæ præbeat occasionē talem, qm̄ nō est facilitas veniæ, quando pro culpa exigitur pœna condigna, quod facit Deus remittendo culpam. quia pro qualibet culpa quantumcunque iterata exigit pœnam correspō-

Ad quartū. dentem. ¶ Ad quartam respondetur sicut infra respondetur argumentis hæreticorum in. §. frequenter. vbi August. respondet huic argumento dicens, ꝙ per hoc quod dominus sanauit plures, non solum a diuersis infirmitatibus, sed etiam a similibus. plures .n. cæcos illuminauit, & plures leprosos mundatos, figuratum fuit, ꝙ homo per pœnitentiam sanandus erat a peccatis, quæ diuerso tempore committeret. Nec obstat, ꝙ non legitur quod dominus eūdem infirmum sanauerit pluries. quia licet non legatur, non negatur tamen esse factum, sed quia scriptum est Ioan. vltimo multa quidem & alia fecit dominus Iesus, quæ nō sunt scripta in libro hoc. Præterea occulta fide videmus, quod frequenter homines infirmantur, & diuina virtute (quæ om-
12 nia restaurat) curantur.

Primū arg. Ad septimum Sic proceditur. †Et vr̄, ꝙ non toties possit homo pœnitentiā reiterare quoties peccat. ¶ Primo sic. proniores sumus ad malum, quā ad bonum. ergo proniores ad peccandum ex præsumptione misericordiæ, si semper sit iterabilis, quantū ad cautelam offensæ. ergo videtur, ꝙ dominus si aliquoties indulgeat aliquibus, quos scit sibi cauere a peccato, ꝙ multo

Secundū ar. fortius debeat eis viam pœnitentiæ denegare, quos scit ex præsumptione misericordiæ peccaturos. ¶ Secundo sic. ambrosius in libro de vnica pœnitentia. perterriti nos semper pœnitere debet peccati: sed hæc delictorum leuiorum ex hoc videtur, ꝙ non sit frequens indulta pœnitentia grauio-

Tertium ar. rum peccatorum, & non quoties peccat quis committendo grauia toties possit reperire pœnitentiam. ¶ Tertio Amos

Opponit in cōtrarium. super tribus sceleribus & super quarto nō conuertam eum

Secūda op. &c. ¶ In oppositū arguitur tam ex multis authoritatibus in hac dist. contētis, quam ex determinatione facta in præcedenti arti. ¶ Item idem arguitur ex illo Ezech. 33. impietas impij non nocebit ei, in quocunque die conuersus fuerit ab impietate sua. ¶ Respondeo dicēdum. ꝙ quoties peccatur toties via pœnitendi conceditur in hac vita. huius cō-

Ale. de Ha. clusionis veritas ostendit ex duobus iuxta magistrum Ale. de Halis primo ex immēsitate diuinæ misericordiæ ex parte Dei. ¶ Secundo ex possibilitate ad conuersionem ex parte animæ. quandiu est in via, decreuit enim altitudo consilij diuinę pietatis, vt homini viatori nunquam retraheret manum misericordiæ suæ. Natura similiter animæ quādiu est in corpore quamuis animali nunquam totaliter frangitur in peccato tota. vnde semper retinet aliquid de possibilitate ad conuersionem ad Deum, & susceptionem gratiæ,

Ad primū argu. & ideo quoties peccauerit inuenire potest locum pœnitentię, hæc ille. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur, ꝙ licet malitia nostra exigente abutamur bonitate diuina non propter hoc decet illam, quæ summa est non se

Alexander. diffundere sicut decet. Et cum dr̄ ꝙ dabatur occasio &c. dicimus iuxta eundem Alexādrum, ꝙ si indulgentia frequēs facta a domino aliquibus præstat occasionem peccandi, nihilominus in hoc prouidet diuina sapientia saluti hominis. multi enim desperarent, & efficerentur infideles credē-

do Deum multos fecisse ad damnationem, sed aliquando negaretur via pœnitentiæ hominum, & alia multa acciderent inconuenientia. Nec ex hac indulgentia incitat Deus ad peccandum, licet malitia hominis quandoque excitetur ex hoc. Nec Deus fiduciam præstat, licet mali ex hoc recipiant vnde oculi eorum sunt nequā: quia Deus bonus est. Ad secūm.
Mat. 20. ¶ Ad secundam dicendum ꝙ non est intentio Beati Ambrosij negare beneficium pœnitentiæ, alicui quotiescunque peccauerit, sed potius hortari. vt caueat vnusquisq; sibi a mortali peccato, & ꝙ frequenter pœniteat de venialibus, a quibus non potest sibi cauere. vel dicitur sicut in litera huius distinctionis ꝙ authoritates Beati Ambro. intelligūtur de pœnitentia solemni, sicut habetur di. 50. potest. & Ad tertium
aliter. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ quartum peccatum vocat finalem impenitentiam sicut colligitur ex glos. ¶ His Exponit literam.
habitis accedamus ad literę expositionem. Litera. ¶ [Hæc de charitate breuiter] imo salua pace Gratiani nimis confuse, & nimis prolixe. Qualiter authoritates quæ inducuntur in fauorem erroris dicentium, ꝙ a vera pœnitentia nō possit quis cadere, aut ꝙ pœnitentia non sit iteranda sint intelligendæ, licet iā in parte in disputatione superiori expressimus, nihilominus exponēdo literam per singulas discurrendo ostendemus [pœnitentia est &c. non committere] .i. non committendi propositum habere [reperiuntur]
13 secunda authoritas, quæ beati Ambr. [luxuriantur] †illi luxuriari dicuntur in Christo, qui propter turpē peccati delectationem a Christo recedunt, & a sancto proposito deuiant separando se spiritualiter ab eo. Item illi luxuriari dicuntur in Christo, qui sic pœnitent, quod peccare volūt, & iterare pœnitentiam volunt, vt iterant peccare, & sic abutūtur pœnitentia, quæ debet assumi non ad iterandum, sed ad extinguenda peccata. vnde contra tales dr̄. 26. prouerb. sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam. & Hiere. 11. quam vilis facta est nimis iterans vias suas vere. i. illi vere pœnitentiā agūt, qui de peccatis suis sic dolent præteritis, ꝙ futura committere nolunt, & ita pœnitentiam iterare nolunt, vt iterent peccatum, quia hoc non est pœnitere, sed est abusus pœnitentiæ. Qui enim vere pœnitet de peccato sic dolet de præterito, ꝙ cauet ne labatur in futuro, & oporteat eum dolere, & iterare [vna est pœnitentia] ꝙ verum est de solenni: quæ iteratur propter sui solennitatem. vnde subdit vna pœnitentia quæ tamen publice agitur. Et licet pœnitentia solennis nō iteretur: & in hoc habeat similitudinem, cum baptismo: est tamen dissimilitudo. quia baptismus sic est vnum, ad quod nullo modo potest iterari, vt habetur ad Hæbreos. 6. Sed pœnitentia solennis non iteratur posset iterari cum hoc consistat in consuetudine vt Graianus dicit infra in hac eadem dist. c. ex persona. ꝙ pœnitentia solennis non iteratur s̄m specialem, non generalem consuetudinem ecclesiæ apud quosdam. Hæc iuxta dominum Guidonem. magister vero Guido.
Alexander de Halis in 4. respondens ad hanc authoritatem Ale. de Ha.
beati Ambrosij, quæ vr̄ satis obscura dicit quasi idem. Inquit .n. ꝙ beatus Ambrosius repræhendit illos, qui ex præsumptione iterandi pœnitentiam frequenter recidiuāt, vt ex verbis suis patet, volens ostendere, quod non vere pœniterēt non ex putatione illa, qua se putant iterare peccarēt. vnde per hoc quod dicitur non putarent pœnitentiam reiterandam, non intendit, quin debeant putare, vel quod non iteranda est pœnitentia, si recidiuant. sed ꝙ non debeant ex hac putatione iterato peccare, vel potest dici inquit, ꝙ authoritas Ambrosij intelligatur de pœnitentia solenni. hæc ille. Legamus ergo sic literam [reperiuntur] .s. illi quos ipse reprehendit [putent ita] vt sub hac putatione peccata iterant [luxuriantur in Christo] .i. abutuntur pœnitentiæ remedio dato a Christo. nam quo vti deberent ad peccata tollendum vtuntur ad agendum [nam si vere iteranda postea non putarent] .ita vt ex hac putatione iterato peccarent [sicut vnum est baptisma] ad Ephe. 4. [ita vnica pœnitentia] .s. solēnis. [Semper pœnitere] quanto .n. peccata frequentius committuntur, tanto est de eis frequentius pœnitendum quia frequentiori morbo est frequentior medicina adhibenda. vnde quia quotidie venialiter peccamus quotidie oramus dicentes. dimitte nobis debita nostra. & quia rarius grauiora committimus, ideo rarior de eis pœnitentia assumitur quæ quamuis vt rarior, debet tamen esse dolore & satisfactione grauior. Deuter. 25. iuxta mensurā peccati erit plagarum modus [facilius] pro tanta innocentia fact-

tia facilius ſeruatur: primo quia propter inexperientiam peccati facilius.i.peccato abſtinet.Secundo quia difficulter hoc peccatum mortale æqua pœnitentia punitur ſiue purgatur.[Satisfactio]tertia authoritas [cauſas].ſ.quæ ducunt homines ad peccandũ directe,vel occaſionaliter,;vt ſubtractis cauſis faciliu peccata vitemus.vnde patet ꝙ iſta authoritas non facit pro parte iſta,pro qua inducitur[pœnitẽtia eſt quodã &c.] quarta authoritas [ſemper puniens in ſe].ſ. habitu,vel propoſito:ſed non ſemper actu. quia quandoq; motibus aliarum virtutum debet moueri: vt dicit S. Tho. [dictionis virtus &c].i.ſignificatio:vel ĩterpretatio dictionis.Hug.ſed nec iſta authoritas facit ad propoſitum allegantis[apoſtolus &c.]quinta authoritas[peccata per baptiſmũ dimiſſa]poteſt exponi de originalibus,& actualibus.De oĩbus autem quia licet per baptiſmum dimittantur , & quo ad pœnam æternam , & reatum , remanent tamen quo ad pœnalitates, quas homines in hac vita patiuntur propter originale peccatum.de con.diſt.4.ex quo.Sed hic nota , ꝙ dicit apoſtolus deplora]quoniam de originali peccato,vt dicit S. Thom.in 4.di.14.non eſt contritio proprie loquendo,quia non noſtra voluntate inductum eſt: ſed ex vitiata origine naturæ contractum:ſed de eo poteſt:eſſe diſplicentia, vel dolor ratione pœnalitatum conſecutarum ex ipſo: vnde apoſtolus ait.ad Rom.7.infelix homo : quis me liberabit de corpore mortis huius. Actualia etiam peccata tenet etiam plene dimiſſa per baptiſmum ſint,cum tamẽ redeũt in memoriam veniunt flenda etiam fletibus contritionis, cum noſtra voluntate veniunt ac ſint commiſſa [fundamẽtum ſcriptum eſt ad ephe.2.iam non eſtis hoſpites & aduenæ:ſed eſtis ciues ſanctorum,& domeſtici Dei ſuperedificati ſuper fundamentum apo.ac ſi dicat,ſi Paulus apoſtolus fundamentum deflet peccata dimiſſa, quid nos debemus facere ſuper illum fundati [vbi dolor finitur]itaque cũ memoria peccati habetur de eo,non doleatur pœnitentia quę præceſsit[deficit].i. inutilis redditur, quia per ipſam pœnitens ad vitam æternam non perducitur[quid relinquitur] .i.quo ad vitam æternam[de venia].i.de vitæ mundicia , & ſpe futuræ beatitudinis[quam cum ea faciet conſecutus].q. d.cum ita reus cõſtituatur æternæ damnationis, ita ſequẽs peccatum ſicut erat prius, ſicut exponit infra Gratianus.e. di.§.hac authoritate[de gratia].i.fructu gratiæ.conſuetudo .ſ.remiſſionis peccatorũ:& meritis vitæ æternæ [non dicit non pecces].ſ.opere exteriori.Hu.[continue].i.cum peccatum ad memoriam reuocatur.Hug.[& de dolore gaudeat] .i.gaudeat de dolore.i.gratiam Deo exhibeat de hac tã gratioſa ſocietate ſimul doloris,& gaudij:quomodo autem ſimul eſſe poſſint in corde pœnitẽtis dolor, & gaudium iam diſputatione noſtra enucleamus[ſemper doleat].ſ.quando recordatur peccatorum ſuorũ[ſed ex fide].ſ. charitate formata credendo firmiter,ꝙ per talem dolorem remiſſionẽ peccatorum,& augmentum gratiæ conſequatur [& ideo non ſemper doluiſſe].i.non ſæpius peccata ſua cum dolore commoderaſſe:ſed nec hęc authoritas eſt ad propoſitum allegantis[in æſtiuum tempus]ſexta authoritas quæ eſt Beati Grego.in Homil.34.in qua in principio excuſando ſe quod non ſic prolixe exponit euangelium,vt materia requireret ſermonis ſed importunitas temporis hoc vetabat,quia erat æſtiuum tempus,quod ſm philoſophũ eſt tempus importunum ad loquendum,& audiendum.vnde Gregor.ſic ait. Aeſtiuum tempus eſt,quod corpori meo valde cõtrarium eſt:loqui me de expoſitione Euangelij longa mora interueniẽte prohibuit.vnde quod dicitur,hic in æſtiuum tempus nihil facit ad propoſitum de pœnitẽtia . ſed quod ſequitur eſt ad propoſitum [pœnitentia]& hic debuit Gratianus capitulum inchoare:ſicut facit Hug.in exponendo.ne per in æſtiuum faceret legentes muſare,qui ignorant quare Gregor. dixerit æſtiuum tempus[cognoſcamus]certum eſt,ꝙ notitia operandi præcedit opus. quia opus bene fieri non poteſt niſi artifex per notitiam artis ſe in operando dirigat vt docet philoſophus.7.Metaphy.& 6.Ethic.qui ergo vult recte pœnitentiam agere,neceſſe habet,vt modum pœnitẽtiæ cognoſcat.Ita pœnitentia virtus eſt,& ita habet fieri ſm rectam rationem,vt dicit philoſophus.5.Ethi.vt per menſuram rationis fiat ſm medium,vt,nõ excedat,nec deficiat & ad hoc requiritur præcognitio veræ pœnitentiæ. vnde Grego.deſcribit pœnitentiam verbis ſequentibus cum ait [pœnitentiam quoq; quippe &c.] ita ꝙ valeat ad ſalutem [non perpetrare].i. propoſitum perpetrandi non habere.

S.Thom.

Hugu.

7

S.Thom.

Hugu.[alia committat].ſ.actu,vel propoſito[ac ignorat].i. non vere pœnitet. Hu.[item ſunt]hic introducit Gratianus falſam opinionem quorundam dicentium, pauci temporis pœnitentiã contra peccatum debere ſufficere vt &c. reprobat eam[paſtoris primi].id eſt Beati Petri : cui Chriſtus primo ait,paſce oues meas.[Sententia].2.Pet.2.

1 *Pœnitentia ac dolor, an debeat eſſe productior, quam culpa.*

PRoductior eſt pœna. Septima authoritas.& eſt B.Greg.in regiſtro, per iſta capitula magis videtur exhortari ad perſeuerantiam pœnitentię,vt ſemper doleamus de peccato: quam ſint in fauorem erroris dicentium,ꝙ a vera pœnitentia non poſſet quis cadere:dicit ergo productiorem ¶ Pro pleniori intelligentia huius partis.Quæritur 1 vtrum productior debeat eſſe pœnitentia ac dolor quam culpa.Et videtur ꝙ non,ſm illud Deut. 26.ſm menſuram delicti erit, & plagarum modus.ergo non debet eſſe pœna productior quam culpa ipſa , alias non videtur inter pœnam, & culpã commenſuratio.¶In oppoſitum eſt Beatus Grego.in litera.¶Reſpondeo dicẽdum iuxta S.Thomam tam in 4.quã in 2.2.ꝙ pœna duplicem haberet quãtitatem.ſ. ſm intenſionem acerbitatis.& ſecundum durationẽ temporis quãtitas pœnæ requirit quãtitatem culpæ, ſm intenſionẽ acerbitatis,vt ſm,ꝙ Gratianus peccauit ſm hoc grauior ei pœna iniungatur.vnde Apoca.17.quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit tantum date ei de tormento, & luctu. Non autem reſpondet duratio pœnæ durationi culpæ, vt dicit Aug.9.de ci.d.nõ enim adulterium,vel homicidium quod in momento temporis perpetratur momẽtanea pœna punitur etiam ſm leges humanas.ſed quandoque quidem perpetuo carcere,vel exilio, quandoque etiam morte. in qua non conſideratur occiſionis hora:ſed potius quod in perpetuum aufertur a ſocietate viuentium.Eſt tamen hic notandum,ꝙ vt dicit Hug.hic,hoc nõ eſt generaliter verum: niſi vel de dolore interiori,qui eſt quædam pœna,quæ ſemper quãdiu occurrat peccatorum noſtrorum memoria habere debemus de peccato commiſſo:hæc.n. pœna quãdocunque incipit ſemper durat poſt peccatum. ¶[Pœna ergo].i.dolor de peccato commiſſo eſt].i.debet eſſe [productior].i.vlterius poſt peccatum durare.ſ. quandocunq; peccatum ad memoriã reuocabitur,vt dictum eſt, põt etiam intelligi de illa pœna,quæ nobis cum originali naſcit:ſicut ſunt pœnalitates nobis prouenientes, quæ.ſ.productiores ſunt,quam culpa.quia poſt culpam manent. Et de hoc aſsignantur quatuor rationes in litera. prima [ne parua putaretur culpa]qua offenditur diuina maieſtas, & per conſequens contemnitur,& pro nihilo reputant homines offenſas Dei committere ſecunda[ad demonſtrationem]quanta ſit miſeria , & infinitas humanæ naturæ[debitæ].i.quæ merito originalis peccati inflicta eſt:de quo Iob.23.homo natus de muliere breui viuẽs tempore repletur multis miſerijs.tertia[ad emundationem labilis vitæ].i. ad purgationem delicti:in quo quis labitur in hac vita.quarta [ad exercitationem]neceſſariæ ad ſalutem[patientiæ]vt in Iob.[tẽporalis pœna non retinet]quia æterna iam remiſſa eſt in baptiſmo,vel in pœnitẽtia ſiue in cordis cõtritione [ira Dei] in Deo.n.proprie non eſt ira nec animi perturbatio : cum ſemper ſit immutabilis.dicens Malach.3. ego Deus & non mutor &c.ſed dicitur iratus quia ad modum irati in ſe tñ placatus per rectam iuſtitiam peccata punit.ſed de hoc ſuperius.di.1.circa.§.ſacri locuti ſunt.

Quæſtio.

Primum ar.

Opponit in cõtrarium. S. Thom.

Auguſtin.

Hugutio.

Exponit literam

EX perſona. Octaua authoritas, ſed de hac ſupra eſt habitum . diſtinct.1.§. ec contra.cap.perſonam.

ILle digne. Nona authoritas,quæ Smaragdi eſt imo Iſidori lib.2.de ſummo bono.c.13.¶[Digne]& ita ꝙ valeat ad ſalutem æternam [iterum non committat] actu, vel voluntate.i.propoſitum non committendi habeat [lauat laterem crudum].i.qui inutiliter laborat.

Exponit literam.

PAEnitentes. Decima authoritas, quę eſt Aug.in ſermone de pęnitentia,in qua exhortatur ad veram pœnitentiam.¶[Si tamen eſtis pœnitentes].ſ. vero affectu,& effectu,corde, & opere.[mutare vitam] .i.conuerſationem veſtrã in melius.[reconciliamini Deo] per cordis

Exponit literam.

per cordis contritionem[cum cathena].i.mandato,& obedientia ecclesiæ, sm q ecclesia per suos sacerdotes iterum habentes claues vos ligauit. Et est simile.1.q.1.iudices.de qua Mat.19.quodcunque ligaueris super terrã &c. [audis] loquitur contra falsos pœnitentes[ligaturam].s.in ecclesia [& Deo putas imposturam facere].i.falsum : aut deceptionem imponere[quod].s.iniuste ligaris ab eo[Deus].i.cũ sit iustus nulli iniustitiam irrogat,quia in psal.10.dicitur. iustus Deus & iustitias dilexit [pœnitentiam agis].s.exteriorem.i.opera exteriora, qualia solent facere veri pœnitẽtes [genua &c.& irrides & subsannas]quia scilicet ficte pœnitens te humilias,& superbe contemnis.vt in c.seq.

1 *Subsannare quid dicatur.*



Irrisor est. Vndecima authoritas, quæ est Isidori lib.de summo bon.c.15.¶[Agit]actu vel volũtate[subsannaret] ille subsannat,qui toruo, vel constricto naso aliquem deridet, & certe peccator,qui pœnitentiam fingit nasum contrahit,fetorem peccati non sentiens,nec odor bonæ vitæ, & famæ eum delectat,& quantum in se est Deum deridet, qui ficte se humiliat,& superbe contemnit.vnde de peccatoribus dicitur.2. Esdræ.1.omnes subsannabunt Deum in angulis. & Hiere. 20.omnes subsannant me.alia sunt plana.lauamini.]Esa.1. c.s.lauacro baptismi [& mundi estote] seruate innocẽtiam in baptismo perceptam loquitur ad non baptizatos:vel lachrimis sine lauacro pœnitẽtiæ si loquitur ad eos, qui post baptismum inquinauerunt vestimenta sua.[Et mundi estote].i.perseuerate in mundicia, & puritate per pœnitẽtiam recuperata[post lauacrum mundus esse &c.]verba sunt Isidori exponentis dictum Esa.[lauantur nec mũdi sunt &c.] quia illa mundicia momentanea est:non perseuerans non perducit ad vitam æternam.vt in sequenti capitulo.

Exponit literam.




Inanis est Duodecima authoritas:quæ est August.lib.1.soliloquiorum in qua continetur eadem sententia,q nihil valet pœnitentia quam sequens culpa maculat.dicit ergo.¶ Inanis est &c.].s.ad vitam æternam obtinendam.vel inanis est, carens fructu veræ pænitentiæ.quæ est vitiatio geennæ.& adeptio. vel inanis est, cuncta bona opera prius facta reddit inania.s.vacua vitæ æternæ vulnus iteratũ tardius sanatur.]Ratio est.quia partes frequentius per vulnus diuisæ & magis induratæ minus possunt coniungi, & consolidari. Sic quia vulnera peccati reiterantur,tardius ad vnitatem charitatis,& gratiæ reddũtur.Esa.1.vulnus & liuor plaga tumens non est circunligata medicamine.s.pœnitẽtię.nec fota oleo pinguedinis gratiæ:nihil valet ad vitam æternam consequendam.

Exponit literam.



Qui admissa. &c.13.authoritas q est Grego.in pastorali.¶[Admissa] id est. peccata [nec tamen deserunt] diu redeuntes ad eadem,vel alia:vel nec deserunt.s. proposito vel affectu[vt mũdi ad sordes].q.hæc inde sequitur.

Exponit literam.



Baptizantur. 14. authoritas. quę est Greg. in moralibus exponentis verba Iesu filij Sydrach.eccle.33.vbi dicitur qui baptizatur a mortuo, & iterum tãgit mortuũ quid proficit lauatio eius,sic homo qui est &c.hoc exponit hic Grego.¶[Baptizantur].i.abluuntur,& lauantur[a mortuo].i.ab immũditia contracta ex tactu mortui.tangit quod fiebat in antiqua lege,quod si aliquis tangebat corpus hominis mortui erat immundus.7.diebus:postea aspergebatur aqua aspersionis die tertio,& septimo,& sic mũdabatur. quod etiam tangitur & exponitur de conse.di.4.nequaquam [qui mundat se fletibus] maxime interioribus a peccato. [Sed post baptisma]id est post ablutionem & emundationem factam mortuos tangit,qui culpas post lachrimas repetit.

Exponit literam.




In cassum. 25.authoritas,quę est eiusdem Grego.in moralibus.¶[Deseratur]pro tanto in cassum & in vanũ dicitur agi bonum,si ante terminũ deferatur. quia talis coronam & præmium vitæ æternæ non consequitur, cum corona non detur incipientibus:sed perseuerantibus vsque in finẽ. Mat.10.qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit[frustra]ad consecutionem termini, & finis verum bonum,quod agitur & si deferatur:licet non valeat ad beatitudinis consecutionem valet tamen ad alleuiationem pœnæ.quia per hoc, quod bonum agitur, & non malum pro tunc minus peccat,& non punietur,quia secundum mensuram delicti,erit plagarum modus, Deute.25.

Exponit literam.

Diuisio.

Sed verba diffinitionis. Ista est.2. pars principalis huius distinctionis,in qua soluit authoritates inductas,quæ videntur probare.quod pœnitentia non valeat iterari,& primo respondet ad ca.in quibus ponitur diffinitio pœnitentiæ & ad illa,quæ sequuntur ex illa diffinitione.secundo respondet ad quasdam alias authoritates.s.c.ille pœnitentiã. & ad aliqua sequentia & c.reperiuntur in.3. repetens solutiones ad c.reperiuntur soluit alias authoritates, quæ vidẽtur contrariæ.secũda ibi.in §. ex persona. tertia ibi : in authoritate.soluendo ergo primam dicit. q verba diffinitionis pœnitentiæ, quam simpliciter posuit Ambro.[non ad diuersa tempora sed ad idem tempus referuntur] vt sit sensus,q non committat opere,vel voluntate,imo propositũ non committẽdi habeat.Hug.[& iterum alia committat] opere voluntate[adhuc pœnitentiam].q.diceret non vere pœnitet. Hug.

1 *Enchiridion quid dicatur.*



Sane &c.inducit Gratianus aliquas authoritates in fauorem responsionis datæ.Et est ista Aug.in enchiridion[qui liber sic dictus est, quia manibus portari põt præ sui breuitate.idem est q liber manualis.dicit hic 1 errorem cauendum esse quorundam:qui quotidie peccabant mortaliter, & nihilominus per eleemosynas,quas quotidie faciebant credebant ea posse redimere. sed errabant isti,quia cum eleemosynis sit Deus rogandus vt de præteritis nobis propitietur,non est emendus,vt male viuendi licentiã credamus eleemosynis cõparare. ¶[Nephanda].i.mortalia[regum]gal.5.[perpetranda].i.posse perpetrare quadam securitate eleemosynarum.Hu. [propitiãdus].i.placandus,siue rogandus,vt fiat propitius[laxamentum].i.licentiam[quamuis miserando &c. plana sunt.

Exponit literam.

1 *Præceptum,quod quis faciat sibi eleemosynam,an detur conuenienter.*

2 *Eleemosina potest fieri dupliciter.*

3 *Ordo est in eleemosyna facienda.*



Qui vult ordinate Ista authoritas est eiusdem Beati Grego. ¶ Pro cuius pleniori intelligentia. 1 quæritur. 1 vtrum conuenienter detur præceptum q quis faciat sibi eleemosynam.Et videtur,q non,maxime quia videtur impossibile quod quis possit sibi facere eleemosynam.¶ Primo sic. eleemosyna est actus liberalitatis vel iustitiæ.sed hæ virtutes propter hoc,q in coniunctione consistunt non sunt nisi ad alterum,vt de iustitia dicitur.5.ethi.ergo eleemosyna non potest esse ad seipsum.¶Secundo sic.nullus dat nisi q habet:nec aliquis recipit:nisi quod nõ habet,sed nullus potest aliquid simpliciter habere:& non habere. ergo nullus potest sibi dare eleemosynam.¶ Tertio sic,non est datum præceptum de diligendo se,quia natura ad hoc inclinat.cũ ergo natura vnumquemque ordinet ad sibi subueniẽdum inquantum potest,non ad hoc debuit poni aliqua admonitio siue præceptum.¶Quarto sic.nulla miseria tãtum mouet in aliquo,quantum in seipso.ergo cum misericordia detur ex elemosyna quæ est compassio miseriæ,videtur, q sensus proprię miserię sufficit ad hoc sine exteriori doctrina,aut exhortatione.ergo non debuit de hoc esse admonitio aliqua scripturæ.¶ In oppositum est tex.præsentis capituli.¶Respondeo dicendum, quod conuenienter est datũ præceptum de eleemosyna facienda sibijpsi. Et patet hæc conclusio primo authoritate sacræ scripturæ, in qua nihil præcipitur,nisi quod conueniens sit.dicitur enim ecce.30. miserere animæ tuæ placens Deo. ¶ Ratione argumentorum primo loco factorum,ex intelligentia conclusionis est 2 notandum iuxta S. Thom. in 4.di 15.1 q eleemosyna põt dupliciter fieri.s.per collationem alicuius rei temporalis, hoc modo nullus sibi eleemosynam facere potest, vel per exercitium alicuius actus spiritualis,vel corporalis, & quia homo ratione diuersarum partium in se ipsum agere põt, sicut anima mouet corpus,& vna pars animę mouet aliam ideo talem eleemosynam aliquis potest facere sibijpsi ad subueniẽdum sibi in corporalibus,vel spiritualibus.¶ Nũc ad rationes

Quæstio.

Primũ arg

Secundũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Opponit in

Respondet.

S.Thom.

Ad primũ argu.

ad rõnes in oppositum.Ad primam respondetur, ꝙ libera litas ſm ꝙ consistit in donationibus siue dationibus nõ potest esse ad seipsum,sed ſm ꝙ consistit in sumptibus põt esse ad seipsum sicut & illiberalitas. sunt.n. aliqui illiberales ad seipsos, qui propter cupiditatem rerum necessaria sibi subtrahunt.Sed iustitia nullo modo potest esse ad seipsum: quia habet rationem equalitatis,quæ semper ad alterum esse debet.

Ad secundũ

¶Ad secũdam patet responsio: ex dictis procedit arg.ratio ac si per modum collationis alicuius rei temporalis posset homo sibi ipsi eleemosynam facere,quod nos negamus.sed per exercitium actus alicuius,vt dictum est: vel dicendum ſm Albertum in 4.di.15. ꝙ licet homo nõ posset proprie sibi dare spiritualia,potest tamẽ facere:vnde sibi dentur,& sic quodammodo dicetur dare eo modo,quo dare dicitur,qui facit, vt detur.

Albertus.

Ad tertium. Albertus.

¶Ad tertiam respõdet idẽ dominus Albertus: ꝙ non habemus præceptum de eleemosyna corporali nobis fiẽda.quia in corporali satis nobis cõpatimur.& natura inclinat sed de spirituali.Et cum dicitur ꝙ non est datum præceptum de diligendo se.respondet ꝙ imo:& hoc in præcepto de diligendo proximũ,vt ait Aug.

Ad quartũ. Albertus.

¶Ad quartam respondetur ſm eundem dominum Albertum,quod miseria proximior est in nobis, quam in alio, si sentitur vt miseria corporalis spiritualis aut miseria quæ verius miseria est quam corporalis non sentitur, vt miseria sed vt bonum propter peccati dulcedinem. Et ideo spiritualis eleemosyna quæ supplet peccati defectum indiget ampliori admonitione,quã exterior si est corporalis. multa alia circa eleemosynam disputauimus supra dist.1. circa

Exponit literam.

3 capitulum medicina.Litera.¶[Ordinate dare]no.ꝙ ordo est in eleemosyna faciẽda sicut & in ipsa charitate[eleemosynam a seipso]debet.n.homo animæ: suam eleemosynam facere,alendo eam pane doctrinę cælestis,potando eã aqua sapientiæ salutaris,vestiendo eam vestibus virtutum,extrahendo eam de carcere peccati:& similia [est enim]eleemosyna opus misericordiæ, de qua dictum est ecc.30.placeamus.tunc ergo ordinate fit eleemosyna:cum ita fit:vt Deo placeamus.quod tunc proculdubio fit cum a nobis incipimus,parum quidem proficit nobis in alios misericorditer effundi:& in nos crudeles existere. miserere ergo animę tuæ,qui cupis placere Deo.

De quotidianis. Ista est authoritas, Beati August.in enchiridion.c.71.nõ Chry.vt dicitur hic de venialibus: & deletione eorum, & de oratione dominica supra disputauimus.di.prima circa c.tres autem sunt.& ideo hic transeundũ est.

Exponit literam.

¶[De quotidianis]hoc ẽ de venialibus[taliter patri ꝙ sint filij,& veraciter dicere possint pater noster[delet etiã] nõ est huius literæ sensus,qui datur ex glo.vt oratio dominica videatur se extendere aliquo modo ad deletionem peccatorum mortalium in hac vita:sed sensus est,ꝙ oratio dominica & alia ecclesiæ suffragia valent fidelibus defunctis,qui vita pænitendo in melius commutata ab hac vita decedũt: ad remissionem pœnæ purgatorij,quam pro sceleribus gestis in hac vita ex soluunt secundum illud.2. Machab.12. sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur[sic quẽadmodum]dignum quippe est, vt qui petit sibi a Deo dimitti peccata:suis etiam debitoribus dimittat [vt veraciter dicatur &c.] i.fiat quod dicitur [& ipsa eleemosyna est]istud enim est de operibus misericordiæ spiritualis veniam petentibus indulgere.

Nihil prodest. Ista est authoritas pij papæ.¶[Nihil ꝓdest].s.ad vitam æternam. de hac autoritate quæ ponitur de conse.di.5.satis diximus vide ibi.Ad qd autem valeant bona opera facta extra charitatem dicetur in fine huius distinctionis.

Exponit literam.

Ex persona. Hæc est secunda pars in qua magister Gratianus soluit omnes authoritates,quæ dicunt,ꝙ pœnitentia non sit iteranda. ¶[Ex persona huius]vult dicere ꝙ iuxta præmissam distinctionẽ quam supra posuit de persona pœnitentis,sunt intelligendæ authoritates sanctorum inductæ, videlicet ꝙ persona quæ pœnitet per idem tempus non potest vere pœnitere, & velle manere in peccato:vel habere propositum redeundi ad peccatum. sed bene potest pœnitere de peccato vno tempore,& ſm aliud tempus velle peccare. Et hoc mõ intelligendæ sunt authoritates inductæ, sicut etiam discurrẽ

Exponit literam.

do per eas supra explanamus. illud autem Ambrosij. reperiuntur de solenni,dicit intelligendum:quæ apud quosdam cælebrata non reiterantur. quod probat authoritate Aug. quæ sequitur.¶[Quãuis &c.]quia ista authoritas habetur. supra dist.6.Et superius aliquid dictum est de ea,ideo nihil hic de pœnitentia solenni disputare volumus] medicina vilis &c.]assignatur ratio:quare solennis non reiteratur,videlicet ne nimis vilis vel minus vtilis esset ægrotis,quia si sæpe repeteretur vilis reputaretur. minus etiam vtilis esset, quasi pœnitentes solemniter hanc pœnitentiã scirent posse iterari:citius forte in peccatum laberentur nunc autem cũ sciãt nõ posse iterari,putãt si amplius peccarent nõ posse veniã cõseq:& ideo peccare cessãt,qa timẽt.supra di.50.

1 *Pænitentię perfectio est secundum esse, & secũdum bene esse.*

Hac authoritate. Ista est tertia pars in qua Gratianus soluit alias authoritates,quæ videntur contraire. Dicit ergo.¶[Hac authoritate].s.præcedente Aug.[quamuis]habentur duo.primum est ꝙ soluitur authoritas illa Ambrosij[reperiuntur] .s.ꝙ de solenni pęnitentia intelligitur, ſm est ꝙ habetur,ꝙ post primam pœnitentiam venia datur[alioqui .i.nisi per primam pœnitentiam daretur venia:nequaquam diceretur [ꝙ iterum parceret Deus]quia nisi prius pepercisset:nõ diceretur iterum parcere.sicut dictum est in primo capitulo quamuis[satisfactio].i.illa authoritas supra posita.c.3.[vide].i.ista authoritas quæ posita est supra in ca.si apostolus [eundem intellectum habent, vt.s.illa verba non ad diuersa tempora,sed ad idem tempus referantur, vt.s.eo tempore quo quis deflet commissa non committat, velit peccare, indulgeat aditum suggestionis peccatorum [illud autem quod in libro de pœnitentia dicitur videlicet ꝙ pœnitentia est quædam dolentis vindicta &c.de perfecta intelligendum est].i.perfectorum,quos eos vocat, non qui per votũ aut in signo habitus religionis ad perfectionem se obligãt, sed eos qui continuant pœnitentiam suam ad mortem.Est

Exponit literam.

1 enim,vt inquit magnus Albertus in 4.di.24.†perfectio pœnitentiæ secũdum esse,& ſm bene esse.ſm esse quatuor exiguntur ad perfectionem pœnitentię.s.remotio a malo,dolor de commisso,propositum non committendi: & diligẽtia satisfaciendi.ſm bene esse perfectio attenditur quando etiam actu continuatur vsque ad mortem.hæc ille. isti duo modi tãguntur hic in litera,cum dicitur sicut charitas alia est.sicut in charitate sunt gradus: ita etiam in pœnitentia. Quædam pœnitentia dicitur vno modo perfecta, & alio modo imperfecta.Et ita tanguntur duo modi perfectionis pœnitentiæ, primus est,quo pœnitentia dicitur perfecta, quæ continet in se verum gemitum contritionis cum dolore commissorum & proposito nõ committendi cum alijs præmissis, quibus integratur tota essentia pœnitentiæ: & ista est sufficiens ad salutem. secundus modus perfectionis est, quæ dicitur perfecta pœnitentia, quę cõtinuatur vsque ad finem vitæ.dicitur autem,ꝙ secundum primum modũ perfectionis intelligitur illud Io.Chry. vbi supra cum ait. perfecta pœnitentia &c. Secundum modum perfectionis intelligit Augus.pœnitentia est vindicta sem per &c. illud aũt si pœnitẽtia finitur &c.planum est de ista vero opinione quam narrat, an videlicet peccata dimissa redeant. in 4.distinct.fiet sermo.

Albertus.

Quod autẽ. Per pœnitentiam. ista est tertia pars huius distinctionis,in qua expositis iam authoritatibus inductis ad probandum ꝙ pœnitentia non esset iteranda:& ꝙ pœnitentia postquam peccatũ non obtinet veniam:nunc incipit probare oppositum per multas authoritates & exempla: videlicet qđ pœnitentia sæpius iteretur, & quod sepius per pœnitentiã peccata remittantur. Et potest hoc diuidi in sex partes.primo quidem ꝓbat illud authoritate sacræ scripturæ,& beati Hiero.secundo exemplo, principaliter exemplo Dauid. tertio exemplo Achab.quarto exemplo Niniuitarum.quinto authoritate Augu. sexto ad idem probãdum improbat opinionem eorum. qui dicunt pœnitentiam post baptismum semel tantum esse vtilẽ.secunda ibi:in §. Dauid quoque.tertia ibi:ecce cuius pœnitenta.quarta ibi, in §. Niniuitæ.quinta ibi in §.frequẽter sexta in §.siue quisquis dicat. dicit autem magister Gratianus in primis ꝙ per pœnitentiam non semel tantum sed sępissime peccata remittũtur probat

Diuisio.

probat authoritate primo.



Epties. Inducit primo Gratianus hoc. ca. in quo tres includũtur authoritates sacræ scripturæ quibus manifeste probatur: ꝙ pœnitentia sæpe iteratur, & ꝙ per pœnitentiam peccata remittantur. ista authoritas licet Hiero. ascribatur nihilominus tamẽ in principio sui est Salomonis. Et habetur prouer. 14. Exponitur dupliciter tantum, quicquid dicat glo. primo de peccato veniali, per quod septies. i. multoties ponitur infinite. cadit homo, vt in alio quam in Deo finem constituat. sed tantum cadit a perfectione actus. quia actum facit, quo in Deum non tendit, eo ꝙ inordinate ei quod est ad finẽ inheret. non tamen ita ꝙ illud ꝙ est ad finem constituat finem, vt dicit S. Thom. in 2. sẽtẽtiarum. di. 43. [& resurgit] pœnitendo & corrigendo id, quod minus ordinate gessit. vel potest intelligi de peccato mortali [septies] i. aliquoties [iustus cadit] mortaliter peccando, & resurgit statim. quia statim pœnitet, & compungitur dolens de casu, & sic redit ad statum gratiæ & charitatis. vnde videtur non cecidisse & sic [iusti vocabulum non amisisse] quia per pœnitentiam statim post casum resurget [& non solum septies sed septuagies] secunda authoritas euangelij, & habetur Mat. 18. [septuagies septies] finitum pro infinito. i. quotiescunque, & quandocunque. Hug. [cui plus] tertia authoritas euangelij Luc. 7. Et est verbum domini ad pharisæum murmurantẽ contra Christum, quia Mariam Magdalenam lauare & inungere pedes suos passus fuerat [plus diligit] id est ex pluribus tenetur diligere. Hugu.

Exponit literam. S. Thom. Hugu.

Dauid quoque. Secunda pars vbi exemplo Dauid probat intentionem suã de cuius pœnitentia Hiero. ait. ¶ [Totam pœnitẽtiam peccatori &c. vnde psal. Iste dr̃ esse vnus de septẽ pœnitentialibus, quem Dauid pœnitens composuit [vxorem Vriæ]. 2. Reg. 11. habetur historia [trãstulit]. s. quo ad culpam & reatum pœnæ æternæ, non autem quo ad pœnam temporalẽ. vt supra. e. dist. 1. si peccatum [conuersus ad lachrimas] ecce rectus ordo, vt præcedat in primis compunctio lachrimosa [miserere mei Deus ẜm magnam misericordiã tuam] gl. naturalem, cuius misericordiæ natura est diuina. q. d. ad tuã misericordiam confugio, vt grauibus vulneribus tiriacam remissionis infundatis [misericordiam dico magnam] quia magna est miseria mea, & ideo magnam exigit medicinã. Et subdit [magnũ peccatum magna indiget misericordia multum] alia litera habet, amplius laua me domine ab iniquitate mea &c. glo. Augu. amplius quam ab actu peccati, quia plus peccaui, quam actu. quia scienter & ex voluntate vtrunque feci [tu vero amplius laua me] vt non culpã operis, sed etiam reatum voluntatis abstergas: vel amplius laua me, quam petere intelligam [laua] dico & [munda me] & sic laua & mundes me. lauantur enim quædam quæ non tamẽ sunt pura [quoniam iniquitatem meam ego agnosco] non dissimulo, & peccatum meum &c. glo. non habet peccatũ post tergũ, vt prius habuit cum negligeret. post tergum. n. habuit, cum rex sententiam in diuitem qui rapuit ouẽ pauperis dedit oblitus sui [tibi soli peccaui] gl. tibi soli dico, mũda me, & merito te oro, vt mundes. quia peccaui in me carnis voluptate, sed tibi quia rex ex omnibus superior, & ideo a Deo tantum, qui est eo superior puniendus sequitur [malum coram te feci] qui vtique præsens, & te præsente peccare non erubui [vt iustificeris]. i. vt iustus & verax inueniaris [in sermonibus tuis]. i. ĩ verbis, q̃ dixisti, cuius nõ verba trãseunt, sed implentur] huius partis sunt variæ expositiones, sed ad propositum illa videtur magis conueniens, vt loquatur contra illos, qui dicebant propter peccata Dauid Deũ non impleturum quod promiserat. s. Christum ex Dauid nasciturum: quos contra dicit Dauid loquens ad Deum patrem. ideo munda, vt me mundato macula mea non impediat veritatem tuæ promissionis [iustificeris]. i. iustus & verax reperiaris [in sermonibus tuis] qui sunt de promissione Christi: quam mihi fecistis [& vincas]. i. ostendas illos mendaces [cum iudicaris] ab eo eis non facere quod promisisti [conclusit] ad Rom. 11. ad Gal. 3. Deus enim sic omnia cõclusit sub peccato, non ꝙ Deus sit causa efficiẽs culpæ, sed solum permittit quam fieri Deus summe bonus, summe sapiens, & summe iustus non permitteret, nisi inde bona eligeret. vt dicit August. in enchi. ca. 28. Elicit autem Deus ex hoc multa bona. Elicit. n. bonum iustitiæ puniendo peccatum. Elicit bonum misericordiæ pœnitentibus miserendo Et hoc bonum tangit Apostolus dicens [vt omnibus misereatur] oĩbus. s. vere pœnitẽtibus iuxta illud sapiẽtię. 11. misereris omnium, vel omnibus. quia etiam malis miseretur, dum eos punit citra condignum. ipse. n. sic est misericors: vt ꝙ quantum est in se potest & sufficit omnibus misereri, sed quod aliqui misericordiam non consequantur prouenit ex eorum culpa. elicit. n. bonum humilitatis, vt qui peccando superbe se extulerant, quasi deiecti & in multis miserijs constituti de peccatis doleant, & coram eo se prosternant, per cor contritum, & humiliatum, profecit Dauid in ipsa peccatorum confessione [vt transiret in doctorẽ & magistrum] pœnitentiæ alijs [confessio & pulchritudo coram eo]. i. ex cõfessione factus est pulcher coram Deo. vnde gl. super. psal. 25. ita ait. confitendo sic homo de fædo pulcher. si ergo amas pulchritudinem, confitere vt sis pulcher. i. iustus. ideo primo dixit [confessio & post pulchritudo corã eo] siue ẜm aliã literam in cõspectu eius. Tales n. ipsum cõspiciunt, & conspiciuntur ab eo, & hoc est quod sequitur [vt qui fuit &c. peccata sua confessus] dicat enumerãdo miserias suas illud psal. 17. corrupte &c. [putruerunt] glo. q. d. iniquitates sunt supergressæ [quia cicatrices meæ]. i. plagæ peccatorũ putruerunt, & fetent mihi [in sanitatis decorẽ commutat] ecce qũo confessio peccati inducit decorẽ aĩæ.

Exponit literam. Augu.

1 *Apologia quod dicatur.*

2 *Resurgentes per pœnitentiam an ita fortius resurgant, vt semper in maiorem gratiam siue charitatem resurgant.*

3 *Peccatum quare dicatur donari.*

Et quare deleri. nu. 4. Et quare tegi nu. 5.

6 *Iniquitas, & peccatum verba ista dupliciter possunt distingui.*

7 *Dauid voluit puniri, vt liberaret populum.*

8 *Dauid an fuerit iuste punitus pro enumeratione populi.*

9 *Dolus an fuerit in peccato Dauid Et nu. 10.*



1 Lle rex. Ista est authoritas Beati Ambrosij in apologia Dauid† dicitur autem apologia liber excusationis Dauid. ¶ Pro intelligentia aliquorũ quę in hoc. §. tanguntur de his quæ a peccatis resurgũt.

2 quæritur † vtrum resurgentes per pœnitentiam ita fortius resurgant, vt semper in maiorem gratiam siue charitatem resurgant. Et arguitur. Primo, quod sic ex textu præsenti. Ex ex illo Apostoli. ad Roma. 5. vbi superabundauit delictum: superabundabit inquit & gratia. sed vbi superabunda charitas. ergo resurgens per pœnitentiam videtur semper in maiorem gratiam resurgere. ¶ Secundo sic. super illud Gene. primo factum est vespere, & mane dies vnus dicit gl. vespertina lux est a qua quis cecidit, matutina in qua resurgit, sed lux matutina est maior, quam vespertina. ergo gratia, & charitas in qua quis resurgit est maior illa, quã prius habuit a qua recedit. ¶ Tertio sic. maioris virtutis est quod pellit, quam quod pellitur. sed charitas in qua quis resurgit pellit illud quod expulit charitatem, in qua quis cecidit: ergo necesse est charitatem subsequentem maiorem & fortiorem esse illo, quod charitatem expulit, & per consequens ipsa charitate a qua quis cecidit. ¶ In oppositum arguitur quia innocens non est minus aptus ad recipiendum gratiam, quam peccator, sed primã gratiam accipit innocens secundam accipit peccator: ergo non oportet quod secunda sit maior prima. ¶ Respondeo dicẽdum sub vna cõclusione quod resurgentes non semper resurgunt in maiorem gratiam ea a qua ceciderunt, sed quandoque in minorẽ, q̃nque minorẽ q̃nq; in æqualem. ista cõclusio declaratur iuxta S. Thomam in. 3. parte. q. 9. argu. 2. motus li. arb. qui est in iustificatione impij est vltima dispositio ad gratiam, vnde in eodem instãti est infusio gratiæ cum prædicto motu li. ar. In quo quidem motu comprehenditur actus pœnitentiæ, manifestum est autem quod formæ quæ possunt recipere maius & minus intẽduntur, & minuuntur secũdũ dispositionem subiecti & inde est, ꝙ ẜm quod motus li. ar. in pœnitentia est intensior ẜm hoc pœnitens consequitur maiorem, vel minorem gratiam. contingit autem intẽsionem motus pœnitentis quandoque proportionatam esse maiori gratiæ, quam illa a qua cecidit per peccatum: quandoque autem æquali, quandoque vero minori, & ideo pœnitens quandoque resurgit a maiori gratia, quam prius habuerat, quandoque etiam in minori, & eadem ratio est etiã de virtu-

Quæstio. Primum ar. Secundũ ar. Tertium ar. Opponit in cõtrarium. Respondet. S. Thom.

Bonauent. de virtutibus quæ ex gratia consequuntur.ad prædictorum autem intelligentiam est notādū,ꝙ vt recitat dñs Bonauē. Mat.3.sententiarum.di.31.aliquorū aliqñ fuit opinio, ꝙ ne cesse erat hoīem resurgere in æquali,vel maiori charitate.& ad hoc ponēdum moti sunt.tū ex consideratione diuinę di spositionis siue pdestinationis: tū ex retributionis diuinæ cōsideratione,tū ex cōsideratione nostræ reparationis. Ex consideratione nāq; diuinæ dispositionis moti sunt,quia di xerunt,ꝙ iuxta apl̄m ad Rō.8.diligētibus Deū oīa coope rant in bonū,his qui s̄m ꝓpositū vocati sunt sancti,iō diui næ pdestinationis immutabilitas nequaq̄ sineret hoīem la bi à charitate,nisi ex casu illo videret subsequentē vtilitatē. nec regnum diuinæ prouidentiæ filiū regni permit teret ca dere,nisi ex hoc simul ꝓuideret maius bonum ex illo casu elicere.Ex parte vero retributionis rōnem sumpserunt qa Deus opera remunerat s̄m charitatis q̄titatē,ex qua sunt fa cta.Si ergo charitas in qua q̄s resurgit viuificat opera prius mortua,& facit ea remuneratione digna, cū remuneratio adæquat̄ charitatis quantitati,in quo quis resurgit rōcinan tur ex hoc,ꝙ impossibile est minorē charitatem esse in re surgente,q̄ prius fuerat in cadēte.Ex parte reparationis rō cinantur sic.quia quanto hō est ineptus ad gratiā, tāto ma gis indiget reparatione ad hoc,ꝙ ipsam suscipiat. sed quāto à maiori gr̄a cecidit,tāto magis peccauit, & magis ad gra tiam ineptus fuit.restat ergo vt asserunt,ꝙ quātitas repara tionis debeat ꝓportionari quantitati charitatis, à qua quis cecidit.& quantitas charitatis sequētis mensurat̄ s̄m quāti tatē reparationis,ꝑ quod sequi vr̄, ꝙ charitas subsequens adæquat̄ præcedenti vel eā excedit.Et cōfirmant per illud Baruc.4.sicut fuit sensus,vt erraretis à domino decies,tamē iterum reuertentes inuocaretis eum & Hie.tertio conuerti mini filij Israel,sicut in profundum recessistis. sed hic mo dus dicendi est contra rōnē,& sensibile experimentū, nec habet stabile fundamentum.contra rōnē.n.est dicere, ꝙ si perfectus cadit à charitate,nō possit resurgere, nisi in statu & complemento perfectionis suæ.Et in multis apparet, ꝙ cadentes nō resurgunt ad illā perfectionē, a qua ceciderūt, stabile etiam fundamētum habent,quia diuinæ prædestina tionis dispositio non exigit,ꝙ hō semper procedat in bo no,sed ꝙ sit finaliter bonus Dei etiā retributio non pensat q̄tum ad meriti efficaciam charitatem initialem, sed chari tatē finalem.nostra etiā reparatio ad gratiā pōt esse maior, in eo,qui minus peccauit,& minor qui magis peccauit. Et verba illa prophetica non intelligunt de quacunq; repara tione,sed de reparatione perfecta,& pnīa cōsummata, q̄ re stituit omnia ablata.non autē habent veritatem,de qualicū que pnīa,& conuersione,siue reparatione.vnde cum hō re parari possit ad maiorem,& minorē & æqualē charitatem, cōis opinio est.ꝙ homo etiā pōt in maiori & minori & in æquali gratia charitate resurgere dictum est.¶Ad rōnes er

Ad primum argument. S.Thom. go in oppositum.Ad primam respondet̄ iuxta S.Th.in 4.& in 3.parte.ꝙ apostolus loquit̄ de gratia redēptionis, quæ su perabundat ad delictum primi hominis,& non loquit̄ vni

Ad secundū S.Thom. uersaliter.¶Ad secundam respondet̄,vt S.Tho.dicit in ter tia parte ꝙ illa assimilatio vtriusq; gratiæ ad lucem vesperti nam.& matutinam , fit per similitudinē ordinis, quia post lucem vespertinam sequuntur tenebræ noctis. post lucem autem matutinam sequitur lux diei.non aūt attendit̄ simi litudo ꝑ maiorem,vel minorem similitudinem quantita

Bonauent. tis.concordat dominus Bonauentura dicens, ꝙ charitas re surgens non comparatur luci matutinæ propter magnitu dinem;sed ꝑ nouitatem & ordinē ad proficiēdū . Et ideo in ratione illa peccatur s̄m fallaciam consequentis:quia nō

Ad secundū S.Thom. est oīno simile hinc & inde.¶ Ad secundam respondet̄ iux ta dñm Bonauenturam,primo ꝙ assumptum est verum in his,quæ expellunt̄ per mutuā actionē & passionem , sic aūt non est de pctō & gratia.nam amissio charitatis non est ꝑ hoc:ꝙ peccatum agat in ipsam eā expellendo,sicut vna for ma naturalis expellit aliam,sed hoc est.quia cum esse chari tatis dependeat à duobus.videlicet Deo influente,& a li.ar. suscipiente,cum li.ar.se à Deo auertit,charitas in semetip so deficit,& quia li.ar.non se auertit,nisi peccando, hinc est ꝙ charitas dr̄ per peccatum expelli,non ꝑ fortitudinē ip sius peccati agentis,sed propter defectionem ipsius li.ar.su

S.Thom. scipientis.concordat S.Tho.in 3.d.ꝙ peccatum nō vincit charitatē ꝑ eius debilitatē,sed quia ille qui peccat nō vtit̄

Exponit literam. auxilio charitatis,& ideo non sequit̄. Litera.¶ [Ille rex]in hoc.c.sicut tangitur in gl.B.Ambrosius multis modis nitit̄

attenuare peccatum Dauid de adulterio,& homicidio, ma gis q̄ excuset.primo quia noluit diu manere in peccato, sed statim illud confessus est,& hoc est ꝙ dicit[exiguo quidem

a momento]non accipitur hic momento pro indiuisibili in stanti.sed pro breui tempore.Et hoc intelligendū est post quam redargutus est à Nathan propheta,quia ante diu re manserat in peccato,quia antequam Nathan veniret ad eū, duxerat Betsabeæ in vxorem,post mortem Vriæ.& ex ea su sceperat prolem forte ante aduentum Nathan [prematura] .i.valde festina confessione [reddidit].i.manifestabat con fessus.secundū quia grauiter in corde doluit,quod inde pa tet.quia statim dimissum est ei peccatum.vnde subditur in litera[deniq; dominum dolor intimi affectus monet,vt Na than &c.transtulit]& quo ad culpam,& quo ad reatum pœ næ æternę[maturitas].i.festinatio[profundam].i.magnam in intimo corde manētē pœnitentiam[traduxit].i. deleuit. tertio quia sancti,& si qñq; peccauit credendum est, ꝙ hoc magis fiat fragilitate naturæ,quā libidine peccandi. Et hoc ostendit à similitudine currentiū in stadio dicēs[sancti cō summare pium].i.ꝙ gratia conquerendi brauium æternæ fœlicitatis agit̄,de quo apostolus.2. Ti.4. bonum certamē certaui,cursum consummaui,fidē seruaui, & ideo reposita est mihi corona iustitiæ &c.[cursum salutis].s. operādo ope ra salutaria[sicubi forte, vt hoīes currūt].i.malū operātur [naturæ magis].i.conuenit magis naturæ fragilitate, q̄ libi dine peccati,tn̄ cum isti resurgunt maiores ad currendū re surgunt,sicut B.Petrus.vt di.50.fidelior[velocitatis incenti ua].i.feruorē ad bene operandum[cumulasse].i.auxisse er go sic currentium]ad literā in agone nō soluit cursus] ꝑ vnum lapsum,ex quo fortiores resurgūt[non luctantium ēt contentio].s.soluit,si illi resurgunt fortiores[sed inoffen sa].i.illibata.& integra.& nō diminuta[manēt certamina]. q.continua.Hu.[pleriq; currētes]in agone[post vnum vel alterū].i.post vnum vel duos lapsus [gratiā maiorē]quā si non fuissent lapsi[vicerint quāto magis]hucusq; pēdet snīa .i.si ita est in seculari certamine,q̄to magis ī certamine pie tatis[cum beatus &c.cōditionis est].i. humanæ fragilitatis [qđ supplicauit correctionis] apsus cōis est. quia cōiter & gnaliter labunt̄ hoīes.oīs.n.homo in hac vita peccat. ecc.7. non est homo iustus in terra,qui faciat bonum, & nō pec cet[specialis]quia non oībus cōis:sed quibusdam tm̄ datur [confessio salutaris,siue pnīa:vnde Apoc.2.dedit illi tēpus vt pœniteret,& non vult pœnitere.[Si corruptæ]per pecca tum[siue humanæ fragilitatis peccatum aūt donat̄] idē in re vr̄ esse donari deleri, & tegi. sed Ambrosius vr̄ facere in eis differentiā,quam drām credimus tantum assignari,quā

3 tum ad ꝓprietatem vocabulorum†donari.n.dr̄ peccatum, quia mera Dei gratuita voluntate indulgetur.ad Titum.2. non operibus iustitiæ,quæ fecimus nos.sed s̄m mīam suam saluos nos fecit.& hoc sonat verbum donatur.†dicitur autē

4 deleri,quia abluitur,& lauatur per sanguinem crucis.i.cru cifixi saluatoris nostri Iesu Christi Apoc.1.dilexit nos & la uit nos in sanguine suo.& Paulus ad Hebre.9.sanguis Chri sti emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis[te

5 gitur]†peccatum dicitur tegi dum ad puniendum nō ostē ditur diuina misericordia parcente:psal. 31. beati quorum remissæ sunt iniquitates.& quorum tecta sunt peccata: te cta,dicuntur,quia sibi peccatum non imputatur ad pœnam æternam,vnde subditur,beatus vir cui non imputauit domi nus peccatum[tegitur per charitatem]charitas operit mul titudinem peccatorum.Proue.10.iniquitas sicut iustitia ac cipitur quandoq; pro actu quo quis reddit alteri ꝙ suū est. aliquando accipit pro habitu & virtute.s̄m ꝙ dr̄ ꝙ iustitia est habitus à quo procedit actus.Sic & charitas aliquādo dr̄ actus quo diligimus Deum proximum . aliquando dr̄ ipsa virtus,à qua ꝓcedit ipse actus.quo diligitur Deus,sic & ini quitas a iquando dr̄ actus peccati.& sic accipitur. 1.Ioan.3. peccatum est iniquitas,aliquādo dr̄ habitus vitiosus,ex quo procedit actus peccati.hæc distinctio iniustitiæ accipitur à philosopho.2.& 5.ethi.& hanc distinctionē iniquitatis po nit hic Ambrosius. vnde ait[iniquitas est habitudo].i.habi tus mētis iniustæ[licet]q.d.ꝙ iniquitas est vitium quod di citur habitus mentis vitiosæ.sed Io.in epistola sua.s.1.Ioan. 3.videtur dicere ꝙ sit peccatum,quod tamen proprie non dicit habitum.sed actum.actus autem distinguitur ab ha bitu.Sed pro concordia est respondendum etiam secūdum

6 gl.†ꝙ dupliciter distigui possunt ista vocabula iniquitatis & pctī.vno modo proprie, alio mō large & improprie.si

a¶Momento.Quid di cat̄ momen tū, q̄d hora quid pūctus vide Pet.de Anch. in c. nu. 7. de 1. causa poss. & proprie.

proprie & stricto modo pctm̄ est dictum, vel factũ, vel cõcupitum contra legẽ Dei.& ita peccatum nominat opus. Iniquitas aũt ꝓprie & stricto mõ dr̃ vitium.i.habitus mẽtis iniustæ. Qui habitus cũ sit qualitas non põt idem esse ꝙ actio:seu opus, ꝙ nomine pcti importat. Si secũdo modo.s. large & improprie accipiant, vnum accipit ꝓ alio:vnde peccatum qñq; dr̃ vitium siue iniquitas.& vitium & iniquitas dr̃ oĩs iniquus actus, siue opus malum in gñe moris[peccatum]vr̃ exponere Amb.quare Io.dicit pctm̄ est iniqtas videlicet[quia in ipso pctõ est iniquitas.]i.discordat ab æquitate,& rõne,& est ei cõtrarium,vel quia in ipso est iniquitas:sicut cã in suo effectu.ꝓcedit.n.ex iniquitate pctm̄. patet ergo ꝙ iniquitas quandoq; dr̃ pctm̄,quia ex ea ꝓcedit, sicut charitas,dr̃ qñq; bona voluntas[prius ergo]cum ergo habitum sit,ꝙ iniquitas sit radix pcti,sequit̃,vt qui vult extirpare pctm̄,necesse habet vt pri⁹ abscindat radicẽ,& seminarium pcti,quæ est ipsa iniquitas.sic quippe docet Arist. 2.Ethi.ꝙ qui vult excludere vnum vitium,ꝙ conet̃ ꝑ exercitium virtuosorũ actuũ inducere contrariã virtutẽ vitio, vt qui vult excludere vitium intẽperantiæ exerceat actus tẽperãtiæ,& excludit vitium intẽperãtiæ, q̃ opponit̃ tẽperãtiæ,& sicut est iste ordo in virtutibus acquisitis,ꝙ virtus expellit vitium contrariũ,ita est ẽt in virtutibus infusis[nã disciplina pellit imprudentiã,scia ignorantiã perfecta virtus iniquitatẽ]

a quia vt dicit Apo.1.ad Cor.6.non est cõuetio lucis ad tenebras[remisio].i.gratia,qua remittunt̃ pctã [delet oẽ pctm̄]vt puta q̃ contrariat̃ oĩ pctõ. contraria aũt sem ꝑ expellunt contraria. 11.q.3.existimant.& 32.q.1.cum regum.[illud vero]adhuc Amb.in attenuatione pcti Dauid cõmendat eũ,ꝙ morti se obtulit ꝓ plebe sua[mirabile certe]& virtuosum:ꝙ Dauid vt legit̃.2.Reg.24.videns Angelum ꝑcutere,& interficere populum ꝑꝑ pctm̄ ipsius superbiæ numerantis ppl̃m humiliter suum pctm̄ recognoscẽs ait. Ego sum qui peccaui, ego sum, qui inique egi,isti qui oues sunt & innocẽtes à pctõ illo, qd fecerũt.q.d.nihil.vertat obsecro manus tua contra me.†ꝙ.n.Dauid velit puniri,

a¶ Iniquitatẽ. Iniquitas oĩa peccata Spec. in ti. de appe.§.7. ver. itẽ iusta. & §.1.ver. sed nunquid de legatis.

7 vt ppl̃m liberaret,fuit mirabile,& hoc rarum.sed tñ fuit virtuosum.primo quia iustum est,vt ipse puniret̃,qui peccauit Secundo fuit magnæ charitatis,vt vitã suã poneret corporalẽ pro amicis.tertio,quia de pctõ pœnitens primo seipsum obtulit sacrificium Deo iustitiæ,deinde monitus ꝑ Gad ꝓphetã obtulit sacrificium Deo acceptum & repropitiatus est dominus populo terræ,& cohibita est plaga ab Israel, & hoc est ꝙ dicit litera,quo facto.i.dicto sacrificio dignus.i. dignus vt sacrificium offerret.Sed hic surgit qõ †vtrum iuste fuit punitus Dauid pro enumeratione populi.

Quæstio.

8 Et vr̃ ꝙ nõ:quia æqua debet esse iustitia Dei:sed multi alij leguntur enumerasse populos suos,sicut Moyses,& Saul. 1. Reg. 10. & ita sub multis alijs regibus legit̃ factũ in libris regum, & isti non peccauerunt.ergo nec Dauid peccauit in numerãdo.ergo &c.

Primum ar.

¶Secundo sic.si Dauid peccauit & non populus.ergo ipse debuit puniri in persona sua & nõ populus.ergo.& ita non vr̃ iusta punitio.

Secundũ ar

¶ Ad istud simul vno mõ respondent dñs Alb.S.Th.& dñs Bonau.in 4.di.14.In expositione literæ ẽm quos dicimus ꝙ iuste fuit punitus. quia à Deo nulla punitio põt esse nisi iusta,iustus dominus, & iustitias dilexit.psa.10.

Respondet. Albertus

¶Ad rõnes in oppositũ.Ad primã respondet̃,ꝙ rõ non ꝓcedit.quia non est simile de Dauid,& de alijs.quia alij enumerauerunt populum de mãdato domini sicut Moyses.alij aũt ꝑꝑ expeditionẽ ad pugnam, vt Saul.sed Dauid numerauit ꝑꝑ superbiã. volebat.n. gloriari in multitudine ppl̃i numerosa.

Ad primũ argu.

¶Ad secundã rñdet ꝙ Dauid peccãte punitus est ppl̃s,tum ꝑꝑ ostendẽdã habitudinẽ siue cõuẽtionẽ ppl̃i ad principẽ, ꝑꝑ q̃ puniti sunt filij Israel in pctõ Achor.Iosuæ.6.vnde Aug.ostendit in ipsa pena Achor q̃tum sit bonum in ppl̃o ipsa vnitas,vt non in se ipsis singuli,sed in toto partes æstiment̃.tum dominus puniuit Dauid in ppl̃o vt in eodẽ puniret̃, in quo gloriabat̃,sicut aliquis punit in amisione possesionis suæ, & sic pœna ppl̃i redundat in regem.nec tamẽ ppl̃s iste vt dicit S. Tho. iniuste passus est,quia hæc meruerat in adhæsione Absalõ. vnde dominus Bonauen. dicit existimant tamẽ aliqui, ꝙ iusto Dei iudicio permissum sit hoc,vt illi punirent̃,qui adhęrent Absalom.Et dicit consequenter,ꝙ figura & instructio in hoc magna fuit,vt ostendat̃ q̃tum malus ꝓlatus & eius pctm̄ obest subditis,& q̃tũ eius oratio ꝓdest in ipsius pnĩa & sanctitate[cum Moyses]pro plebis errore in conflatione vituli & adoratione eius.Exod.32.[diluit].i.præce sua dele

Ad secundũ

Augusti.

S.Thom. Bonauent.

uit,siue deleri impetrauit.ista historia ẽt habet̃ supra dis.45.disciplina[texit ergo]arguit ex dictis deducẽdo ad incõueniens.si quis dicere velit,ꝙ Dauid nõ impetrauit veniã pctõrum suorum[texit ergo]texit quippe imo dominus in eo,qui ait psa.31.beati quorum remissæ sunt iniquitates,& quorum tecta sunt pctã.beatus vir cui non imputauit dominus pctm̄ &c.[si dixit pronũtiabo]ex hoc arguit B.Ambrosius,ꝙ si veniã consecutus est de pctõ cõmisso ex ꝓposito confitẽdi,q̃to magis cõsecutus est,quando actu est cõfessus dicẽs psa.50.qm̃ iniquitatẽ meã ego cognosco &c.[remissum est autẽ oẽ pctm̄]quo ad culpã reatum pœnæ æternæ[licet spãliter de hoc].s.pctõ adulterij,& homicidij. Hu. [transtulit].2.Reg.12.[meruit].i.obtinuit ꝑ gratiã [texit] charitate.1.Pe.4.charitas operit multitudinẽ pctõrum. & Proue.10.vniuersa delicta operit charitas[sed nec imputatum est ei pctm̄].s.ad mortẽ æternã quia non fuit in eo dolus malitiæ.]

9 ¶ Circa hoc q̃rit̃ vtrum verum sit ꝙ in pctõ Dauid.s.adulterij,& homicidij nõ fuerit dolus.Et vr̃ ꝙ nõ ex litera ꝑsenti. ¶In oppositum vr̃, ꝙ ipse dolose egit. quia Vriæ vxorẽ accepit,& vriã interfecit.

Quæstio.

10 ¶Respondeo dicendum iuxta dominum Guidonẽ in expositione,ꝙ nõ est dicendum,ꝙ in pctõ Dauid non fuit dolus.nã dolose subtraxit vxorẽ viro,& ꝑ nuntios tulit eã.vt patet.2. Regu.11.& dolose ac ꝓditorie seruũ suũ fidelẽ decepit,& sub dilectionis fictæ pallio dolose misit eũ,vt moreret̃ innocens in bello,scribẽs dolose, vt Vrias poneret̃ in bello sine adiutorio, vt percussus moreret̃.quod & factũ est.hunc dolum reprehendit in Dauid Nathã ꝓpheta dicens. Vriã Etheũ ꝑcussisti gladio,& vxorẽ eius accepisti tibi in vxorẽ, & interfecisti eũ gladio,filiorũ Amon.2.Reg.12.ergo in pctõ Dauid fuit dolus malitiæ.qũo hic dicit B.Amb. ꝙ non dolus malitiæ.respondet̃ ꝙ loquit̃ de dolo, qui est in fictè pœnitentibus.quia ipse nõ dolose aut ficte,sed verè pœnituit.vnde verba illa Dauid psa.31.beatus vir,cui nõ imputauit dominus pctm̄,nec est in spũ eius dolus: respiciunt non culpã, q̃ fuit cũ dolo,sed respiciũt pnĩam verã,q̃ fuit absq; dolo. vbi Au. sic dicit.hic ostẽdit an dominus nõ imputet illi.s.in quo nõ est dolus,quia se accusat cũ sit peccator corde, tenet ꝙ ore cõfitet̃.dolus.n.est,vt cũ sit pctõr iustum se ꝑdicet, qui vero se accusat dolo caret.talis erat Nathanael, de quo dominus dicit.1.ecce vere Israelita,in quo dolus nõ est, & publicanus ille humilis,q dicebat, ꝓpitius esto mihi pctõri hęc, Au.[sed lapsus erroris]in oĩ pctõ est lapsus erroris, quia oĩs peccãs labit̃ in aliquẽ errorẽ rõnis. quia ẽm philosophũ oĩs malus errat,vel in vl̃i,vel in particulari.vt.7.ethi. & eccl. 2. dr̃ attẽde ne labaris in culpã[æstus ĩprobitatis]sed qũo non fuit in eo æstus improbitatis,q sic improbe exarsit in cõcupiscẽtiã mulieris,vt vellet cõmittere adulteriũ, & homicidiũ.2.Re.12.sed ad hoc nos diceremus saluo meliori iudicio.vt verba B.Amb.in veritate maneãt,ꝙ verũ est, ꝙ in ꝑdicto Dauid quo ad principiũ eius nec fuit dolus, nec im ꝑbus æstus.i.impetuosus aut violẽtus.qm̃ nec dolo, nec impetuoso furore,aut violẽtia vsus ẽ ad habẽdã Betsabeæ vxorẽ Vriæ,sed vr̃ ibi solũ fuisse erroris lapsus humanæ fragilitatis.legit̃.n.2.Regu.11.ꝙ accidit quadã die, vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiẽ,& ambularet in solario domus regiæ,viditq; mulierẽ se lauantẽ ex aduerso super solariũ suũ,erat aũt mulier pulchra valde. misit ergo rex & requisiuit, q̃ esset mulier, nuntiatum est ei ꝙ esset Betsabeæ vxor Vriæ Ethei,missis itaq; nuntijs,tulit eã, q̃ cum ingressa esset ad illum dormiuit cũ ea,statimq; sanctificata est ab immundicia sua fœtu concepto reuersa est in domum suam. mittẽsq; nuntiauit Dauid,& ait cõcepit.hæc ibi.in istis nec dolus apparet,nec æstus improbitatis.i.impetuosus,aut violẽtus.Quod vero secutum est postea homicidiũ, hoc nõ improbitas æstus carnalis ad Betsabeæ, sed vitatio scandali de adulterio Betsabeæ.vnde vidẽs Dauid, ꝙ non potuit apud Vriã tm̃ facere, vt descenderet in domũ suã, & dormiret cũ vxore sua, vt sic cõceptus putaret̃ suus, cogitauit de morte sua,vt vr̃ ex litera illa haberi:vnde Nico. ita exponit hunc locũ dicẽs,ad hoc.n.ꝓ ipso mãdabat,vt vxorẽ suã cognosceret,& sic crederet̃ puer nasciturus esse suus,& sic pctm̄ Dauid occultaret̃,& mulier à lapidatione q̃ ẽm legẽ ei debebatur ꝑseruaret̃,hæc ille[sed verba mysterij].i.alicuius mysticæ significationis.vnde Ambr.dicit ingressus Dauid ad Betsabeæ,figura fuit Christi venientis in mundum, qui gentium populum copulauit,& se morti tradidit pro salute fidelium[& tamen confessus est lauacrũ pnĩæ]de quo in psal. 6. lauabo

Opponit & Respondet. Guido.

Ambrosius

Augustin.

Quæstio.

Respondet.

6.lauabo per singulas noctes lectũ: lachrimis meis stratũ meum rigabo[ecce cuius]ex istis arguit Gratianus, quod a vera pœnitentia potest quis cadere,& ꝗ post peccatum est pœnitentia iteranda & per pœnitentiam habetur venia.d.ecce cuius populi multitudo.3.re.24.



Achab. Tertia pars in qua ponitur ẜm exẽplum de Achab: per ꝗ propter principalem conclusionem videlicet,ꝗ per pœnitẽtiam quis veniã consequitur hic Achab abstulit vineam Naboth & occidi illũ procurauit:vt patet.3.Reg. 21.cui Helias ait.occidisti & possedisti in loco hoc.j.in eodem loco singulariter.Hu. Iezrabel est ciuitas de qua erat Iezabel[vnum zelus].i.simile de morte Naboth præsenti damnatur iudicio.4.Reg.9.


1 *Peruenire an aliquis posit ad summum malorum.*



Alis mihi. Itẽ super hoc inducit authoritatẽ Chrys. hæc scribit Io.Chry.in de reparatione lapsi:vbi patet ꝗ omne grauissimum peccatũ per verã pœnitentiã sanatur,quamuis ad summũ quis perueniat malorũ. ¶ Sed surgit hic qſtio † vtrũ ad summũ aliquis posit peruenire malorũ. Et vr̃ ꝗ non. ¶Primo sic.non est aliqđ summe malũ:vt patet.qa malũ sit priuatio boni:& bonũ & ens cõuertuntur: ꝗ est summe malũ est priuatũ entitate, & ita non est. ergo summe malũ nõ est.¶ Scđo sic.nullus est ita malus: quin põt esse deterior:& ita nullus põt deuenire in summũ malorum. ¶In oppositũ est Beatus Chry.in litera.¶Respondeo dicendum iuxta.d.Albertũ magnũ in 4.dis. 14. in expositione literæ,ꝗ nihil est summe malũ absolute: & ꝑ cõsequẽs nullus põt deuenire in tale summe malũ. Sed bñ ẜm actũ est aliquid summe malũ quo nihil est peius actu.¶ Secundo vocat hic Io. Chry.summũ malorũ. Est tñ hoc malũ ẜm actum duplex,vt dicit Albertus.ſ.simpliciter:& ẜm statũ.simpliciter,vt dæmõ ille,quo non est aliquis peior. ẜm statum aũt dupliciter.ſ.cõparãdo statũ ad statũ:& sic summe mali sunt dãnati, vel cõparãdo statum personę ad statũ alterius ꝑsonæ in statu viæ.& sic oẽs obstinatos & impœnitentes dicemus summe malos:& de talibus loquitur hic Chry. ait Albertus ad rões ĩ oppositũ patet rñsio ex dictis.Ad primã est,ꝗ nõ est absolute aliqđ summe malũ sed bñ ẜm actũ. ¶Ad secũdã patet ꝑ idẽ rñsio,qm̃,vt dicit S.Th intelligitur q̃tũ ad actũ nõ q̃tũ ad potẽtiã. aliqs.n. põt eẽ malus,quo nullus peior sit.nõ tñ quo nullus possit eẽ peior:vel dicit dñs Bonauentura intelligit verbũ Chry. ẜm genus peccati,ꝗ si aliquis peccet enormissimo peccato:adhuc dominus paratus est parcere quãdiu est in via:& hoc vocat summũ malorũ,sequit̃[facit Deus oĩa ad priorẽ reuocet]vt patet Dan.4.de Nabuchod. supbissimo idolatra,quẽ tñ ꝑꝑ pœnitentiã admisit Deus ad gratiã:& restituit vt agnosceret Deum cœli[ꝑstãtius].q.d.licet grandis,& ꝑstans sit misericordia Dei,ꝗ ꝑ longam pęnitentiã peccata dimittat,tñ præstantior,& liberalissima eius misericordia ostenditur:vt longeua peccata,& grauissima pęnitentia leui dignaretur in pũcto relaxare: qñ hic morte, vel alio iusto impedimẽto expleri nõ põt:quã misericordiæ benignitatem ostendit Christus latroni,cui ait,hodie mecum eris in paradiso.Lu.23.[Esaias]probat testimonio Esaiæ qui 58.ait[ꝑꝑ iniquitatẽ &c.cõsolatus sum]eũ restituẽdo ad statũ gratiæ meæ.Euidẽtius ꝓbat idem testimonio Achab regis,de quo satis habitũ est & historia plana.

Margin: Quæstio. Primum ar. — Secundũ ar. — Opponit & Respondet Albe. mag. — Ad primum argument. Ae secundũ S. Thom. Bonauent.

1 *Pœnitentia an concipiatur timore. Quod sic vt in pluribus. nume...*



I Achab rex. Inducit super hoc authoritatẽ Greg. super Ezechielẽ.¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli & sequẽtiũ.q̃ritur † vtrũ timore concipiatur pęnitẽtia.Et vr̃ ꝗ nõ.¶Primo sic. duo .n.reuocãt a peccato:timor, & amor.timor.ſ. geennæ,& amor vitæ æternæ. multo plus.n.trahit amor vitæ æternæ: quia supra modũ maius bonũ est vita æterna,q̃ sit malũ geennæ.vnde etiã magni ꝑdicatores.ſ.Christus & Ioãnes dixerũt. pœnitentiã agite:appropinquabit .n.regnum cœlorum.nõ.n.dixerunt & fugiet geennæ pœna.ergo pœnitẽtia magis vr̃ cõcipi ex amore,quã ex timore.¶Scđo sic. ꝗ est,infusione non habet cãm in subiecto: sed pnĩa cum sit virtus de qua Aug.dicit:ꝗ Deus eã in nobis sine nobis facit est ex infusione.ergo nõ habet cãm in subiecto suo,& ꝑ cõsequẽs nõ timore cõcipit̃.¶ Tertio si cõcipiet̃ timore:aut timore filiali:aut seruili,aut mundano,aut casto.nõ mundano.quia ille magis ad peccatũ trahit. similiter ẽt nec seruili:qa cõceptum & a quo cõcipit̃ sunt simul.timor autẽ seruilis & pnĩa nunq̃ simul sunt,ꝗ patet.qa cum timore seruili est voluntas peccãdi.pnĩa autẽ nõ est voluntas peccãdi.similiter nec initiali:aut casto, aut filiali:quia isti cum sint cũ gratia gratum faciẽte, quã cõcomitãtur oẽs virtutes: nõ ꝑcedunt pnĩam.oportet autẽ ꝗ cõcipiẽs ꝑcedat cõceptum, ergo nullo mõ pnĩæ virtus timore cõcipit̃.¶In oppositum arguit̃ ex litera textus ꝑsentis,vbi hr̃ ꝗ Achab,Rex impius & Niniuitæ correpti 2 egerunt pnĩam.¶Rñdeo dicẽdum sub ista cõclusione † ꝗ pnĩa,vt in pluribus ex timore cõcipit̃.ista cõclusio est cõis oĩm, ꝓbatur cõclusio, primo sic ẜm Aug.timor introducit ad charitatẽ.sed introductio charitatis, & aliarum virtutum est ꝑ pœnitẽtiã.ergo pnĩa a timore initium sumit. ¶ Scđo cõtrariorum cõtraria sunt principia. sed delectatio pc̃i ad pc̃m traxit. ergo & acerbitas pœnæ a pc̃õ reuocat.reuocatio autẽ fit ꝑ pnĩam. ergo timor q pœnã respicit est pnĩę principium.¶ Pro cuius cõclusionis intellectu pleniori ẽ notãdum iuxta S.Tho.in 4. ꝗ virtutẽ pnĩę Deus nobis infundit,sed dispositio aliqua ex pte nr̃a ꝑcedit & ẜm hoc habet aliq̃ originẽ in nobis. Sed qa humani actus nõ ꝑcedunt ex necessitate, sed ex li.ar. ideo nõ põt assignari cã ex parte nostra alicuius actus nr̃i: ex quo semꝑ ꝑcedat,sed ex quo,vt in pluribus cõtingit ꝑꝑ dispositionẽ existẽtẽ in nobis,ad hæc,q̃ tñ nõ necessario inclinat.vnde oẽs sermones morales sunt tales,vt philosophus.j.ethi. dicit ꝗ vt in pluribus oportet eos intelligere. cum autẽ pnĩa sit reuocatio a pc̃õ.vt Damascenus dicit.oportet originẽ eius in nobis accipi ẜm dispositionẽ existẽtis in pc̃õ. ille autẽ q in pc̃õ ẽ nõ habet gustum sanũ, vt ex dulcedine diuinę bonitatis a pc̃õ reuocet̃. sed habet affectũ infectũ amore sui inordinato:& ideo ꝑ pęnas q̃ naturæ suæ cõtrariant̃ & volũtati reuocat̃ a pc̃õ: vt philosoph. 10. ethi. dicit de talibus, ꝗ ꝓprias delectationes ꝓsequunt̃: & fugiũt oppositas tristitias. boni aũt, & vere delectabilis nec intellectũ hñt:nec gustũ:& iõ in eis,vt in pluribus pnĩa ex timore initiũ sumit q̃uis ẽt in aliq̃bus ex amore pnĩa inchoat̃.cõcordat Albe.mag.in 4.& Ale.¶ Ad rões in oppositũ.Ad primã rñdet̃ iuxta S.Tho.ꝗ bonitas Dei,& gloria q̃tũ ẽ de se nata sũt reuocare a pc̃õ:si nõ q̃tũ ẽ ex parte corũ q ꝑdictorũ gustũ nõ hñt. cõcordat magister Ale. de Hal.addẽs:ꝗ qa vtilius est,& magis meritoriũ declinare a malo ex amore q̃ ex timore,Xps & Ioãnes ꝑdicãtes pnĩam vtiliorẽ & pfectiorẽ nõ sunt cõminati pęnã,sed ꝓmiserũt gloriã dicẽtes.pnĩam agite;appropinquabit.n.re. celor. ¶Ad ẜam dr̃.ꝗ quis virtus pnĩæ nõ habeat cãm in subiecto,habet tñ dispositionẽ in ipso, & ẜm hoc dr̃ pnĩa originẽ habere ex timore.¶Ad tertiã rñdet̃. ꝗ pnĩa timore seruili cõcipit̃,q pœnã respicit.nec oportet,ꝗ timor seruilis,& pnĩa simul sint.qa timor seruilis nõ ẽ cã ipsius pœnitẽtiæ,sed quasi generationis eius.sicut ẽt sumptio medicinę est cã salutis,nõ tñ sunt simul.Litera.¶ A ꝓpheta].ſ. Helia[rephẽsus ptimuit]si fuerat timor pœnę cõminatę, fuit timor seruilis, qui q̃uis nõ maneat cũ charitate, imo charitas talẽ timorẽ seruilẽ foras mittit.j.Io.4.tñ disponit ad pnĩam & charitatẽ. ecc.j. q sine timore ẽ nõ põt viuificari.& sic timẽti Deus infundit charitatẽ,& cor cõtritũ & humiliatũ,& sic timor seruilis mutat̃ ĩ filialẽ,quo Deũ timet,& diligit, & sic Achab humiliato repropitiatus est Deus, & sic soluit q̃stio mota in gl.[ꝑdere]arguit ꝑ locũ a minori. qa si Achab reprobi placuit pnĩa Deo,lõge magis sibi placebit pnĩa electorũ.Achab.n.pnĩa placuit ad tẽpus,qa nõ ꝑseuerauit vsq; in finẽ suaq; pnĩa initiũ habuit a timore seruili,qa timuit ꝑdere psens seculũ,sed transijt in timorẽ filialẽ,vt dictũ ẽ,displicebat quo ad futura mala .i.q ꝑsciebat eẽ futurus malus, & iõ tũc displiciturus.Hu.

Margin: Quæstio; Primum ar. 1 — secundũ ar. — Tertium ar. — Opponit in contrariũ. Respondet. Augu. — S.Thom. — Albertus. Ad primum Ale.de Ha. argum. — Ad secundũ — Ad tertium — Exponit literam.

Niniuitæ. Quarta pars, in qua idem probat exẽplo Niniuitarũ,videlicet,ꝗ quis post veram pœnitentiã criminaliter peccat. Nã Niniuitæ vt habetur in litera ad ꝑdicationẽ Ionæ verã pœnitentiã egerunt, & indulgentiam ex misericordia consecuti sunt: & tamẽ criminaliter postea peccauerunt.vnde ipsi submersi sunt.

Sed qualis. &c.ostẽso ꝗ Achab,& Niniuitæ verã pœnitentiam egerunt: ostendit qualiter postea

liter postea criminaliter peccauerũt. Et primo de Achab cum ait. ¶ [Sed qualis cuius inflamabatur arbitrio].i. dirigebatur & mouebatur ad illius arbitrium: conuertit ad malum[de Niniuitis]subiungit[Herodotus].i.historiographus sic dictus [sed quia post].i.longo tempoꝛe.Hu.[Naum ꝓpheta]qui de eadẽ ciuitate prophetizauerat: de qua Ionas id est de Niniue.[aduentum].i.inuidiam ad captiuãdum populum Dei.[Et in fine huius lectionis].i.in fine ꝓphetiæ Naum[impleuerũt] postea[qua de causa]quia.s.ita mali erant futuri ipsi Niniuitæ[memoratus propheta Naum ita est locutus].s.in principio suæ prophetiæ [dominus æmulator:dominus vlciscens dominus habens furorem:vlciscens dominus in hostes suos, & irascẽs ipse inimicis suis æmulator].i.appetitor vindictæ [& vlciscens].i. puniens:& repetitur prædicta sententia pluries in sequẽtibus verbis:ad maiorem affirmationem diuinæ vindictæ cõtra peccatores obstinatos:vt dicit magister Nic.de lyra.

Exponit literam. Nic.de lyra

1 *Bonum totum hominis an possit corrumpi per peccatum.*
2 *Bonum in homine triplex potest considerari.*
3 *Indefinite positum aliquando intelligitur generaliter & vniuersaliter.*
4 *Peccãtes frequẽter sunt admonẽdi, vt curẽtur per pœnitẽtiã.*
5 *Gratiam se habere nullus potest scire certitudinaliter.*


Item quod frequenter. Ista est quinta pars:in qua, ꝙ quis frequenter pœnitere possit,& frequenter pœnitenti venia donetur probatur authoritate Beati Aug. Et potest diuidi in tres partes hæc pars.in prima ponit errorem dicentium post baptisma tantum semel esse vtilem pœnitẽtiam: in secũda assignat rationes quibus inducũtur in hũc errorem interserens statim rationem suam contra illos.in tertia probat multipliciter: ꝙ Deus omni pœnitenti de omni peccato veniam tribuit.inducens ad hoc rationes efficaces exempla multa,authoritates noui, & veteris testa. secunda ibi:alioqui. tertia ibi:quomõ enim corpus. circa primum dicit.¶ [Instant perfidi].i.hæretici [sapiunt plus quam oporteat sapere]contra Apostolum ad Ro.12. non plus sapere quam oporteat:sed sapere ad sobrietatem.glo. plus sapere.i.plus inuestigare de diuinis mysterijs q̃ oportet,sed &c.i.sine præsumptione,& temperanter:quod pręceptum transgressi sunt omnes hæretici:hęc gl.& ideo optime dicitur eccl.7.non plus sapias:quam necesse est[mensura]hæretici mensuram rationis, & veritatis concedunt contra apostolum.2.Cor.dicentem nos autem non in immensum gloriabimur. glo.i.vltra mensuram nostram ꝙ illi faciunt:qui vsurpando gloriantur vltra mensuram,sed gloriabimur secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus[dicunt enim]explicat errorem illorũ [alioqui est prima ratio illorum: videlicet:si sæpe peccantibus prodesset pœnitentia iterata tunc videtur: ꝙ Deus præberet occasionem ad peccandum: imo incitaret quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. vt dicit Greg. 24.q.4.est iniustum.secunda ratio videtur, quod si ita esset:ꝙ omnibus pœnitẽtibus præsto est gratia remissionis siue indulgentiæ,videretur:ꝙ Deo placerent peccata.sed omnia ista sunt incontinentia.ergo &c. [errãt autem] hic reprobat Aug.errorem illorum: & respondet rationibus eorum factis dicens:falsum dicere.ꝙ Deus det aut incentiuum peccandi:aut quod placeat ei in peccatis: quoniam per hoc ꝙ Deus per iteratam pœnitentiã peccata destruit probatur peccata odire,ad quorum deletionẽ pœnitentię gratiam concedit. Sicut medicus infirmitatem corporis non amat:sed odit:ad cuius destructionem præparat medicinam. dicit ergo bene Augu.[si Deus peccata amaret: non ita &c.ne soluatur quod creauit, ne corrumpatur ꝙ
1 amauit. ¶ Surgit hic quæstio: vtrum per peccatum possit totũ hominis bonũ corrũpi. Et vr̃ ꝙ sic ex præsenti litera.Sed dicendũ est,ꝙ nõ,nec ita intelligitur dictũ Aug. ꝙ per peccatũ possit dirũpi aut dissolui in totũ bonũ hominis ꝙ Deus in eo creauit,& amauit.¶ Pro quo notan-
2 dum iuxta S. Tho.in 2.sententiarum di.34.ꝙ bonum in homine triplex põt cõsiderari.s.bonũ,ꝙ est perfectio opposita malo.s.peccato, & subiectũ illius pfectionis, & priuationis oppositæ,& etiam ipsa habilitas ad perfectionem illam.quæ cum sit quasi quædam inchoatio eius etiam bonũ quoddam est,verbi gratia malũ culpæ habet pro subiecto ipsam naturã animæ,quæ bonum quoddã est,& pro

Diuisio. Exponit literam. Gregorius. Quæstio. Respondet S.Thom.

opposito ipsam gratiam: & iterũ inest ei habilitas quædã ad gratiã habendã. sciendũ est ergo, ꝙ malum culpæ bonũ gratiæ sibi oppositũ ex toto tollit, de natura vero animæ q̃ est subiectũ nihil aufert: ipsam vero habilitatem diminuit:& hoc est bonum naturæ,quod per culpam diminuitur.diminutio autem ista non est per subtractionẽ alicuius partis,sed per remissionem.remissio autẽ huius habilitatis est s̃m ꝙ elõgatior fit ab actu.s.ab ipsa gratia:q̃to .n.potentia est propinquior actui tanto est cõpletior.contingit autem habilitatẽ in infinitum elongatiorẽ ab actu fieri,ita ꝙ semper remanebit habilitas:& qlibet actus peccati facit elongationẽ aliquã a gratia,vnde semper remanet minor & minor habilitas,& magis a gratia distans: & post primũ peccatum nõ tollit̃ potẽtia ad s̃m,imo est maior pronitas,& ideo põt fieri maior elõgatio,nunq̃ tñ habilitas ad gratiã ex toto tollitur.quia habilitas ista causatur ex principijs naturæ. quæ principia,vt dictũ est culpa nec tollit,nec minuit [sumunt] ecce alia ratio siue causa præfati erroris[quod autem multos]ecce responsio Beati Aug. ad prædictam rationem:& stat responsio in tribus,sicut superius in disputatione nostra ostendimus.primo dicit: ꝙ ratio aduersariorum nõ procedit,qm̃ per hoc ꝙ Christus multos & in diuersis temporibus, & de diuersis infirmitatibus sanauit:ostendit,ꝙ vni & eidem sæpe pctã rimittũtur.scd̃o vr̃ rñdere negando,ꝙ Christus nõ nisi semel aliquem sanauerit cum ait[non describitur]non dicit non sanauit.q.d.licet non scribatur,potest tñ esse: ꝙ aliquẽ pluries infirmantẽ sanauerit.Tertio respondet ꝙ si illo tẽpore nõ legatur Christũ aliquẽ bis sanasse: nihilominus nũc omni die sæpe infirmantes:& varijs languoribus laborantes experimur per diuinam misericordiã liberari [ideo cõmunicat &c.ne desperet].s.de venia,licet sæpe peccauerit Hu. [ideo non describitur].i.non legitur [iungi peccato] saltem vltra primã vicẽ. Hug.[quõ]tertia pars in qua rõnibus prosequitur, ꝙ oĩ pœnitenti detur venia [quõ.n.] prima rõ eius vr̃ esse talis.vnus ex misericordia sępe curat corpora hominũ[quoties].s.infirmatur sed corpus minus nobile est,quam aĩa,vtpote a diuinæ similitudinis participatione elongatum.est.n.aĩa rõnalis ad Dei similitudinem, & imaginẽ formata,non aũt corpus. Et insuper aĩa pretio so sanguine Christi redẽpta.ergo nullo modo vr̃ credẽdũ ꝙ corpora sanet,quoties illa infirmari cõtingit,& nõ aĩas q̃ sunt pretiosiores & Deo chariores.scd̃a rõ ibi [medicũ se vocat].s.Luc.5.rõ est ista.alij medici de hoc comendantur,ꝙ corpora quoties infirmãtur sciũt & possunt curare, sed si Christus infirmãtes aĩas quoties infirmari illas contigerit sanare non posset, videretur,ꝙ ipse esset impotentior.aut minus sapiens ceteris medicis.sed hoc non est dicendũ. ergo &c. [memor est sui]tertia rõ [ipse promisit dicẽs nolo mortẽ peccatoris]Eze.33. ergo nullum excludit a misericordia sua,cui non daret indulgentiã,quantũque & quotiescunq; peccauit.ar.†ꝙ indefinite ponitur ge
3 neraliter & vniuersaliter ĩtelligit̃. a Hu. [Alijsq; ꝓmissionibus]hoc idẽ.4.cõfirmat alijs ꝓmissionibus de q̃bus dr̃ Mat.10: Luc.12.licet aũt in his locis Christus videat̃ loq de cõfessione diuinæ laudis, & non peccatorũ. de qua dr̃ Iacobi 5.confitemini alterutrũ peccata vestra, & nihilominus quia nõ ẽ speciosa laus in ore peccatoris,in hac cõfessione q̃ est fidei ꝑ dilectionẽ operantis includit̃ bñ alia cõfessio,q̃ ad purgationẽ peccatorũ [cõfessus] obediẽdo corde,ore,& oꝑe[cõfitebor eũ] vocãdo eũ ad regnũ cęlorũ:cũ alijs di. venite bñdicti patris mei [inuocauerit] hoc scriptũ est Ioel.3. [oẽm aĩam adhærẽtẽ]e. ꝑ dilectionẽ saturauit bonis spiritualibus]Ioe.2.comedetis vescẽtes,& saturabimini,& laudabitis nomẽ Dei vestri.& Luc.1.esuriẽtes impleuit bonis,& diuites diuisit inanes[sedẽtes]Lucæ primo[illuminare his,q in tenebris & in vmbra mortis sedẽt].s.eos, q in lõga peccatorũ & ignorãtiæ cecitate sunt depsi[discipulus].s.Paulus,hic inducit ad ꝓbãdũ principale propositũ Apostolũ.qui correxit Cor.1.2.3. & quasi per totum. Ex quo patet[quod frequenter peccãtes sunt frequẽter admonẽdi:vt ꝑ pœnitentiã curẽtur [ter in literis].i.ꝑ tres epistolas.primã nõ habemus. Hu. [quorũ remiseritis] Io.20.[primos fratres].id est Apostolus.[septuagies]Matth.28.[seducti] hoc sumptum est ex verbis Ioã. 1.Ioann.primo si dixerimus quod peccatum non habemus ipsi nos seducimus & veritas &c. [offendimus oẽs Iacobi 3.[infans]hoc dicit Iob.s̃m aliã trãslationẽ.& hoc est verum

a¶ Vniuersaliter intelligitur. Ad de Pe. de ancha. in c. libertius ver. tertio non de seruis nõ ord. & in c. nimis el. 1. nu. 1. de excess. pl. & in c. qa circa. n. 2. de pri.


verum ante baptismum, quia post baptismum sine peccato est vsq; quo habeat vsum li. ar. quo peccare pôt [quapropter elicit corollarium ꝙ præfatorum hæreticorum error tanquam pessimus eradicandus est de ecclesia: nō.n. inquirit] .s. iste hæreticus. prosequitur Aug. suam disputationem ex dictis Apostoli qui senserit Apostolus cū dixerit [nihil mihi conscius sum &c.] 1. Cor. 4. i. nullius peccati mortalis cō scientiam habeo, vel vt dicit gl. i. in nullo me remordet conscientia mea, [sed non in hoc iustificatus sum]. i. non ideo me iustum puto. i. purum & mundum ab omni peccato. qa potest esse ꝙ nescio. delicta.n. quis intelligit &c. & quis gloriatur se mundum habere cor. Et hoc est quod sequit [sentiens]. i. sciens [iustis etiam peccata solere attingere] licet lateat eos [vinculo] apostolus quamuis vinculum charitatis haberet, non asseruit se sine peccato iustificatum esse, quia nesciebat se certitudinaliter in charitate esse, sed putat it. vnde ait. 1. Corin. 7. puto quod spiritum Dei habeam. vnde quod dicit gl. quod Apostolus sciebat se esse in charitate, & quod illud quod dixit Apostolus non dixit dubitatiue, sed vt alijs daret occasionem dubitandi, & ꝙ potest scire se aliquis habere charitatem non est verum. patet tum ex illo eccle. 9. nemo scit vtrum odio, vel amore dignus sit. tum quia cōis doctrina est, ꝙ nullus nisi per reuelationem potest habere notitiam, ꝙ sit in gratia siue in charitate Dei quod S. S.Thom. 5 Tho. in 1. 2. q. c. 14. ar. 5. ostendit sic dicens. †Certitudinaliter nullus potest scire se habere gratiam. Certitudo.n. non potest haberi de aliquo, nisi possit dijudicari per proprium principium. sic.n. certitudo habetur de conclusionibus demonstratiuis per indemōstrabilia principia. nullus.n. posset scire se habere scientiam alicuius conclusionis, si principium ignorat. principium autem gratiæ & obiectum eius est ipse Deus, qui propter sui excellentiam est ignotus nobis, ſm illud. Iob. 25. ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. & ideo eius præsentia in nobis vel absentia per certitudinem cognosci non potest. ſm illud Iob 9. si venerit ad me non videbo, si autem abierit non intelligam. & ideo homo non potest per certitudinem dijudicare vtrum ipse habeat gratiam. ſm illud 1. ad Cor. 4. sed nec memet ipsum iudico, qui aūt iudicat me Deus est, hæc S. Tho. [cur dñs]inducit ex gestis per Christum confirmationē principalis ꝓpositi dicens [cūr dominus] Io. 13. [orantes] Mat. 6. misericors in relaxatione siue condonatione peccatorum.



N tantum. Hic etiam Aug. probat pdictam conclusionem scribens ad Macedonium vbi Aug. clare damnat errorem istorum, qui negant peccata post pœnitentiam primam remitti. ¶[Solē] hoc sumptum est ex Euangelio. Mat. 5. facit.n. oriri solem suum super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos [vnde ait nec minus tribuit quam ante]. s. quam peccauerit [humillime] humillimam pœnitentiam dicit illam solennem, quæ in ecclesia non iteratur, ne vilescat tamen apud Deum peccantes post admittuntur ad priuatam pœnitentiam, & remittunt̃ eis peccata. Et hoc est [tamen suæ patientiæ]. i. suæ misericordiæ licet semel iam suscepta, & habita fuerit [obliuiscitur]. s. dando locum priuatæ pœnitentiæ quasi dicat, ꝙ non, quod probat cum subiungit deducendo ad inconueniens [ex quorum numero]. i. qui post pœnitentiam primā peccauerunt [sine aūt &c.] adhuc magister Gratianus imꝓbat sñiam illorū, qui post baptismū semel tm̃ dicūt pñiam esse vtilem. s. primā, & illorū, qui dicūt nullā esse vtilē nisi vltimam, quorū vtrunq; obuiat veritati quæ sæpissime pœnitēti veniam promittit. oīs.n. vera pnīa veniā obtinet. & hinc sumpta occasione ꝑ authoritatē Adamantij, & Esitij ostēditur quæ sit vera pnīa, & quæ falsa [Adamantius] vt dicunt quidam, & tangit gl. fuit Origenes erat.n. ei & hoc nomen, vt in historia ecclesiastica reperitur.

Exponit literam.

1 *Deus est impeccabilis per naturam.*
2 *Iniquitas quare dicatur velox.*
3 *Libido quare dicatur ignis alienus.*



Nter hæc hircum. Pro intellectum huius capituli est percurrenda historia quæ legitur Leuit. 10. vbi habetur, ꝙ Aaron pro peccato principis, siue populi offendentis; mactauit hircum, & partem dñi posuit super altare, & ecce ignis egressus est à dño, & deuorauit holocaustum, & adipes q̃ erant super altare. acceptis autem Nadab & Abiud filij Aaron thuribulis ignem imposuerunt alienum incensum desuper offerētes corā dño, regressusq; ignis à dño, vel ille, qui erat in altari, vel alius iterum veniēs de sublimi deuorauit. i. extinxit eos: & ait Dñs ad Aaron, hoc est quod dicit dñs. sanctificabor in his, qui appropinquant mihi, & in cōspectu oīs populi gloriabor. & iussit corpora eorū foras ferri, & congruo honore sepeliri. locutusque est Moyses ad Aaron Eleazar & Ithamar filios eius, qui residui erāt. tollite sacrificiū, ꝙ remansit de oblatione dñi, & comedite illud absq; fermento iuxta altare, quia sanctū sanctorū est. comedetis aūt in loco sancto, ꝙ datū est tibi, & filijs tuis de oblationibus domini, sicut pceptum est mihi sequit̃ infra inter hæc hircum, qui oblatus fuerit pro peccato cum quæreret Moyses exustum reperit, iratus est contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanserāt ait, cur nō comedistis hostiā ꝓ pctō in loco sancto, pſertim cum de sanguine illius non sit illatū intra sancta, & comedere debueratis eā in sanctuario sicut præceptum est mihi. respondet Aaron. oblata est hodie victima pro pctō, & holocaustomata coram domino. mihi autem accidit quod vides, qūo potui comedere, aut placere Deo in cerimonijs mente lugubri, quasi ex turbatione animi factū, qđ cū audisset Moyses accepit sanctificationē. super hanc literā loquit̃ hic Adamātius, & postea Esitius & tangunt eam summatim, & in diuersis locis, intelligentes mystice per Moysem Christū, vt inquit gl. ꝑ Aaron & filios eius sacerdotes, per hircū pnīam siue aīam, per ignē alienum vitia, per non alienum virtutes, & gratiā spiritus sancti. primo ergo ponit materiā loquēdi de pnīa. i. verba Leui. 2. ostendit, ꝙ raro qs pœnitet vere, siue dignè, quia obstat verecundia, & amor rerū præsentiū, & quia natura prona est ad malum. Tertio dicit alludendo historiæ, ꝙ sacerdotes deberent pctā per pnīam delere, qn̄ tamen pœnitentia ficte pœnitenti non est iniungenda. Quarto dicit, ꝙ qui offert ignem alienū. i. vitia. exuritur ab eo, qui autē mundari desiderat offert ignē spūs sancti: dicit ergo. ¶[So-
1 lius Dei] Deus.n. per naturam impeccabilis est, in quē nullus defectus cadere potest. peccare aūt est obliquari à fine. Exponit literam.
Deus aūt summe rectus à se, qui est vltimus finis obliquare non pôt. ergo nec peccare. Sed angelica natura peccabilis est, & peccauit Esa. 24. & Iob. 4. in angelis suis reperit prauitatem. hō etiā peccare pôt, & peccauit. ecclesia. 7. nō est homo, qui nō peccet. vnde merito dicit Aug. ꝙ solus Deus sit in quem peccatum cadere non pôt [emēdare sapientis est] Augustin. eccles. 4. cor sapiens, & intelligibile abstinebit se à peccatis. & psa. 108. in corde meo abscondi eloquia &c. vt nō peccē tibi [corrigat] & rari sunt sapientes, in tm̃ ꝙ propheta dicat psa. 106. quis sapiēs & intelligens & custodiet hæc, ideo rarū est, vt quis se corrigat ecclesiastes primo. peruersi difficile corrigunt̃, & stultorum infinitus est numerus [rara confessio & pnīa] cuius duplex ponit̃ cā, vna est corrupta natura, quæ prona est ad peccādū. & in pctō delectat̃. gen. 8. sensus, & cogitatio humani cordis prona sunt ad malū ab adolescentia sua. secūda est erubescētia, & verecundia de pctō. Nā vt dicit philosophus. 4. Ethi. verecundia est turpi. nihil autē turpius pctō. vnde de peccatore dr̃ Prouer. 6. turpitudinem & ignominiam cōgregabit sibi. ideo peccati turpitudo retrahit per erubescentiam à sui confessione, sed melius est corā Deo verecundari, q̃ coram hominibus in iudicio condemnari. quia Proue. 28. dr̃. q absconditscelera sua, non dirigetur. qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, mīam consequetur [præsentia] assignat quasi rōnē quare retardantur peccatores à confessione, & pnīa. quia. s. præmia quæ timētur ipsa verecundia, & infamia, & quærit̃ honor vanus, & delectatio corporis, & non futura bona, quæ perdit per peccatum. s. fœlicitatem æternam, & futura. i. damnationē æternam, q̃ incurret per pctm̄, si de eo pnīam non egerit. ꝓfecto si quis peccator profunde cogitaret futura mala, quæ peccatum consequunt̃, vt pœna & cruciatus inferni, veraciter de pctō pœniteret. & ad cōfessionē ꝓperaret. hinc dr̃ eccle. 7. memorare nouissima tua, & in æternū peccabis [Moyses]. i. Christus alludit ad id, ꝙ dū Moyses q̃reret hircū oblatum inuenit exustum [vult reperire]. i. animā vacuam peccatis, & vitijs, & igne eorum [exuuias]. i. indumēta [erroris] .i. peccatorum [discedat] de hac vita, quia ad regnum cœlorum nullus transit, nisi mundus à peccato. Esaiæ. 35. via hæc sancta est, & vir pollutus non transibit per illam etiam non habens vestem nuptialem repellitur à mensa domini.

Mat.22.[sed vbi irrationalis impetus].i.dũ impetus & motus sensualitatis irrationabilis contra rectum iudicium rationis præuenit siue dominatur[tunc flamma peccati patscitur].i.corrodit,exterminat,& exurit[innocentiam]&ad veram pœnitentiam accedere non sinit psa.105.flamma cõbussit peccatores[præponderant]quid autem operetur in peccatoribus impetus irrationabilis sensualitatis siue peccati ostendit cum subdit[præponderant].i.præferunt[præsentia futuris seueris,]i.duris, sed vtilibus[iocunda].i. delectabilia,carnalia[læta tristibus].i.operibus pœnitentiæ[lęta].i. gaudia mundi [immemores quod dicit]Mat.5. beati qui lugent,quoniam ipsi consolabuntur,ꝙ mendicus Lazarus sustinens hic tristia,& aduersa in sinu Abrahæ iocundatur, & diues recipiens hic bona,& iocũda, cruciatur in flammain-ferni.Lu.16.[propter opera]vt sunt præsentia temporalia [tardioribus].i.bonis futuræ vitæ vel[propter opera].i.vitia,& peccata,quæ sicut de mala dicitur cito oriũtur in nobis,& velociter sine discretione impellunt hominẽ ad male agendum.vnde Prouer.1.de malis dicitur pedes eorum
2 ad malum currunt† velox quoq; dr̃ iniquitas,quia multipliciter malum culpæ incurritur,cum nascatur ex defectu cuiuslibet debitæ circunstãtiæ.virtus autem circa difficile. vnde philosophus 4.Ethic.dicit malũ fit omnifarie, siue multifarie.bonum autem non quia tantum ex integro,& ideo faciliter agi tur malum,& difficulter agitur bonũ.quia difficile est tangere mediũ.sed facile est recedere à medio virtutis,propter quod velox iniquitas & lenta virtus quæ consistit in medio recte rõnis vt.2.Ethic.dicit philosophus,ꝙ virtus est habitus electiuus immediate existẽs, prout ratio vtiq; determinabit[virtus.n. dijudicat].i. cũ deliberatione procedit,perquirit.n.quid decorum,& honestum sit, & illud sic repertum ait[iniquitas præcipitat ad malum]quia freno rationis non compescitur,& maturitatem iudicij nõ expectat[pigra]concludit ex prædictis quæ sit pigra, & tarda pœnitentia a & dicit illam esse, tum quæ præsentium sudore præmitur].i.reprimitur,& retrahitur.tum quia spes futurorum pro qua pœnitentia assumitur.vnde ait[solis.n.intendit futuris]rara est ex eo,ꝙ spes,& confidentia præsentium impedit spem futurorum, & aliquando extinguit,& consumit totaliter.vnde de nuptijs dr̃ Prouc.24.non emuleris impios.quoniã non habent spem futurorum[sera est] .i.rara &[tardior seruitus].i. rarior degustatio eorũ. plena aũt fruitio bonorum futurorum non nisi in alia vita est[interim].i.ita fit[vt impudentia]ad facienda mala [præcurrit spe præsentium quæ pœnitentiã excluditur] & non solum actus pœnitentiæ sed etiam affectus pœnitendi [exuritur] consumitur[quærit eã lex].i.minister legis, vt Moyses,vel quilibet alius prælatus in eo figuratus vel Christus eam].s. pœnitentiam,per hircum significatã.& alludit facto Moysi qui cum hircum(qui oblatus fuerat)requireret, inuenit eum exustum, vt superius habitum est.ita nunc vera pœnitentia non inuenit. Hie.8. non est qui agat pnĩam de pc̃tõ suo.Et quare non inueniatur pnĩa causa subditur] quia pœnitentiam consumit ardor malæ concupiscentiæ, & fumus iniquitatis].1.Petri.3.ignis ardore tabescent [vnde irascit] contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, dicens[cur non cõmedistis hostiam in loco sancto pro peccato].i.cur non fecistis celebrari pœnitentiam peccati commissi.mystice ergo hoc intelligendo sic litera legenda est [dicit deuorandam].i.celebrandam[pœnitentiam] peccati commissi[in sanctis]i.in ecclesia.Hu.[sacerdotes quasi senes].s.Eleazar, & Ithamar filios Aaron increpat, merito reprehendẽda est segnicies sacerdotum.i.negli gẽtia. vnde apostolus ad Heb. 6.ipsis sacerdotibus qui ministrabant sancta ait cupimus autem vnumquemq; vestrum eandem ostendere solicitudinẽ ad expletionem spei.i.eorum quæ sperantur vsq; in finem, vt non segnes efficiam ini.respõdet Aarõ satisfaciens Moysi super comestione hostiæ,pro qua fuerat iratus, quia eam non comederat in sanctuario cum ait,mihi accidit quod vides,quomodo potui comedere illud, aut placere domino in cerimonijs mente lugubri.i.cum conscientia peccati nõ potest sacrificium aut pœnitentia Deo placere, quãdiu placet lugubre peccatum.sic.n.non est pœnitens:sed irrisor,vt dicit Isidorus supra.e.di.[prouidendum].s. in iniungendis pœnitentijs,& in sacramentis conferẽdis in eruditione plebis cum summa deliberatione,& prouida circunspectione certum debet esse sacerdotale iudicium. vnde Aaron in signum huius portabat in pectore rõnale iudicij,in quo erat doctrina veritatis.Exod.28. & rationabile iudicium debet esse in corde.& in ore sacerdotis.vt quod rectũ est iudicet. Malac.2.labia sacerdotis custodiunt sciam, & legem de ore eius requirent.quia angelus dñi exercituum est. prouidum debet esse sacerdotis iudicium maxime in pnĩa imponẽda: vnde iuxta qualitatem conditionem personæ, loci, & tpis pnĩa imponatur,& super incerto non est ferenda snĩa, vbi.n.est iuxta excusatio,est pnĩa consonanda,& non infligẽda vel vbi non est humilitas cõtritionis,ne fiat error deterior priore per nõ impletionem. Et hoc est ꝙ ait[nec malo conscientiæ].i.nolenti vere pœnitere[facile est credendum].i. iniungendum minus pnĩæ,siue spes veniæ promittenda.rõ subiungit[vasi.n.fœtido]fœtore viciorum[oleum immissum].s.pietatis,& misericordiæ[vel vinum] discretionis.s. disciplinæ.p hæc duo designant duo quæ in pnĩa iniungenda debent concurrere di.40.disciplina[qũo alienus] tangit qũo Nadab & Abiud imposuerunt ignem alienum[peccatum exuri].i.pnĩa pro pc̃tõ delendo fieri.Hu.[aperta sunt] & ita per cõsequẽs videbat ignẽ alienũ in corde hoĩs, cum quo igne pnĩa nunquam agit.quid aũt sit ignis alienus hic
3 ostendit dicens[ignis alienus libido &c.] † dr̃ autẽ alienus, quia alienat à Deo,& sanctorum consortio. facitq; hoĩem in regionem dissimilitudinis[hinc ignis exurit].i. cõsumit & denigrat[& non mundat.in quibus.n.est si offerãt].i.offerre psumãt[ignis cœlestis]. i.vindicta cęlitus missa[consumit].i.flagellat,& cruciat spũaliter[sicut Nadab & Abiud] corporaliter[cum his &c.]Hu.[qui ergo vult mũdari ignẽ alienum].i.pc̃tm̃ qđ alienat à Deo remoueat de corde suo [& illi igni].s.spiritui sancto[culpã exurit].i. consumit,destruit[nõ hoĩem siccauit].i.cessare fecit. Hu. Luc.8.[sicca uit].i.deleuit[sanguine].i.culpã latronis. Mat.27.& Lu.23. q suũ pc̃tm̃ cõfessus est,& Christũ Deũ cõfessus dicens.memento mei,dũ veneris in regnũ tuum.quia igne gratię purgatus audire meruit hodie mecũ eris in paradiso[ignis consumẽs est].s.Deus siue spũs sanctus consumẽs vitia ad Heb. 12.etenim Deus noster ignis cõsumens est.dicit gl.ignis ga rubiginẽ peccatorũ consumit,& ad charitatẽ accendit corda hoĩm,& p hoc ꝙ purgat nos, & facit seruire in virtutibus placemus Deo[Iudas]Mat.27.[ignem alienum].i.supbiam,indignationẽ,atq; desperationẽ[culpam ergo]cõcludit[epulari].i.gaudere,& delectari in conuersione[quorum cibus]vnde in figura oĩm sacerdotum dictũ est Petro actu. 10.occide,& mãduca.i.occide in eis quod est eorum.i. peccatum,& incorpora ecclesiæ[vnde verus sacerdos].s. Christus cui inquit propheta psa.109.tu es sacerdos in æternũ. ait Io.4.meus cibus est &c.Christus.n.satiari cupiebat in gẽtium conuersione, quas, in corpus suum, quod est ecclesia,volebat incorporari,& eius membra fieri, & nunc oĩm cupit,& sitit conuersionẽ pc̃õrum,illorum.n. cõuersio & saluatio pro sui clementia & ineffabili dulcedine est cibus eius.i.desiderium & delectatio eius[non est acceptum]concludit ergo ex pdictis cõtra falsas pœnitentias, quod nõ est acceptum Deo sacrificium,nisi sit verum,& syncerum.

a ¶Pnĩa.[adde qđ pnĩa nõ prodest qñ pœna ipso iure cõmittit vel ipso facto glos. in cle. ne in agro. §.quia vero 3.versi. ipso facto đ sta. mona. Bal. in auth. habita. C. ne filius pbat. Ale.in l.qui ea mẽte. in fin.de fur.& in l.1. ff. de infa. & in l. si insulã. de verb. oblig.

Isidorus.

1 *Sacramentum ecclesię nullum prodest post hanc vitam.*

INter hæc hircum. Hic cõsequenter ad idẽ ostẽdendũ inducit Esitiũ Esitius fuit ille,cui Au. scribit epistolã de die iudicij. & fuit hõ magnæ literaturę Et põt diuidi hoc capitulum in tres partes iuxta gl. Primo. ostendit,ꝙ idcirco legislator mortẽ Nadab & Abiud exprimit,quia alienũ ignẽ acceperũt,vt id vitet,& illud designat hæresim.Secũdo ostẽdit,quid significet illud,quod Moyses pcepit Aaron,& filijs eius,vt portiones oblationes comederẽt in sanctis sanctorum illud.s.ꝙ qui vult agere pnĩam,debet illam agere ad pręceptum sacerdotũ,qui sunt in ecclesia,& ꝙ oblatio corporis Christi non debet recipi,nisi in ecclesia.ibi,Adamantiũ.tertio ostendit quid nocet illud verbum historiæ.ꝙ Moyses hic cum exustum reperit. dicit ergo.¶[Quia omne].i.ideo immolatio hirci fiebat pro peccato[quia omne peccatum per pnĩam deletur]vt.n.ait pphe ta psa. 50.cor contritũ,& humiliatũ Deus nõ despicies[alterius doctrinæ]hi filij Aarõ.s.Nadab,& Abiud mortui sunt. quia alienũ ignẽ cõtra Dei pceptũ obtulerũt.sicut dr̃ Leui. 10.Et dr̃ pc̃tm̃ alterius doctrinæ.i.extraneæ, quia cõtra doctrinã Dei & Moysi hæc fecerũt,& sic cõtẽpta Dei lege dicunt blasphemasse,p quos vñr hæretici significari,q contra Euãgelicã veritatẽ male sentiẽtes de Deo mortui sunt [irẽ Adamantium

Diuisio.

Exponit literam.

Adamantium hircus &c.]quasi.s.i.causa quare Moyses fuit iratus & redarguit filios Aaron, quia.s. filij Aaron hostiã quæ præcepta erat in loco sancto comedi, non comederũt. & ita mystice designatur ꝙ illa pœnitentia nõ sit vera, quę in ecclesia non fit iuxta præceptum sacerdotũ[quos Christus vicarios suos in ecclesia constituit]quibus ait Ioan. 20. accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c.

Augustin. Extra.n.ecclesiam, vt dicit Aug. non est locus sacrificij, nec vita.1.q.1.extra.& ideo extra ecclesiam non est locus salutaris pœnitẽtiæ[sanguine de quo Apostolus]ad Heb. 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum nõ per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinẽ introiuit in sancta æterna redemptione inuenta[ꝓ nostro sanguine].i.peccato iuxta psa.50.libera me de sanguinibus Deus[oblata]in ara crucis[in propitiationem].i. redẽptionem peccatorum[quæ extra ecclesiam non fit]vt. 1.q.1.remissionem.& de consecr.di.4.quem[vnde addit].s.Moyses Leuit.10.[Moyses]tertia pars. vbi ostendit quid significet mystice illud, ꝙ Moyses hircũ exustum reperit.dicit.n.[ꝙ exustum reperit]sensus est literæ, ꝙ queadmodum Nadab & Abiud peccantes ignem alienum contra præceptum domini, ponentes sic igne cœlitus misso cum eorum hostia cõsumpti sunt, vt nulla possent hostia purgari, aut de morte reduci ad vitam, ita impœnitentibus nullus post hanc vitã relinquit locus pœnitentiæ, locus propitiationis, aut mĩæ [in spiritu sancto peccauerunt].s.Nadab & Abiud ponẽdo ignem alienum[ab intelligibili].i.igne cęlitus misso, vel spiritu sancto[qa intelligibiliter].i.mystice dr̃ ignis [oblatio] .i.hostia oblata[oblata est].i.consumpta cum ipsis[voluntarie.n.peccantibus]& finaliter in peccato perseuerantibus]
1 non relinquit hostia pro pctõ]†quia post hanc vitam malũ sacramentum ecclesiæ eis prodest[sancti patres]euangelici doctores.Mat.12.qui dixerit verbum in spiritum sanctum non remittet ei in hoc seculo, nec in futuro. de pctõ impœnitẽtiæ q̃ cõueniẽter assignet species peccati in spm̃ sanctũ. supra di.1.circa capitulũ.ꝙ aũt oĩ peccãti.plene diximus.

1 *Voluntas hominum sæpe deprehenditur per opera.*
2 *Peccatorum memoriam habere est vtile.*

IVdas. Prosequitur quæ sit vera pœnitentia & quæ non, exemplo quorundam male pœnitentium.vnde ait primo, ꝙ Iudas nõ vere pœnituit, sed male.quod patet quia desperans de Dei mĩa laqueo se suspẽdit.Mat.27.[& Esau magis] correctum est[nec pœnituit]de odio cõcepto contra fratrem, lachrimæ quas fudit cũ audiuit à patre ꝙ Iacob frater eius fraudulenter surripuerat ei benedictionem [indignationis internæ quod eius operibus aperitur].i.ostenditur[sæpe.n.
1 per opera deprehenditur voluntas hominis vt di.18. peruenit[non ergo]concludit ex præmissis: quid acturi sumus si vere pœnitere cupimus.i.non negemus:sed cum psa. dicamus psa.50.quoniam iniquitatem meam ego cognosco,& peccatũ meum cõtra me est semper[imprudentia].i. stultitia, ne similes simus Cain, qui cum audiuit dominum interrogantẽ vbi est Abel frater tuus, negauit peccatũ dicẽs. nescio.nunquid custos fratris mei sum ego[ex hoc peccato amplius.]Cain.n.primo occidit fratrem,& huic pctõ mendacium adiunxit dicendo quærenti vbi est Abel frater tuus respondit nescio.& sic ex hmõi pctõ amplius operatus dr̃. non ꝙ homicidio grauius fuerit simpliciter mendaciũ:sed dr̃ amplius, quia peccato homicidij additum, & subsecutũ est pctm̃ mendacij.¶Secundo rõne circũstantiæ a quia mẽtitus est non homini, sed Deo, ex quo mendacij culpa augetur,& ampliat.¶Tertio quia mentiens Deo credidit Deũ latere suum peccatum, de quo supra.eo.di.1. disputauimus circa capitulum.serpens.vtrum magis peccauit Cain occidendo fratrem, q̃ mentiendo Deo. ibi vide[pater Cain].s. Adam, etiam cum peccasset & dominus dixisset.Adam vbi es.Gen.3.[abscõdi me magnum est]cõcludit ex præmissis, quam vtile sit agnoscere peccata sua,& illa cõfiteri[magnũ
2 .n.est].i.†vtile memoriam habere peccatorum, primo, vt peccatum agnitum perfectius,& liberius possit confiteri, secundo vt peccati turpitudinẽ agnoscens,& memoriter cõtemplans ipsum amarius defleat,& amplius detestet. Tertio, vt promptior sit ad satisfaciendum, dum nouit peccatũ suum sibi aduersari,& ad dominum deprecandum cũ propheta dicat.qm̃ iniquitatẽ meam ego cognosco,& peccatũ meũ cõtra me est semper.i.iugiter[nullũ.n.inuenit tale remedium]quo ad pœnas tẽporales.quanto.n.magis quis habet peccatum in memoria illud detestando, tanto citius absoluit à pœnis eius tẽporalibus.Hu.[continuata].i. semper pro loco.& superius diximus circa.c.pœnitentia.e.di.

a¶ Circunstantiæ. Circunstantiæ negotijquæ dicantur vide Petr. de Anc.in c. cũ cãm. nu: 5. de testibus.

1 *Opera pœnitentiæ sunt infructuosa dum peccatum placet.*
2 *Salices quare dicantur.*


N salicibus. Inducit ad idem consequenter Ambrosiũ exponentem hunc locum psa.c.38.li.2.de pœnitentia & dicit terram alienam carnem, quæ mentis imperio contradicit.Et vere aliena terra dicitur.tum quia repugnat spiritui. ad Galat.5. caro concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnem.tum quia velut terra extranea,& inculta non profert fructum salubris pœnitentiæ.hæc terra est de qua dr̃ Gen. 3.maledicta terra in opere tuo, tribulos,& spinas pctĩ germinabit tibi.in hac etiam terra sunt salices infructuosæ, qadum caro spiritui aduersatur, ꝓfert salices vmbrosæ,& carnalis delectationis.Gal.5.manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia,& cætera alia, quæ qui agunt, regnum Dei non possidebunt[& tunc organa sunt suspendenda].i.orationes,& alia bona opera, q̃ dicunt organa ꝓp
1 dulcedinem,& suauitatem.† quia opera pœnitentiæ dum peccatum placet sunt infructuosa, ad consecutionem vitæ æternæ.vnde ait.quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena.quia tũc irreuerẽter,& indeuote, ac ore polluto, dum peccatum placet cantatur domino.Esa.1. incensum abominatio est mihi.& infra.cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos à vobis,& cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam.quia manus vestrę plenæ sunt sanguine.dicit ergo.†[In salicibus.]Salices dicuntur,
2 quia cito saliunt,& crescunt. sicut de iniquitate parũ supra dictum est, ꝙ velox sit.Sunt etiam arbores infructuosæ.rõne cuius significant opera vitiosa, quibus salicibus existentibus semper in medio Babylonis.i.animæ peccatricis, suspendenda sunt organa.i.vt dictum est opera pœnitentiæ. Non ꝙ sit malum in peccatis existenti ieiunare, facere eleemosynas,& alia opera de genere suo bona.sed sic, vt non habeant Deo grata,& satisfactoria pro peccatis.[Qũo]ostẽdit testimonio prophetæ dicentis qũo litera ex dictis plana est. [Nam fructus].i.opera non offerre dum talis est cõiunctim intelligere Hug.quoniam tales in peccatis perseuerantes & credentes cum hoc pœnitere apud Deum sunt quasi irrisores Dei,& melius esset à pœnitentiæ operibus tunc quiescere illis quam exercere, quia non placant Deum, sed irritãt, qui non cessant à malo,& se pœnitentiam agere simulãt, vt supra di.e.inter hæc hircũ.[ne in ipsa pnĩa].s. simulata fiat, quod postea indigeat pnĩa, quod maxime cauendum est. vt 17.q.4.sunt qui opes.& supra e.di.si apostolus[quę].s.simulata pnĩa[si semel fuerit vsurpata].i.habita.quasi violenter cõtra oẽm rõnem & oẽ ius ecclesiasticum credita, tanq̃ valida apud Deũ[nec prioris].s.suijpsius[fructũ obtinet]quia non est vera pnĩa cũ non deferatur pctm̃,& aufert vsum posterioris, q̃ eo ipso, ꝙ credit valida est inutilis. Et ita vr̃ nobis exponenda ista litera salua reuerentia Hu.qui ait. ꝙ nõ potest congrue intelligi nisi de pnĩa solẽni. [Et cum caro.] Consequenter B.Ambrosius docet qũo mens debet habere ĩ certamine carnis,& mũdi & diaboli.d.[cũ caro repugnat mens ad Deũ debet esse intenta q̃tũcunq; põt.]Sicut apostolus dũ pateret stimulũ carnis mente ferebat in Deũ rogans, vt ab eo stimulũ carnis auferret.2.Cor.12.[Et si carnes impugnant]non subiungant[& impugnãt]non subuertũt [potestates aduersariæ].i.diabolicæ, maneãt Deo deditę]& non succumbet psa.100.clamabis ad me & ego exaudiã eũ, cum ipso sum in tribulatione eri.e.& gl. eum.i. gloriosum ostendam eum in bello[maxime vrgetur].s.diabolus.i.molestatur[cum caro non cedit].i.cum eius suggestioni nõ pręstetur assensus[& sunt qui vehementer].s.maligni spiritus [præsidium virtutum] vnde illud est quod in spiritu vidit Dauid psa.126.in persona regis Assyriorum, quando iussit funditus destrui templum per Nabuzardam principẽ exercitus Nabuchodonosor:mystice ergo exprimitur exinanitio, vt sint verba demonum exhortantium se adinuicem aduersus aĩam dicentium[exinanire].i.euacuate omnibus virtutibus[vsq; ad fundamentũ in ea].i.vsq; ad fidem, quæ est fundamentum oĩm virtutum[filia].i.aĩa, quæ per pctm̃ fit misera,& serua.Qui facit peccatũ, seruus est peccati, fitque filius

Exponit literam.

filius eius cuius desideria vult facere.Io.8.[Medicus].id est Christus in persona Dauid loquens[beatus qui tenebit].i. retinebit,quasi per frenum deprimendo illicitos motus, ne ad effectum veniant[& allidet].i.ex toto conteret [paruu los suos].i.illicitos motus,vt confracti dispereant. Quoniā. vt inquit glo.cupiditates antequam robur accipiant facilius vincuntur,& dum paruulæ sunt dum enim teneræ sunt cogitationes siue suggestiones conterendæ sunt ne crescāt. Hug.[ad petram]id est,ad Christum recurrendum est per deuotam sui memoriam,& vitæ conformitatem,qui pecca tum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius.



Nihil inde. Continuando quæ sit falsa & vera pœnitentia,inducit Hier. super Matt.qui ait.ꝙ inde non profuit sua pœnitentia , per quam scelus continere non potuit.auxit cum culpam desperationis admittens laqueo se suspendit. Matt.27.sed quando dicit quod tunc est vera pœnitentia , quando peccator sic pœnitet.[vt emendare valeat].i.velit, quod peccauit detestando peccatum,& Deo digne satisfaciendo[opera permanent].s.mala[& emendata]id est,exercentur[frustra] quia infructuosa est talis pœnitentia [hæc est oratio eius fiat in peccatum]sumptum est de Psalmo.180.quod de Iuda exponit B.Petrus actuum.1.non solum &c.planum est. *Exponit literam.*



Celeratior. Continuando materiā inducit authoritatem Leoni papæ. ¶ Quem non pœnitentia reuocauit ad dominum,sed desperatio traxit ad laqueum. recte enim suspensus laqueo mortuus est. Tū ad innuendum quod erat socius dæmonum qui erant in aere.Tum vt arteriæ quæ vocem proditionis emiserunt punirentur[donec sanguis Christi]hic videtur Leo papa innuere contrarium,vt patet in glo. & etiam inducit Hug.sed in hac parte videtur magis standum Hiero.

3 *Pœnitens tenetur satisfacere in charitate.*
5 *Pœnitentiæ factæ in peccato mortali quando sint reiterandæ.*

His authoritatibus. Ista est quarta pars principalis huius distinctionis,in qua Gratianus tractat.an irretitus plurimis peccatis possit de vno pœnitere indulgentiam de eo consequendo permanendo in alijs.Et diuiditur hæc pars in quatuor partes.Primo quidem probat tribus authoritatibus & vna rōne vnum peccatum posse remitti sine alio.Secundo allegat pro parte aduersa.Tertio determinat authoritates īductas pro parte illa.Quarto concludit,ꝙ existenti in aliquo peccato non sit vtilis pœnitentia ad remissionem , & reconciliationem habendam,non tamen est sibi deneganda. 2. ibi, si quod &.3.ibi,authoritas illa.4.ibi,pœnitentia.His authoritatibus &c.Concludit Gratianus.s.ex præallegatis capitulis,quæ vera,& quæ falsa sit pœnitentia & transit ad quæstionem illam,an irretitus pluribus peccatis possit satisfacere de vno remanendo in alio vel alijs . Pro pleniori intelligentia huius partis.Quæruntur hic tria. *Diuisio.*

1 ¶ Primum,vtrum de vno peccato aliquis possit satisfacere sine alio.

2 ¶ Secundum , est vtrum pœnitens teneatur satisfacere in charitate.

4 ¶ Tertium est,vtrum satisfactio facta extra charitatem adueniente charitate incipiat valere,ita vt debeat computari in sortem,vel an debeat reiterari.

1 Ad primum Sic ꝓceditur.† Et videtur quod quis possit satisfacere de vno peccato manendo in alio. ¶ Primo sic.peccata sunt debita quædam diuisim contracta.vnde Matth.6.in oratione dominica dr̄.dimitte nobis debita nostra.ergo diuisim possunt solui.consequentia patet. ¶ Secundo sic. Eorum,quæ nō habent colligationem siue connexionem adinuicem vnum potest separari ab alio:sed peccata non habent connexionem adinuicem,sicut ipsę virtutes dicuntur habere,alias qui haberet vnum , haberet omnia.ergo vnum potest expiari per satisfactionem sine alio. ¶ Tertio sic. si aliquis haberet ex duobus morbis vel tribus qui diuersas causas habent , & oppōnis medicus expellit periculosiorem morbum alio dimisso, cum ergo communiter sit in morbis animæ , sicut est in morbis corporis,sicut dicunt sancti vr̄ ꝙ agi possit pœnitētia de vno peccato sine alio . ¶ Quarto confirmando. Satisfactio (vt alias habitum est) ē peccatorū causas excindere *Primū arg.* *Secundū ar.* *Tertiū ar.* *Quartū ar.*

nec suggestionibus aditum indulgere,sed hoc de vno peccato contingit sine alio,vt luxuriam refrenet , & insistet auaritiæ.ergo de vno peccato potest fieri satisfactio sine alio. ¶ In oppositum est determinatio,quæ fit in litera partis p̄sentis. ¶ Secundo est illud Esa.58.ecce ad lites,& contentiones ieiunatis,& post.nunquid tale est ieiunium quod elegi. q.d.non.ergo non placet Deo pro peccato ieiunium quod in peccato fit.ieiunium aūt pars satisfactionis est.ergo &c. *Oppositum in cōtrarium.*

¶ Respon.dicendum,ꝙ vt tangitur in litera , aliqui posuerunt;quod de vno peccato poterat fieri satisfactio peccatore persistēte in alio,& ratio illorum esse videbatur, vt dicit dominus Bonauentura,diuinæ largitatis benignitas quæ acceptat satisfactionem quantumcunq; modicam.sed hi non considerauerunt sufficienter quid sit satisfacere . non.n.satisfactio dicit tolerantiam pœnæ tantum.quia Deus in malis nostris non delectatur:sed delectatur in iustitia voluntatis nostræ,& reconciliatione , quæ nō potest haberi de vna culpa sine alia.vnde contra hanc falsam & erroneā opinionem ponitur ista conclusio. Quod nō potest haberi , aut fieri satisfactio de vno peccato , peccatore persistente in alio probatur conclusio iuxta S. Tho. Cum.n. per satisfactionē tolli debeat offensa præcedens,oportet ꝙ talis sit modus satisfactionis,qui competat ad tollendum offensam. Offensę autem oblatio est amicitiæ restitutio, & ideo si aliquid sit, quod amicitiæ restitutionem impediat,etiam apud homines satisfactio esse non potest, cum quodlibet peccatū mortale amicitiam charitatis impediat , q̄ est hominis ad Deū impossibile est,ꝙ homo de vno peccato satisfaciat alio retento. ¶ Secundo sic.satisfactio est medicina curans peccata præterita,& præseruās à futuris. sed peccata nō possunt curari sine gratia.ergo cum quodlibet peccatum mortale auferat gratiam,non potest de vno peccato fieri satisfactio sine alio. ¶ Tertio sic.iuxta Albertum magnum. Non satis facit qui non restituit Deo quod suum.sed qui nō restituit Deo animam quam abstulit,non restituit Deo,quod suum est.ergo non satisfacit,qui non animam restituit.sed anima non restituitur quandiu manet voluntas alicuius peccati in ea.ergo &c. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur iuxta dominū Albertum,ꝙ debita humana sunt duplicia,quædam sunt quæ voluntarie credūtur deberi, & talibus nulla est adiuncta offensa,& hoc modo non dicuntur debita peccata. Quædam vero debita sunt,quæ incurruntur ex læsione alicuius iniusta,vel in persona,vel in bonis,vel in honore,& talibus est adiuncta offensa læsi,& in talibus non potest satisfactio fieri nisi offensa cesset.hæc autem nō cessat perdurante in illo,in aliquo modo offensionis,& talibus debitis assimilantur peccata.& ideo patet,ꝙ rō illa non ꝓcedit.præterea inquit idē Albertus licet debita peccatorū sint diuisim contracta quantum ad conuersionem ad bonum commutabile,& quantum ad actum tn̄ cōueniunt in auersione à bono increato,& quo ad hoc habent rōnem offensæ,& culpæ,cum autem auersio illa maneat,quocunque peccato mortali manente non potest homo satisfacere de vno alio remanente.Et simile huius est in offensis hominū quia læso non potest satisfieri de læsione illo perdurante in lædendo.licet.n.peccator Deum lædere non possit, tn̄ quātum in se est lædit.hæc ille. ¶ Ad secundā respō. dupliciter, primo iuxta dn̄m Albertum,ꝙ licet peccata non habeant colligantiā in aliquo ente positiuo,ꝙ sit habitus,vel radix, vel aliquod hmōi,habent tn̄ conuenientiam in priuatione auersionis à bono incommutabili,ex qua parte oīa habent rōnem peccati & mali,& culpæ,& offensionis, & cum talis priuatio maneat in eo,qui perdurat in peccato mortali manet ira Dei super eum,& ideo nō est ꝓceptiuus gratię. ¶ Secundo rn̄.iuxta S.Tho.ꝙ verum est.ꝙ peccata non habent cōnexionē in aliquo vno,& inde est,quod vnū pōt quis incurrere sine alio. Nihilominus tn̄ vnum,& idē est,ſm ꝙ oīa pc̄tā remittunt,& ideo remissiones diuersorū pc̄ōrum cōnexæ sunt,& de vno sine alio satisfactio fieri non pōt. ¶ Ad tertiā rn̄.iuxta Albertū in 4.ꝙ nō est simile de morbis corporalibus,& spūalibus. qa morbi corporales nō habēt vnā cām sed morbi spūales sic.q̄ est volūtas,vel liberū arbitriū, qđ q̄diu manet auersum non est susceptibile medicinæ,& iō nullus morbus spūalis curat in ipso perdurāte in aliquo morbo. ¶ Ad quartā rn̄.iuxta S.Tho.negando minorē, cū enim iuxta Grego. peccatum quod per pœnitentiam non diluitur suo pondere ad aliud trahit , qui vnum peccatum retinet non sufficienter causas peccati excidit. *Respondet* *Bernard* *S. Thom.* *Albertus* *Ad primum argumentum Albertus.* *Albertus.* *Ad secundū Albertus magnus.* *S.Thom.* *Ad tertium Albertus* *Ad quartū.*

Ad

2 Ad secundum Sic pceditur.†Et videtur, ꝙ quis possit satisfacere in mortali exi-
Primũ arg. stens, sicut ille, qui prius de peccatis omnibus est contritus
& post incidit in peccatum.¶ Primo sic. date eleemosynã,
& omnia munda erunt vobis. dr̃ Luc. 11. & constat, ꝙ lo-
quitur de peccatoribus. ergo potest quis satisfacere per elee
mosynam sine gratia. Et hoc idem habetur dictum Da. 4.
Daniel inqt Nabuchodonosor: qui erat magnus peccator.
peccata tua eleemosynis redime.¶Secundo sic. Trenorum
Secundũ ar. 3. venatione ceperunt me. gl. & si fides deesset, pœna satisfa
ceret, sed vbi de est fides, nõ est charitas, ergo &c.¶ Tertio
Tertiũ arg. sic. Nemo scit vtrum odio, vel amore dignus sit. Eccl. 9. Si er
go non posset fieri satisfactio, nisi ab eo, qui est in charitate
Quartũ ar. nullus sciret se satisfecisse quod incõueniens.¶ Quarto sic.
præceptum Dei, seu diuinum nullus tenetur in charitate
adimplere. Si quis. n. pro loco & tempore honorat parẽtes:
non existens in charitate, vel Sabbatum obseruat, non pec-
Opponit in contrariũ. cat, ergo multo minus tenetur preceptũ sacerdotis imple-
re in charitate.¶In oppositum est determinatio præsentis
partis, item est illud, quod præcipuum opus in satisfacien-
do est elemosyna vt superius habitum est. sed eleemosyna
extra charitatem nihil valet. 1. Corint. 13. si distribuero in
vsus pauperum omnes facultates meas, charitatem autẽ nõ
Respondet S. Thom. habuero, nihil mihi prodest.¶ Respond. dicendum ꝙ vt
recitat S. Tho. in 4. di. 15. quidam dixerunt quod postquam
omnia peccata per pœnitentiam siue contritionem remis
sa sunt, si aliquis ante satisfactionem peractam in peccatũ
decidat, vt in peccato existens satisfaciat ꝙ satisfactio illa
illi valeat: ita ꝙ si in peccato illo moreretur, in inferno de
peccatis illis non puniretur. Sed hoc non potest esse, quia in
satisfactione oportet, ꝙ etiam amicitia restituta iustitiæ
æqualitas restituatur, cuius cõtrarium amicitiam soluit. vt
Phi. 9. Ethic. dicit. Aequalitas autẽ in satisfactione ad Deũ
non est ẽm æquiualentiam, sed magis ẽm acceptionem ip-
sius, & ideo oportet, ꝙ etiam si offensa iam sit dimissa per
cõtritionem, ꝙ opera satisfactoria sint Deo accepta, ꝙ dat
eis charitas, & ideo sine charitate opera satisfactoria. Est er
go conclusio omnium:† ꝙ pœnitens tenetur satisfacere in
3 charitate patet, conclusio prouer. 10. vniuersa delicta ope-
rit charitas, sed satisfactionis virtus est delere debita. ergo
Ale de Ha. Bonauent. sine charitate non habet virtutem suam. magister autẽ Ale
xander de Halis, & dominus Bonauentura, simul probant
hanc conclusionem sic. satisfactio etiam quantum est ex vi
nominis importat diuinam acceptionem, & reconciliatio
nem cum Deo, & quoniam sine gratia gratum faciente im
possibile est vel personam placere Deo. vel eius opera acce
ptari, ideo nec satisfacere est impossibile sine charitate. Ad
Albertus. idem dominus Albertus dicit sic. Opera nõ possunt esse sa
tisfactoria, nisi sint facta secundum volũtatem & acceptio
nem diuinam. acceptio autem Dei non est in nobis ex no-
bis: sed potius ex eo, ꝙ accepimus a Deo nec etiam in ope-
re nostro ex nobis. Et hæc est gratia gratum faciens. dicen
dum est ergo ꝙ sine gratia gratum faciente non contingit
Ad primum argu. satisfactio.¶Ad rationes in oppositum dicendum. Ad pri
mam respond. ꝙ consilium domini & consilium Danielis
est, vt a peccatis cessarent, & pœniterent, & per eleemosy-
nas satisfacerent vel vt ad gratiam per eleemosynam se prę
parent. qua gratia suscepta multiplicãdo eleemosynas pec
Ad secundũ Ale. de Ha. cata sua satisfaciendo redimerent.¶Ad secundam de glos.
respond. secundum eundem Alexandrum. ꝙ fides in glos.
illa dr̃ conscientia peccati. Aliquando enim aliquis habens
gratiam per pœnam voluntariam satisfacit de culpa, cuius
non habet memoriam. vnde tantum valet dicere si fides de
sit, quantum si conscientia desit: vnde authoritas illa nõ est
Ad tertium. S. Thom. ad propositum.¶Ad tertiam nemo scit &c. respond. iuxta
S. Thom. ꝙ sicut homo nescit pro certo vtrum charitatem
habuerit in satisfaciẽdo, vel habet. ita nescit pro certo vtrũ
plene satisfecerit. Et ideo dr̃ Eccles. 5. de ppitiatu pecca-
torũ noli esse sine metu. Nec tñ exigitur ꝙ p p hunc metũ
hõ satisfactionẽ reiteret expletã, si cõscientiã peccati mor
talis non habet, quamuis. n. pœnam non expiet per satisfa-
ctionem tñ non incurrit reatum omissionis ex satisfactio-
ne neglecta. Sicut nec ille, qui accedit ad eucharistiam sine
conscientia peccati mortalis, cui subiacet reatum indignæ
Ale. de Ha. susceptionis incurrit. Magister vero Alexander de halis ad
idem est dicens. Si quis adimpleat pœnitentiam iniũctam
sine morsu conscientiæ extra charitatem: non est necesse
ꝙ satisfaciat iterum, nec in iudicio sacerdotis, nec in iudi-
cio. Dei qui adhuc exigit pœnã ab illo qui satisfecit extra
charitatem.¶ Ad quartam respon. iuxta magistrum Ale- Ad quartũ Ale. de Ha Bonauent.
xandrum & dominum Bonauenturam, ꝙ quando opus sa
tisfactionis ab homine imponitur homini, non tenetur il-
lud opus facere ex charitate siue in charitate, quia præce-
ptum est, sed necesse est in charitate facere ad hoc, quod sit
emendatorium, & Deo placitum.

4 Ad tertium. Sic proceditur.†Et videtur ꝙ satis-factio extra charitatẽ facta incipit
valere, postquam homo habuit charitatem, siue ꝙ reuiui-
scat: vt possit in sortem satisfactionis computari & nõ sit
opus iterare illam. Primo sic. super illud leui. 15. si attenua-
tus fuerit frater tuus dicit gloss. ꝙ fructus bonæ conuer- Primũ arg
sationis computari debẽt ab eo tempore ex quo peccauit,
sed non cõputantur, nisi aliquã efficaciã acciperent ex cha
ritate sequẽte. ergo post charitatẽ recuperatam viuere in-
cipiunt.¶ Secundo sicut efficacia satisfactionis impeditur Secũdũ ar.
per peccatum, ita efficacia baptismi impeditur p fictionẽ,
sed baptismus incipit valere recedente fictione. ergo satis-
factio recedente peccato.¶Tertio sic. Deus non punit idẽ Tertium ar.
bis. sed si satisfactio etiam facta extra charitatem esset ite-
randa bis puniretur idem: ergo nõ videtur iterãda.¶ Quar
to iniungitur in satisfactione alicui, quod det pauperibus Quartũ ar.
centum marchas, & ieiunia facere plena. iste dat prædictas
marchas in mortali existẽs, & implet illa ieiunia, si ergo ite
randa esset talis pœnitentia, iterum teneretur dare cẽtum
marchas, ꝙ non videretur verosimile. quia forte non habe
ret vnde iterũ tot daret, nisi omnino depauperaretur. præ
terea nec etiam iniungeretur ei ꝙ solueret iterum. & ꝙ ite
rum faceret ieiunia sibi alias imposita & impleta. iniunge-
tur tñ ei si per illa satisfactio non impleretur. ergo videtur
ꝙ per pœnitentiam sequentem omnia opera præcedentia
satisfaciendi efficaciam accipiant.¶Quinto sic, talis est so- Quintũ ar.
lum debitor pœnæ certæ & finitæ. sed illam exsoluit. ergo
ab eo non plus exigit, & ita videt̃ quod opus factum extra
charitatem sit satisfactorium.¶Sexto sic. ẽm iustitiam hu- Sextum ar.
manam si quis pœnam taxatam & acceptam pro præcedẽ
ti offensa sibi dimissa exsoluit, dato etiam si post denuo of
fendit totaliter est liberatus. ergo similiter etiam ẽm iusti-
tiam diuinam.¶ In oppositum est determinatio facta supe Opponit in cõtrarium.
rius, vbi habitum est. quod nulla est satisfactio facta extra
charitatem, ergo facta extra charitatem non sufficit Deo.
ergo est iterãda. Eccl. 24. homo qui ieiunat in peccatis suis
& postea iterum eadem faciens quod proficit humiliãdo.
sequitur orationem eius quis exaudiet.¶Respon. dicendũ Respondet S. Thom.
ꝙ, vt recitat tam S. Thom. quam dominus Bonauentura,
hic fuit duplex opinio siue modus dicendi. dixeruut. n. qui Prima opi.
dam ꝙ opera in charitate facta quę viua dicuntur sunt me
ritoria vitæ æternæ, & satisfactoria respectu pœnę dimit-
tendæ, & quod per charitatem sequentem opera extra
charitatem facta viuificentur quantum ad hoc, quòd sunt
satisfactoria, nõ quantum ad hoc opinio non potest stare. Contra prędictam opi.
quia opera in charitate facta vtrunque habent eadem ra-
tione. s. ex hoc ꝙ sunt Deo grata. vnde sicut charitas adue
niens non potest opera extra charitatem facta gratificare
quantum ad vnum, ita nec quantum ad aliud.¶Est ergo se Secũda opi. S Thom. Ale. de Ha.
cunda opinio quæ est S. Thomæ, ꝙ opera facta extra chari
tatem adueniente charitate nec viuificãtur, nec computã-
tur in sortem satisfactionis. Cui sententiæ fauet magister
Alexander de Halis satisfactio in mortali peccato comple
ta est iteranda. quia nec est Deo accepta, nec Deo reconci-
liatiua, & propter quod nulla reputatur. dicit autem domi Bonauent.
nus Bonauentura, quod ista opinio est securior pro qua sic
ar. dictum est supra, ꝙ opera extra charitatem facta, quia
fuerunt mortua per pœnitentiam non viuificantur. ergo
nec incipiunt esse satisfactoria.¶ Secundo sic. charitas non
informat actũ, nisi qui ab ipsa aliqualiter procedit, sed ope
ra nõ possunt esse Deo accepta: ac per hoc nec satisfactoria,
nisi sint charitate informata. ergo cum opera extra charita
tem facta nullo modo ex charitate processerunt, vel de ce
tero procedere possunt, nullo modo poterũt in satisfactio
nem computari.¶ Ad rationes in oppositum est dicẽdum. Ad primũ argu. Albertus.
Ad primam respon. iuxta Albertum magnum, ꝙ non in-
telligitur ꝙ fructus computentur ex tempore quo pecca-
uit, sed potius sint a die, sub quo vẽdidit. i. sub quod vltimo
in vendicatione fuit, fuit autem vltimo in vendẽdo, qñ vl-
timo fuit in peccato, post quod tempus non fuit in pecca-
to quia incipiebat conter, ita. s. ꝙ præpositio cum dicitur a
die note

die notet terminum extra, non intra. Concordat S. Tho. & Alexander. ¶ Ad secundam respond. ꝙ ratio nō procedit. quia non est simile de baptismo & pœnitentia. quia baptismus imprimit characterem in anima: non autem satisfactio. & ideo adueniēs charitas, quæ fictionem tollit, & peccatum facit ꝙ baptismus effectum suum habeat: non autē facit hoc de satisfactione. præter ea baptismus ex operato opere iustificat, quia non est hominis sed Dei. Ioannis primo. ipse est qui baptizat: & ideo non eodem modo mortificatur, sicut & satisfactio, quæ est opus hominis. Cōcordat in responsione dn̄s Bonau. ¶ Ad tertiam cū dr̄ ꝙ dn̄s non punit bis. resp. iuxta Alexandrum de halis, ꝙ verum est sufficiēter. sola aūt sufficiens punitio est simpliciter punitio. Punitio aūt insufficiens proprie nō est punitio, sed pars punitionis. Nulla autem punitio vel pœna iniuncta existenti in peccato mortali est sufficiēs punitio, licet sit punitio aliqua, quia talis est reus pœnæ æternæ. ¶ Ad quartam respon. negando consequentiam. quoniam licet tales non teneantur iterare eleemosynas illas, aut ieiunia, non sequitur propter hoc, quod satisfecerunt apud Deum, aut ꝙ sint absoluti a pœna, imo tenētur ad arbitrium ecclesiæ illam, vel aliā pœnitentiam facere, vt inquit Alexander. † dat autem hic S. Thom. in quarto vbi supra certam regulam quando pœnitentiæ huiusmodi factæ in peccato mortali sint reiterandæ, & quando non dicens. ꝙ aliquæ satisfactiones sunt ex quibus manet aliquis effectus in satisfaciētibus, etiam postquam actus satisfactionis trāsit, sicut ex ieiunio manet corporis debilitatio ex eleemosynis largis diminutio substantiæ, & sic de similibus: & tales satisfactiones in peccatis factæ non oportet, quod iterentur, quia quātum ad id, quod de eis manet per pœnitentiam Deo acceptæ sunt. dicit aūt hic dominus Petrus de palude, ꝙ istud derelictum ex pœnitentia præterita incipit valere ex subsequente ipsius .s. pœnitentis approbatione: & sacerdotis ratihabitione, & non ex simplici viuificatione. quia opus mortuum nunquam viuificatur. Sequitur in S. Thom. Satisfactiones autem quę non relinquunt aliquem effectum in satisfaciente postquā actus transit, oportet ꝙ iterentur sicut est de oratione & similibus. Actus autem interior quia totaliter transit nullo modo viuificatur, sed oportet quod iteretur. hæc ille. vnde quia isti tales tenentur confiteri, & suscipere aliquam pœnitentiam non est eis imponenda tanta quanta si nulla fuisset imposita. Tum ratione iam dicta. Tū quia, vt dicit Gulielmus in summa. præsumendum est, ꝙ propter illa bona opera quæ fecerunt extra charitatem dedit eis Deus maiorem contritionem. ¶ Ad quintam respon. iuxta dominum Durandum: & Petrum de palude: negando cōsequentiam & ratio est quia peccator postquam Deo reconciliatus est, est debitor pœnæ finitæ, non qualitercunque exsoluendæ sed in statu gratiæ: in quo est solum Deo accepta. Alioqui est debitor tantæ pœnæ, quantam mæretur pro culpa, & illa est infinita. vnde per se quidem peccato mortali debebatur pœna infinita sed mutata fuit in temporalem, supposito, ꝙ perseueraret in amicitia. Nec est simile de recompensatione pecuniæ, quæ nec plus nec minus valet tēpore amicitiæ quam tempore inimicitiæ: & de satisfactione iniurię: & maxime Dei, quæ non habet valorem, nisi ex diuina acceptatione. vnde si fiat tempore gratiæ satisfacit, sin autem nequaquam. quia non habet ęquiualentiā simpliciter, nec gratiæ efficaciam. ¶ Ad sextam respond. ꝙ non est simile de pœna debita pro offensa commissa in hominem, cui potest respondere emenda equalis, secundum quantitatē rei, & de illa quæ debetur pro offensa cōmissa in Deum non potest respondere emenda æqualis ſm quantitatem rei. sed solum ſm diuinam acceptationem, quæ non est de operibus extra charitatem factis. vnde, vt dicit dominus Petrus de palude in 4. dis. 16. si iudex damnaret aliquem ad emendā gratuitam, dum tamen solueret infra tale tempus, in quo caueret ab offensa, alias si iterum offenderet, exigeret ab eo pœnam pristinam deficiente conditione ad eam teneretur sic est hic, ideo pœnitentia facta extra statum gratiæ nō est satisfactoria. Litera ¶ [Naum] ista est prima authoritas quę est prophetæ Naum. 4. c. & ponitur supra 14. q. vl. c. vlt. Sed ista authoritas non militat, vt dictum est in quæstione, & bene habetur in gloss. in qua exponitur. tripliciter, & accipit ab Hug. primo quod intelligatur de sufficienti promissione, quia peccatum quod in hac vita sufficienter & perfecte punitū est, non punitur in alia. secundo exponitur sic, [non punit bis] hic. s. per ministrum: quia ecclesia pro eodē peccato bis non punit. Tertio iuxta Gratianum quod intelligatur de his, qui inter ipsa flagella commutantur in bonum, & corriguntur, & pœnitent ad charitatem redeūtes, tales iterum non punientur in alia vita pæna æterna, & si qd remāsit labit in purgatorio, vt īfra. e. §. hac authoritate.

Ad secundū.

Bonauent.
Ad tertium
Ale. de Ha.

Ad quartū.

Alexander
S. Thom.

5

3

Pet. de pal.

Gulielmus.

Ad quintū.
Durandus.
Pet. de Pal.

Ad sextum.

Pet. de pal.

Exponit literam.



Luit. Secunda authoritas, quę est Amos ꝓphetæ. 4. c. quam exponit hic Grego. homilia 10. Sed nec ista authoritas militat, Non enim est intentio B. Greg. ꝙ aliquis manens in aliquo peccato corrigat se vere pœnitendo: aut satisfaciendo de alio, quia sicut supra ostensum, est impossibile est, vt sine charitate quæ cum peccato mortali stare non potest possit de aliquo peccato vere satisfieri. vnde quod dicit hic Grego. ꝙ corrigat siue repetat, & capitur pro cessare ab actibus aliquorum peccatorum, sicut sæpe fit, ꝙ aliqui ab actibus aliquorum peccatorū cessant, imo etiam detestetur ea, sicut ab actibus luxurię, tamen in alijs inuoluti grauiter perdurant, vt auaritiæ, aut odij, & similibus [compluitur] complui autem dicitur aqua diuinæ gratiæ, qui ab aliquo peccato cessat, aut qui illud detestatur licet ab alio non cessat, quia hoc fit mediante aliqua gratia, non tamen gratum faciente. quia talis non infunditur manenti in peccato, sed gratia gratis data, quæ est sicut fides informis, & timor seruilis vt dicit S. Tho. ad idem est Albertus sic dicens. ꝙ cessat ab actu peccati ex timore seruili prouenit, qui est donū spiritus sancti, & ideo dicitur distillatio a fonte gratiæ, & tamen essentialiter non est gratia gratum faciens, sed præparatio ad ipsam.

1 *Octonarius quare dicatur Psalmus. 118.*



Rima consolatio &c. Tertia authoritas, quæ est B. Ambrosij in libro super beati immaculati decimo nono octonario. qui psa. vsque ad dominū tribulatus clamaui, est vnus psal. qui continet. 22. octonarios. † Octonarius
1 autem dicitur, quia continet octo versus. vnde decimus nonus octonarius est. Clamaui in toto corde meo. super Ambrosium ponit hæc verba. ¶ [Prima consolatio non obliuiscitur misereri Deus]. s. volētibus pœnitere & ad Deum reuerti. vnde Iac. 1. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. & Iohe. 2. conuertimini ad dominum Deum vestrum, quoniā benignus & misericors est, & præstabilis super malitia. Ecce ergo peccatoribus consolatio Hier. 31. Charitate perpetua dilexi te, & ideo attraxi te miserans tui, [Secūda] .s. consolatio [per punitionem]. s. ꝙ pro tanta offensa sicut est offensa diuinę maiestatis acceptat punitionem nostrā. i. pœnitentiam qua punimus nos. In qua punitione ostendit vtilitatem pœnitentiæ etiam si sit facta in peccato mortali sed ignoranter cum subiungit. [si fides] & non loquitur de fidei virtute qua creditur sine qua impossibile est placere Deo. ad Heb. 11. Sed loquitur de fide, qua quis sibi cōscius, De qua ait apostolus. nihil mihi conscius sum [si ergo fides desijt]. i. conscientia peccati mortalis [pœna satisfacit & releuat] quoniam nec in iudicio ecclesiæ, nec propriæ cōsciētiæ tenentur amplius reiterare eam. Sicut in articu. 2. disputato ex sciētia magistri Alexandri diximus. vel referendū est hic, vt idem magister Alexander dicit in responsione alterius rationis ad hoc, quod aliquis habens gratiam per pœnam voluntariam satisfacit de culpa, cuius non habet memoriam. vnde tantum est dicere si fides quantum si desit conscientia. hæc ille.

Exponit literam.

Ale de ha.

Item obijcitur. Tertia authoritas est Hiero. super Naum. c. vbi videtur sentire quod infidelis non amplius, & ita per consequens aliquis non pænitens de peccato, mortali pœnam temporalem, & in peccato susceptam euaderet damnationem. Sed ꝙ ista non sit intentio Hieron. nec aliquid tale senserit infra declarat Gratianus ex verbis eius Hierony. imo sententia sua est, quod qui temporali supplicio non corriguntur, postea æternaliter punientur.

Item si illa. Hic inducit pro illa parte vnam rationē. Cuius virtus est ista iudicio nostro, quia nec ex glo. nec ex Hug. bene declaratur. Casus est iste. quis in adulterio viuens commisit homicidium: pœnitet homicidij: & confitetur, licet nondum pœnitet adulterij: suscipit satisfactionem iniunctā pro homicidio, & implet

Casus.

vt putat

vt puta peregrinationem aut eleemosynam aut ieiunia,& similia.Tunc arguit aut satisfactio illa facta in adulterio pro homicidio fuit valida,aut non.Si sic habetur ꝙ quis satisfacere potest de vno peccato permanens in alio.Si non sequitur,quod quando pœnitue rit eum etiam adulterij,sicut fecit homicidij,tūc debeat sibi iniungi pœnitentia pro vtroque peccato,ex quo prima nō valuit:sed hoc a ratione alienum esse testatur ecclesiastica consuetudo:quæ pro eodem peccato bis non punit.Huic rationi respondet ipse Gratianus inferius, sed an bene ibi dicemus·

1 *Deus an possit sanare animam infirmantem de vno peccato & non de alio.Quod non nu. 2.*
3 *Christus an aliquem sanauerit, quem non omnino liberauerit.*
4 *Pœnitentia,an reducat pœnitentem ad statum baptismi.*
5 *Lachrimarum exteriorum defectus potest contingere ex quatuor.*

Sed quod ei &c. Hæc est.2.pars in qua magister Gratianus allegat pro parte contraria probans,ꝙ de vno peccato venia non præstetur ei,qui sibi alia reseruat.inducit ad hoc Augu.libr.de pœnitentia.Sunt plures.delectentur.& sic agunt falsam pœnitentiam quorum errorem reprehendit Augu.ex operibus miraculosis Christi in sanatione infirmorum corporaliter, in quibus sanatio spiritualis designatur.q.non aduertentes &c. per hoc docet nos nunquam nisi de omnibus curari.

Quæstio. Primum ar. 1 ¶Circa hoc pro pleniori intelligentia.Quæritur.† Vtrum Deus sanare posset animam infirmantem de vno peccato, & non de alio.Et videtur ꝙ sic. Deo nihil est impossibile. ergo nec illud,consequentia videtur bona.

Secundū ar ¶Secundo sic. medicus corporalis potest sanare de vno morbo altero relicto.ergo multofortius Deus hoc facere poterit in eo corpore:& in anima.qui potētior est medico corporali.

Tertiumar. ¶Tertio in operibus creationis secundum opinionem plurium sanctorum.s.Grego.Hier.& aliorum fecit Deus primo materiam secundum substantiam suam,& postea distinxit eā:& ornauit.ergo videtur quod similiter possit facere in operibus recreationis.vt.s.ſm quid faciat, & ſm aliud infactū relinquat.

Opponit in cōtrarium. ¶In oppositum videtur litera nostra.¶Secundo sic. quicquid ſm bonitatem suam potest facere potest quis ab eo sperare,sed dimidia venia non potest ab eo sperari,vt dr̄ in litera infra. ergo dimidiam non videtur posse facere.

Respondet. ¶Respond.dicendum ꝙ Deus non potest aliquem sanare de vno morbo peccati, & non de alio probatur conclusio.
2 Nihil impossibile est Deo attribuēdum.sed impossibile est hominem laborantem pluribus morbis in anima de vno morbo animæ curari remanente alio incurato, patet quia curatio a peccato mediante gratia gratum faciente,sed ipsa non potest habere locum vbi regnat peccatum.ergo impossibile est quacumque potentia aliquem curari de vno peccato,& non de alio quod sit in eo. implicat.n.contradictionem:videlicet ꝙ simul sit in gratia & odio Dei, simul sit conuētio lucis gratiæ ad tenebras peccati, simul quis sit templum Christi &:Belial.quæ ratio non concipit.

Ad primū argu. ¶Vnde ad rationes in oppositum dicendum. Ad primā respon. ꝙ verum est, ꝙ Deo nihil quod est possibile sit impossibile.hoc aūt.s.curare de vno morbo peccati non curato alio in eodem homine pro eodem tempore non est possibile. quia vt dicimus implicat contradictionem & sic ratio nō procedit.

Ad secundū ¶Ad secundam respon.ꝙ non est simile vt superius diximus,quia infirmitates corporis sicut sunt diuersæ: ita diuersis remedijs curantur,& in diuersis partibus corporis quandoque radicantur. Ad infirmitates vero spirituales vnum & idem est remedium curationis.s.gratia.& vnū & idem subiectum omnium infirmitatum.s.anima, in qua non potest poni remedium quin tāgat totam animā.

Ad tertium. Albertus. ¶Ad tertiam respond. vt respondet dominus Albertus in 4.dis. 15.ꝙ secus est in operibus creationis.quia in illis imperfectum non est imperfectum ex malitia contraria bonitati gratiæ suę dicit ergo Aug.[non auertentes dū.simul mutū & surdum &c.]Mat.7.& Mat.9. [per hoc habentem septē demonia]Luc. .dr̄ ꝙ de Maria Magdalena eiecit septē demonia.[item legionem] Luc.8.& Mat.8.Nunquam enim aliquem sanauit,quem non omnino liberauerit.

Quæstio. 3 ¶Sed circa hoc.Quæritur† vtrum hoc sit verum, ꝙ dominus nunquam sanauit aliquem,quem non omnino liberauit. Et vr̄ ꝙ non.quia glo.Io.9.dicit,quæritur quomodo sine fide cæcum illuminauerit Christus.ergo vr̄ ꝙ cæcum illum nō in toto curauit Christus quia non nisi extra.

Opponit in coutrariū. ¶In oppositum, est Augu.in præsenti litera.

Albertus magnus. Bonauent. ¶Respond. dicimus cum dn̄o Alberto magno,& S.Tho. ꝙ vniuersaliter verū sit.ꝙ dr̄ in litera:videlicet ꝙ Christus quēcunq; curauit totaliter curauit & mēte & corpore,quantum ad omnes infirmitates.ratio domini Bonauenturæ est, quia salus corporalis non est vtilis nisi prout ordinata est ad spirituale. & quia dominus perfecte & vtiliter cuncta faciebat ideo vtrunque restituebat.Ad glossam respond. ꝙ cœcus ille illuminatus fuit extra,& non intra.imo vt inquit fuit illuminatus intus,& nō extra.sed recepit primo fidem indistinctam & implicitam quæ postea agnito domino distincta fuit[inuentum illuminat].i.lumine fidei suæ determinat:& distinctum facit, vt distincte cognoscat,& credat ipsum in persona esse filium Dei.Hæc Albertus.

S.Thom. Cui S.Thom.alludit super Ioānem tractans historiam illius cœci.vnde super illud. Tu credis in filium Dei &c.dicit.Sciendum autem circa hoc. quod cœcus iste adhuc non viderat Christum corporaliter. Nā qn̄ Christus liniuit oculos eius & misit eum ad natatoria Siole nondum viderat eum, & antequam ad eum reuerteretur postquam lauit,& vidit detentus est a iudæis.& pharisæis:licet autem corporaliter non vidisset.credebat tamen eum, qui aperuit oculos suos esse filium Dei,& ideo in verbis desiderantis,& valde inquirentis animæ prorupit dicens.quis est domine.s.filius Dei,qui aperuit mihi oculos,vt credam in eū.Ex quo patet quod eum ex parte cognoscebat: & ex parte ignorabat,nisi.n.eum cognouisset, non ita constanter pro eo disputasset,& si non ignorasset,non vtique dixisset,quis est domine.hæc ille.Et ita patet, ꝙ primo susceperat fidem,sed indistinctam.glo. tamen aliter argumentum facit, videlicet quod intelligitur de his,qui ,ppter peccatū infirmabantur,quia in illis oportebat prius excludere causam, quam sanaretur morbus. & ideo remota causa sanati sunt in anima,& remoto effectu sanati sunt in corpore.hec Albertus.

Albertus. verum subiungit Albertus ibidem ꝙ ista glos.est magistralis,aut victorini cuiusdam cuius dicta nō sunt magnæ authoritatis[Totum.n.hominem [probat authoritate Euangelij.Io.7.quod dixerat:vbi docet, quod totus homo debet per veram pœnitentiam simul ab omni peccato sanari.Nimirum quia dominus odit omnes, ꝙ operantur iniquitatē.& ita existēs in vno peccato nō pōt cōsequi veniā de alio, cū simul esse nō possit amicus & inimicus Dei sicut nec simul habere gratiam:& esse extra gratiā:in odio Dei.[Quædam enim impietas infidelitatis est.]

Primū arg. ¶Hic surgit quęstio,vtrum hoc sit verum.Et vr̄ quod nō.Primo sic. non repugnat iustitiæ humanæ ſm partem suscipere satisfactionem.cum ergo iustitia humana sit exemplata a diuina,videtur,ꝙ etiam diuinæ non repugnet.

Secundū ar. ¶Secundo vr̄, ꝙ hoc sit verum. ꝙ potest obuiare diuinæ misericordiæ, quam iustitiæ. quoniam misericordia est relaxare peccata: & in toto & in parte.ergo non videtur bene dictum cū dicitur ab eo,qui iustus est,& iustitia.

Opponit & Respondet S.Thom. ¶In oppositū est Aug. in litera.¶Respon.ꝙ verum dicit Augu.ꝙ sit impietas infidelitatis &c.quoniam vt inquit S.Thom. in 4.sequeretur ex illo,ꝙ Deus,vel nō omnia sciret peccata, vel nō omnia sciret peccata,vel non omnia horreret: vel non omnia remittere posset, quorum quodlibet saperet infidelitatem.

Ad primum argu. Alber. ma. ¶Ad rationes in oppositum.Ad primam respon.iuxta Albertum magnum qui mouet istam quæstionem. primo negando assumptū.dicimus.n.ꝙ iustitiæ humanæ repugnat recipere emendam,cum adhuc aduersarius intendit multiplicare culpam.Sed si amplius non offendit: tūc potest per partes satisfacere.Similiter autem est in iustitia diuina: qui de uno satisfacit,& in voluntate alterius peccati perdurat, talis culpam multiplicat, & ideo de nullo emenda suscipitur.¶Secundo respond.quod ratio non procedit.quia aliter est in iustitia humana,& aliter in iustitia diuina: & hoc ideo,quia homo videt ea,quæ patēt:Deus autem intuetur cor,& nisi cor habeat,non suscipit satisfactionem.hoc aūt respicit opera exteriora,quę diuisa sunt,& ideo diuisim de eis suscipit satisfactionem.Et cum dicitur,ꝙ iustitia humana exemplata est a diuina.respond.ꝙ licet sit ita,tamen aliquid accidit inquantum est humana,quod non diuinæ cōuenit.

Ad secundū ¶Ad secundam respond.quod licet misericordiæ sit relaxare peccata gratis, remittere tamen cum requisitione siue postulatione emendę est iustitiæ & de tali loquitur hic August.[pœnitentia.n.vera ad baptismi puritatem conatur ducere.]

Quæstio. ¶Sed surgit hic quæstio† vtrum hoc sit verū ꝙ pœni-

quod pœnitentia reducit pœnitētem ad puritatem baptiſmi. Et videtur ꝙ non. primo ex illo Amos. 5. non adijciat vltra vt reſurgat virgo. ¶ In oppoſitum eſt Augu. in litera. ¶ Reſpond. quod refert dicere reducere ad priorem dignitatem, & puritatem. Nam dignitas reſpicit ſtatus gloriā: puritas vero reſpicit emundationem ab omni macula. poſsibile eſt autem per pœnitentiam deleri omnem culpam, & quantum ad maculam, & quantum ad reatum, cum cōpleta eſt, & quantum ad hoc intelligitur quod dicitur in litera quantum vero ad dignitatem non reſurgit pœnitēs: ſicut nec Adam. vel expone, vt exponit S. Thom. in 4. in expoſitione literæ [ad baptiſmi puritatem] quantum ad remotionem omnium culparum [vt abluat ſaltem lachrimis mentis]. i. interiori dolore, quem lachrimæ exteriores ſignificāt [Sciat ſe culpabiliter durum qui deſlet damna tēporis, vel mortem amici &c.] Surgit hic quæſtio, vtrum hoc ſit verū ꝙ ſit culpabiliter durus, qui deſlet damna temporis &c. & dolorem peccati non oſtendit. Et videtur quod non. Primo ſic. Signum magni doloris non eſt fletus vnde conſtantiſsimos homines in maximis doloribus non videmus flere ſed potius videmus flere muliebres. ¶ Itē ponamus ꝙ ille. qui deſlet mortem amici nō poſsit flere pro peccatis: & bene vellet poſſe tunc ſm iſtam literam eſt durus culpabiliter ſed hoc non. quia facit quod in ſe eſt. ergo Deus apponit ei gratiam. ergo habet culpam, & per conſequens non eſt culpabiliter durus. ¶ In oppoſitum eſt textus præſentis literę. ¶ Reſpon. dicendum, ꝙ litera præſens Beati Auguſt. intelligitur (vt dicit S. Tho. vbi ſupra:) qn̄ contingit exteriorum lachrimarū defectus, ex defectu doloris, vt hō minus doleat de peccato: quam de damno temporali. dicit enim dominus Bonauētura ꝙ pronus ad lachrimas exteriores pro damno temporali ſed nō pro peccato dicitur culpabiliter durus, vel quia eſt ſequela culpæ præteritę vel negligentia præſentis. quia peccatum nō diſcutit, vt debet, nec odit. Et vt dicit Albertus magnus aut nō ſufficienter cupit: aut defectus autem fletus ſi contingat alijs de cauſis no arguit durum culpabiliter pœnitentem. Sequendo autem S. Thomā & Albertum † poteſt ex quatuor contingere defectus exteriorum lachrimarū. primo ex ſiccitate complexionis, qa calor exſiccatus a dolore pœnitentiæ tunc magis exſiccat cerebrum, quam reſoluat in lachrimas. Secundo ex nimio dolore, abundantia enim doloris per calorem exſiccatum exſiccat humidum cerebri. Tertio conſtantia animi, quando homo continet ſe, ne ploret vt coram Deo ſolo doleat. Quarto ex duritia complexionis quandoque contingit: ꝙ homo non poteſt flere corporaliter pro peccatis: & ſi fleat pro morte amici. quia dolor ille (vt dicit S. Thom.) eſt magis ſenſibilis: & ideo magis vicinus ad reſoluendum corpus in lachrimas. ¶ Ad rationes in oppoſitum. Ad primam reſpond. patet. quia litera de eo intelligitur, vt dictum eſt, in quo lachrimæ non impediuntur per accidens complexionis aut conſtantiæ ſed tantum ex imperfectione doloris, & deſiderij veniæ de peccato. ¶ Ad ſecundam reſpond. iuxta Albertū: ꝙ ille, qui plorat in morte amici dupliciter pōt eſſe diſpoſitus in pœnitendo, ſ. n. ſit maior dolor de peccatis quam de morte temporali amici, tunc maior dolor exſiccat in eo humidum cerebri. quia flere non poteſt, & tūc ipſe maioris laudis, quam ſi fleret. Si autem econuerſo ſit: cum tunc ex defectu doloris pro peccato id proueniat, dr̄ durus culpabiliter, vt habetur in litera. [Quem ergo pœnitet omnino concludit] id eſt, de omnibus peccatis pęniteat quoniam de vno ſine alio pœnitentia vera eſſe non poteſt.

Opponit in cōtrarium. S. Thom. Primū arg. Secūdū ar. Opponit & Reſpondet S. Thom. Bonauent. Albertus. 5 S. Thom. Ad primū argum. Ad ſecundū

Authoritas illa. Eſt tertia pars huius quartæ partis. ī qua magiſter Gratianus determinat. ſiue reſpōdet ad authoritates inductas ꝓ parte aduerſa, videlicet ꝙ de vno peccato poterit quis agere pœnitentiam & non de alio. Ad primam quæ eſt Naum prophetæ. ¶ [Non iudicabit dominus bis] dicit quod non eſt ſenſus huius authoritatis. quod generaliter qui hic punitur, a Deo vlterius non puniatur, quoniam hoc eſt falſum, vt patet in ſodomitis, quos dominus puniuit pœna temporali, & ęterna. Gen: 19. Et ęgyptios etiam puniuit Exod. 14. Iſraelitas quoque puniuit propter peccatum idolatriæ qn̄ adorauerunt vitulum ſculptilem. Exod. 32. Quod vero dicit ſupra eundem locum Hier. aliquos temporaliter a Deo punitos ne in æternum punirentur, non eſt verum vniuerſaliter, ſicut nec ipſe intelligit, non enim dubitauit Hieronymus. ꝙ quicunq; in peccato mortali moritur: pœna ęterna punitur [alioqui] probat ratione quod dicit, ꝙ illud nō ſit capiendum generaliter. quia [alioqui &c.] planum eſt. [Et illud apoſtoli] probat authoritate apoſtoli, qui ad Hebre. 3. dicit. ꝙ illi qui peccauerūt quorum corpora proſtrata fuerunt in deſerto propter incredulitatem ſuam non intrauerunt in terram promiſſionis: vbi probatur quod ſicut merito ſuæ &c. Ecce ergo ꝙ vult apoſtolus illos, & pœna temporali & æterna eſſe punitos. Non eſt ergo generaliter verum, quam qui hic punitur iterum non veniat puniendus, veniet certe, ſi ab iſta vita ab omni peccato purgatus non exiuerit [intelligitur] hic exponit dictum Hieronymi. quod intelligatur de his qui inter flagella ſiue pœnas temporales pœnituerunt veram pœnitentiam agentes, quia vſque ad finem vitæ poteſt eſſe pœnitentia fructuoſa, quamquam momentanea atque breuis. Iob. 10. ſi peccaui, & ad horam pepercisti. Et Ezechiel. 18. quacunque hora cōuerſus fuerit peccator ab iniquitate ſua impietas non nocebit ſibi. Sicut & illud prophetæ] dicit dictum prophetæ eſſe intelligendum. ſ. de his [quos præſentia flagella]. i. pœnæ præſentis vitæ commutat in bonum ſ. ad veram pœnitentiam quia tunc tales de peccato per pœnitentiam deleto, nō veniunt puniendi in alia vita: & de his eſt verum [ꝙ non conſurget duplex tribulatio] non eſt autē authoritas hæc alia vel alterius prophetæ: ſed eſt alia in eodem loco eiuſdē ꝓphetæ: & eundem intellectum habet cum alia. Non iudicabit Deus bis in idipſum. Hu. ¶ Sed videtur, ꝙ hoc ſit falſum quia Hier. 18. dr̄, duplici contritione cōtere eos. ¶ Reſpo. iuxta S. Thom. in 4. diſt. 15. & concordat dominus Albertus: & dominus Bonauentura, ꝙ tribulatio ſi accipiatur vt commenſurata peccato duplex non conſurgit: quia Deus non punit vltra condignum. Sed ſi accipiatur pro pœna abſolute tunc duplex pœna debetur, vel ſecundum duas partes peccantis, pœna corporis, & animæ. ſicut enim in vtroque peccauit: in vtroque punietur, vel ſm duo quæ ſunt in peccato. ſ. auerſio ab incōmutabili bono cui rn̄det pęna dāni, & cōuerſio ad bonū incōmutabile cui correſpōdet pœna ſenſus. vel ſecundum duas radices peccati, quæ amor, & timor. ignis & frigus, vel ſecundum duos ſtatus pręſens pœna, & futura. vtraque enim eſt citra condignum præcipue ſi accipiatur diuiſim. Tamen pœna præſens, & futura in eo, qui corrigitur vnam pœnam cōſtituunt. vnde Greg. in moralibus, eorum percuſsio hic incepta illic perficitur, vt in incorrectis vnum flagellum ſit, quod hic temporaliter incepit, & in æternis ſupplicijs cōſumetur. & hoc eſt ꝙ ſequitur [Qui autem inter flagella in cantico. ſ. Moyſi. audite cœli quæ loquor cuius cantici verſus eſt ille. [ignis ſucceſus eſt in furore meo: & ardebit vſque ad inferni nouiſſima] Super quo dicit Augu. [hæc eſt vindicta, hic incipiet, & ardebit]. i. continuabitur in æternum i. hoc. ſ. quod dicitur in cantico: & quod B. Auguſt. exponēdo dicit. quia oſtēdit dictum illorum non eſſe verum. Quia quidem flagellis &c. [Quia autem ſuper eundem locum authoritatē Hierę. in qua videtur dicere, ꝙ ſi infidelis adulter occideretur de adulterio non amplius a Deo puniretur, Reſpon. dicendo, quod falſum ſit hoc, quod Hieronymus voluit dicere, ꝙ ex verbis Hierony. oſtendit [Quærat] arguit Hieronymus ſic. aut enim punietur: & ſi ſic falſum eſt. quod dicitur. [Nō iudicabit dominus bis in id ipſū] qđ ſupra diximus intelligendum de punitione ſufficienti aut non [& fruſtrentur. i. euitent [Ad hæc reſpondemus] Sequitur reſponſio Hiero. [Scire menſuras]. ſ. quibus, & quātis ſupplicijs quælibet peccata ſint punienda [& non præueniri ſententia iudicis]. i. nullum præiudicium ſibi fieri per ſententiam iudicis, qui decollare præcepit reum deprehenſum in adulterio. Hug. quia, & ſi ſententia hominis pręcedit non concordans ſententiæ diuinæ adhuc ſententia Dei reſtat. Si autem concordat, eſt ſententia Dei, vt S. Thom. dicit. Quod plenius Dominus Bonauentura ſpecificat in 4. diſ. 16. dicens ſacerdos abſoluendo ei imponit minorem pœnam, quam debet: & ſi ſic iudicat ſentētia hominis & non iudicis ſuperni, & hoc modo & ſi videatur præueniri ſententia iudicis, & non tn̄ præuenitur. quia oportet hominē puniri in foro Dei. Aut ſacerdos ſeruato recto ordine, & æqualitate punit, tūc ſententia ſacerdotis eſt ſententia Dei hic abſoluentis hominē, & tunc non præuenitur, quia ipſe iudex iudicat per miniſtrum ſuum, cui commiſit miniſterium clauium. hæc ille. Concordat Albertus ibi. nec talis ſententia Auſert Deo poteſtatem puniendi [de hinc]. i. in alia vita peccatorem, & magnum

Exponit literam. Opponit in contrarium Reſpondet. S. Thom. Albertus. Gregorius.

ter punitum.Hug. diuturnis].i.æternis[Culpa leuis] exẽplifi cat de Israelita,qui collegit ligna in sabbato. Et vlterius illi,qui israelitæ maledixerat: & qui etiam blasphemauerat.Sed non videtur,quod bene exemplificet: tũ ratione culpæ.ratione pœnæ:quia vterque occisus est & dilapidatus. Et hæc est grauissima pœnarũ. Item respectu culpæ videtur etiam esse falsum quoniam blasphemia est grauissimum peccatũ.præterea transgresio præcepti nõ est leue peccatum,maxime quia punitur pœna mortis, q̃ erat pœna debita enormisimis peccatis.Respond.dicendum iuxta S.Thom.Albertum: & dominum Bonauentu ram in 4.dist. 15.in expositione literæ.ꝙ Hieronymus nõ vocat supplicium mortis leue;sed in comparatione ad futurum supplicium æternæ pœnæ.Culpæ etiam nominatę leues dicuntur in comparatione ad maiores culpas, quæ quandoque minoribus pœnis temporalibus puniuntur.

Opponit i ɔ̃trariũ.

Respondet. S. Thom. Albertus. Bonauent.

¶Ad id vero quod dicitur de blasphemia respon.ꝙ secundum Richardum de sancto victore. Non omnis blasphemia est peccatum in spiritum sanctum.Sed illa, quæ dicitur species blasphemiæ:quando quis habet volũtatem blasphemandi Deum: hoc est, vt dicit Albertus: qñ blasphemus non ignorantia sed malitia spirat in blasphemãdo:sicut de iudeis habetur. Mat.12.& Luc.12.illa autẽ blasphemia quæ ex quadam surreptione,vel perturbatione animi fit, non semper est inter peccata enormia computanda: quamuis & ipsa graue peccatum sit[peccati supplicio mẽsurata].i.sufficienter punita. Creditur.n. pœnituisse inter iactum lapidis:& tunc merito patientiæ sibi remissum est peccatum]illud autem hic respondet ad authoritatẽ Gregor.[pluit]dicendo intelligendam esse non quo ad criminis veniam.[sed quo ad detestationẽ criminis .i.desertionem & cessationem ab eius actu .Sicut superius plenius dictum est.vbi allegata est authoritas [detestatio autem illa dicitur pluuia quia de fonte diuinæ gratiæ] hic non loquitur,vt inquit S.Thom.de gratia gratum faciente;quia hęc non datur ante perfectam pœnitentiam,sed de gratijs gratis datis,sicut est fides informis,& timor seruilis & huiusmodi:Superius autem de hoc diximus vbi inducta est authoritas[Si enim] arguit Gratianus authoritate euangelij arguit per locum a minori. quia si peccata dimissa ꝓpter peccatum sequens imputantur ad pœnã: longe magis peccata imputari debent quæ non sunt dimissa per pœnitentiam.[item si iterum]idem probat authoritate Aug.quę etiam habetur de cons.dist.4.omnis qui.& supra eo.dist. 1.tres sunt[ad detestationem ꝙ ille sit intellectus authoritatis Gregorij.qui dictus est. Est igitur fides] respondet ad authoritatem Ambrosij.Primo, quod fides non sumitur ibi &c.planum est.Et supra satis notatum est,vbi inducta est authoritas.[Cuius ergo peccati deest conscĩetia] & per consequens non credit pro eo à Deo puniri, per illam pœnam patienter & humiliter satisfacit pro illo[& releuatur].i.dimittitur ei.[Quod autem in fine obijcitur.]Hic respondet ad vltimam probationem.s.ꝙ de vno peccato agens pœnitentiam & non de alio posit consequi veniã peccati:de quo agit pœnitentiam.Et stat respon. Gratiani in hoc: qđ satisfactio illa facta in peccato mortali licet tunc fuerit inutilis,& infructuosa.Nihilominus cum pœnitet præcedẽs ipsa satisfactio quæ fuerat mortua viuificatur,sicut baptismus in ficte accedente incipit valere cum fictio recedit.Et in fauorem huius suæ responsionis inducit aliquas authoritates:sed ista respon.non est bona: nec rõ inducta,nec similitudo: nec authoritates quas inducit fauent sibi.Quod vero responsio sua non sit bona satis superius mõstratum est in articulo tertio disputato in principio huius partis·probatur etiam ex eo primo quia quod nunquam vixit nec vllo modo viuit:nec est a principio viuente nullo modo est posibile ad talem vitam est satisfactio facta in mortali:ergo &c.¶Secũdo sic. Nullum opus mutat originem suam. ꝙ enim fit in mortali nunquã potest fieri in charitate:nec quod fit in charitate: nec quod fit in charitate,põt fieri in mortali.ergo quod fit in mortali non potest esse meritorium:nec satisfactorium : cum nullum sit meritorium:nisi sit factum in charitate.ergo satisfactio facta in peccato mortali non potest esse valida. ¶Præterea ratio etiam sua non valet.Supponit enim falsum:videlicet quod satisfactione facta in peccato mortali excidatur plene causa peccati:vbi supra in articulo primo diximus. quoniam cum teste Greg.peccatum quod per

Richardus de sancto victore. Albertus.

S.Thom.

Cõtra Gratianum.

Gregorius.

pœnitentiam non diluitur suo pondere ad aliud trahit q vnum peccatum retinet:non sufficiẽter causas peccati excidit.Præterea similitudo sua de baptismo nulla est. ratio asignata est supra in art.3·tum quia baptismus imprimit characterem in anima,non autem satisfactio. Tum quia baptismus est opus Dei.Io.1.ipse est qui baptizat, & ideo non eodem modo mortificatur, sicut satisfactio : quæ est opus hominis. Præterea authoritates quas inducit non faciunt pro eo. Non prima cum ait [pium est credere] quod scribit Aug.libro de pœnitentia. quia non loquitur de bonis operibus factis in peccato:illa cum sint mortua: nunquam reuiuiscunt,nec æterno præmio veniunt remunerãda.sed loquitur de bonis factis in charitate ante commissionem malorum.talia enim cum fuerint mortificata, & mortua:per gratiam superuenientem viuificantur, & remunerantur æterno premio si in eis perseueratur.dicit ergo[remunerat bona].s.facta antequam peccata cõmitteret:vel si intelligatur de bonis factis in peccato, intelligitur de remuneratione alicuius boni temporalis, sicut infra dicetur:& non boni æterni. [destruit quod suum non inuenit]id est peccatum.peccatum enim non est ex Deo, Io.1.sine ipso factum est nihil.i.peccatũ,vt exponit Aug. [amat & diligit bonum,quod plantauit] Sapientiæ.11.diligis omnia quæ sunt,& nihil odisti eorum quæ fecisti [Ex hoc sensu exponit verba Hiero.sub eodem sensu [Obliuiscatur bonorum] quoniam remuneret aliquo temporali in hac vita,vel mitigatione pœnæ in alia vita.Hu.

Exponit literam.

Augusti.

2 *Peccator per bona opera quæ extra charitatem facit nihil meretur de cond gno apud Deum.*

Et quid de merito congrui.nu.4.

3 *Meritum de condigno quid dicatur.*

5 *Bona facta extra charitatem de congruo valent ad triplex bonum & nu.10.*

7 *Diminuere pœnam infernalem potest intelligi dupliciter.*

8 *Pœna inferni nullo modo potest minui.*

9 *Opera bona ext.charitatẽ facta valẽt ad diminutionẽ pœnæ.*

Quamquam bonorum Hic ponit Gratianus aliũ intellectum ab illo primo, quem secutus fuerat. iste autem secundus est securior,& magis sanctorum patrum sentẽtijs conformis, licet primus videatur continere pietatem: & humanitatem quandam.intellectus est, ꝙ memoria bonorum de qua authoritates positæ loquuntur sit ad præsentem remunerationem referenda:vel etiam ad tolerabilius extremi iudicij supplicium subeundum. Ad quod inducit authoritates sanctorum aliquas. Pro huius partis pleniori declaratione occurrunt hic duo disputanda.

1 ¶Primum,vtrum opera extra charitatem facta sint alicuius boni meritoria saltem temporalis.

6 ¶Secundum,est,vtrum opera prædicta valeant ad pœnæ infernalis mitigationem,

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, quod opera extra charitatẽ sint alicuius boni meritoria.¶ Primo videtur authoritatibus sanctorũ in litera positis.¶Secundo sic.sicut se habet pœna ad malum actum·ita se habet premium ad bonum. sed nullum malum apud Deum iustum iudicẽ est impunitum. ergo nec aliquod bonum irremuneratum.sed bonum remunerandum est quodammodo meritorium. ergo opera bona facta extra charitatem sunt alicuius boni meritoria non æterni.ergo boni temporalis. ¶ Tertio duo existentes in peccato quorum vnus multa bona facit ex genere, & circunstantia:alius nulla,non æqualiter propinque se habent ad accipiendum bona a Deo, alias non ei consulendum, vt aliqui boni faceret,sed q magis appropinquat Deo magis de bono percipit,ergo iste per bona opera quę facit aliquid boni a Deo meretur.¶ Quarto sic. Merces nõ datur nisi merito.sed operibus extra charitatẽ factis datur merces.vt dicitur Matth.5.de illis qui propter gloriam humanã opera bona faciunt:de quibus ait dominus.receperunt mercedem suam.ergo opera illa fuerunt alicui boni meritoria.¶ In oppositum arguitur per illud Augustini dicentis.peccator non est dignus pane, quo vescitur ergo non potest aliquid a Deo mereri.¶ Respond.dicendum, quod vt tangit tam magister Alexander de Halis, quam dominus Bonauen. Aliqui voluerunt dicere. quod peccator ꝑ bona opera quæ facit in peccato mortali existens nihil apud

Primũ arg.

Secũdũ ar.

Tertiũ arg.

Quartũ ar.

Opponit in contrarium Respondet Ale.de.Ha.

nihil apud Deum meretur nec merito ex condigno, nec merito ex cõgruo, quia qui nihil est in cõspectu Dei nihil videtur posse mereri apud illum. de peccatore dr̃ ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Sed tamen Deus rõne abundantissimæ largitatis suæ bona eius opera non dimittit irremunerata, imo remunerat, & ideo est bonum peccatori bene operari, quis non sit iustum eum remunerari, sed illa magis benignum. alij vero sicut ipse Alexander, Bonauentura, & S. Tho. probabilius dicunt ꝙ sic. distinguunt autem de merito, ꝙ est meritum de cõdigno & meritum de congruo, qua distinctione posita, sunt eorum duæ conclusiones.

S. Thom.

2 Prima conclusio. ¶ Prima† peccator per bona opera quæ facit extra charitatẽ nihil meretur de condigno apud Deum.

3 Secunda cõclusio. ¶ Secunda ꝙ peccator per bona opera præfata potest aliquid mereri apud Deum.† Quid autem dicitur meritum de condigno: & meritum de congruo declarat Sã. Tho. in 4. sic dicens. ꝙ meritum de cõdigno dicitur actio, per quam efficitur, vt ipse agens habeat debitum recipiẽdi. Meritum de congruo est actio per quã efficitur, vt sit debitum dandi in dante ſm misericordiam eius. Qua declaratione habita probatur prima conclusio sic. qui nihil est ſm esse spirituale nihil põt mereri de condigno apud Deum. patet. si peccator extra charitatem existẽs nihil est esse spirituale. j. ad Corin. 23. ergo cõclusio vera. ratio San. Tho. probatur sic. Cum in omnibus quæ gratis dantur prima ratio dandi sit amor. impossibile est, ꝙ aliquid tale debitum sibi faciat, qui amicitia caret. cum ergo oĩa bona tẽporalia, & æterna ex diuina liberalitate nobis donentur, nullus acquirere põt debitum recipiendi aliquod illorum nisi per charitatem ad Deum. Et ideo opera extra charitatem facta non sunt meritoria ex condigno, nec boni æterni, nec temporalis.

S. Thom.

Opponit in cõtrarium. Durandus. ¶ Sed contra hanc rationem S. Thom. arguit dupliciter dominus Durandus. primo quia in illis quæ gratis dantur ratio dandi est amor dantis ad illum cui datur, & non amor eius cui datur ad dantem. & tamen ratio illa procedit non de amore Dei ad nos, sed de amore nostro ad Deum.

Respondet. ¶ Ad hoc dicendum est. ꝙ dominus Durandus salua reuerentia sua non bene ponderauit rationem S. Thom. quæ est efficacissima, ꝙ sic in breuibus patet. licet. n. vt dicit ipse Durandus ratio dandi sit amor dantis ad illum, cui datur, & non recipientis ad dãtem. Nihilominus tamen ratio habendi debitum recipiendi aliquid a dante fundatur in amicitia siue amore, recipientis ad dantem, per quem efficitur dignus recipiendi a Deo, & quia qui in peccato mortali est, non est in amore Dei, sed in odio. manifestum est, ꝙ non de condigno dici aliquid mereri a Deo.

Secũda opi. ¶ Secundo arguit sic Durandus volens probare, ꝙ peccator extra charitatem existens possit ex condigno per bona opera mereri bona temporalia sic. Sicut se habet amor gratuitus qui est charitas ad bona spiritualia, sic amor naturalis ad bona tẽporalia. si ergo homo in charitate. s. constitutus potest de condigno mereri bona spiritualia, eadem ratione extra charitatem existens per naturalem amorem poterit de condigno mereri bona corporalia. vtrobique. n. tam ex parte Dei, quam ex parte hoĩs inuenitur amor proportionatus dono, quod cadit sub merito.

Respondetũ Petr. de pal. ¶ Ad hoc respon iuxta dominum Petrum de palude in 4. negando similitudinem, dicit. n. ꝙ non est simile. primo quia qui est in statu gratiæ omnia eius sunt proportionata ad merendum, & bona naturæ, & bona gratiæ & bona gloriæ, quæ proportio facit condignum. Sed qui non est in gratia nequaquam, imo ex quo non est dignus diuino amore, nec per consequens aliquo dono eius.

Scd'a cõclu.

4 ¶ Secunda conclusio est† peccator bona opera facta extra charitatem merito congrui mereri potest bona temporalia. Patet conclusio iuxta S. Tho. quia decet diuinam bonitatẽ, vt vbicunque dispositionem inuenit perfectionem adijcit.

S. Thom.

5 Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio† ſm prædictum modum merendi. s. de congruo bona facta extra charitatẽ valent ad triplex bonum. Primo. s. ad temporalium bonorum consecutionem, cuius exemplum habemus in obstetricibus hæbreorum, de quibus dr̃ Exodi primo quia timuerunt obstetrices Deum, edificauit illis domos. ¶ Secundo ad dispositionem ad gratiam, sic actuum. 10. habetur de Cornelio, ꝙ valuerunt ei eleemosynæ, & orationes factæ ante infusionem gratiæ, etiam dum erat sine fide. vnde dum per hæc bona quæ fecit consecutus est dispositionem ad gratiam per q̃ hæc bona quæ fecit consecutus est dispositionem ad gratiam per quam hæc bona fuerunt Deo accepta. ¶ Tertio ad bonorum operum satisfactionem. an vero valeãt ad mitigationem pœnæ æternæ insequenti capitulo disputabimus.

Ad argumẽta. ¶ Ad rationes omnes pro vtraque parte vna est responsio quod primæ procedunt de merito congrui, & 2. de merito condigni. & ita procedunt vijs suis.

6 Ad secundum sic ꝑceditur. † Et videtur ꝙ opera bona extra charitatẽ facta nõ valeãt ad mitigationem pęnæ infernalis.

Primũ arg. ¶ Primo sic. opera bona facta in peccato mortali nõ diminuunt ipsum peccatum, cũ non sint illi contraria, & forma non remittitur nisi per aduentũ materiæ, vtpote calor per aduentũ frigoris. si igitur nõ diminuunt culpam, ergo nec pœnã debitã culpæ.

Secundũ ar. ¶ Secundo sic. pęna infernalis quis duratione infinita sit, tñ intensione finita est. sed quodlibet infinitum consumitur aliqua subtractione finita facta. ergo si opera facta extra charitatem aliquid subtraherent de pœna debita pro peccatis, contingeret tandem multiplicari illa opera, ꝙ totaliter tolleretur pœna inferni. ꝙ est falsum.

Tertium ar. ¶ Tertio sic, suffragia ecclesiæ sunt magis efficacia, quam opera extra charitatem facta. sed Augustinus in enchiridion dicit damnatis in inferno nõ prosunt suffragia ecclesiæ. ergo multo minus opera extra charitatem facta.

Opponit & Respondet. ¶ In oppo. est authoritas in litera.

S. Thom. Ale. de hal. Prima opi. ¶ Respond. dicendo iuxta hanc materiam fuit varius modus dicendi, vt S. Tho. Alexander. Bonauentura, & Durandus recitant. Quidam enim dixerunt ꝙ pœna infernalis, & quæcunque alia potest minui dupliciter. vno modo per se, & directe aliquid de pœna subtrahendo, vel minuendo, vel remittendo. alio modo non minuendo pœnam, sed confortando subiectum. verbi gratia. possem diminuere pœnã hominis laborãtis sub onere vel diminuendo de pondere, vel fortificando subiectum dando ei cibum, vel potum quibus homo refocillatus facilius portat onus. Et tunc ad propositum dicunt, ꝙ opera extra charitatem facta valent ad diminutionem pœnę, nõ tollendo, vel diminuendo aliquid de pœna, sed fortificando subiectum. ¶ Ratio primi est, quia manente culpa manet pœna proportionata. sed in damnatis semper manet culpa in nullo diminuta propter opera extra charitatem facta. ergo manet in eis pœna in nullo mutata. ¶ Ratio secundi potest esse, quia nisi talia opera valerent aliquo modo ad diminutionem pœnæ, viderentur omnino frustra facta, quod videtur inconueniens. cum ergo non valeant ad diminutionem pœnæ subtrahendo aliquid de ea: valebunt saltem fortificando subiectum. Sed isti quo ad secundam partem dicunt rationabiliter. qualiter enim fortificatur subiectum per opera extra charitatem facta, non est faciliter videre, nec ipsi dãt, nec apparet aliquis modus inquit Durandus nisi dicatur, quod damnato placet talia fecisse, & sic ex complacentia quæ est delectabilis & cõsentanea naturæ confortatur natura ad sustentationem pęnæ.

Durandus. Sed hoc non valet inquit Durandus. quia opera extra charitatem facta si placerent damnatis aut placerent eis secundum se, quia bona sunt ex genere, & hoc non. quia voluntas damnatorum semper est mala. Si vero solum propter euitationem pœnæ quam incurrissent si talia bona non fecissent. Non videtur propter hoc, quod confortetur natura vt tolerabilius sustineatur pœna illa, quæ habetur.

S. Thom. item ait Sanct. Thom. fortificatio subiecti non est nisi ex ablatione passibilitatis, passibilitas autem est ſm commensurationẽ culpæ: ergo si culpa nõ minuitur, nec subiectum fortificari potest.

Sc'da opin. item quidam alij dicũt, quod opera illa valent ad diminutionem pœnæ quantum ad vermẽ conscientiæ, licet non quantum ad ignem: sed hoc etiã nihil esse dicunt tam Alexander de halis quam S. Tho. quia sicut pœna ignis æquatur culpæ, ita remorsus conscientiæ. vnde similis est ratio de vtroque.

Ale. de hal. S. Thom. Tertia opi. Durandus. dicendum ergo est aliter distinguendo iuxta S. Thom. & Durandum vbi supra.† ꝙ diminuere pœnam infernalem potest intelligi dupliciter. vno modo vt minuatur illa quæ est iam debita.

7 Alio modo, vt non debeatur tanta quanta deberetur si illa opera non fuissent facta. Secundum hoc sit prima conclusio. † Pœna inferni nullo modo minui potest, patet ra

8 tionibus factis in principio quæstionis. quia cum effectus non minuatur nisi diminuta causa, & pœna sequatur ad culpam, sed per opera extra charitatem facta nõ mutatur

9 culpa in aliquo. ergo nec pœna, & debita.

Secunda cõclusio. ¶ Secunda conclusio. † opera bona extra chritatem facta valent ad diminutionem

nutionem pœnę.secundo modo,patet conclusio. Tū quia homo reatum commisionis euadit qui huiusmodi opera .s.perficit. Tum secūdo quia huiusmodi opera aliquo modo ad bonum disponunt,vt homo ex minori contēptu ēt peccata faciat. Tum tertio,quia etiā a multis peccatis per huiusmodi bona opera retrahitur.¶Tertia conclusio per huiusmodi bona opera extra charitatem facta homo meretur de congruo diminutionem siue dilationem pœnæ temporalis.sicut de Achab.3.Re.11. dicitur & supra habitum est.e.dis.c.sicut Achab rex. ¶ His habitis ad rationes in oppositum patet ratio vna.s.ꝙ procedit de diminutione pœnæ infernalis peccato cōmisso debitæ siue de diminutione primo dicta,& ita conceduntur.Litera.¶[Cauendum nobis est.]Hoc scribit Grego.in homilia.20.Certe oī cura est cauendum, ne appetamus hic remunerationem per quam perdamus æternam.Quid(inquit saluator Mat. 18.)prodest homini si vniuersum mundum lucretur, aīæ autem suæ detrimentum patiatur [Mercedem] hoc dicit saluator Matthe.7.contra hypocritas qui bona faciebant, vt honorarentur ab hominibus.Tales.n.mercede copiosa (quæ in cœlis Matthei.quinto)euacuata temporalem, & momentaneam,ac vanam hic recipiūt remunerationem. ideo optime dicit Seneca in libro de quatuor virtutibus. tunc tibi salutaria consilia aduoca,cum tibi alludit prosperitas huius mundi.sic te quasi in lubrico tenebis, nec tibi dabis portus lubricos, sed circumspicies quo eundum sit, vel quousque.

Tertia conclusio

Ad argumēta.

Exponit literam.

1 *Turbari non debemus, si videmus malos prosperitatem habere.*



Vid ergo turbamur.
Inducit Io. Chr.

1 Sententia est.† ꝙ si videmus malos prosperitatem habere non debemus turbari. tum. ¶ Quia hic non est vera retributio malignitatis nec virtutis].i.bonorum vel malorum, quoniā sępe hic punitur & flagellis multis subijcitur, qui nec peccauit,& sæpe habet in bonis temporalibus prosperitatem,qui nullius virtutis est, nec meriti.vnde Lazarus multa mala hic sustinuit,diues vero epulo multa bona.sed Lazarus consolationem in vita alia habet, diues vero cruciatum.Tum.2.quia hic non est plena retributio malignitatis,& virtutis.& hoc est quod dicit [Non ēm ꝙ dignum est]sed ista speratur in futura vita. Et ideo si aliqua fit aliquando in præsenti vita facta retributio,non est[nisi quasi quidam gustus,aut prælibatio]retributionis[iudicij]beatificæ retributionis[vel iustitiæ]damnationis[vt qui resurrectionem].i. retributionem eorum, quæ quisque in corpore[non credunt talibus dote caris.qn itaq; videmus malos ditescere].i. prosperari[nō subruamur].i.a bono quod incepimus nō cadamus,vel a bono proposito auertamur. Nec econuerso cum videmus [bonum mala pati non turbemur.illic]assignat rationem dicēs [illic] .i.in alia vita.i. in bonis,vel malis alterius vitę stat felicitas,vel miseria.Nā ibi vere corona est bonis,& supplicium malis [alia rō]quare non debeamus de hoc turbari[aliqua peccata].s. venialia[Quando ergo prosperitatem habet hic malus] tanquā retributionem illorum bonorum quæ hic fecit[in malo sui capitis est,quia tamen pro illis &c.]

Exponit literam.

I quis autem.
Inducit aliam authoritatem Aug.libro de pœnitentia ad probandum, ꝙ bona opera facta extra charitatem valeāt ad aliquid, & maxime ad mitiorem pœnam sustinendam in alia vita.¶[Quę pertinet ad vnitatem spiritus]Charitas.n.cum sit virtus vnitiua qua fideles in vno vniunt spiritu qua charitate vniti erāt de quibus dr̄ actu.4.multitudinis credentiū erat cor vnū, & anima vna[vinculo pacis]ephe.4.soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis [Ecclesia] hoc charitatis vinculo ecclesia Christi congregata cōnectitur,vt diuersa mēbra vnius corporis.[Nullo modo ista culpanda sunt] licet extra charitatem,& ecclesię vnitatem facta sint,imo vero laudanda[Confitendo &c.]fidem informem,[sed æstimādum est fortasis]ꝙ propter istam pœnitentiam,& tribulationes,quas passus est Christum confitendo,licet fide informi tantum,& extra vnitatem ecclesiæ[Tolerabilius].i. mitius[illi futurū esse futurū iudicium,quam si Xpm &c. vt illud quod ait apostolus] j.Cor.13.respō. ad rationem quæ posset fieri dicendo.ꝙ apostolus ait. ꝙ qui sine charitate est,nihil sit apud Deum.ergo opera præfata extra charitatem facta ad nihil valebunt.respon. ꝙ verbum apostoli intelligitur quo ad regnum obtinendum [.Sed non ad extremum &c. propter charitatem sine qua non est vera pœnitentia].i.fructuosa, quo ad expiationem peccati, & meritum vitæ ęternæ.Sola.n.charitas diuidit inter filios regni,& filios perditionis,vt dicit Augu.de laude charitatis sup illo verbo.j.Io.3.manifesti sunt filij Dei,& filij diaboli.[Tolerat].j.Corin.13.Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur,non agit perperam,non irritatur, non cogitat malum,non gaudet super iniquitate,cōgaudet veritati,omnia suffert &c.

Exponit literam.

August.

Pœnitentia &c.
Hæc est vltima pars huius distinctionis, in qua concludit Gratianns ex prædictis verbis Aug.& existenti in peccato mortali,pœnitentia non est fructuosa, quo ad vitam æternam.Nec diminutio pœnitentiæ,& ceteræ authoritates sibi consonantes negant pœnitentiam tali esse vtilem . Sed, vt dictum est,valet ad multiplicationem bonorum temporalium,valet ad disponendum ad gratiam, valet etiam ad minorem pœnam sustinendam. Ex quibus corollarie elicit,ꝙ non sit pœnitentia deneganda alicui petenti, cū sit vtilis ad ea quæ diximus. Sed hoc melius distinguetur in sequenti distinctione.Quod autem dicit hic glos. & Hug. ꝙ pœnitentia extra charitatem facta valeat etiam ad pœnam temporalem ecclesiæ vitandam,quia ecclesia nō imponit ei satisfactionē ꝓ illo peccato,nec tenetur amplius confiteri hoc peccatum,sed debet confiteri peccatum simulationis,non videtur vsquequaquam verum.primo de satisfactione, quia cum facta fuerit illa extra charitatem, nec fuit recōciliatiua nec satisfactoria.Nam ēm Aug. scio dominum inimicum omni criminoso supra e.distin. sunt plures.oportet ꝙ iterum iniungatur aliqua,& tenetur suscipere sicut superius tactum est.Præterea licet satisfactiones quæ relinquunt aliquem effectum in satisfaciente nō veniant iterandæ.Aliæ tamē sic,vt superius declarauimus, & ideo hoc dictum vniuersaliter non est verum,nisi confesio prius facta fuerit integra omnium peccatorum,quę si fuerit tantum de peccato illo pro quo tantum satisfacit iteranda est[illud autem Ambrosij] dicit ꝙ dictum Ambrosij supra positum debeat intelligi de pœnitentia solenni.Sicut & illud[Non est secundus locus pœnitentiæ]quia videlicet solennis pœnitentia non iteratur, secundum tamen consuetudinem aliquarum ecclesiarum.

Cōtra glo sem & Hu

August.

¶ *Distinctio Quarta.*

2 *Peccata semel dimissa impossibile est, quod redeant quantū ad maculam siue culpam, & nu.3.& 4.*

5 *Operiri potest aliquid in conspectu hominis, non in conspectu Dei.*

7 *Causa est duplex.*

9 *Peccata remissa non redeūt in recidiuante,nec quant. m ad totum reatum,nec quo ad æquiualentiam.*

Bene tamen quo ad aliquam pœnam.nu.10.

11 *Pœna debita peccato est duplex.*

12 *Peccatum veniale quare puniatur æternaliter in inferno.*



Via vero multorū &c.
Hic incipit quarta distinctio,in qua magister Gratianus tractat illam quæstionem.vtrum peccata dimissa redeant.Et diuiditur hæc distinctio in sex partes.in prima inducit magister opinionem dicentium ꝙ peccata dimissa redeant,& per plures authoritates illam nititur cōfirmare.in 2. ponit horum qui dicūt peccata dimissa redire,modum duplicem. in 3.ponit opinionem contrariam.s.dicentium peccata dimissa non redire.in 4 .reuertitur ad opinionem dicentium, ꝙ peccata dimissa redeant.in sexta concludit peccata dimissa per pœnitentiam redire quātum ad supplicium.2.ibi, eorum vero qui hanc.tertia ibi, qui autem dicunt 4.ibi,verum illa sententia . Quinta ibi,antiqua peccata . Sexta ibi, sed his authoritatibus. pro pleniori intelligentia huius distinctionis . Quæruntur hic duo.

Diuisio.

1 ¶Primum

7 ¶ Primum, vtrũ peccata dimissa redeant quantum ad maculam in eo, qui recidiuat.

8 ¶ Secundum est, vtrum peccata dimissa redeant quantũ ad reatum.

1 **Ad primum** Sic ꝓceditur.† Et videtur ꝙ peccata dimissa redeãt quo ad maculam.

Primũ arg. ¶ Primo sic authoritatibus multis positis in litera. ¶ Secũdũ ar i Secũdo sic. remoto operculo siue operimento apparet quod operiebatur. sed charitas operit multitudinem peccatorũ. j. Petri. 4. ergo videtur quod per recidiuum peccati peccata dimissa redeãt. Tertiũ arg. ¶ Tertio sic. sicut se habet culpa ad mortificandum, ita charitas ad viuificandum & ecõuerso. sed charitas subsequens viuificat opera mortificata: ergo pari rõne culpa sequens facit redire mala deleta. Quartũ ar. ¶ Quarto sic. peccati deletio est effectus gratiæ immediatus. sed remota causa immediata remouetur effectus, ergo remota gratia priuatur deletio peccati. si ergo peccatũ gratiam priuat ꝑ cuius actum est deletio peccati, sequitur quod priora peccata remanent indeleta. Opponit i contrariũ. In oppositum est illud Aug. in responsionibus Prosperi dicentis. qui recedit a Christo & alienatus a gratia viuit si quidem secundum hanc vitam, quod nisi in perditionem vadit. sed non id quod diuinum est redit. Secũda opi. ¶ Secũdo sic. eodem peccato & æquali vnius nõ fit alio deterior. Sed contingit innocentem, & pœnitentẽ eodem, & æquali mortali peccato peccare. ergo pœnitens non fit deterior per hoc peccatum quam innocens fieret. ergo videtur ꝙ peccata dimissa non redeant quantum ad culpam siue maculam. Respondet. ¶ Respond. dicendum, ꝙ sicut tangitur in litera: & in glo. & fere omnes recitant doctores de hac materia tractantes. Prima opi. Aliquorum opinio fuit, ꝙ priora peccata redirent, & priora demerita sicut redeunt priora merita, & reuiuiscũt per gratiam subsequentem. dicebãt enim bona, & mala quantum ad mortificationem, & deletionem & quantum ad reditum, & viuificationẽ pari passu ambulare, ẽm illud quod dominus dicit Ezechielis. 18. de viro iusto sed peccante omnium iustitiarũ non recordabor. & de peccatore resurgente ꝙ non recordatur oĩm iniquitatum eius. Sed ista opinio stare non potest, & con-Cõtra prædictam opi. 2 tra eam ponitur talis conclusio.† Quod impossibile est vt peccata semel dimissa redeant quantum ad maculam, siue culpam. probatur ista conclusio primo sic iuxta Phil. 2. de generatione. impossibile est quod cedit in non esse restituatur idem numero. Sed culpa cum deletur omnino cedit in non esse, ergo impossibile est per sequentem actum eandem culpam numero renouari. Durandus. ¶ Secundo sic. argumẽto domini Durandi. si peccata dimissa redirent quantum ad culpam & essentiam aut Deo authore, aut homine. nõ homine. quia per hominem non potest fieri quod idẽ numero reparetur licet simile ẽm speciem sit, sed actus præcedentium peccatorum transierunt. ergo non possunt eadem numero per hominem reparari, nec per Deum reparantur in homine recidiuante. quia tunc se haberet homo ad passiue, Deus autem actiue. & sic peccata essent Dei & non hominis. quia peccatum, vel culpa est malum: quod facimus. pœna vero malum quod patimur. restat ergo ꝙ peccata ẽm se siue quo ad essentiam & maculam redire nõ possunt. Sc̃da opin. ¶ Fuit secunda opinio magis aliquantulum moderata, videlicet, quod peccata non redeant per quodlibet peccatum sequens, sed per quatuor tantum genera peccatorum. s. per odium fraternum, per apostasiam a fide, per contemptum cõfessionis, & per hoc ꝙ aliquis dolet se pœnituisse. Versus: vnde fecerunt versus. fratres odit apostata fit spernitque fateri. Pœnituisse piget pristina culpa redit. Ratio eorum præter authoritates quæ hic dicere videntur, & tãguntur in litera, fuit, quia dominus, vt inquiunt remittit culpam sub qua druplici conditione. s. si ipse dimittit proximo. si perseueret in fide, si confiteatur commissam culpam & si non dolet se pœnituisse. & quoniam pactio frangitur non existente conditione quando aliquis peccat aliquo genere prædictorum peccatorum dicũt culpam redire. Sed nec ista opinio est tenenda licet fuerint magni clerici. s. præpositus. Cõtra prædictam opi. 3 Contra quam sit ista conclusio† per ista quatuor nominata peccata non redeunt peccata dimissa nec quo ad culpam siue maculam aut essentiam. patet primo conclusio ex probatione conclusionis præcedentis, ꝓbatum est enim, quod impossibile erat per quodcunq; peccatum peccata dimissa redire prædicto modo. ergo nec ꝑ aliquod istorum quatuor. ¶ Secũdo quia nulla põt assignari causa, qualiter per hæc peccata magis redeant peccata dimissa, quam per alia, cum etiam alia contingat esse grauiora, vt homicidium quam odium fraternum, & multa alia de quibus non dicitur, quod per ea redeant peccata dimissa. Nec sufficit quod dicunt, ꝙ Deus dimittit peccata sub conditione vitandi ista quatuor, qui sicut arguit San. Thom. & Bonauentura Causa sufficiens inducit effectum suum absolute nihil expectans a futuro. S. Thom. Bonauent. gratia autem, & passio Christi ex cuius virtute sacramenta efficaciam habent sufficientissime se habent ad omnem culpam delendam. præterea nulla est ratio quare magis sub conditione vitandi illa peccata priora remittantur: quam sub conditione vitandi alia peccata. cum omne peccatum contrarietur gratiæ, per quam fit remissio peccatorum. vnde nõ videtur probabile, quod propter aliquam conditionem deficientem culpa dimissa iterum redeat. Tertia opi. Et ideo est tertia po-4 sitio probabilior, & recta quam tenẽt omnes moderni ꝙ peccata dimissa nullo modo in se redeant quo ad essentiã, & culpam, siue maculam, & concedendæ sunt rationes, q̃ pro ista parte inducuntur. pro quo notãdum iuxta S. Thomam, & dominum Durandum quod aliquid potest redire dupliciter, S.Thom. Durandus. vel in se, & sic peccata dimissa nullo modo redeunt, quantum ad maculam, vt dictum est, vel in suo effectu, & hoc modo peccata dimissa redeunt inquantum ex peccatis dimissis aliquid in sequẽtibus relinquitur. Ex hoc. n. ꝙ homo Deum per peccatum offendit post remissionem peccatorum præcedentium quandam deformitatem ingratitudinis actus sequẽtis peccati acquirit, & ideo communiter dicitur, ꝙ redeunt quantum ad ingratitudinem. ¶ Ad rationes iam in oppositum dicendum est. Ad primum argum. Ad primam in qua fit mentio de authoritatibus in litera positis respondebitur in explanatione literæ ad singulas eorum particulariter. Nũc vero dr̃ ꝙ omnes authoritates sonantes, ꝙ peccata dimissa redeant sunt intelligendæ, ꝙ redeant non in se, sed in suo effectu eo modo quo expositum est. Ad secundũ ¶ Ad secundam in qua opponitur de remotione operimenti dicendum iuxta dominum Bonauenturam, ꝙ aliud est operiri in cõspectu hominis, & aliud in cõspe-5 ctu Dei.† In conspectu hominis operiri potest aliquid ita tamen, ꝙ ꝑ hoc non desinit sicut pictura operitur panno, non quia non sit, sed quia non apparet. in cõspectu autem Dei quem nihil potest latere, operire est facere quod non sit, & hoc modo charitas operit priora peccata delendo ea, & ideo cum iam non sint remoto operimento non apparent. ratio autem procedebat de operimento primo, concordat S. Thom. Ad tertium Bonauent. ¶ Ad tertiam de gratia viuificante respon. dupliciter. primo iuxta dominum Bonauenturã negando cõsequentiã. & rõ est qa nõ est simile. Tũ ex parte gratię tum ex parte bonorum, tum ex parte misericordię. Ex parte gãtiæ, qm̃ ipsa est potentior ad bonum, quã culpa in malum. Ex parte bonorum, quia cõnexio est in bonis, & manẽt in vnitate corporis mystici. Nõ sic est in malis. Ex parte etiã diuinæ misericordiæ est differentia, quia propitior est ad miserãdum, quam ad condemnandum. & ideo non valet. ¶ Secundo respon. iuxta S. Thomam & D. Durandum, S. Thom. Durandus. quod non est simile de bonis mortificatis per peccatum, ꝙ reuiuiscant per pœnitentiam, & de peccatis dimissis per pœnitentiam, quod redeant per sequentem culpam. quia merita non mortificantur per peccatum, nisi quia præstatur impedimentum quo durantę non sequitur ꝓmium, & ideo amoto eo habent valorẽ suum: sed ipsa pœna debita peccatis nõ solũ impedit̃ per pœnitẽtiã sed vere remittit̃. & ideo ꝑ sequentẽ culpam non reuocatur, quin sit simpliciter remissa, & nõ solũ impedita. Et rõ est ẽm Thomã. S. Thom. qa remissio peccatorũ est principaliter opus Dei, sed mortificatio ꝑcedẽtiũ meritorum est opus hominis. hõ aũt sua actione non põt euacuare simpliciter opus Dei, quis possit impedire ne sibi prosit, & ideo hõ ꝑ pctm̃ sequẽs nõ põt remissionẽ peccatorũ ꝑcedẽtiũ annulare, & ita ꝑ cõsequẽs pc̃tã illa remissa nõ possunt redire. potest aũt sua actione euacuare ꝙ ꝑ ip̃m factũ est, & iõ põt mortificationẽ meritorũ ꝑcedẽtium ꝑ merita sequẽtia penitus annullare ꝑcipue gratia adiutus. Ad quartũ ¶ Ad quartã rñdetur 7 † ꝙ duplex est causa. q̃dã educẽs effectum tm̃ in esse, q̃dam ẽt cum hoc cõseruãs: de sc̃da habet veritatẽ illa maxima, ꝙ destructa cã destruitur effectus: nõ de prima. Vnde cultellus infligit plagas, non tamen oportet ꝙ destructo cultello destruat̃ plaga. Sic in ꝓposito ẽ intelligẽdum ꝙ gr̃a in suo primo

suo primo aduentu facit culpam: q̃ inuenit in aĩa non esse.

8 Ad secundum Sic ꝓceditur.†Et videtur ꝙ peccata dimissa in recidiuante ad minus redeant quãtum ad reatum. ¶Primo sic per illud Ma. 18. Serue nequam omne debitum dimisi tibi &c. Et post tradidit eum tortoribus, quousq; redderet &c. ergo dominus debitum quod dimiserat exigit. ¶Secundo sic. magis peccat qui offendit Deum, quam qui offendit hominem, sed si aliquis est ab aliquo domino manumissus per offensam in illum commissam iterum reducitur in seruitutẽ. ergo multo fortius si aliquis diuina gratia à seruitute peccati liberatus Deum per recidiuum peccati offendat in pristinã seruitutem reuocatur, & sic peccata redeunt quantum ad reatum. ¶Tertio sic. ponatur ꝙ aliquis post veram contritionem de peccatis præteritis ante completam satisfactionem cadat in culpam, constat ꝙ satisfacere non põt extra gratiam. ponatˀ ergo, ꝙ decedat, iste, reatum secum portat, qui non põt solui per pœnam satisfactoriam, & ita punietˀ pœna æterna, quia in inferno nulla est redẽptio. ergo tantũ punietur, ac si nunq̃ pœnituisset. ergo per sequentẽ culpam redeunt pc̃tã saltem quo ad reatum pœnæ debitæ &c. ¶In oppositũ arguitˀ ex eo: ꝙ reatus pœnæ æternæ est inseparabiliter annexus culpæ. sed culpa non põt redire, vt patet ex disputatione ꝓcedenti. ergo nec reatus. ¶Resp. dicendũ, aliqui voluerunt dicere pc̃tã ꝓcedentia redire quo ad pc̃m, quia per culpam sequentem totus reatus redijt. Contra quã opi-

Primũ arg. *Secũdũ ar.* *Tertiũ arg.* *Opponit in contrariũ.* *Respondet.*

9 nionem est cõclusio† pc̃tã dimissa in recidiuãte nõ redeũt q̃tum ad totum reatum, nec quo ad æquiualentiã. Ista conclusio probatˀ sic iuxta dñm Bonauenturam. primo nõ iudicat Deus bis in idipsum. Naum. 1. Non ergo bis punit, si ergo aliquis pro peccato commisso pœnituit. & se puniuit videtur, ꝙ amplius illum Deus non puniat, quãtumcunq; alias peccet. ¶Secundo si reatus peccatorum præcedentiũ redit: ergo nulla est in mundo vtilitas, ꝙ aliquis bñ fecit & pœnituit, sed hoc vr̃ impium dicere. ergo &c. ¶Secũda cõ-

Prima conclusio. Bonauent.

10 clusio † peccata dimissa in recidiuante redeunt quodãmodo quo ad aliquam pœnam. Pro quo notandum iuxta eun-

11 dem dñm Bonauenturam, & dominum Durandum †ꝙ duplex est pœna peccati debita: vna quæ dr̃ pœna damni quæ consistit in sola carentia gratiæ & gloriæ. Alia est pœna sensus quæ includit dolorem mentalẽ de diuinæ visionis amissione quæ vocatur vermis conscientiæ, & pœna ignis gehennæ. loquendo de prima pœna dicendum est, ꝙ omnia peccata prius dimissa quo ad pœnam eis debitam per sequentem culpam redeunt, quia per eã æquè priuatur hõ, & gratia, & gloria, sicut per oĩa peccata præcedentia. oĩa. n. peccata mortalia in hoc habent connexionẽ: ꝙ auertunt à Deo, & per consequens priuant gratia, ꝑp quod æqualis est effectus vnius, sicut oĩm quantum ad articulum istũ. Et sic loquitˀ B. Iaco. in canonica sua dicens. Iac. 2. Qui offendit in vno, factus est omnium reus. loquendo autẽ de pœna sensus dicendum est, ꝙ quo ad istam pœnam non redeunt peccata dimissa prius: nisi ſm quid, quia homo non est debitor tantæ pœnæ, vt prius. tamen est debitor aliquantulũ maioris pœnæ, quam si præcedentia non fuissent dimissa ꝓpter ingratitudinem quæ est in peccato sequẽti. Cuius rõ est: quia ſm quantitatem culpæ taxatur apud Deum quantitas pœnæ, sed culpa in quam aliquis recidiuat non semper est ęque grauis: vt fuerunt omnia peccata prius dimissa, vt patet, & tamen aliquantulum grauior est propter circunstantiam ingratitudinis quam esset ſm se. ergo non debetur ei tanta pęna, quanta debebatˀ omnibus peccatis præcedentibus antequam essent dimissa. debetur tamẽ sibi maior pœna ratione ingratitudinis, quam esset ſm se. ergo non debetur ei tãta pœna, quanta debebatur peccatis præcedentibus, anteq̃ essent dimissa, debetur tamẽ sibi maior pęna ratione ingratitudinis: quam fuisset alias debita. rõ est manifesta. ¶Nunc dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã de Mat. 18. dicendum est, ꝙ non intelligitur, ꝙ dominus exiget debitum prius donatum siue remissum, sed intelligitur de pœna damni. quasi ita damnabit pro isto peccato sicut pro primis. si non essent dimissa. vel intelligitur dictum rõne aggrauationis pœnæ sensus: quæ ob ingratitudinem sequitur culpam sequentẽ, sicut dictũ est. ¶Ad secundam responde tur, ꝙ rõ nõ ꝓcedit, quia quãuis aliquis manumissus reducatur in eandẽ seruitutem, de qua liberatus confugerat, nõ tñ vt sit ex eadẽ cã seruus: ex qua prius fuerat: sed ex alia. s. ex offensa post manumissionẽ cõmissa, & simile est de recidi-

Secunda cõclusio. Bonauent. Durandus. *Ad primum argum.* *Ad secundũ*

uante, ꝙ reducitˀ in seruitutẽ, nõ tñ vt sit seruus pc̃i ex actibus pc̃torum ex quibus prius fuerat, sed ex actu istius pc̃i. sequẽtis. vnde pc̃tã dimissa nõ redeunt, sed nouum inducitˀ ¶Ad tertiam respondetur iuxta S. Th. & Durandũ. vbi notandum ꝙ recidiuãs in aliquã culpam si moriatur non punitur in inferno pro pc̃tis prius dimissis pęna æterna, sed tẽ porali, nec ꝑp hoc sequitur, ꝙ in inferno sit proprie remissio, seu redemptio quia ad pœnam inferni non pertinet ꝑ se nisi pœna debita pc̃tõ mortali non dimisso, ex hoc totaliter non soluitur nec redimitur, pœna vero quæ debetˀ pc̃tõ mortali iam dimisso cum sit tp̃alis ex taxatione diuina, nõ pertinet per se ad pœnam inferni: sed per accidens: inq̃tum debitor eius ꝓ aliquo pc̃tõ punitˀ in inferno, & hoc ibi totaliter soluitur, non redimitur, nec est incõueniens: ꝙ q̃tum ad aliquod accidentale pœna inferni minuatur vsq; ad diẽ iudicij, sicut etiam augetur. Alij tamen dicunt ꝙ illa pœna rõne fori in quo punitur erit æterna, quamuis fuisset tp̃alis si pc̃tõ dimisso pœna expleta fuisset, sicut est in pc̃tis venialibus, quæ in inferno puniuntur pœna æterna, & in purgatorio pœna temporali. sed hoc non simile. Dicit S. Tho. & do-

Ad tertiũ. S. Thom. Durandus.

12 minus Durãdus†: ꝙ veniale in inferno ideo æternaliter punitur, quia semper manet culpa, cum ibi deleri non posset, & per consequens debet manere pęna, ne culpa maneat impunita, nos autem loquimur de pœna culpæ prius dimissæ debita, quæ eo ipso quod soluitur expiatur.

S. Thom. Durandus.

Quæritur. Tractaturus magister Gratianus hanc questionem vtrũ pc̃tã dimissa redeãt primo inducit authoritates ad probandum, ꝙ redeant in memoriã. Prima est ista & scribitur psa. 108. [Redeat] vt. s. puniatur iniquitas patrum eius. i. iniquitas commissa ab eo, s. Iuda, vel alio filio imitatore iniquitatis paternæ. vnde non loquitur de iniquitate patrum personali à pluribus cõmissa, sed à propria iniquitate filij imitãtis patrẽ in iniquitate. vnde gl. ordinaria ita habet sup psa. peccata patrum illis redeunt, qui ab eis non recesserunt. [Secunda illa euangelij] Mat. 18. [Omne debitum dimisi tibi] voluit Gratianus ponere totam authoritatem, quasi notam. Sed authoritas patet sic. [Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? & iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusq; redderet vniuersum debitum, sic & pater meus cœlestis faciet vobis] i. repetet à vobis dimissa, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Sensus est. i. si ista nõ feceritis, pater meus ita dãnabit vos æternaliter, sicut fecisset pro primis debitis: si dimissa non fuissent. vel ideo dicatur repetere dimissa: quia vt superius diximus: aliquid in culpa sequenti relinquitur aggrauationis vnde meretur plus puniri quam si remissio peccatorum non præcessisset. vnde Aug. in libro psalmorũ. ca. 8. Iudas ad quid venisti [vocatus est]. i. mãsisset in gratia, vel in discipulatu Christi ad quem vocatus est [nullo modo ad eum vel sua]. i. commissa præterita non imitando parentes [vel parentum eius iniquitas commissa] imitando eos [adoptionẽ]. i. gratiã, qua adoptatus fuerat ĩ familia Christi [sed iniquitatẽ]. i. auaritiã [vetusti generis]. i. antiquorũ parẽtũ eius [iniquitas patrum]. i. ipsa iniquitas: quam commisit imitando patres suos in malis [redijt &c.] iniquitas. n. parẽtum non respicit filium quo ad æternam damnationem, siue spiritualem pœnam: nisi paterni sceleris sit imitator.

Exponit literam. *Augus.*

1 *Peccata venialia redeunt per ingratitudinem eo modo quo mortalia.*

Item Rabanus &c Quarta authoritas. Considerandum est quòd dicit vniuersum debitum &c. Pro pleniori intelligẽtia huius partis. Quæruntur hic duo.

1 ¶Primum est, vtrũ venialia peccata redeant eo modo: quo mortalia dicuntur redire per ingratitudinem.

3 ¶Secundum est, vtrum originale peccatum redeat.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur, quod venialia peccata non redeant. ¶Primo sic peccatum mortale sicut per ingratitudinem redit, ita & facit alia redire per ingratitudinem. sed peccatum veniale non facit alia redire per ingratitudinem, alias tota die peccata dimissa redirent. ergo nec ipsum redit. ¶Secundo sic. ex hoc per ingratitudinem peccatum redit, quia maiorem ingratitudinem facit. sed peccatum veniale dimissum non facit maiorem ingratitudinẽ, quia non diminuit charitatẽ.

Tertiū arg. ergo nec redit per ingratitudinem. ¶ Tertio sic. Illud non vr̄ redire, q̄ nec est contrarium charitati. sed peccatum veniale non est contrarium charitati. ergo nō deberet redire propter eius oppositionem, s. ingratitudinem. ¶ In opposi- Opponit in contrariū. tum est tex. præsentis literæ, vbi dr̄. Considerandum est, q̄ dicit vniuersum debitum. inter debita autem venialia computantur in oratione dñica quæ specialiter contra venialia valet. ¶ Respondeo, iuxta Albertum, & S. Thomam est ista Respondet Albertus. S. Thom. 2 conclusio. † Quod eo modo quo peccata mortalia per ingratitudinem redeunt ita & venialia. Probatur conclusio sic, sicut beneficio Dei ascribenda est remissio peccatorum mortalium: ita etiam venialium. sed s̄m hoc q̄ beneficiū remissionis contemnitur quoddammodo in peccato sequenti, s̄m hoc peccata dimissa per ingratitudinem redire dicunt̄. sed ita contingit contemni beneficium absolutionis venialium in pc̄tō sequenti, sicut mortalium. ergo conclusio vera. ¶ Ad rōnes in oppositum respōdetur. Ad primam dr̄, q̄ Ad primū argument. non est simile de pc̄tō veniali & mortali in oībus, quia peccatum veniale quis non tollat gratiam, tn̄ tollitur per gratiam, pc̄tm̄ aūt mortale & gratiam tollit, & per gratiam tollitur. Et ideo pc̄tm̄ mortale & ingratitudinem causat, per q̄ alia peccata dimissa redeunt, & ipsum per ingratitudinē redit, sed pc̄tm̄ veniale quidem per ingratitudinem redit, sed alia redire nō facit, quia ingratitudinē non causat. ¶ Ad se- Ad secundū cundam respondetur negando consequentiā. quia licet nō diminuit gratiā, relinquit tn̄ maiorē ingratitudinē in q̄tū beneficio gratiæ tollit. ¶ Ad tertiā rn̄detur iuxta dn̄m Alb. Ad tertium Albertus. q̄ veniale pc̄tm̄ licet nō cōtrarietur charitati, est tn̄ dispositio in contrarium disponens, & sic contrariatur feruori charitatis: & per hoc remissio eius auget ingratitudinem.

3 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et vr̄ q̄ originale non redeat. ¶ Et primo sic. Si mor- Primum ar. bus rediret medicina redire deberet, sed baptismus qui singularis medicina est contra originale non reiterat̄ aliquo- Secūdū ar. modo, ergo nec originale redit. ¶ Secundo sic. omne pc̄tm̄ quod per actum incurrimus est actuale. sed originale pc̄tm̄ non est actuale: ergo originale pc̄tm̄ p̄ actū sequentis pc̄tī non redit. ¶ Tertio sic. originale est, q̄ est ex naturali origi- Tertiū arg. nale. sed aliquis non pōt bis nasci. ergo originale pc̄tm̄ non potest iterari. ¶ In opposi- Opponit in cōtrarium. tū est tex. p̄sentis literæ, vbi Rabanus ait. ita verū etiam pc̄tā originalia quæ in baptismo ea dimissa sunt. ¶ Respon. sit ista conclusio iuxta dn̄m Albert. Respondet. Albertus. S. Thom. & S. Thomā. originale s̄m essentiā non redit. sed redit prædicto modo sicut alia redire dicunt̄. Ista conclusio probatur sic iuxta superiora fundamēta S. Thom. Omne pc̄tm̄ quod tollit̄ beneficio gratiæ redit in pc̄tō sequenti per ingratitudinem in q̄tum beneficiū illius remissionis contemnit̄ quodammodo in sequenti. sed pc̄tm̄ originale tollit̄ beneficio gratiæ, & per sequentia pc̄tā vr̄ contemni beneficium remissionis illius. ergo originale pc̄tm̄ redit queadmodū & alia. Albertus. Secundum Albertū probatur sic conclusio. Dimissio originalis pc̄tī auget debitum gratiarū actionis: ergo eius interruptio auget ingratitudinē, & per consequens per ingratitudinē sicut alia redit. Est tn̄ pro pleniori intelligentia no- Bonauent. tandum cum dn̄o Bonauentura in 4. di. 22. in expositione literę, q̄ in originali duo sunt. s. carentia debitæ iustitiæ, & vlterius p̄nitas. rōne primi priuat à visione Dei. Sed rōne secundi frequenter in malum trahit. Rōne vtriusq; dr̄ quodā modo redire, quia pronitates intendunt̄, & hm̄oi indignus visione Dei efficitur, & ita quodammodo redit in cōsimili Ad primū argu. reatu. hæc ille. ¶ Ad rōnes in oppositum dicendū. Ad primam rn̄detur, q̄ rō illa procederet, si originale per se rediret, nunc aūt non dr̄ redire in se, sed in alia in quo quodam Ad secundū & tertium modo q̄titas eius manet vt dictum est. ¶ Ad s̄m & tertium eodē modo rn̄detur q̄ verum est q̄ nō redit in se sed bene sicut dictum est. Sequit̄ in litera. ¶ [Verum etiā pc̄tā originalia reputant̄] pc̄tm̄ originale sicut diximus illud redire q̄a in simili reatu redit. s. in carentia diuinæ visionis & augmēto pronitatum ad peccatum, vel reputare dr̄, quia ita homo punitur pro sequentibus pc̄tīs pœna æternæ damnationis: ac si illi peccatum originale dimissum non fuisset. Rabanus aūt dicit originalia licet aūt in vno & eodē hoīe non sit nisi vnum numero originale peccatū, nihilominus Rabanus locutus est pluraliter, vel quia in diuersis hoībus sunt plura numero licet originalia peccata, s̄m q̄ sunt multa subiecta, vel etiam morem illū sacræ scripturæ sequens quo pluralis numerus frequenter ponitur pro singulari: s̄m illud Mat. 2. defuncti sunt. n. qui quærebant animam pueri. vel tertio iuxta S. Tho. in 1. 2. quia in peccato originali virtualiter præ- S. Thom. existūt omnia peccata actualia, sicut in quodā principio. vnde est multipliciter in virtute. vel quarto, q̄a in peccato primi parentis quo per originem traducitur fuerunt plures deformitates. s. superbiæ, inobedientiæ, gulæ, & alia hm̄oi. vel quinto quia multæ partes animæ inficiūtur per peccatum originale. vel sexto quia s̄m alios dr̄ plura propter multitudinem defectuum. inficit. n. carnem, & animam, aufert gratiam, claudit cœli ianuam, inducit ignorantiam, & difficultatem boni, auget concupiscentiam, causat rebellionē carnis ad spiritum, secum mortem affert. q̄a ad Ro. 5. per vnū hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors. [Ex dictis.] Quinta authoritas & est Greg. eodem modo exponitur sicut superiores authoritates. [Rursus exigit] i. ita damnabimur per hæc, sicut damnaremur si peccatum nobis dimissum non fuisset. Hug. vel hoc dictum sit iuxta Hug. S. Thom. sententiam S. Thomę superius positam, quia ratione ingratitudinis grauius puniemur pro sequente culpa, quam si dimissio peccati non præcessisset.

Dimitte Sexta authoritas, quę est August. eodem modo exponit. ¶ [Reuocabo Exponit literam. te]. s. à pœna ęterna, à qua remotus eras per pœnitentiam, & quicquid dimiseram replicabo] replicabo dicit, quia pœna quę sequitur actum culpę sequentis erit maior quam si remissio peccatorum pręcedentium non processisset propter ingratitudinem.

Vi diuini Septima authoritas, quę est Augu. ¶ [Replicabuntur] eodē mo- Exponit literam. do exponitur sicut dictum est, vel quo ad pœnā damni [replicabuntur] quia ad pœnam ęternę dānationis reuocabuntur, ac si prima peccata dimissa nō fuissent. vel quo ad pœnam sensus dicitur, replicabuntur, quia grauior pœna ratione ingratitudinis sequetur.

Reuertar. Octaua authoritas quę habetur Lucę. 11. & Mat. 12. Et quāuis Gratianus eā plene non inducat nos deducemus eam. ¶ [Cum inimicus homo]. i. diabolus [exierit] in pœnitentia, vel in baptismo [ab homine] pompis mūdi abrenuntiante [ambulat p̄ loca inaquosa]. i. explorat cor- Exponit literam. da fidelium ab omni malo humore siccata, si quomodo intrare valeat. 1. Petr. 5. aduersarius vester diabolus tanquam Leo rugiens circuit quęrens quem deuoret [quęrens requiem & non inueniet reuertar vnde exiui]. i. ad animam, à qua per baptismum, vel pœnitentiam eiectus fui, studio & intentione faciendi eam recidiuare [vnde error illius vlterius fit peior priore] hinc dicit B. Aug. timendus est iste versus. [Ne culpa quam in nobis extinctam esse credebamus, p̄ incuriam]. i. negligentiā nos vacantes à bonis operibus [opprimat] quia ita damnaremur, ac si illa non esset nobis dimissa. vel opprimat, quia ratione ingratitudinis grauius puniremur [mox omni prosternet in ima vitiorum]. i. ita consumet illum dignum pœna ęterna, atq; si oīa vitia essent in illo, sicut superius diximus omnia peccata mortalia habent connexionem in hoc. vnde Iacobus in canonica sua, qui offendit in vno, factus est omnium reus.

Peccatum. Nona authoritas quę est Augustin. ¶ [Temporaliter red- Exponit literam. ditur] id est, temporalibus pœnis punitur scilicet, pœnalitatibus huius mundi, & necessitate moriendi & huiusmodi. [Moriuntur] ad Roma. 5. per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, id est, necessitas moriendi. [non autem in ęternum] scilicet, redditur, id est, punitur, per scilicet, carentiam diuinę visionis, quę est propria pœna peccati originalis [in eis qui fuerint per gratiam regenerati in baptismo, sed in ea tamen vsque in finem perseuerauerint].

1 *Iustitia præsens qua dicuntur peccata dimitti quæ sit.*
2 *Peccata prædestinatorum ad vitam æternam qualiter dimittantur.*
3 *Deleri an quis possit de libro vitæ.*
4 *Ordinatur aliquis dupliciter ad vitam æternam.*
5 *Latus Dei dicitur corona iustorum.*

Eorum vero Hic incipit 3. pars, in qua ponit duplicē modū dicēdi eorū, qui dicunt peccata dimissa redire. Primus modus dicēdi est, q̄ illa pc̄tā dimissa

a ¶ Iustitiá. Quid dicatur iustitia vide glo. & Angelú in auth de hæredi.& falc. §. exhæredatos.Bart. Cepol. late in rubri. de test.

Ad tertiú. S.Thom.

a dimissa redeant, quæ dimissa fuerunt secundum præsentem iustitiam, an non ẽm pristinam. Secundus modus dicendi est peccata redeunt simpliciter, & omnino secundus modus tangitur ibi, in verbo alij vero sub finis. dicit ergo in primis ꝙ quidam dicunt, ꝙ peccata illa sunt reditura, quæ dimittuntur ẽm iustitiam, sed non ẽm præscientiam. vbi notan-
1 dum † ꝙ præsens iustitia ẽm cuius reputationem dicuntur pctã dimitti, est illa, quę est à Deo diffinitum, ꝙ qui de peccatis suis vere conteritur, pctõrum suorum veniam siue remissionem consequatur. Ista iustitia habetur Ezec. 18. vbi dr̃. si autem impius egerit pniãm ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & sequitur omnium iniquitatum eius q̃ operatus est non recordabor, in iustitia sua quam operatus est viuet. hæc ibi. Præscientia vero Dei cum sicut colligitur ex ipsa interpretatione nominis dicat prouisionem futurorum, ẽm hanc ergo solum peccata dicuntur dimitti quæ finaliter reditura nõ sunt per aliquod recidiuum. hinc est ꝙ ẽm præscientiam.i. finalis gratiæ prouisionem solũ illorũ dicunt̃ pctã remitti, qui sine pctõ ab ista vita discessuri mansuri semper sunt in gratia Dei, cuiusmodi sunt prædestinati. † Ex quo sequit̃ ꝙ prædestinatorum ad vitam æternam
2 pctã hic remittuntur ẽm præsentem iustitiã, & ẽm Dei præscientiam etiam. Aliorum vero qui finaliter damãdi sunt, cũ hic de peccatis vere pœnitent pctã remittunt̃ ẽm præsentem iustitiã, nõ aũt ẽm pſciẽtiã. patet ex declaratione facta. [Sicut nomina discipulorum] inducit exẽpla ad probandum quod dixerat. Pro horum tñ exemplorum quæ indu-

Prima qõ. Secũda qõ. Ad primá quæstioné.

3 cunt̃ in litera vera intelligẽtia quærunt̃ duo. Primũ est † qd vocetur liber vitæ. Secundum est vtrum aliquis inde deleri possit. Pro responsione. Ad primum est notandum ꝙ liber vitæ metaphorice dr̃ ẽm similitudinẽ à rebus humanis acceptam. Est.n. moris apud homines, ꝙ illi, qui ad aliquid eliguntur in libro ascribunt̃, vtpote milites vel consiliarij. Cũ aũt pdestinati eligant̃ à Deo ad habendam vitam æternam, ideo ipsorũ pdestinatorum conscriptio dr̃ liber vitæ. Dr̃ autem aliquid conscriptum in intellectu alicuius, ꝙ firmiter in memoria tenet: nam in libris materialibus aliquis cõscribitur ad succurrendũ memoriæ. vnde ipsa notitia qua Deus firmiter tenet aliquos, prædestinasse ad vitam æternam dr̃ liber vitæ. Et hoc de primo. ¶ Quantum ad ẽm. Sciendum ꝙ sicut habitum est liber vitæ est conscriptio ordinatorum

Ad secundã quæstioné.

4 ad vitam æternam: † ordinatur autem aliquis dupliciter ad vitam æternam. vno modo ex diuina pdestinatione, & hæc ordinatio nunq̃ frustrat̃. vñ nec sic ordinati ad vitã æternã delent̃ de libro vitæ. Secundo ordinat̃ quis ad vitam ęternã ex gratia. qñq; quicunq; habet gratiã gratum facientem, ex hoc est dignus vita æterna: sed ordinatio qñq; destruit̃, quia gratia perdi põt. vnde tales possunt deleri de libro vitæ, vt deletio referat̃ nõ ad Dei notitiã, s. ꝙ prius aliquid sciat, & postea nesciat, sed ad rẽ scitã. s. quia Deus scit aliquos prius ordinari ad vitam æternam, & post non ordinari cũ gratia definit. Et hæc de secũdo. Legat̃ ergo litera sic. ¶ [Nomina abierunt] Io.6. erãt scripta in libro vitæ. vnde Lu. 10. inquit Christus oĩbus discipulis. gaudete, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. s. ẽm iustitiam aut prædestinationem [pp iustitiam cui seruiebant]. s. gratificantẽ, & iustificãtem, qua quis reddit̃ dignus vita æterna, & ita esse de numero ordinatorum ad vitam æternam, quorum conscripto dr̃ liber vitæ. [non ẽm præscientiam] quia tales, qui in gratia finaliter non perseuerant nõ sunt de numero ordinatorũ ad vitam æternam ex diuina pdestinatione, & ita non ẽm pſciẽtiam, quia solum eos habet, qui sunt de numero saluãdorũ, de quorũ numero isti nõ erãt. [Sic à latere dicunt̃ Dei] habet̃ ex psa. 90. Pro huius versus intelligentia ẽm ꝙ colligit̃

Exponit literam.

Augustin.

5 ex gl. Aug. Est notandum ꝙ loquit̃ de pſumptoribus de se qui cadunt à Deo † latus Dei dr̃ corona iustorum, qui cũ eo iudicabunt. vnde cõsueto sermone dr̃ mystice de latere vestro.i. de illis, qui vobiscum habẽt consiliũ. latus ergo Christi sunt illi, quibus Christus promisit, ꝙ cum eo iudicarent .s. Apostolis & eorum imitatoribus, per dextras aũt Dei intelligit̃ diuina beatitudo. Sunt aũt multi qui putãt se iudicaturos cũ dño, & multo plures, qui putant collocãdos à dextris inter saluandos. Sed quia de se pſumunt nõ habentes in alto radicẽ charitatis defixã decidant à cogitationibus. Verum quia pauciores sunt, qui putãt se iudicaturos, & plures sunt, qui putant se esse saluandos: cum tñ non sint ideo ibi mille, hic decẽ millia ponit. Lege ergo literã. [Cadent à latere Dei].i. à consortio bonorum, qui iudicaturi sunt cũ dño [mille] quia pauciores sunt, qui se putant, sicut dictum est iudicaturos cum Christo. [Et decẽ millia à dextris tuis].i. ab æternæ beatitudinis participatione, vel à numero saluãdorũ, dicit aũt hic, decẽ millia, quia vt habitum est multo plures sunt, qui putant se saluandos: q̃ qui putent se cum Christo iudicaturos [nunq̃ suis].i. pordinatis ad vitã æternã [annũtiauerat hinc dñs] cõfirmat idẽ authoritate dñi Exo. 32. [si qs peccauerit ante me delebo eum de libro vitæ] talis dr̃ scriptus in libro vitæ, vt dictum est ẽm præsentem iustitiã propter gratiam quã habet rõne cuius dignus est vita æterna, sed cum non perseuerat in ea peccando, cadit per consequens ab ordine ad vitam æternam, & ita dr̃ deleri de libro vitæ, quia ibi solum erat ẽm præsentẽ iustitiam scriptus: nõ autem ẽm præscientiam, vt supra est expositum sæpe.

Sed non in pluribus &c. Confirmat idẽ videlicet quod non omnes scripti sunt in libro vitæ ẽm pſcientiã Dei authoritate Aug. super. c. ad Cor. ¶ [Sed non in pluribus] ista verba sunt apostoli. 2. Cor. 4. [& si in aliquibus]. s. in aliquibus bonis [cõia sunt] verba sunt Aug. in gl. [communia].i. communiter oĩbus offerunt̃ .s. bonis & malis fictis, & nõ fictis.i. quasi ficti. Hu. [Sed gratia] quæ est effectus ipsorum [non est communis oĩbus] suscipientibus ipsa sacramenta, hoc malitia suscipiẽtiũ impediente [baptismus cõis est].i. oĩbus cõfertur [sed nõ virtus] .i. remissio pctõrum: quia ista non semp in baptismo cõfertur oĩbus malitia suscipiẽtis qñq; impediẽte: vt infra de cõsec. di. 4. ostẽdit̃ [verũ hoc de ficte] dicit ꝙ hoc ꝙ dixerat: videlicet ꝙ nõ oĩbus erat cõis gratia, qbus cõia erãt sacramẽta: dicit ꝙ intelligẽdũ est de ficte accedẽtibus ad sacramẽta quia q̃ digne accipiũt baptismũ oẽs accipiũt gratiã indubitãter, vel de his q̃ extra ecclesiã baptizant̃. s. adulti, & discreti, & voluntarij, nulla necessitate vel articulo mortis compulsi, quia tũc secus esset. vt in c. si quem. 24. q. 1. de consecr. di. 4. sanctum. [minime assequuntur] donec fictio & malitia de corde suscipientis per pœnitentiam non recesserit. vt infra de consecr. di. 4. à paruulo. & si aliquando.

Exponit literam.

1 *Deus, quare quibusdam donat donum perseuerantiæ quibusdam non.*
2 *Finis omnium diuinorum operum est manifestatio diuinę bonitatis.*
3 *Filius Dei, an quis sit dicendus simpliciter ex sola prędestinatione.*
Et an secundum iustitiam præsentem. nu. 4.
5 *Veritas multipliciter dicitur.*
6 *Prædestinatio an sit certa & infallibilis. quod sic. nu. 7.*
8 *Prædestinationis certitudo non imponit necessitatem saluandis ita quod effectus eius ex necessitate veniat.*
9 *Corona dicitur esse alicuius dupliciter.*
10 *Possibile dicitur aliquid dupliciter.*
16 *Adoptatus in filium Dei conformatur vero filio eius.*

Si ex bono in malum &c. Inducit consequẽter dictum Aug. valde prolixum, & perplexum in quo videtur in generali tria facere iuxta gl. In primo mouet quæstionem loquendo contra quosdam hæreticos, ecce aliqui sunt boni charitatem habentes, & dum in tali bonitate sunt, non moriuntur: peccant postea, & ita facti mali moriuntur. quærit ergo Augustinus quare nõ rapuit eos Deus de vita præsenti dum boni erant. Secũdo distinguit inter filios Dei, cuius occasione exponit illud Ioãnes. 1. Io. 2. ex nobis exierunt &c. Tertio exponit, quòd perseuerantiam dat Deus solis prædestinatis, & huius occasione interserit, ꝙ discipuli quidam sunt veri, quidam nuncupãtur. dicit ergo in primis. [Si] pro quia, ita conuenit de multis [ꝙ ex bono in malum cadentes] & hoc [deficiente voluntate bona moriũtur] id est, subtrahuntur de præsenti vita [respondeãt si possunt, cur illos ne malitia] hoc scribitur Sapien. 4. [potestate] arguit quasi à sufficienti diuisione. non potest primo dici, quòd non habeat potestatem ad hoc, cum dicit propheta dominus ipse mortificat & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. nec secundo potest dici [quod eorũ mala futura nescierit] cum oĩa nuda & aperta sunt oculis eius, & omnia nouit futura anteq̃ fiant. Dan. 13. Nosti omnia ante quã fiant [respondeant] simile supra 23. quæstione. 4. de tyrijs. [tali-bus]

Exponit literam.

bus].s. altissimis, profundis, incōprehensibilibus nobis[exclamamus]Roma.11.[Iudicia]gl.i. dispositiones de omnibus[vir eius]gl.i. impletiones dispositionis, quia nec in exhibitione pōt cognosci, ꝙ disposuit. Præterea tertio non potest dici ꝙ Deus non consueuit dare hoc donum, videlicet ꝙ aliquis rapiatur de præsenti vita, dum est bonus [siue finalem in bono perseuerantiam]quoniam oppositum dicit scriptura quæ mentiri non potest[quæ immatura]id est festina dicitur. Sapien.4.[raptus est]ideo de præsenti vita [ne malitia mutaret]quia difficile est in hac vita conuersari sine peccato [& ne fictio]iniquitas hoc scriptum est. primo Paralyp.19.[non est apud Deum nostra iniquitas, nec personarum acceptio]& Deutetono.32. Deus fidelis absque vlla iniquitate iustus & rectus.[Acceptio]Actuum.4.[Tētatio]Iob.7. secundam aliam translationem militia est vita hominis super terram.[Sicut ergo coguntur fateri donum Dei esse]quoniam nulli dubium est: quin ex dono Dei sit, quòd homo vitam in statu gratiæ & ita perseueret in bono vsque in finem. Cur autem id alijs non donetur

Quæstio. 1 ignoratur.¶Hic surgit quæstio: vtrum possit assignari ratio quare quibusdam Deus det donum perseuerantiæ, &

Respondet quibusdam non.¶Ad hoc respondemus, quòd ista quæstio duobus modis potest poni, & intelligi. vno modo.s. in generali dicendo cur Deus non omnibus det donum perseuerantiæ sed quibusdam sic, & quibusdam non. Secundo modo pōt poni, & intelligi in speciali dicendo, quare Deus potius dedit huic donum perseuerantiæ, & illi non. Ad

S.Thom. istam respondendo sequendo sanctum Thomam super epistolam ad Rom. tractantem illud apostoli. Cui vult miseretur, & quem vult indurat. Et super Io. tractantem illud Io.

Prima conclusio. 6. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit illum. Ponemus duas conclusiones. Prima, ꝙ cum proponitur quæstio illa in generali hic potest ratio assignari, videlicet, vt in illis quibus donum perseuerantiæ non donat apparet, & fulgeat ordo diuinæ iustitiæ, in illis autem quibus donat perseuerantiæ donum immensitas diuinæ misericordiæ. Pro quo

2 notandum ꝙ finis omnium diuinorum operum est manifestatio diuinæ bonitatis. Proue.16. vniuersa propter semet ipsum operatus est dominus, vt autem habetur ad Rom.1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. tanta est autem diuinę bonitatis excellentia, ꝙ non potest in vno modo nec in vna creatura sufficienter manifestari, & ideo diuersas creaturas condidit, in quibus diuersimode manifestatur, quantum ad illos, quos pro eorum meritis punit. Misericordia vero in illis quos ex sua gratia liberat, & ideo vt vtrunque in hominibus manifestetur quibusdam misericorditer perseuerantiæ donum tribuit, sed non

Scd'a cōclu. omnibus.¶Secunda conclusio ponendo quæstionē in speciali dicendo, videlicet. Quare huic donat perseuerantiam, aut huic miseretur, non illi det, aut misereatur, non potest assignari ratio, nisi solum beneplacitum diuinæ voluntatis

August. vnde dicit Augustinus, quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat, & quare illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare. semel accipe, & intellige, non traheris ora vt traharis. veritas harum duarum cōclusionum potest ostendi per exemplum in rebus humanis. Nam quare aliquos lapides ponat artifex superius, aliquos inferius: & alios à lateribus assignari potest ratio ex parte finis, quia perfectio domus quam facere intendit hoc ita requirit & exigit, vt fundamentum habeat lapides in imo, & cacumine parietis, ꝙ habeat lapides in summo, sed quare hos lapides ponat in summo & hos in imo, non habet rationem nisi quia artifex ita voluit.¶Item aliud exemplum est quare Christus in ecclesia aliquos fecit apostolos, aliquos confessores, & aliquos martyres. rō assignatur propter ecclesiæ decorem & complementum Sed quare fecit Petrum Apostolum, Stephanum martyrem, & Nicolaum confessorē, non est alia rō: nisi voluntas Dei. sic in proposito. Et ita exponēda est litera B. Aug. vt accipiantur eius verba in speciali.[Ne nos moueat]excludit vnam electionem, videlicet si quis diceret imo Deus aliquibus filijs eius non dat, siue tradat donum perseuerantiæ. Respon. ꝙ hoc est falsum loquendo de filijs prædestinatis[qui solum filij promissionis].i. promissę æternæ beatitudinis. Et hic capit occasionem distinguendi de filijs Dei, vt quidam dicantur ₰m prædestinationem diuinam filij Dei, quidam autem ₰m præsentem iustitiam. de his autem qui dicuntur ₰m præsentem iustitiam sequitur.[Nam isti].s. quibus Deus non dat perseuerantiæ donū[dū pie viuunt, dicuntur filij Dei]Io.1. dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, sed quia viuituri sunt impie, & in eadem impietate morituri.[Non eos dicit].s. scriptura[filios Dei].s. ₰m prædestinationem pscientia Dei]hic tangit de filijs ₰m prædestinationem, præscientia].i. prædestinatione. sic.n. præscientia accipit sæpe in hac distinctione cū pdestinatio proprie accipitur in bono, præscientia vero in bono, & in malo[nondū sunt nobis].i. ₰m opinionem nostram, qui iudicamus ex operibus. iuxta illud Io.4. vos facitis opera patris vestri[& sunt iam Deo filij]:s. prædestinatione[de quibus]confirmat hoc authoritate Io. 11.[non tm̄ pro gente]verba ista addidit euangelista adverba pontificis, quia.s. non tm̄ moriturus erat pro gente.s. populi Iudæorum, vt Caiphas dixit, sed addidit etiam pro toto mundo[vt filios Dei dispersos]per varios ritus infidelitatis[cōgregaret in vnū].i. in vnitatē fidei &c. pro pleniori intelligētia huius partis. Querunt tria. Primū est, vtrū ex sola pdestinatione quis simpliciter sit dicendus filius Dei. Secundum vtrum qui ₰m solā præsentem iustitiā sunt filij Dei, sunt dicendi vere filij Dei. Tertium est vtrū prędestinatio sit certa & infallibilis, vt necesse sit pdestinatum saluari.

3 Ad primum Sic proceditur. Et vr̄, ꝙ ex sola pdestinatione quis dicat simpliciter filius Dei. Arguitur ex litera pręsenti, vbi Aug. simpliciter filios Dei noīat qui sola pdestinatione diuina sunt filij Dei.¶In oppositum vr̄ ex eo, ꝙ pdestinatio cū sit species prouidentię, & nihil aliud sit, q̄ rō ordinationis alicuius ī salutē ęternam in mente diuina existens, nihil ponit in prędestinato per quod actu denominandus sit id, ad quod prędestinatus dr̄, sed est in prędestinante tm̄ sicut prouidentia in prouidēte, & pręscientia in pręsciente, non autem in rebus prouisis aut pręscitis. ergo sequitur ex sola diuina prędestinatione non pōt actu & simpliciter quis vocari filius Dei, sed tantū ₰m quid & in potentia.¶Respon. sit ista conclusio ex sola dispositione diuinę pdestinationis non est aliquis dicēdus seu denominandus s. actu & simpliciter filius Dei aut ouis eius aut membrum Christi. sed ista denominatio simpliciter & actualis suscipienda est ₰m pręsentem iustitiam. Probat ista conclusio nullus pōt dici filius per adoptionē actu & simpliciter: nec membrum Christi, nisi habeat ea actualiter, quibus quis efficitur filius Dei per adoptionem, & ea quibus incorporatio corpori ecclesię siue Christo perficit, quantumcunq; aliquis sit pdestinatus ad hmōi. patet quia ista pdicata dicunt rem, nō ens rōnis, & per simile patet, q̄ q̄tumcunq; aliquis sit pdestinatus ad beatitudinne non dr̄ actu beatus nisi habeat ea formaliter, q̄ faciunt ad beatitudinē, & ita in ꝓposito. cum ergo pdestinatio nō sit aliquid reale formale existēs in pdestinatis, quo quis filius Dei aut membrum Christi dicat, impossibile est dicere cū veritate: ꝙ denominatio simpliciter filiorum Dei aut membrorū Christi accipienda sit ex sola dispositione diuinę pdestinationis, sed accipiēda est ₰m psentē iustitiā, cū talis qui ₰m psentē iustitiā filius Dei aut mēbrum corporis Christi dr̄, habeat ea actu quibus aliqs actu & simpliciter talis dr̄, & nominat. habet.n. actu spm̄ adoptionis quo quis actu efficit filius Dei ₰m illud ad Ro.8. Qui spū Dei agunt, hi filij Dei sunt. qui est ēt quo qs incorporat corpori ecclesię. ₰m illud ad Eph.4. vnus spūs, & vnū corpus, gl. Spūs sanctus est quo efficimur vnū corpus.¶Secūdo qui est extra gratiā Dei in pc̄ō.s. mortali est actu & simpliciter filius diaboli q̄tūcunque sit pdestinatus ad vitam ęternā. ergo impossibile est, ꝙ talis sit simul actu, & simpliciter filius Dei. patet dicit.n. Apostolus ad Cor.7. non est conuētio Christi ad Belial. vbi inquit gl. quia nos membra Christi, illi aūt mēbra diaboli, & Christus & diabolus non conueniūt. antecedēs patet Io. 1. dedit eis ptātem filios Dei fieri. gl. mirabilis pc̄ās, vt qui filij diaboli erant: filij Dei & fratres Christi ꝑ eū liberati dicant. Itē ad Eph.5. eratis aliqn̄ tenebrę, nunc aūt lux in domino, vt filij lucis ambulate. vbi dicit gl. prius eratis filij diaboli principis tenebrarum, nunc vero iustificati per fidē & baptismū filij Dei per adoptionē qui est lux vera. Ista sufficiunt perfunctorie in hoc loco, quia de ista materia latissime locuti sumus in summa nostra de ecclesia li.1.c.5.¶Ad rōnē aūt in oppositū dicendū est, ꝙ oēs tales ꝓpositiones, in quibus aliq dicātur simpliciter filij Dei ex sola prędestinatione, intelligendę sunt ₰m quid, siue in potentia. vnde semper debet addi in talibus ꝓpositionibus s. ₰m pdestinationē. vnde sup illo verbo Io.11. supra posito vt filios Dei congregaret,

Primū arg.

Opponit in contrariū.

Respondet.

Ad argum

congregaret,dicit gl.continua hæc secundum prædestinationem dicta sunt:nam nec oues nec filij eius adhuc erant.
S.Thom. Et conformiter B.Tho.in postilla sua super eodem verbo
Gregorius dicit sic.filios Dei,hoc non est intelligendum, ꝙ tunc iam
Nicolaus accepissent adoptionis spiritũ,quia vt dicit Greg. nec oues
de lyra. nec filij adhuc erãt p adoptionẽ.hæc S.Th.Itẽ Nicolaus de lyra pariformiter ita dicit,nõ qa adhuc eẽnt filij Dei actu, sed potẽtia ad actũ reducẽda, qa erant pdestinati.hæc ille.

4 **Ad secundum** Sic procedit.†Et vr̃,ꝙ filij ſm iustitiam præsentem tm̃ non sunt vere filij Dei.
Primũ arg. Ex litera sic,dicit.n.Aug.in eodem capitulo. Ex multis quando erant nobiscum.hoc est,non erant ex numero filiorum,etiam quando erant in fide filiorum. quoniam qui vere sunt præsciti,& prædestinati sunt conformes imaginis &c.
Opponit in cõtrarium. ¶In oppositum est,quia qui habet veram causam filiationis adoptionis,est vere filius Dei adoptiuus: sed isti, qui habere dicuntur præsentem iustitiam cum habent gratiam gratum facientem quantumcunq; non sint prædestinati habent actu spiritum sanctum per quem vere adoptamur in filios Dei.prima Io.3.videte qualem charitatem dedit nobis Deus:vt filij Dei nominemur & simus, ad Ro.8. Qui spiritu Dei aguntur,filij Dei sunt.ergo qui ſm præsentem iustitiam sunt filij Dei sunt vere filij Dei.
Respondet. ¶Respõdeo pro declaratione multarum authoritatum sanctorum doctorum in hac materia & etiam in alijs multis.Est notandũ
5 †ꝙ veritas multipliciter dr̃. est.n.veritas essentiæ, quæ ſm rationem speciei consideratur,de qua potest intelligi illud Aug.in soliloquio.dicentis verum est illud quod est. ¶Secundo modo dr̃ veritas permanentiæ continuationis, siue perseuerantiæ.hoc modo non dr̃ verum quod cito desinit esse,siue illud quod permansurum non est. ſm illud Io.8.Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. ¶Tertio modo dr̃ veritas perfectionis siue consummationis, de qua potest accipi illud Luc.21.vere hic homo iustus est, vere quidem iustus dictus est Christus consummatæ iustitiæ, & per consequens perfectionis fuit.Mat.3.Sic decet nos implere omnem iustitiam.Qua distinctione habita conclusio sit ista.Qui ſm præsentem iustitiam sunt filii Dei,sunt vere filij Dei veritate essentiæ,sed non omnes sunt veri veritate permanentiæ,Ista conclusio est Aug.in litera præsenti vbi infra ita dicit.Ex nobis prodierunt quid aliud dicunt nisi non erant filij Dei,etiam quãdo in professione, & nomine filiorum Dei,non quia iustitiam simulauerunt, sed quia in ea non permanserunt.Ecce qualiter Augustinus dicit illos veros filios Dei veritate essentiæ in hoc, ꝙ dicit eos veram & non simulatam iustitiam habere,eos autem dicit non veros veritate permanentiæ cum ait:sed quia inter ea perseuerauerunt.& ita in litera plenius ista confirmantur quibus sic explanatis clarior reddetur litera præsentis capituli.

6 **Ad tertium** Sic proceditur.†Et vr̃ ꝙ prædestinatio nõ sit certa,& ĩfallibilis.
Primum ar. ¶Primo sic.nulla causa cuius effectus potest variari habet certitudinem respectu effectus sui.Sed effectus prædestinationis põt variari quia ille,qui est prædestinatus potest non consequi effectum prædestinationis,quod patet ex hoc quod Augu. dicit exponẽs hoc quod habetur Apoc.3.tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam quam alius non est accepturus nisi iste perdiderit.Ex quo vr̃,ꝙ vnus potest amittere & alius accipere coronam,quæ est prædestinationis effectus.
Secundũ ar. ¶Secundo sic.possibili posito in esse nullum sequitur impossibile.possibile autem est prædestinatum aliquem vt Petrum peccare,& tunc occidi.hoc autem posito sequitur effectum prædestinationis frustrari.ergo istud non erit impossibile.non ergo prædestinatio erit certa.
Tertiũ arg. ¶Tertio sic.in psal.dr̃ sic psa.6 .deleantur de libro viuentium. sed non potest de libro deleri,qui ibi scriptus non est,cum ergo prædestinatio sit liber vitæ,videtur ꝙ aliquis à prædestinatione potest deficere,& ita non erit certa.¶Quarto sic.quicquid Deus potuit potest.sed potuit non prædestinare,quem prędestinauit.ergo potuit non prædestinare.ergo prædestinatio non est certa.
Opponit in contrariũ. ¶In oppositum est textus præsentis literę: vt dr̃ ex authoritate B.Io.ꝙ si fuissent ex nobis.s.ſm prædestinationem mansissent vtiq; nobiscum.Item subiungit in litera ꝙ non perijt filius promissionis.
Respondet. Prima conclusio. ¶Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus.Prima est†ꝙ prædestina-
7 tio est certissima & infallibilis.Probatur conclusio ista,primo patet ex gl.quadam super illud ad Ro.8.quos præsciuit, hos & prædestinauit &c.dicit prędestinatio est. præscientia, & præparatio beneficiorum Dei,qua certissime liberamur quicunque liberamur.¶Secundo sic.omne illud cuius veritas est immobilis oportet esse certum & infallibile. sed veritas prędestinationis est immobilis,vt dicit Aug. libro de prędestinatione sanctorum.ergo prędestinatio habet cer-
8 titudinem & infallibilitatem.¶Secunda conclusio†ꝙ prędestinationis certitudo non imponit necessitatem saluandis:ita ꝙ effectus eius ex necessitate veniat. Secunda conclusio. Patet ista cõclusio,quia prędestinatio est prouidentię pars.sed non omnia quę prouidentię subduntur necessaria sunt:sed quędam cõtingenter eueniunt ſm ordinem causarum proximarum, quas ad tales effectus diuina pꝛouidentia ordinauit,sicut maxime patet in his quę per liberum arbitrium eueniunt quę contingenter eueniunt,& tamen prouidentię ordo infallibilis est.sic ergo licet ordo prędestinationis sit certus tamẽ libertas arbitrij non tollitur,ex qua contingenter prouenit prędestinationis effectus.¶Secundo sic.si ex prędestinatione effectus eius veniret,sequeretur,ꝙ non esset in potestate hominis quod facit,nec esset dominus suorum actuum.& ita nec pro benefactis veniret pręmiandus, nec pro malefactis veniret puniendus & sic periret consilium, periret casus,periret liberum arbitrium.vt Aristoteles arguit in 2.perihermenias.¶Pro pleniori notitia harum conclusionum, est notandum,ꝙ vt inquit S.Th.in primo sententiarũ. dis. 41.quidam dixerunt,ꝙ Deus non cognoscit futura contingentia,nisi ſm ꝙ sunt.s.sciens ea esse contingentia, sicut necessaria esse necessaria. S.Thom. Sed hoc improbat Boethius quia ſm hoc sequeretur,ꝙ Deus non plus cognosceret de salute hominum futura,quam homo qui eam ẽt scit esse contingentem. Boethius. Vnde alij dixerũt ꝙ prędestinatio habet certitudinẽ, ita numerus saluandorum apud Deum est certus, accipiendo numerum quo numeramus.s.ꝙ saluabuntur centũ, vel mille.& sic de alijs.Non autem certus numerus materialiter sumptus,s.quo ad supposita,qa isti homines possunt saluari,& non saluari.sed hoc est attribuere Deo imperfectã cognitionem.si.n.cognoscit cognitione etiam in vniuersali tantum.s.ꝙ saluabunt,& non ꝙ isti,imperfecta est eius cognitio.si autem cognoscit ꝙ etiam isti,oportet hoc certum esse,quia eius cognitio incerta esse nõ potest,sicut nec falli.Et ideo dicendum est, ꝙ numerus prædestinatorum vtroq; modo acceptus & formaliter, & materialiter certus est Deo,sed incertus nobis.nec tamen ista certitudo necessitatem saluandis imponit.prædestinatio.n.includit in suo intellectu prescientiam,& prouidentiam salutis omnium, prouidentia autem quamuis sit omni,non tamẽ omnia necessario contingunt,sed ſm causarum proximarũ effectus, quarum naturas & ordinationem prouidentia & prædestinatio saluat,præscientia etiam non imponit necessitatem rebus,nec inquantum est causa cũ sit causa prima cuius cõditionem effectus non habent,sed causæ proximæ,nec in ratione adequationis ad rem scitam,quæ ad rationẽ veritatis & certitudinis scientiæ exigitur.quia adæquatio ista attenditur scientiæ Dei ad rem non ſm ꝙ est in causis suis, in quibus est vt possibile futurum tãtum,sed ad ipsam rem ſm ꝙ habet esse determinatum prout est præsens,& non futurũ. & ita patet ꝙ certitudo prædestinationis nullam necessitatem saluandis imponit.¶Ad rationes in oppositũ. Ad primum argum. Ad primam respondetur negando minorem,& ad probationem
9 cum inducitur illud Apocalyp.3.tene ꝙ &c.†ꝙ corona dr̃ esse alicuius dupliciter.vno modo ex prædestinatione diuina,& sic nullus coronam amittit.Alio modo ex merito gratiæ,quod.n.meremur quoddammodo nostrũ est. & sic suã coronam aliquis amittere põt per peccatũ mortale. Alius aũt illam coronam amissam accipere dr̃, quia in locũ eius surrogaĩ ad supplendum numerũ electorũ,non.n. Deus p mittit alios cadere,quin alios erigat.ſm illud Iob.34.cõteret multos,& innumerabiles,etiam stare faciet alios p eis. Sic ẽt in loco angelorum cadentium substituti sunt hoĩes, & in locum Iudęorum gentiles.Substitutus aũt in statũ gratię ẽt quantum ad hoc corona cadẽtis,quia de bonis q̃ alius fecit in vita ęterna gaudebit.in qua pp connexionem charitatis,quæ facit oĩa bona mẽbrorũ ecclesię cõia esse vnusq̃sque gaudebit de bonis, tã à se, q̃ ab alijs factis.Dr̃ tamen ne alius accipiat coronam tuam,vt dicit S.Th.in scripto nõ ad excludendum prædestinationis certitudinem,sed ad ostendẽdũ arbitrij libertatem. S.Thom. Ad secundũ ¶Ad secũdam respondetur iux-
10 a S.Thom.in q.de veritate quod aliquid dicitur possibile dupliciter.vno modo cõsiderando rõnem,quę in ipso est,

ſicut dicimus ꝙ lapis poteſt moueri deorſum. Alio modo conſiderando id, quod ex parte alterius eſt, ſicut ſi diceremus ꝙ lapis poteſt moueri ſurſum, non niſi per potentiam proijcientis, cum ergo dr̄ ꝙ prædeſtinatus iſte poteſt in peccato mori, ſi conſideretur potentia ipſius, verum eſt. Si autē loquamur de prædeſtinato ſm ordinē quē habet ad aliud, ſ. ad Deum prædeſtinantem, ſic ordo ille non compatiť ſecum iſtum euentum, quamuis compatiať ſecum iſtam potentiam, & ideo communiter dr̄, cum dr̄ ꝙ prædeſtinatus poteſt in peccato mortali mori, ꝙ ſi accipiať ſubiectum ꝓ ut ſtat ſub forma prædeſtinationis ſic eſt compoſita, & falſa, ſi autem accipiatur abſente non prout conſideratur ſub tali forma, ſic eſt diuiſa, & vera. ¶Ad tertiam reſpondeť negando conſequentiam, & ad probationem dr̄ iuxta S. Th. ꝙ prædeſtinatio eſt liber vitæ ſm ꝙ in eo dr̄ aliquid ſcribi non ſolum quantum ad præſentem iuſtitiam, ſed etiā quantum ad futuram gloriam, & ſic ſcriptus nullo modo poteſt deleri de libro vitæ, ſed qui ſcripti ibi ſunt quantum ad præſentem iuſtitiam tn̄ dicuntur inde deleri, cum à gratia per peccatum mortale cadunt, nec hoc fit aliqua mutatione facta ex parte libri, vt aliquid in eo fuerit, quod poſtmodum non fit, ſed ex parte illius, qui in libro ſcriptus eſſe dr̄ inquātum. ſ. mutatur a ſtatu præſentis iuſtitiæ, & ſic vita eius non reputať, vt præſens, ſed vt præterita. ¶Ad quartam reſpōdetur ꝙ Deus abſolute loquendo pōt vnūquemq; prædeſtinare vel non p̄deſtinare, quia actus prædeſtinationis cū menſureť æternitate, nunquam cadit in præteritum, ſicut nunquam eſt futurum. vnde ſemper conſideratur vt egrediens à voluntate per modum libertatis, tn̄ ex ſuppoſitione efficitur hoc impoſſibile: non. n. poteſt non prædeſtinare ſuppoſito vel cum ſuppoſitione: quia prædeſtinauerit vel econuerſo, quia mutabilis eſſe non poteſt, & ita non ſequitur, ꝙ prædeſtinatio poſſit variari &c. Litera. ¶[Iam filij Dei erant] ſ. ſm prædeſtinationē, ꝙ eſt eſſe in potentia reducendo ad actum. [Sunt rurſus quidā] ponit aliud mēbrum diuiſionis [nec tn̄ ſunt filij Dei]. ſ. ſm prædeſtinationem, licet ſimiliter ſint filij Dei adoptiui cum habeant actu ſpiritum adoptionis, vel ſic [non ſunt filij Dei]. ſ. permanſuri in filiatione, q̄ habent de quibus ait Io. 1. Io. 2. [exierunt à nobis &c. qd aliud niſi non erant filij Dei]. ſ. ſm prædeſtinationem [etiā qn̄ in profeſsione] religionis chriſtianæ per baptiſmum [& nomine] quia ita tenebanť, & vocabātur filij Dei ſm pręſentem iuſtitiam, non quia ſimulauerunt, ſed vere faciebāt ea, quæ filios Dei decet. vnde patet ꝙ vere filij Dei ſunt veritate eſſentiæ filiationis adoptiui [ſed qa in ea] ecce tota ratio quare aliquando dicit tales nō vere eſſe Dei filios, quia. ſ. nō perdurant in filiatione illa vſq; ad finem vitæ [non erant ex numero filiorum] ſm prædeſtinationem, qm̄ qui vere filij Dei ſunt, veritate. ſ. permanentiæ, vſq; in finem vitæ, prædeſtinati conformes] Rom. 8. quos præſciuit, & prædeſtinauit
11 conformes fieri imaginis filij ſui? ille. n. qui adoptatur in filium Dei conformat vero filio eius. Primo quis in iure participandæ hæreditatis. ſm illud Ro. 8. ſi filij & hæredes, hæredes quidem Dei cohæredes autē Chriſti. Secundo in participatione ſplendoris ipſius: ipſe. n. eſt genitus à patre tanquam ſplendor gloriæ eius. ad Heb. 1. vnde per hoc ꝙ ſanctos illuminat lumine ſapientiæ & gratiæ, facit illos conformes filio ſuo. pſ. 109. in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te. i. profundentem omnem ſplendorem ſanctorum. [Et ſm propoſitum]. i. p̄deſtinationis quo ſm Aug. eſt propoſitum miſerendi. ad Ephe. 1. prædeſtinati ſm propoſitum eius [vocati ſancti]. i. ad ſanctificationē. ſm illud Leu. 21. Ego dominus, qui ſanctifico vos. [Non. n. perijt promiſsionis finaliter ſed perditionis]. ſ. qui præſcitus & deputatus eſt ad æternam damnationem. vnde Ioan. 17. de Iuda dr̄. non perijt niſi filius perditionis [fuerunt ergo iſti] de quibus loquitur Io. [Nō ergo non dedit] imo dat, & non alijs [haberent tamen oēs] quicunq; [ſi in eo numero filiorum]. ſ. ſm prædeſtinationem eſſent [& quid haberent quod nō accepiſſent]. q. d. nihil ſm apoſtolum. 1. Corin. 4. quid habes quod non accepiſti. Et Iaco. 1. Omne datū optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendēs à patre luminum [ac per hoc tales filij]. ſ. per præſentem iuſtitiam. ſ. ſi haberent perſeuerantiam vſque in finem [filio Chriſto dati eſſent] ad cuſtodiam [quemadmodum ipſe dicit] Ioā. 17. [vt omne]. i. omnis homo mihi datus in cuſtodiam vſq; in finem. Non pereat] finaliter [hi dati ordinati] i. prædeſtinati [& rurſus] litera ſic debet ordinari [ſi quotieſcunq; quos dicimus inimicos eius]. i. Dei [vel paruulos inimicorum eius ſic regeneraturus eſt]. ſ. Deus, quia ipſe eſt q̄ baptizat. Io. 1. [vt in ea fide non pereant] finaliter [dominus ipſe ſaluator ait. Si manſeritis &c.] Io. 8. [de quibus euangelium ſic loquitur]. ſ. Io. 6. [durus eſt]. i. difficilis ad intelligēdum [quis poteſt eum audire] hoc dicunt ad excuſationem ſuam. [Si ergo videbitis filium hominis] dicit Au. quod iſti diſcipuli ſcandalizati ſunt de hoc ꝙ dominus dicit, ꝙ daret eis carnem ſuam ad manducandum, quod ipſi intellexerunt carnaliter, ac ſi eam ad literam deberent comedere, vt carnes animalium. Ideo hunc intellectum Chriſtus remouens dicit [ſi vos videbitis filium hominis aſcendentē] integro corpore [in cœlum vbi prius erat] ſm diuinitatem ſupple [nunquid diceretis ꝙ ſic daturus eram vobis carnē meā ad manducandum vt carnes animalium] Conſequenter dicit ſpiritus remouet occaſionem ſcandali ex parte verborū prolatorum [ſpiritus eſt qui viuificat]. i. ſenſus verborū meorum eſt, non carnalis, ſed ſpiritualis [verba. n.] ſ. de carne comedenda [ſpiritus & vita ſunt]. i. ſpiritualem habent intellectum, expoſitionem huius authoritatis tranſiuimus ita ſicco pede, quoniam illam plene expoſuimus cum etiam quibuſdam diſputationibus in lectura noſtra. de conſecr. di. 2. c. 1. [ſciebat] ab amore mundi [a patre meo] ex quo ſequitur ſm Aug. ꝙ etiā ipſum credere datur nobis à Deo [abierūt retro à fide] quam habebant ſequentes ſatan. vnde ſequitur [& iam cum illo non &c. nunquid non & iſti]. ſ. qui retro abierunt [euangelio loquente] Io. 6. & tamen non erant veri diſcipuli veritate permanentiæ [euangelio] Ioā. 8. Et hoc eſt quod ſequitur [quia non manſerunt] ſm id quod ait Io. 8. [quia ergo perſeuerantiam] finalem, & quādo eſſe videbātur ſm præſentem iuſtitiam [appellamus ergo has &c.] vniuerſaliter omnes [quos regeneratos] baptiſmo [pie]. i. religioſe [viuere cernimus. ſed tunc vere] veritate permanentiæ [non hoc ſunt]. ſ. prædeſtinatione cui notum eſt [quod futuri ſunt]. i. ex bonis mali.

Ad tertiā. S. Thom.

Reſpondet ad expoſitionē literæ

Finis Infertur ex præcedentibus pro opinione dicentium, peccata tn̄ dimitti ſm præſentem iuſtitiā cum ait [finis huius authoritatis]. i. capituli vbi expreſſe habetur quod appellantur filij Dei ſecundum præſcientiam eorum ſententiæ concordat.

1 *Prædeſtinatio quid dicatur.*

2 *Reprobatio Dei qua ab æterno non eligendo quoſdam reprobauit ſecundum duo conſideratur.*

Alij vero &c. Hic ponitur ſecundus modus dicēdi diuiſionis poſitæ ſuperius. e. dixit. Eorum vero, iſti. n. quamuis peccata fateantur redire dicūt tamen peccata omnibus quibus remittuntur omnino ſiue per baptiſmum, ſiue per pœnitentiam, ita omnino & ex toto & ſm præſentem iuſtitiam & ſm pręſcientiam remitti, vt ſi quemquam illorum mori contingeret, actu illo pœnitentiæ ſaluaretur quorum ſententiæ] confirmat hunc modum dicendi etiam authoritate Au. in eodem capitulo vbi ait in principio [ſi ex bono &c.] cum quæſtione proponat. ſ Aug. [Scriptura]. ſ. libri ſapientiæ c. 4. [vt ergo finis]. ſ. præcedentis cap. [contrarie]. i. contradicere [diffiniendum eſt &c.] Deſcribit quid ſit ſcribi in libro vitæ. d. [præordinari]
1 i. p̄deſtinari. ꝉ prædeſtinatio. n. dr̄ p̄ordinatio aliquorum ad gloriam [quod ab æterno a factū eſt]. i. iſta electio qua Deus elegit quoſdam ad gloriam æternam, eſt ęterna, quod probatur authoritate apoſtoli. ad Ephe. 1. [benedictus Deus] corde, ore, opere, ab omnibus laudandus & glorificādus [pater] generatione [domini noſtri Ieſu Chriſti]. i. filij qui eſt dn̄s noſter ſm diuinitatē. Ieſus Chriſtus ſm humanitatem [qui. ſ. Deus [benedixit] in ſpe in præſenti, ſed in futuro benedicet in re. ponit autem præteritum pro futuro, propter certitudinem. benedixit inq̄ nos, licet noſtris demeritis maledicens in omni benedictione ſpūali, & quantum ad animam, & quantum ad corpus. tunc. n. erit corpus ſpirituale. 1. Cor. 15. ſeminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale [benedictione inquā habita in cœleſtibus]. i. in cęlo & hoc in Chriſto. i. per Chriſtū, vel in Chriſto operāte, ipſe. n. q̄ reformabit corpus humilitatis noſtrę cōfiguratū corpori claritatis ſuæ. ad Philip. 3. [elegit nos] tangit bn̄ficium electionis p̄ordinata ſeparatione à maſſa perditionis, vbi commendať electio iſta quadrupliciter, primo quia libera ibi [qa elegit] ſecūdo qa ęterna ibi [ante mūdi cōſtitutionē]. i. ab æterno, anteq̄ fierem⁹. tertio fructuoſa ibi [vt eſſemus]

a¶Ab æterno. Aeternū & perpetuū qualiter dr̄ ferant. vide gl. in l. eum debere. ff. de ſer. vrban. prędio.

quarto

quarto q̃a gratuita ibi[in charitate Dei] dicit ergo[elegit] gratis prædestinando[in ipso].i.per Christum.Io.16. Non vos me elegistis,sed ego elegi vos[ante mundi constitutionẽ].i.ab æterno anteq̃ fieremus.ad Ro.9.cum nódũ nati essent &c.[elegit vt essemus].i.non quia sancti essemus, quia nec eramus:sed ad hoc elegit vt[essemus sancti virtutibus& immaculati vitijs in conspectu eius].i.interius in corde.vbi ipse solus cõspicit.1.Reg.16.Deus aũt intuef cor,[vel in cõspectu eius].i.vt eum inspiciamus, q̃a visio est tota merces ẽm Au.& hoc fecit nõ nostris meritis[sed in charitate]sua vel mía,hic nos formaliter sanctificat[qui p̃destinauit].i.sola gratia p̃elegit]in adoptionẽ filiorũ].i.vt associaremur cũ alijs adoptionis filijs in bonis q̃ habituri sunt[p̃ Iesum Christum]quia aũt illud quidẽ sit ignitũ per ignem oportet fieri,quia nihil consequif participationem alicuius, nisi p̃ id, ꝙ est p̃ naturã suam.talẽ idcirco adoptionẽ filiorũ oportet fieri per filiũ naturalem,& ideo addidit apostolus[per Iesũ Christũ]ad Gal.4.Misit Deus filium suũ factũ ex muliere, factũ sub lege,vt eos q̃ sub lege erãt redimeret: vt adoptionẽ filiorum reciperemus.[Similiter]describit quid sit deleri de libro vitæ ẽm p̃sciẽtiã ab æterno factũ est. Vbi notãdũ
2 ꝙ vt inquit magister sniarum in primo di. 50. reprobatio Dei qua ab æterno non eligẽdo quosdã rep̃bauit ẽm duo cõsiderat, quorũ alterũ p̃scit, & nõ p̃parat.i. ẽm iniquitatẽ alterũ p̃scit,& p̃parat.i.æternã pœnã. vnde Au.ad Prosperũ &apud Hilarrũ.hæc inquit regula in cõcussa tenẽda est peccatores in p̃c̃tis p̃scitos esse:nõ p̃paratos.pœnã aũt esse p̃paratã.[vnde dñs in euãgelio]Io.6.p̃bat,ꝙ rep̃batio maiorũ fit ab æterno,qui nõ credit iã iudicatus est,nõ in re sed in p̃sciẽtiã Dei.i.iã p̃cognitus est apud Deũ dãnandus. 2. Tim. 2.Nouit dñs qui sunt eius,hoc est ꝙ sequif,hinc etiã Au.seducitur finaliter.[Nondũ apparuit nobis. factum est]quo ad Dei præscientiam siue præparata in Dei præscientia.

2 *Vnitas denarij significat vnitatem beatitudinis.*
4 *Gaudium supernæ beatitudinis dupliciter consideratur.*
7 *Christus præparauit nobis locum per recessum suum quinque modis.*
8 *Domus Dei est duplex.*
9 *Vocatio est duplex.*
10 *Peccata non remitti secundum præscientiam Dei, sed tantum secundum iustitiam præsentem intelligitur dupliciter.*

Porro. Describit cõsequẽter quid sit scribi in libro vitæ ẽm iustitiã p̃sentẽ,cũ ait ẽm iustitiam scribi est &c.plana est litera[hunc duplicem]in euangelio. Io.14. In domo patris mei mansiones multæ sunt.i.in loco gloriæ quæ est ipse Deus mansiones multæ sunt.i. diuersæ participationes ipsius.Pro intellectu huius partis siue gradus beatitudinis quæruntur hic quatuor.

1 ¶Primum est, vtrum in patria vnus sit beatior alio, siue beatitudo æqualiter ab omnibus participetur.
3 ¶Secundum est, vtrum huius beatitudinis gradus conuenienter mansiones dicuntur.
5 ¶Tertium est,de distinctione mãsionũ,vtrum prædictæ diuersæ mansiones distinguantur penes gradus charitatis.
9 ¶Quartum,vtrum in alijs etiam distinguantur mansiones puta in purgatorio in limbo &c.

1 **Ad primum** Sic proceditur. † Et vr̃,q̃d beatitudo æqualiter participef ab oĩbus. ¶ Primo sic.beatitudo est præmiũ virtutis:vt dicit philosophus primo Ethicorum.sed pro operibus virtutum oĩbus æqualis merces redditur.dicit.n.Mat.20.ꝙ oẽs operarij in vinea receperunt singulos denarios,quia vt dicit Greg.æqualem æternæ vitæ retributionem sortiti sunt. ergo vnus nõ erit beatior alio:sed oẽs æqualiter participabunt beatitudinem. ¶ Secundo sic vltra vltimum nihil est. sed beatitudo est vltimum eorũ,quæ ab hoĩbus desiderari possunt. ergo vltra beatitudinẽ alicuius hominis in nullo homine potest esse aliquid quasi beatitudinem alterius hominis excedẽs, & sic idem quod prius.¶Tertio sic.sicut cuilibet appetibile est bonum,ita & magis bonum. si ergo aliq̃s esset beatior alio minus beato,esset appetibilis beatitudo magis beati ẽm rectum appetitum,nec eam haberet.ergo non esset beatus,q̃a beatus non dr̃,vt inquit Aug.qui habet oĩa,quæ vult & nihil mali vult.¶In oppositum est p̃sens litera, vbi dicitur quod in domo patris mei mansiones multæ sunt, per quas vt dicit Aug.diuersæ meritorum dignitates intelliguntur in vita æterna.¶Secundo sic. præmium debet respondere merito.sed quidam sunt excellentioris meriti alijs. ergo cũ beatitudo sit virtutis præmium beatitudo non participabitur æqualiter ab omnibus.¶Respon.dicendũ iuxta S. Th. tam in prima secundæ quam in quarto, ꝙ cum beatitudo in operatione consistit,gradus beatitudinis est attendẽdus ẽm gradum perfectionis in operando.perfectionis autẽ operationis in qua fœlicitas consistit ex duobus pensat.s.ex parte operantis,& ex parte obiecti.vnde Philosophus dicit in 4.ethic.quod perfectissima operatio est, quæ est altissimæ potentiæ nobilissimo habitu perfectæ, ꝙ est ex parte operantis,& respectu nobilissimi obiecti,obiectum autem operationis in qua consistit beatitudo est omnino vnum & idem.s.diuina essentia,ex cuius visione omnes erunt beati. vnde ex hac parte non erit gradus in beatitudine, nec põt esse vna beatitudo vnius maior beatitudine alterius: sed ex parte operantium operatio beatitudinis non erit eodẽ modo perfecta,quia ẽm ꝙ habitus perficiens ad operationem prædictam.s.lumen gloriæ erit perfectior in vno, quam in alio ẽm hoc operatio erit perfectior,& delectatio maior,& ẽm hoc non in eodem gradu beatitudinis erunt omnes beati,sed inter eos multiplex erit differentia.vnde apostolus.1. Cor.15.Stella differt à stella in claritate,sic erit, & resurrectio mortuorum.glo.Io.Chrysostomi.Non solum in geenna suppliciorum, sed in regno cœlesti præmiorum multæ sunt differentiæ.Et Fulgentius.vna erit beatitudo,quã sancti percipient,& tamen dispar claritatis qualitas. Concordant dominus Albertus,& Bonauentura,ponit de hoc exẽplum S.Thomas super Ioannem. si aliquis præberet fontẽ vt ad libitum omnes acciperent, de quo qui maius vas habet plus acciperet,& qui minus,minus. vnus ergo est fons ex parte sua,sed non est eadem mensura recipientiũ.& hæc est sententia inquit Greg. 22.moralium. ¶Ad rõnes in oppositum.Ad primam respondetur de denario, ꝙ vnitas denarij signat vnitatem beatitudinis ex parte obiecti ipsius, & ex hac parte concedimus,ꝙ non sit gradus in beatitudine,nihilominus ex parte beatorum erit gradus participandi:quia vnus limpidius quã alius videt, & intimius gaudet, hinc dicit S.Tho.supra Io.in c.14.ꝙ merces vitæ æternæ & vna est,& multæ.multæ quidem ẽm diuersam capacitatem participantium,ẽm quam sunt diuersæ mãsiones in domo patris:vna vero multipliciter.primo quidem propter vnitatem obiecti,idem est.n.quod omnes beati vident, & quo omnes fruuntur:& vnus denarius,sed diuersimode videbit & amabitur.Secundo propter earundem æternitatis mensuram,ẽm quam omnes habebunt æternam beatitudinẽ, quia ibunt iusti in vitam æternam.Tertio propter charitatem quæ omnia vnit gaudia singulorum faciens oĩ & econuerso.Ro.12.gaudete cum gaudentibus.¶Ad secundam respondetur negando consequentiam,quia beatitudo cuiuslibet non dr̃ vltimum simpliciter.Pro quo notandum iuxta S.Th.in 4.ꝙ sicut ignis est subtilissimus corporum specie, & tamen vnus ignis altero subtilior esse põt, ita beatitudo ẽm suam speciem considerata est vltimum desiderabilium humanorum,& nihilominus nihil prohibet beatitudinem vnius perfectiorem esse beatitudine alterius. Præterea beatitudo cuiuslibet hominis non dicitur vltima tanquam existens in vltimo perfectionis gradu,sed quia appetitum habentis eam totaliter terminat.Concordat dominus Bonauentura dicẽs.quòd est summum simpliciter, & summum huic.nullus participat in summo simpliciter, sed in summo sibi. quilibet enim tantum participat, non quantum percipi potest:sed non plus ab ipso, quia non potest vltra proficere,& contentus est omnino de eo quod habet. hæc ille.¶Ad tertiam respondetur negando consequentiam. dicimus enim quod nullus beatus cupit habere beatitudinem alterius,& ratio est,quia cum in beatis sit perfecta charitas,plus ibi quilibet diliget Deum quam seipsum, & ideo magis volet id,quod est conueniẽtius Deo,quam id, quòd esset melius ei,& ideo magis volet diuinam iustitiam saluari in hoc,quod ipse minus habeat,quod est Deo conueniẽtius,quam in hoc,ꝙ plus habeat.ꝙ esset sibi melius.

3 **Ad secundum** Sic procedif. † Et vr̃ ꝙ hmõi gradus beatitudinis mansiones dici non debet.¶Primo sic.in inferioribus dr̃ mansio p̃paratus locus habitationi hoĩs,in qua ab infestantibus aeris intẽperamẽtis defendat.sed hoc nõ est in cœlo, quia ibi non sunt infestantia.ergo in cœlo non sunt dicendæ esse mansiones.

Magister sniarum. / Augusti. / Primũ arg. / Gregorius. / Secũdũ arg. / Tertiũ arg. / Opponit i contrariũ. / Secũda opi / Respondet. / Chrysosto. Fulgentius. / Albertus. Bonauent. S Thom. / Ad primum argum. / S.Thom. / Ad secundũ / S.Thom. / Bonauent. / Ad tertiũ / Primũ arg.

Secundũ ar. ¶Secundo sic. sẽp ꝑ se mutantis non est mansio aliqua, sed in cœlo sẽp ꝑ mutant se beati. ergo nulla est ibi mansio. cõsequentia, & maior patet, & minor probatur. ex quo continue illuminantur nouis modis, & altius ascendunt in Dei contemplationem, sicut innuit Dionysius in de cęlesti hie
Tertiũ arg. rarchia. c. 3. ¶Tertio sic. beatitudo importat rõnem ꝑmij, sed mansio cum suo nomine aliquid ad domum pertinens nihil signat quod ad præmium pertineat. ergo diuersi gra
Quartũ ar. dus beatitudinis mansiones dici non debent. ¶Quarto mãsio locum significare videtur. sed locus in quo sancti beatificantur non est corporalis: sed spiritualis. s. Deus qui vnus est. ergo non est vna mansio & ita diuersi gradus beatitudi
Opponit in cõtrarium. nis conuenienter dici mansiones non possunt. ¶In oppositum est litera præsens, vbi ex authoritate Au. dr. ꝙ regnũ cœlorum sunt hoĩes iusti, in quibus sunt multæ differentię
Respondet. & hæ sunt mansiones ipsius domus. ¶Respond. dicendum sub ista conclusio. ꝙ mansiones sunt in cœlo, & conuenienter differentiæ. hæc conclusio probatur. In qualibet ciuitate est ordinata mansionũ distinctio ꝭm varios status & gradus dignitatum. sed cœlestis patria ciuitati comparatur, vt patet Apo. 21. ergo oportet in ea diuersas mãsiones distinguere ꝭm diuersos gradus beatitudinis. hanc cõclusionem declarat dominus Alb. & S. Tho. diuersis vijs. Albertus ve
Albertus. S. Thom. ro magnus in quarto. di. 49. multipliciter & subtiliter sic,
4 dicit. n. †ꝙ gaudium supernæ beatitudinis dupliciter consideratur. s. vt gaudium boni infiniti, & sic finitum intrat in ipsum. & hoc modo dr̃ domus vndiq; nos circunstans & superesffluẽs mensura prout dr̃ Mat. 25. intra in gaudium domini tui. ¶Alio modo consideratur, vt participatum ꝭm proportionem meriti nostri, & sic dr̃ mansio, quia illa participatio est ad modum meriti cuiuslibet, & quia plurimæ sunt tales participationes, ideo in vna domo plurimæ sunt
S. Thom. mansiones. hæc Albertus S. vero Thomas dist. supra nominata venat̃ hoc ex alia proprietate loci. dicit. n. ꝙ quia motus localis prior est omnium aliorum motuũ, ideo ꝭm philosophum nomen motus & distantiæ & omnium hmõi deriuatum est à motu locali ad omnes alios motus. finis autẽ motus localis est motus, ad quem cum aliquis peruenerit: ibi manet quiescens, & in eo conseruatur, & ideo in quolibet motu ipsam quietationẽ in fine motus dicimus collocationem, vel mansionem, & ideo cum nomen motus deriuetur vsq; ad actum appetitus, & volũtatis ipsa assecutio finis motus appetitiui dicitur mansio, vt collocatio in finẽ. & ideo diuersi modi consequendi finem vltimum diuersæ mansiones dicuntur, vt sic vnitas domus respondeat vnitati beatitudinis, quæ est ex parte obiecti, & pluralitas mãsionum respondeat differentiæ, quæ in beatitudine inuenitur ex parte participantium beatorum, sicut etiã videmus in rebus naturalibus, ꝙ est idem motus sursum ad quẽ tendũt oĩa leuia: sed vnumquodq; attingit propinquius ꝭm ꝙ est leuius, & ita habent diuersas mansiones ꝭm differentiã leui
Ad primũ argument. Albertus. S. Thom. tatis. ¶Ad rationes in oppositum iam dicendũ est. Ad primam respondetur iuxta Albertum, ꝙ licet ibi non sint intemperamenta, essent tamen inquit nisi mansio esset. Vel dicendum ꝭm S. Th. ꝙ similitudo accipitur tm̃ ab eo ꝙ in quolibet motu quies, in fine motus habet rationem mansionis vt dictum est, non autem ab eo ꝙ est seruare à tẽpestatibus aeris. ¶Ad secundam respondetur ꝙ ratio non ꝓ
Ad secundũ Albertus. cedit quia licet vt inq̃t Albertus magnus sancti reuelationem accipiant nouam, non tamen mutant statum suæ sor
Ad tertiũ. tis in beatitudinẽ & statui soli respondet mansio. ¶Ad tertiam respondetur negando minorem. dicimus. n. ꝙ mãsio. cum importat rõnem finis vt ex ꝓdictis patet. & per conse
Ad quartũ. quẽs importat rõnẽ ꝑmij ꝙ est finis meriti. ¶Ad quartã r̃ndet̃ negando consequentiã. qm̃ licet sit vnus locus spũalis, tamen diuersi sunt gradus appropinquandi ad locum illum, & ꝭm hoc constituuntur diuersæ mansiones.

3 Ad tertium Sic ꝓcedit. †Et vr̃ ꝙ prædictæ diuersæ mãsiones non distinguant penes gra
Primum ar. dus charitatis. ¶Primo sic. mãsio respondet merito, meritum autem est in actibus, non habitibus. vnde non fortissimi coronãtur sed agonisantes. vt patet primo ethicorum:
Secundũ ar ergo differentia actuum facit differentiam mansionũ. ¶Secundo sic. Mat. 25. dedit vnicuiq; secundum propriam virtutem propria autem virtus vniuscuiusq; est vis naturalis, ergo etiam dona gratiæ & gloriæ distribuuntur ꝭm diuer
Tertiũ arg. sos gradus virtutis naturalis. ¶Tertio in malis damnatis non est distinguens gradus, & differentias eorum nisi actus mali meriti. ergo per oppositum non est distinguẽs mãsiones, nisi actus boni meriti. ergo idẽ quod prius. ¶In Opponit in
oppositum arguitur sic. quanto aliquis est Deo coniũctus contrariũ.
magis, tanto magis erit beatior. secũdus vero charitatis est modus cõiunctionis ad Deum. ergo ꝭm differentiã qualitatis est diuersitas beatitudinis. ¶Respondeo dicendum. ꝙ Respondet.
dr̃ia mansionum in cęlesti beatitudine sumenda est ex charitatis diuersitate. probat̃ conclusio sic. Quantitas omnis meriti cui respondet præmium beatitudinis est ꝭm quantitatem charitatis. patet quia vt aiunt sancti non habẽs plura opera est maioris meriti. sed habens maiorem radicem charitatis. ergo sequitur ꝙ quantitas est ꝭm quantitatem charitatis. ergo & per consequens dr̃ia mansionum in ipsa beatitudine erit penes gradus charitatis. Principiũ ergo distinctionum per modum meriti mansionum est ipsa charitas. ¶Ad rõnes in oppositum dicendum est. Ad primam Ad primũ
respondetur negando consequentiã. & rõ est, quia licet ha- argu.
bitus charitatis vel cuiuscunq; virtutis non sit meritũ cui debetur præmium, est tamen principium & tota rõ merẽdi in actu & ideo ꝭm eius diuersitatẽ præmia distinguũtur.
¶Ad secundã respondetur, ꝙ ratio non procedit quia vir Ad secundũ
tus ibi non accipitur solum pro naturali capacitate simul cum conatu ad habendam gratiam, & tunc virtus hoc modo accepta erit quasi naturalis dispositio ad mensuram gratiæ & gloriæ percipiendæ, sed charitas est formaliter complens meritum ad gloriam, & ideo distinctio gradus in gloria accipitur penes gradus charitatis, potius quã penes gradus virtutis prædictæ. ¶Ad tertiam respondetur negando Ad tertiũ.
consequentiam. qm̃ vt inquit dominus Albertus non est si Albertus.
mile in malis, & ratio est ꝭm eum quia mala opera nõ vniũtur in aliqua forma vna, sicut bona ĩ forma charitatis vniũtur, à qua capiuntur ꝭm, & esse, & valorem. 1. Cor. 13. Et idẽ in inferno mansiones, ꝭm opera distinguuntur, non autem in domo patris cælestis.

4 Ad quartum Sic procedit. †Et videtur, ꝙ in alijs locis puta in purgatorio in limbo puerorum in limbo patrum distinguantur etiam mansiones. ¶Primo sic. In purgatorio sunt differẽtiæ pœnarum. Primum ar.
ergo & dr̃ia mansionum. ¶Secundo sic. eorum qui sunt secundũ ar.
in purgatorio. differens est charitas. sed differentia charitatis est causa differentiæ mansionum. ergo eorũ qui sunt in purgatorio distinctæ sunt mansiones. ¶Tertio sic in lim- Tertium ar.
bo puerorum est perpetua habitatio. ergo vr̃ ꝙ ibi sint distinctæ mansiones. patet, quia quilibet habet suam, & sunt
diuersi. ergo &c. ¶Quarto sic. in limbo patrum fuit diffe- Quartũ ar.
rẽns charitas & differens meritum. ergo & differens man-
sio. ¶In oppositum autem. Mansio sicut dictum est supra Opponit in
accipitur per simili udinem ad peruẽtionem ad terminũ, cõtrarium.
siue finem, & quietationem in eo. & differentia mansionũ penes diuersos modos consequendi finem vltimum, sed illi qui erant in limbo nec illi, qui sunt nunc in purgatorio, nõdum peruenerunt ad finem suum. In limbo etiam puerorum non est differẽtia in pœna. ergo nec in limbo patrum, nec in purgatorio, nec in limbo paruulorũ sunt distinctæ mãsiones. sed solum in paradiso & in inferno, vbi est bonorum finis & malorum &c. ¶Respon. dicendum sicut vlti- Respondet.
mo dictum est. differentia mansionum non est nisi in inferno damnatorum, & in regno beatorum. ¶Ad rationes in
oppositum dicendum est. Ad primam respondetur negan Ad primũ argument.
do consequentiam. tum ratione iam dicta, quia tales non- Albertus
dum peruenerunt ad finem suum. Tum vt dicit Albertus mãsio suo nomine dicit habitationem perpetuam, & hęc
non est perpetua. ¶Ad secundam est responsio eadẽ negan Ad secundũ
do consequentiam, ratione iam dicta. ¶Ad tertiam respon Ad tertium
detur negando consequentiam. non. n. sufficit perpetuitas mansionis, sed cum hoc requiritur differentia in pęna, quę non est ibi, cum non habeant nisi originale, & illud inquantum est alienum propagatum à patribus non habet differẽtiam, & ita non habent in limbo pueri mansionum differẽtiam aut distinctionem. Litera. ¶[Dicens. In domo patris Exponit li-
&c. si quo minus dixissem vobis] duæ vel tres potius dictio teram.
nes sunt, & est sensus, [si quo]. i. aliquo modo [minus]. i. non q. d. si non essent in domo patris mei paratæ mansiones prædestinatione id est, non celassem vobis, imo dixissem vobis quia non sunt ibi, sed subaudi sciatis, quia [vado vobis parare locum] & ita legit Augu. disiunctim, & hæc clausula distinguatur ab illa. vbi notandũ, ꝙ intellectus hmõi, & S. Thom.
etiam eorum quæ dicit Gratianus, ꝙ vt inquit S. Tho. super

per Ioannem Deus præparauit ab æterno prædestinando, præparauit exequendo & præparauit per recessum suum. vnde illud quod Io. dicit. ꝙ mansiones paratæ erant, intelligitur quantum ad primam præparationem ab æterno, quod autem hic dicit. Si autem abiero & præparauero, intelligitur quantum ad executionem æternæ prædestinationis, † præparauit autem nobis per recessum suum locū

7 suum quinque modis. Primo quidem dando locum fidei. fides autem cum sit eorum quæ non videntur, nō erat de Christo apud discipulos, qui eum præsentialiter videbāt, subtraxit ergo se eis, vt quem habebant præsentia corporali, & videbant oculis corporeis, haberent præsentia spirituali, & cernerent oculo mentis, qđ est habere per fidē. Secundo demonstrando eis viam ad locum eundi. Micheæ 2. ascendit pandens iter ante. Tertio pro eis orando a Hebræ. 11. accedēs per semetipsum ad Deum &c. Quarto sursum trahendo. Canticorum. 1. trahe me post te. & Colossen. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quæri te &c. Quinto spiritumsanctum mittendo. Io. 7. Nondū erat spiritus datus. quia nondum erat Iesus glorificatus. cōplementum autem glorificationis Christi fuit in eius ascēsione, & ideo statim cum ascendit, spiritū sanctum discipulis misit. [Ostendit eis] verba sunt Gratiani qui ex distinctione illarum duarum clausularum accipit duplicem modum scribendi in libro vitæ, vnum. s. prædestinatione ex prima, & alium secundum præsentem iustitiā ex secunda. [ostendit eos quibus loquebatur &c. hinc etiam] confirmat authoritate B. Aug. [domus Dei] in qua Deus habitat vt paterfamilias [templum] in quo habitat vt sacerdos sanctificans regnum, in quo regnat vt rex sunt homines iusti. Sapien. 7. secundum aliam literam anima iusti, est sedes sapientiæ. † Sciendum quod duplex est domus Dei, vna est

8 militans ecclesia. s. congregatio fidelium. j. Tim. 3. vt scias quomodo te oporteat conuersari in domo Dei quæ est ecclesia Dei viuentis, & hanc inhabitat Deus per fidē. Apocali. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabo cum eis &c. Alia est ecclesia triūphās. s. collectio sanctorum in gloria. psal. 64. replebimus in bonis domus tuæ &c. de istis consequenter dicit Augustinus [in quibus sunt multæ differentiæ hæ iam paratæ. ait apostolus ad Ephe. j. [operatione]. s. meritoria [vnde quos prædestinauit] ꝙ fuit antequam essemus [hoc & vocauit] in hac authoritate ponit apostolus ea quæ ex tempore sancti consequuntur, quibus adimpletur prædestinatio, quibus disponūtur sancti ad operationem meritoriam, qua inscribi dicūtur ſm præsentem iustitiam, & licet ista sint tria. s. vocatio: iustificatio, & exaltatio, non fit mentio hic nisi de primo. s. de vocatione. Primum autem in quo incipit impleri prędestinatio, quæ irrita esse non potest, est vocatio † quæ quidem

9 est duplex, vna exterior, quæ fit ore prædicatoris. Prouerbiorum, 9. misit ancillas suas, vt vocarent ad arcē. hoc modo vocauit dominus Petrum, & Andream, vt dicitur Mat. 4. Alia vero vocatio est interior quæ nihil aliud est, quam quidā mentis instinctus. quo cor hominis mouetur à Deo ad obtinendum ea, quæ sunt fidei, vel virtutis, de quo Esa. 41. qui suscitauit ab oriente iustum, & vocauit eum, vt sequeretur se, & hæc vocatio necessaria est, quia cor nostrum non se ad Deum conuertit, nisi ipse Deus nos ad se traheret. Io. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Treno. 4. conuerte nos domine ad te, & conuertemur. & etiam hæc vocatio est efficax in prędestinatis, quia huiusmodi vocationi assentiunt. Io. 6. omnis qui audiuit a patre, & didicit veniet ad me [fecit] tum propter certitudinem promissionis diuinæ, tum propter præsentialitatē rerū [quia in se futuræ ipsi Deo] sępe preteritū ponit ꝓ futuro [facturus]. i. qui se facturum preordinauit: exponit gl. Et infra [si quominus] confirmat ibi in cœlo paratas esse mansiones in prædestinatione [quia si non &c. quia vero &c. addidit & si abiero, & præparauero vobis] vide sicut superius dictum est. ꝙ eo quod ipse abijt. i. subtraxit aspectū suum a discipulis, parauit eis mansiones illa in operatione, cum per abscessum suum illi excitati sunt ad bona opera. abeundo. n. & corporalem præsentiam subtrahendo ab eis amorē carnalē, expulit ab eis, & occasionē credendi tribuit. vnde sequitur [parat] quia subtrahit se, & latet per abscessum corporalem ab eis, vt sic fides, quæ non est de visa re, & inde est. quia vt dicit Greg. fides non habet meritum vbi humana rō præbet experimētum [ex hac viuit] Abac. 2. & Ro. 1. [Et cor mūndatur] Actuum. 5. fide mundās corda eorum. & hæc est. [Secundum iustitiam] Exponit quidē siue describit sic deleri de libro vitæ ſm iustitiam, quia. s. per peccatum ꝙ operatur subtrahitur sibi gratia, qua ordinabatur ad gloriam [gratia enim vita æterna] ad Ro. 6. & meretur ęternam damnationem [hinc propheta &c.] planum est totum [Sic itaque] reuertitur Gratianus ad ea propter quę interposuerat illa quatuor mēbra, & quia posuerat opinionem dicētium, quod peccata cum remittuntur aliquibus, qui futuri tandem sunt mali, non remittantur ſm præscientiam, sed ſm iustitiam præsentem, exponit quid sit remitti ſm præscientiam, & quid ſm iustitiā, subiungens etiam, ꝙ remissio illorum potest etiam dici fieri ſm præscientiam Dei, ad ꝙ probandum introducit [ꝙ duæ sunt præordinationes &c.] Pro verborum hic Gratiani pleniori intelligentia ponam ꝙ dicit magister sentētiarum super epistolā ad Ephe. in primo. c. super illo verbō benedictus est Deus &c. dicit sic de apostolo distinguit duas ꝓordinationes, & earum effectus, quarum altera est de præsenti iustitia, altera de futuro ad coronam, nec dicuntur duæ qm̄. i. cum vna sit ꝓdestinatio, quæ est Christus Deus. sed quia de duobus est ipsa ordinatio. s. de iustitia in præsenti, & de gloria in futuro [Deus. n. ante mundi constitutionem cum nullus quicquam meruerat præordinauit, ꝙ in tempore gratiæ aliquos a perfidis separaret, & iustos & immaculatos faceret, præordinauit etiā, ꝙ illos iustos perduceret ad æternam beatitudinem. harum præordinationum alteram hic implet, ꝙ iustos facit, alteram in futuro implebit, quæ erit omnium perfectio. hæc magister. Modo videamus literam Gratiani, qui eum videtur sequi [duæ sunt ꝓdestinationes, vna qua quisque hic præordinatur ad iustitiam &c. harum effectus iustificatio]. i. appositio gratiæ in ꝓsenti [& futura glorificatio]. i. collatio gloriæ in futuro. vnde prædestinatio dicitur præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. [In prædicta authoritate]. s. benedictus. ad Ephe. j. [glorificauit]. gl. ord. i. gratos nos sibi fecit. Hic notatur inquit magister in gl. iuxta id quod Gratianus dicit, effectus primæ præordinationis, quæ pertinet ad iustitiam in dilecto] glorificauit dico [in dilecto filio suo, pro quo nos] vnde Ambrosius in glo. diligens patrem vnigenitum etiam illis quos diligit, & quibus vult filius dona largitur. [Secūda ꝓdestinatio]. i. præordinatio [hæ duę natura præcedūt & tpe longe cōsequēdi]. i. cōsequentiæ, [Si. n. est aliquis] probat ꝙ præcedat regula illa philosophi, prius est a quo non conuertitur subsistenti cōsequētia. vnde ait [sed ita est ꝙ si aliquis est præordinatus ad vitam consequenter infertur] bona consequentia [ergo est prædestinatus]. i. præordinatus ad iustitiam, qm̄ virtutibus respondet beatitudo. Matt. 5. [beati pauperes] qm̄ ipsorum est &c. [& si consequitur vitam æternam, sequitur, ergo est consecutus iustitiam: sed non conuertitur] patet iuxta hāc distinctionem quę data est de prima ordinatione & eius effectu, & de secunda & eius effectu [intelligēda est, & tenet qua primę ordinationis & eius effectus]. i. præsentis iustificationis [secundæ præordinationis & eius effectus]. i. æternæ beatitudinis [non inerāt]. i. quia nobiscum non fuerunt ad vitam æternam præordinati, licet. n. Ioannes euangelista & alij sancti cum eo re non haberent effectum secundæ prædestinationis, habebant tamen in certitudine spei & fidei, illi autem non [quod ex eo videri potest] probat talem esse verum intellectum præfatæ authoritatis [quia fuissent &c. societate]. i. ꝑticipatione [effectus eius]. i. finalis gratiæ, siue charitatis: qua peruenitur ad vitam æternam [vel a societate effectus eius]. i. a fide, & spe æternæ beatitudinis non recessissent finaliter. [Si. n. ad secundam] confirmat adhuc intellectum dictum deducendo ad inconueniens, si ad vnam, & candem præordinationem referatur [vtrunque]. s. antecedens, & consequens. s. hoc [si fuissent ex nobis] quod est antecedens & hoc [mansissent vtique nobiscum] quod dicitur consequens, & hoc est quod sequitur. [Si. n. ad secundam ordinationem &c.] ista litera pro sui breuitate difficilis, ita ad intelligendum fuit multis, ita ꝙ nec Hugu. nec Archidiac. visi sunt nobis intelligere eam. vnde iudicio nostro iste est intellectus argumentationis Gratiani. [Si ad secundam ordinationē] quæ est, gloriam æternam, præordinatio referatur vtrunque illorum. s. [si fuissent ex nobis], id est mansissent vtique nobiscum, tunc est sensus, si illi fuissent ꝓordinati ad vitam æternam

a ¶ Orando. Orandū an sit pro illis qui in scelere sunt occisi. vide Pet. de Anc. in c. fures. nu. 2. de furtis.

Gregorius.

Magister sententiarum.

Ambro.

æternam, mansissent præordinati ad vitam æternam. & ista consequentia cum videatur esse eiusdem de seipso non videtur conueniens imo conuenientior fuisset ista consequentia [si fuissent ex nobis] ergo quandoque cœpisset nobiscum esse. [Si vero ad primam] probat, quod non possunt etiam referri vtrũque illorum ad primam ordinationem. quia consequentia quæ ex antecedente infertur, consequentia est falsa [planum est in euangelio] Matthæ.24. [Hanc societatem &c.] .s. præsentis iustitiæ, & sanctitatis. quia vero in superioribus aliqua dicta videbantur sonare, quod præsciti siue damnati quantumcunque hic boni viderentur non forẽt vere filij Dei, & ita nõ in veritate, sed sola oppositione, aut nomine cum alijs participationem iustitiæ & sanctitatis haberent, ita ꝙ solo nomine iusti essent, & non re. Magister Gratianus hic excludit hunc errorem multis authoritatibus, & rõnibus ostendens, ꝙ quandiu pie, & sancte viuunt in hac vita, vere participes sunt sanctitatis, & virtutis, & sunt vere filij Dei dicendi oues eius, atque discipuli, & hoc vsque ad §. qui autẽ debent [eiusdem authoritatis] .s. Augustini, quæ supra posita est in capitulo, si & bono [oues in euangelio] Io.10. [Iesus] Io.17. [ita erãt lege] sic isti ita erant oues & filij præscientia, vt tñ essent [filij iræ, & perditionis æternæ qualitate præscientiæ] pñtis malitiæ, & peccati præsentis essent dico tales [non spiritu tantum] .i. in apparentia hominum [sed etiam ante Dei oculos] vnde Apostolus ad ephe. 2. [filij iræ] .i. damnatione digni æterna [ad Timotheum] .i. Ti. 1. [sanguine eius] .i. Christi .i. per fidẽ passionis eius [ex Adam] .i. ex peccato originali est ab Adã cõtracto. ad Rom. 5. per vnum hominẽ peccatum intrauit in omnes [obnoxij.] de conse. di. 4. firmissime [sic] .i. sicut illi, qui sunt prædestinati non reputatione tantum sed in veritate erant filij iræ primo, & filij tenebrarum, antequam Christi baptismum susciperent. sic hi [de quibus seruis homo] .s. finaliter damnandi [vere sunt filij Dei authoritas] cõfirmat hoc ꝙ dicit [authoritas] .s. Augustini posita supra in capitulo si ex bono [dominus quoque] confirmat iterum ex forma authoritatis domini Ezechielis. 18. [quod autem in eadem authoritate] .s. Augustini respondit ad quandam obiectionem, quæ posset fieri ex verbis illis non erant in professione .i. nominatione filiorum Dei, respondit per distinctionem filiorum Dei [filij Dei duobus modis appellantur] generaliter intellige, vt extenditur distinctio, & ad comprehensores, & viatores. prima pars distinctionis respicit oẽs iam in patria beatos, qui actu sunt participes hæreditatis æternæ. Secunda pars quæ existentes in hac præsenti vita tripharie dicitur. Primo videlicet sunt filij prædestinatione tantum, & hi sunt aut dicuntur filij ſm quid, non simpliciter cuiusmodi sunt prædestinati. qui nunc in peccatis viuunt. Secundo sunt filij prædestinatione, & merito sanctitatis, & huiusmodi sunt prædestinati, qui actu pie & sancte viuunt. Tertio sunt filij merito iustitiæ tantum. cuiusmodi sunt præsciti nunc pie, & sancte viuentes, de primis exemplificat Gratianus [sicut Io. in euãgelio] Io. 2. [& apostolus] Io. 9. [expectatio creaturæ] .i. ipsa creatura expectãs expectat reuelationem filiorum Dei, tanquam .s. præmiũ sibi promissum, quia vt dr̃. j. Io. 3. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: occultatur .n. dignitas diuinæ filiationis in sanctis, propter exteriores passiones. sed postmodum reuelabitur illa dignitas, quando immortalẽ & gloriosam vitam suscipient [& infra] .s. in eo .c. [ipsa creatura] .i. homo iustus: [liberabitur a seruitute corruptionis] glo. vel interitus .i. a cura quærendi victum, & vestitum, & alia quibus seruitur nostræ mortalitati, quę est quędam seruitus, a qua liberantur sancti [tendentes in liberalitates filiorum] Dei .i. in gloriosam libertatem, quam habent filij Dei, & infra in eodem capitulo, & ipsi intra nos gemimus [& ipsi] .s. apostoli [gemimus] .s. ex dilectione rei, cum magno desiderio expectare, secundum illud prouerb. 14. spes quæ differtur affligit animam intra nos. quia gemitus iste non tam exterius quam interius est. tum quia ex interiori cordis affectu procedit, tum quia est propter interiora bona. Tren. 1. multi gemitus mei [adoptionem [2] filiorum Dei expectantes] .i. cõtemplationẽ huius adoptionis. inchoata est enim huiusmodi adoptio hic per spiritum sanctum iustificantem animam super eodem capitulo. accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei. cõsummabitur autem in alia vita ex omni parte in anima: per apertam visionem diuinitatis, per ipsius corporis glorificationem. Roma. 5. gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, & hoc est, quod subdit apostolus [in redemptionem corporis nostri] vt .s. sicut spiritus redemptus est a peccato, ita corpus nostrum redimatur a corruptione, & morte. osæ. 13. de morte redimã eos [modo tantum creatura] ista verba Augustini. quia minus truncate posita sunt a Gratiano, non exponuntur ab expositoribus. quia non intelligũt ea. vnde quod dicit hic glossator nihil est. ponemus ergo pro eius intelligentia habenda totam authoritatem Augustini. sicut ponit magister sententiarum super epistolam Pauli. ad Rom. in c. 18. exponens illud verbum. quia & ipsa creatura liberabitur &c. dicit autem sic. per hoc quod nõ dicit simpliciter ipsa, sed & ipsa creatura, facit intelligi, ꝙ nec de ipsis desperandum est, qui nondum crediderunt, & ipsi credituri sunt, & liberabuntur, qui nondum vocantur filij Dei. sed tantum creatura modo dicuntur, cum nondum gratiam adoptionis receperunt, homo .n. signaculo imaginis propter peccatum emisso remãsit tantummodo creatura, & ipsa itaque creatura quæ modo ita vocatur, cum nõdum est filiorũ forma perfecta liberabitur, vt nos apostoli qui iam filij sumus, & si nõdum apparuerit quod erimus. hęc Augustinus. ex quibus patet sensus verborum Augustini. [hoc ergo modo] iam dicto &c. [In præsenti] subdiuidit secundum modum filiationis eorum, qui in vita sunt præsenti [Ioannes.] Io. 17. [vel] ecce ſm modum [prædestinatione & spe] .i. merito fidei præsentis iustitiæ, quo quis dignus efficitur æterna beatitudine [Ioannes] Io. 16. [vel merito fidei] ecce tertium modum filiationis [dominus ait] psal. 88. [hi sunt] .s. præsciti ad mortem ęternam tamẽ pie viuentes [sunt merito præsentis iustitiæ filij Dei] non adoptionis æternę [qui ergo] concludit ex dictis secũdum opinionem eorum, qui dicunt peccata dimissa redire [secundum iustitiam & non præscientiam.] Ista litera videtur obscura, nec Hug. nec Archidia. nec glo. videntur bene intel 10 ligere, vnde pro intelligentia huius est notandum ꝙ peccata non remitti ſm pręscientiam Dei, sed tantum secundum iustitiam pręsentem potest intelligi dupliciter. vno modo, quia in veritate apud Deum non remittuntur, sed tantum apud hominem reputantur. & hic intellectus est falsus, & impugnatus a sanctis [finis] vsque huc vbi ostensum est, quod omnibus tam præscitis quam prædestinatis per baptismum, & pœnitentiam vere peccata dimittãtur. Ostensum est etiam, ꝙ tales pie viuentes vere filij Dei discipuli, & oues Christi sunt. Secundo potest intelligi peccata non remitti secundum præscientiam, quia non ita remittuntur, vt in futurum non imputentur aliquo modo ad pœnam, & hoc modo intelligitur quod hic dicitur. vt patet intuenti literam, quod .s. præscitorum, vel damnatorum peccata per pœnitentiam aut baptismum remittuntur [secundum iustitiam, non ſm præsciẽtiam] quia singula eorum peccata in recidiuatione eorum ratione ingratitudinis vt dictum est replicabuntur aliquo modo ad supplicium. [Similiter saluandis ostendit] per similitudinem arguit de imputatione peccatorum in prædestinatis ad remissionem peccatorum in pręscitis, siue damnandis: sicut .n. saluandis peccata quę faciunt ad ęternam damnationem secundum iustitiam imputantur, non tñ ſm pręscientiam, quoniam futurum est, vt remittantur, ita eis, vt ipsis perseuerantibus vsque in finem in bono nulla eis imputẽtur ad pœnam [quia & illis] .i. similiter illis .s. damnãdis dicendum est de remissione peccatorum, videlicet ſm pręscientiam Dei, non remittantur eis [quia tandem singula replicabuntur ad supplicium & his] scilicet saluandis &c.

Cõtra Hugu. gl. & Archidiac.

2 ¶ Adoptionẽ. adoptare q̃s possit vide Pet. de Anc. sup cõtinuatione rubr. de cogna. legali. nu. 1. & ibidẽ nu. 2. ꝙ sit duplex adoptio.

Qui autem. Ista est tertia pars principalis huius distinctionis, in qua magister redit ad opinionem tenentium alteram partem quęstionis videlicet, quod peccata dimissa non redeant. Et potest diuidi in duas partes. In prima probat siue iuuat illam opinionẽ aliquibus authoritatibus, secundo obijcit contra, & respondet iuxta sententias eorum, qui dicunt peccata dimissa non redire.

Diuisio.

1 *Filij, aut nepotes an conuenienter puniantur propter peccata parentum.*
2 *Filius consideratur dupliciter.*
3 *Pœna duplex sequitur peccatum.*
4 *Deus duobus modis reddit iniquitatem patrum in filijs.*

5 Peccata

5 *Peccata per baptismum, aut pœnitentiam dimissa non redeũt in recidiuante, quantum ad essentiam, siue culpam. Nec quo ad pœnam simpliciter. nu. 6.*



Vid est quod dicitur &c. Ista est prima authoritas licet parũ facit ad propositum. dr̃. s. Exod. 20. vbi dr̃. Ego sum Deus zelotes visitãs iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem his qui oderunt me. In hac authoritate videtur innui, ꝙ Deus puniat filios, & nepotes ꝓ iniquitatibus patrũ. huic respondet Grego. verum pro intelligentia pleniori veritatis venit disputandũ hic †. Vtrum conuenienter propter merita parentum puniantur filij, aut nepotes eorum. Et arguitur quod sic. Exo. 20. ¶ Præterea secundo. si dicatur ꝙ intelligitur tantum de imitantibus peccatum patrum. Contra, quia cum ipsa imitatio, qua imitantur parẽtes sit peccatum quoddam: tunc dominus peccata parentum puniret in filijs, sed propria filiorum. ¶ Tertio sic, iustitia humana deriuatur a iustitia diuina, sed secundũ iustitiam humanam aliqui filij puniuntur pro parentibus sicut in crimine læsæ maiestatis. ergo ẽm diuinam iustitiam conuenienter filij puniuntur pro peccatis parentum. ¶ In oppositum arguitur ex illo Ezechiel. 18. filius non portabit iniquitatem patris. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Thom. in secunda secundæ dist. 33. quod † filius potest dupliciter considerari, vel inquantum est persona, vel prout est res quędam parentis, quia ad felicitatem ciuilem inter alia bona fortunę quę conferunt organicę proles etiam conferre dr̃. vt dicit philosophus. 1. ethico. Est autem filius res q̃dam parentis quantum ad corpus, quod a parente trahit, & quantum ad res mundi, de quibus filius patrem iuuare tenetur. sed quantum ad animam, quę immediate a Deo creatur, non est res parentis, sed ipsius Dei. & hoc significatur. Ezech. 18. sicut anima patris mea est, & aĩa filij. † Sciendum est ergo, ꝙ peccatum sequitur duplex pœna, vna quę per se ad animam pertinet, & in præsenti, vt amissio gratię & turbatio conscientiæ, & huiusmodi, & in futuro, vt pœna inferni, & de ista pœna ponitur ista conclusio, quod nũquam filius pro peccato patris punitur. Probatur conclusio. Tum ex illo dicit apostolus. ad Gal. 6. vnusquisq; onus suum portabit. tum ratione, quia in bonis animæ nullus punitur siue patitur detrimentum sine propria culpa. qm̃ secundum animam filius non est patris res, ergo cõclusio vera. Alia autem pœna cõsequitur peccatum quasi per accidens sicut infirmitates corporales, & alię temporales pęnę, vnde nec etiam peccatoribus semper tales pœnę infliguntur, sed ẽm moderationem diuinæ prouidentię cũcta gubernantis, de hac pęna ponitur ista conclusio. ꝙ tali pęna quandoque filij: nepotes, imo etiam subditi puniuntur pro peccato parentum: vel a Deo, vel ab homine. & hęc pęna contingit eos inquantum sunt res parentum, aut dominorum, sicut, & pro peccato hominis quandoque occidũtur animalia eius, & effodiũtur domus, in quibus nulla culpa est. notat hic. s. Thom. in prima secundę. ꝙ si filius, aut subditus est particeps culpę pœnalis huiusmodi defectus habet rationem pœnę quantum ad vtrunque. s. & eũ, qui punitur, & eum, pro quo punitur. si vero nõ sit particeps culpę filius, vel subditus, nec peccato alterius consentit, quantum ad eum, qui punitur habet rationem medicinę. ordinatur. n. ad salutem animę si patienter sustineat. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur, ꝙ authoritas illa intelligitur de pœnis temporalibus, siue corporalibus, quibus (vt diximus supra) filij q̃nque puniuntur pro peccatis parentum inquantum sunt quædam res ipsorum, & successores prędecessorum, vel si intelligatur ẽt de pœnis sp̃ualibus, tunc debet intelligi de illis, qui cõicant in culpa cũ parentibus, vel ꝓ originem: vel ꝓ imitationẽ. vñ in ꝓdicta authoritate ponitur, his qui oderũt me. dicit aũt puniri peccata parentũ in filijs, qa filij in peccatis parentũ nutriti promptiores sunt ad peccandũ, tum ꝓpter cõsuetudinem, tum ẽt exẽplum patrum quasi authoritatem sequentes. sunt etiam maiori pœna digni, quia pœnas patrum videntes correcti non sunt, ideo autẽ addidit, in tertiam, & quartam generationem. quia tantũ consueuerunt viuere homines, vt tertiam, vel quartam generationẽ videant, & sic mutuo videre possunt, & filij peccata patrum ad imitandum, & patres pœnas filiorum ad dolendum. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam: quoniam, vt inquit S. Thom. imitatio non ponitur causa prima: pro qua temporales pœnę infligantur: sed quasi causa media, per quam influentia causæ primę ad effectum coniungitur. virtus. n. peccati parentis nõ ꝑuenit ad illum, si peccato repugnet. sed per intentionem quodammodo continuatur: vnde ex hoc nõ tollitur quin pro peccato patris filius aliquo modo puniatur. ¶ Ad tertiam respondetur, quod bene conceditur, quod Deus q̃nque pœnis temporalibus puniat aliquem pro peccato alterius, sicut fit in iustitia humana vt iam dictum est. nunc veniamus ad literam. Gregorius in moralibus tractãs prefatum verbum Exo. 20. dicit sic. ¶ [Peccatum. s. originale a parentibus traximus] psal. in peccatis concepit me mater mea [soluamur] a culpa & reatu [parẽtum culpam portamus]. i. peccatum originale a parentibus contractũ [quia vnum cum illis sumus] vnde Aug. in glo. ad Ro. 5. in Adã enim omnes peccauerunt non solum eius exemplo, vt dicunt Pelagiani, omnes enim ille vnus homo fuerant, id est in eo materialiter fuerant. manifestum est autem omnes in Adam peccasse quasi in massa. ipse enim per peccatum corruptus quos genuit omnes nati sunt sub peccato. hęc ille [reddit iniquitatem patrum in filijs, dum ꝓ culpa parẽtis ex peccato originali] id est ex infectione peccati originalis, quod transducitur per carnalem generationem polluitur contrahendo maculam originalis peccati ex coniũctione sua ad corpus. † vnde duo sunt modi quibus reddit

4 Deus iniquitatem patrum in filijs, sicut duobus modis filius potest esse particeps culpę patris, videlicet aut origine, aut imitatione. vnde S. Thom. in prima secundæ. respõdens ad authoritatem illam Ezech. 18. non portabit filius iniquitatẽ patris dicit sic. filius dr̃ portare nõ iniquitatem patris, quia nõ punitur ꝓ peccato patris, nisi sit particeps culpæ, & sic est in proposito. deriuatur enim per originẽ culpa a patre in filium, sicut etiam peccatum actuale per imitationem. Hęc ille. [item in responsionibus.] secunda authoritas est ista, & magis ad propositum. s. ad probandum, quod peccata dimissa non redeant. In ista authoritate videntur contineri tres conclusiones. Prima est, † quod

5 peccata per baptismum aut pn̄iam dimissa in recidiuante non redeant quantum ad essentiam siue culpam, cum dicit, [sed non in id quod remissum est recidit.] ¶ Secũda cõ

6 clusio † non redeunt peccata dimissa quo ad pœnam simpliciter cum ait [non in originali peccato damnabitur]. id est pœna originali peccato debita punitur. ¶ Tertia conclusio est expositiua, qualiter debeat intelligi quandoque legitur, quod peccata dimissa non redeant, quasi. s. in simili pœna ęternæ damnationis ibi cum dicit. [qui tamen]. s. recidiuantes [ea]. i. simili [morte ęterna [quę eis propter dimissa debebatur, finis huius authoritatis] prosperi. s. id, ꝙ dicit. qui tamen ea morte afficitur, quæ ei peccata dimissa debebatur, dicere contra videt principio. s. illi parti, sed non id, quod remissum est recidit, nec in originali peccato damnabitur] contradicere inquam videtur [quia nec est aliud &c.] sed in hoc non dicit verum Gratianus. quia si partes illæ essent contrarię, altera eorum necessario esset falsa, quod non est dicendum de authoritate tanti hominis, sicut est Prosper: tum etiam patet ex declaratione data superius. Pręterea nec ratio contra assignata, quare contradicere videantur est valida, cum ait. quod non est aliud peccata dimissa redire &c. Et ratio est, quoniam Prosper non dixit, ꝙ recidiuãs pœnam peccato deletam post eiusdem remissionem exciperet, sed dixit, ꝙ ea. i. simili morte afficitur, quę ei ꝓpter dimissa debebatur, ita quod ly ea, & ly quę, faciunt simplicem & nominalem relationem tm̃.

1 *Quantitas reatus sequitur quantitatem peccati.*

Authoritates uero &c. Hic subiungit Gratianus, qualiter assertores sentẽtię videlicet, quod peccata dimissa nõ redeant respondeant, ad authoritates dicentes, peccata dimissa redire quãtum ad reatum. dicunt enim, eo sensu accipiendas esse, quia quisquis post acceptam remissionem peccatorum [ad vomitum]. i. ad cõsimile vel ad aliud peccatum mortale redierit, tanto grauius punietur, quãto magis benignitatem [abusus singulorum]. s. peccatorum remissionis acceptę ingratus fuerit, & ita isti videntur sentire, quod

Marginalia: Quæstio. — Primum ar. secundũ ar. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium. — S. Thom. — Prima conclusio. — Secũda conclusio. — S. Thom. — Ad primũ argument. — Ad secundũ S. Thom. — Ad tertium — Exponit literam. — August. — S. Thom. — Prima conclusio. — Scd̃a cõclu. — Tertia conclusio. — Cõtra Gratianum.

re, quod quot peccata sunt dimissa, tot ingratitudinis incurrit recidiuans: & sic per ingratitudinem, aut tantum, aut plus veniret puniendus. hæc non sunt vera. primum non, quia vt inquit Albertus magnus in 4. disti. 22. gratiarum actiones non respiciunt dona secundum differentiã eorum, sed secundum ꝙ sunt diuinæ largitatis, & magnificentiæ dona, & quia in hoc sunt in ratione vna, ideo gratiarum actio est vna specie, & debent esse multæ numero, per diuersitatem recordationis donorum, & per consequens ingratitudo est vna per speciẽ, potens diuidi in plures numero. Præterea ſm ꝙ per ingratitudinem redeat tãtus, aut maior reatus, quantus fuit præcedentium peccatorum, est falsum, vt S. Thomas in 4. di. 22. cõtra errorem sic opinantium ostendit non esse possibile † quia quãtitas reatus sequitur quantitatem peccati. quantitas autem peccati per quod quis recidiuat est multominus quandoque, q̃ peccata quæ prius erant dimissa, & nõ potest esse, quod ingratitudinis circunstantia det sibi tantam quantitatem, quia hæc ingratitudo consurgit ex hoc, ꝙ aliquid indebite fit contra Dei præcepta. vnde secundum mensuram indebiti est mensura ingratitudinis, & sic quantitas peccati, quam habet ex suo genere, dat quantitatem ingratitudini. vnde quantitas ingratitudinis non potest esse maior, q̃ sit quantitas peccati. & ideo aliter dicendum est inquit S. Thom. videlicet. quod non redit æqualis reatus ſm æqualitatem absolutam, sed secundum proportionalitatem quãdam, quia quanto fuerunt dimissa peccata grauiora, tanto fuit beneficium remissionis maius, & quanto beneficiũ fuit maius: tanto ingratitudo maior, & sic aliquo mõ quãtitas reatus præcedentium peccatorum manet in ingratitudine recidiuantis, non autem secundum æqualitatem absolutam, sicut nec beneficium est æquale peccato dimisso in quantitate, sed multo maius est, nec ingratitudo ſm quantitatem absolutam est tanta quantum beneficium.


Albertus.

S. Thom.

Verum illa sententia. Hic incipit quarta pars principalis, in qua magister Gratianus reuertitur ad primam opinionẽ quæ habet. ꝙ peccata dimissa redeant, quam opinionem commendat tanquam fauorabiliorem, vtpote, quæ pluribus roboratur authoritatibus, & emendatiori ratione formatur. sed Gratianus multum in hac opinione, quam videtur amplecti decipitur. quia argumentationes eius non sunt alicuius pretij: sicut videbitur discurrendo per singula. Diuiditur autem hæc pars in quatuor partes. In prima adiuuat opinionem præfatam quinque authoritatibus. In secunda inducit rationem arguendo a simili. Tertio inducit ad authoritatem prophetæ Ezechiel. ad probandũ id. quod dixerat. s. quod bona opera facta in charitate & per peccatum mortificata reuiuiscunt per pœnitẽtiam. Quarto confirmat opinionem suam de reditu peccatorum exẽplo sacræ scripturæ. secũda ibi: docens opera. tertia ibi: porro qui per Ezechielem. quarta ibi: si ijs quoque.

Contra gratianum.
Diuisio.

I *Remissio peccatorum est principaliter opus Dei.*



SI auerterit &c. Istud habetur Ezechiel. 18. prima authoritas est ista. [a iustitia]. i. operibus iustitiæ [secundum]. i. sequendo omnes, vel saltẽ aliquas. [viuet vita æterna iustitiæ ei⁹]. i. opera iustitiæ. [non recordabuntur] quo ad vitã æternam, sed bene quo ad mitiorem pœnam subeundam modo quo superius exposuimus [iustitiæ]. i. opera iustitiæ ex ista authoritate videtur Gratianus velle arguere sic. Iustitiæ opera facta prius non recordabuntur in recidiuante, nec remissio peccatorum præcedentium facta sibi recordabitur, & per consequens peccata dimissa redibunt. Istam consequentiam videtur innuere in omnibus authoritatibus sequentibus: sed ista ratio Gratiani nulla est. Et ratio est secundum S. Thom. quia aliud est de iustitiæ operibus, & aliud de remissione peccatorum. † Nã remissio peccatorum est principaliter opus Dei. Opus vero iustitiæ & opus peccati est opus hominis. homo autem sua actione non potest euacuare opus Dei simpliciter, quamuis possit impedire, ne sibi prosit. potest autem euacuare opera sua, & ideo licet homo possit per sequens peccatum euacuare opera iustitiæ per eum facta, tamen potest remissionem peccatorum præcedentium annullare, & ita argumentatio Gratiani qua credit arguere a simili non valet, cum non sit simile de vno, & de alio.

Exponit literam.

S. Thom.



HOc nobis maxime &c. Hæc est secunda authoritas, quæ est Greg. in expositione Ezechielis. ¶ Sine causa]. i. frustra quo ad vitam æternam [reuocamus] ad memoriam ex ista Gregor. authoritate videtur Gratianus tale argumentum facere. Præterita bona facta per nos nobis peccantibus nullam fiduciam nobis præstant. ergo vr̃, quod pnĩa transacta peccatorum præcedẽtium cũ reincidimus nullam nobis præstet fiduciam, ꝙ de peccatis p̃teritis cõsecuti fuerimus remissionem, & per consequens sequitur, quod peccata dimissa redeant, sed ratio ista non valet, nec ex dictis Gregor. bene intellectis potest capere fundamentum, quoniam licet bona per nos superiori tẽpore facta, vt inquit Grego non præstent nobis fiduciam, quoniam si actu peccamus siue recidiuamus æternæ damnationis reatum incurrimus, nihilominus fiduciam nobis dant, ꝙ de præteritis consecuti fuerimus remissionem.

Exponit literam.

Cõtra gratianum.



DE pertuso. Tertia authoritas est Gregor. exponens illud Aggei primo, & qui merces congregauit in seculũ pertusum. Super hoc dicit Gregor. ¶ [Mercedem]. i. premium. [ex bono opere]. s. in charitate facta [nõ aspiciunt] id est non ponderant [quomodo ex malo opere]. s. peccati mortalis [perdant]. s. vitam æternam, quam primo per bona opera meruerunt, sed nec hoc facit ad propositum Gratiani, quoniam licet dicat Greg. quod vitam æternam quã per iustitiæ complementum operando merueramus per formam culpæ amittamus, non sequitur propter hoc, ꝙ peccata dimissa redeant.

Exponit literam.



SI refugiẽtes. Quarta authoritas q̃ habetur. 2. Pet. 2. sensus est quandiu homo in cognitione manus Dei per fidem cum dilectione operante refugit coinquinationẽ mundi, qua per peccatum peccator inquinatur, si vero rursus post emundationem a peccatis per baptismum aut pœnitentiam dimissis relabitur: & implicatur peccatis, sunt hominis illius peiora prioribus. quia propter ingratitudinem, qua ingratus de venia priorum peccatorum sequentibus peccatis se implicat, grauatur eius pœna, licet autẽ ista authoritas videat̃ facere satis pro opinione illa: quod peccata dimissa redeant, nihilominus non tamen facit, sed tantum bene probat, quod sequentia peccata propter ingratitudinem aliquam aggrauantur.

I *Pœnitentia est primum fundamentum.*

INtermittẽtes. Quinta authoritas & est Pauli ad Hebræ. 6. in principio. ¶ Intermittentes]. i. prætermittẽtes ea, pertinent ad inchoationem doctrinæ Christianæ, vult prosequi alia altiora [sermonem inchoationis Christi]. i. doctrinæ Christi, per quam Christus inchoat esse nobis, quod est per doctrinam fidei. ad ephe. 3. habitare Christum per fidem in cordibus nostris [feramur ad perfectionem] vel doctrinæ eius ſm illud. 1. Corin. 13. quando factus sum vir euacuaui ea, quæ erant paruuli, vel ad perfectionem vitę Christi, quia non semper standum est in statu incipientium, sed oportet. s. tendere ad statum perfectorum. Gen. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. [Non rursus]. i. ita similiter ponamus, ꝙ non oporteat iterato ponere animam fundamentum pœnitentię.] † Inter autem alia, quæ ponit apostolus Christi fundamẽta primum dicit pœnitentiam esse, & ratio est, secundum S. Thom. super epistolam Pauli, quia in via generationis & cuiuscunque motus primus est recessus a termino a quo, & post accessus ad terminum ad quem. quia autem pœnitentia est recessus a termino a quo. s. a peccato, dicitur principium & fundamentum in hac via. Nemo enim secundum August. suæ voluntatis arbiter potest nouam vitam inchoare, nisi pœniteat eum præteritæ. vnde dominus in principio suæ prædicationis dicit. pœnitẽtiam agite. Matthe. 4. [pœnitentiæ dico ab operibus mortuis] glo. i. de peccatis, vel de hoc quia priora bona opera irrita fecerunt.

Exponit literam.

S. Thom.

Augusti.

Dicens. Secunda pars, vbi ex prædicto dicto apostoli argumentatur a simili, quod peccata dimissa per sequens peccatum debeant reuiuiscere sicut bona mortificata reuiuiscunt per pœnitentiam, sed errat credendo, quod sit simile, opera mortua dicuntur dupli-

bona

citer, vel peccata, quę mortem inferunt animæ, vel bona opera per sequens peccatū mortificata [hæc]. s. bona reuiuiscunt. proprie tamen loquendo mortua non reuiuiscūt sed mortificata. Sed pro pleniori intelligentia huius partis. Quæruntur plura.

1 Primum est, vtrum sit verum quod hic dicitur. quod opera bona in charitate facta per sequens peccatum mortificentur.

3 ¶Tertium est, vtrū opera bona prius in statu peccati mortalis facta per pœnitentiam etiam viuificentur.

1 **Ad primum.** Sic ꝓceditur. † Et videtur ꝙ opera in charitate facta per peccatum sequens non mortificentur.

Primum ar.

¶Primo sic. quod non est nō potest mortificari. sed opera quæ in charitate facta fuerūt transeunt, & post peccatum sequens non sunt. ergo non possunt mortificari.

Secundū ar.

¶Secundo sic. pœna non debet excedere culpam, sed in aliquo, qui multa bona fecit ex maxima charitate pœna culpam excederet, si per vnum mortale peccatum paruum forte ex surreptione factum, omnia bona præterita perderet. ergo nō videtur, quod peccatum sequens mortificet oīa bona in charitate facta.

Tertium ar.

¶ Tertio illud, quod est mortuum non potest actum vitæ habere respectu alicuius: sed opera in charitate facta etiam post peccatum facientis actum vitæ habent in alijs. vnde dicitur Apoca. 2. vnus alterius coronam accipere, ergo peccatum sequens bona præcedentia non mortificat.

Opponit & Respondet

¶ In oppositum est præsentis litera. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ opera facta in charitate per peccatum sequens mortificātur. Probatur conclusio hæc primo ex illo Ezechiel. 18. Si auerterit iustus a iustitia sua: omniū quæ operatus est non recordabor amplius. ¶ Secundo sic, vita operationum ex vita operantis pendet. sed per peccatum mortale ille qui prius opera fecerat in charitate mortificatur. ergo & opera ab ipsa facta mortificatur. ¶ Pro cuius conclusionis declaratione est notādum, quod ille proprie viuere apparet: qui ex se habet aliquem modum, & inde vitæ nomine ꝓprie ad illa omnia trahitur. quæ ex se habēt operationem aliquam, sine aliquo principio extra qui intelligunt sentiunt, vel mouentur, vel appetunt, vel nutriuntur, & inde est, ꝙ nomen vitæ transsumitur ad oīa, quæ habent operationem debitam, vel effectum, & illa quæ priuantur hac dicuntur mortua: proprius aūt effectus humanarum operationum est, ꝙ per ea homo ad vltimum finem humanæ vitæ perueniat. s. beatitudinem, & ideo illa opera hoīs proprie viua dicuntur, quæ hoīem ad vitam æternā perducere possunt. Illa aūt mortua, quæ hanc faciendi potestatem non habent. Illa autem mortificata, quæ hanc potestatem amiserunt, cum prius ea habuerunt, & ideo opera bona ex charitate facta in eo qui gratiam habet viua sunt, in eo aūt qui gratia caret non ex charitate facta mortua sunt. opera autem prius ex charitate facta in eo qui gratiam amittit per peccatum mortificata sunt. quia peccatum sequēs impeditur, ꝙ hō per illa opera non possit ad vitam introduci. ¶ His sic declaratis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primū argument.

Ad primā cum dr̄ ꝙ opera transeunt & non sunt respondetur. ꝙ sicut opera peccati transeunt actu, sed manent reatu, ita opera in charitate facta: quamuis actu transeant, tñ manent: quātum ad meritum, & s̄m hoc possunt mortificari.

Ad secundū

¶Ad secundam respondetur. ꝙ per ingratitudinem meretur homo accepta beneficia amittere, & ideo per quodcunque paruum peccatum mortale quo hō Deo ingratus de beneficijs perceptis sit, omnia bona præcedentia perdit quantumcunque fuerint ad fructum vitæ æternæ, nec propter hoc pœna culpam excedit.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur concedendo maiorem: accipiendo vnum ꝓprie, videlicet illud, quod in se est mortuum non potest respectu alterius actū habere vitæ. Sed accipiendo viuū metaphorice nihil ꝓhibet quod in se viuū est respectu vnius eē viuū, & respectu alterius esse mortuum. quia respectu vnius habet effectum suum, sed respectu alterius nō habet propter indispositionē ipsius, sicut oculis egris odiosa est lux, quæ puris est amabilis.

2 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non verum ꝙ talia opera mortificata per pœnitentiam viuificentur.

Primū arg.

¶ Primo sic. dicit Hugo de sancto victore. Nemo debet in spe correctionis putare, quia quod semel amittitur ipsum amplius non recuperatur. sed opera in charitate facta sunt per peccatum amissa. ergo non possunt amplius recuperari.

Secūdū ar.

¶ Secundo sic. quidquid potentia viuit per illum modum quo potentia viuit habet esse. Sed opus mortificatum nullo modo habet esse tempore sequentis pœnitentiæ, & etiam tempore mortalis peccati. quod est ante pœnitentiam. ergo nullo modo viuificabitur.

Tertiū arg.

¶Tertio sic. illud quod moritur non solum cadit a vita, sed etiam a principio vitæ. quia principia vitæ corrumpuntur, sine quibus non est potentia ad vitam. Sed opera præcedentia in charitate sunt per sequens peccatum mortificata. ergo non manet in eis potentia ad vitam, & sic non possunt iterum viuificari.

Quartū ar.

Quarto sic. Impossibile est habitum amissum illum eundem amplius recuperare. ergo a simili impossibile est opera bona mortificata, & amissa recuperari, & viuificari.

Opponit in cōtrarium.

¶In oppositum est textus præsentis literæ. ¶ Itē dicit Augustinus pœnitētia optima res est, quæ reuocat omnes defectus ad perfectum. sed hoc non est nisi opera mortificata restituere ad vitam. ergo per pœnitentiam viuificantur.

Respondet.

¶Respondeo dicendum. ꝙ opera bona in charitate facta mortificata per pœnitentiam viuificantur. hæc cōclusio est communis omnium theologorum doctorum. Pro cuius conclusionis declaratione notandum est iuxta S. Thom. in 4. distinctio. 14. ꝙ opera in charitate facta (vt dictum est) & si actu transeant, remanent tñ quantum ad meritum in Dei acceptatione, & s̄m ꝙ sic manent habent efficaciam quantum in ipsis est inducendi facientem ad vitam æternam, & sic dicuntur viua manere, sic ꝙ habēt effectum in peccatore, & si non habent, est per accidēs propter peccatum, quod facit peccatorem indispositū ad percipiendum effectum præcedentium meritorum, non aūt ꝙ ab ipsis operibus aliquid dematur, cum in suo fieri efficaciam obtinuerint prædictam hoc ipso, ꝙ ex charitate sunt elicita, quod eis sequens peccatum nō pōt auferre. Et ideo remota indispositione a peccatore per pœnitentiam opera illa præcedentia effectū suum habere incipiunt, & s̄m hoc viuificari dicūtur.

S Thom.

Ad primū argu.

¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur, ꝙ authoritas Hugonis intelligitur quantum ad bona omissa, quæ nūquam recuperantur, quia tempus amissum nunquam recuperatur: & ideo eius iactura grauissima, vt Seneca dicit, non autem loquitur de bonis mortificatis.

Ad secundū

¶Ad secundam respōdetur, ꝙ vt iam dictum est sicut de peccatis dr̄, ꝙ transeāt actu, & maneāt reatu, ita bona opera facta licet transierint actu remanent tamen merito in diuina acceptatione. dicit. n. Dominus Albert. in 4. respondendo huic rationi, ꝙ opus bonum in diuina acceptatione nūquā destruitur. qa semper est in placentia, siue semper est acceptum Deo ꝓpter formam gratiæ, in qua factum est.

Albertus.

Ad tertium

¶ Ad tertiā respōdetur. ꝙ verum est assumptum de eo, quod moritur in se. opera autem viua vt dicit S. Thom. non mortificātur ita per sequens peccatum, ꝙ moriātur in se per accidens quo ad istum, & ideo remoto illo accidente viuificari dicūtur.

S. Thom.

Ad quartū. Bonauenc. Ale. de Hal.

¶Ad quartam respondetur iuxta Dominum Bonauenturam & magistrum Alexan. de Halis, ꝙ aliud est recuperare actum simpliciter, & recuperare per viuificationem, sicut aliud recuperari & viuificari. recuperare enim respicit esse, viuificare, ordinare. & quoniā qñ aliquid deficit quantum ad esse non est idem numero: sed aliud, & ideo habitus si corrumpatur idem non reparatur. sed quia possibile est, ꝙ idem manens numero alium & alium ordinem habeat, & secundum hoc attenditur mortificatio, & viuificatio in operibus. ideo possibile est opus mortificatum viuificare manens idem. Et ita ratio non procedit.

3 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur etiam, ꝙ opera mortua. i. facta in statu mortalis peccati per pœnitentiam reuiuiscunt.

Primū arg. Secundū ar.

¶ Primo ex textu præsentis capi. ¶ Secundo sic. dicit Adamātius super Iosue. sunt in ecclesia ardentes quidam, & acquiescentes diuinis præceptis extra & infra, sed in cōuersatione propria de obscœnis vitijs inuoluti, nec omnino deponentes veterē hominem cum actibus suis nihil adhibent emendationis morum & innouationis. istis ergo Christus salutem cōcedit, sed quandam insaniæ notam non euaderet. Ex his colligitur, ꝙ bona facta in mortali, vel per se vel viuificationē sequentem valeant ad vitam.

Tertiū arg.

¶Tertio sic. plus appropinquat charitatem, & gratiæ bonum ex genere, & bonum virtutis moralis, quam bonum naturale. sed gratia sequēs per pœnitentiam restituta perficit naturalia. ergo multo-

fortius

fortius bona ex genere, vel ex circūstantia, aut etiam actus virtutis acquisitæ sine charitate facta per pœnitentiam vivificātur, vt prosint ad vitam. ¶ Quarto sic. si remouetur

Quartū ar.

causa remouetur effectus. sed causa quare illa opera nō valent ad vitam erat charitatis defectus, & gratiæ. ergo cum pœnitentia charitatem, & gratiam & omnes virtutes restituat, etiam opera bona sine charitate facta viuificabit. ¶ In oppositum arguitur sic. In naturis a non viuo nō generatur aliquod viuum habens potentiam ad vitam. ergo in spiritualibus similiter erit, sed homo sine charitate non viuit spirituali vita. ergo non potest facere aliquod opus spirituale viuum, nec habens potentiam ad vitam. ergo per consequens nec per sequentem pœnitentiam viuificabilem. ¶ Respondeo dicendum. sit ista conclusio, quod opera bona mortua cuiusmodi dicuntur facta in peccato mortali per pœnitentiam sequentem non viuificantur. quæ cōclusio probatur sic. opera viuificabilia sunt aliquomodo meritoria, quia ad minus in potentia. si ergo opera extra charitatem facta possent aliquo modo viuificari, aliquis sine charitate posset aliquo mō mereri vitam æternam quod est falsum. ¶ Secundo sic. habitus non format actū, nisi qui ab eo procedit. sed opera bona sine charitate facta nunquam processerunt ab ea. ergo per charitatem siue gratiam per quam pœnitentia restituit prædicta opera viuificari nō possunt. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur. ꝙ mortua in litera præsenti longe loquendo dicuntur mortificata, & ita ratio non procedit. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ sicut. Isidorus verba Adamātij ibidem exponere videtur per salutem intelligitur signum salutis, quod etiam peccatores in sacramentis suscipiunt. vel dicendum, ꝙ concedit eis salutem in spe, non in re. Concordat Albertus in responsione & ita ratio non procedit. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. & ratio est s̄m S. Thomam: & Albertum magnum, quia non est simile de potentijs & habitibus, quæ manent in anima, quos gratia superueniens inuenit: & perficit, & aliud de actibus qui nullo mō manēt, sed transeunt, nec habent potentiam ad vitam. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. & ratio est. quia causa quare opera sunt mortua non est defectus gratię siue charitatis, sed quia a charitate nō sunt elicita, & ideo cum causa mortis ab eis non tollatur per pœnitentiā, quia non potest tollere pœnitentiam, quoniam extra charitatē opera illa fuerunt facta. Manifestum est, quod pœnitentia nō possit illa viuificare. Lege. [¶ Etiam illa quæ peccatis inueniuntur admista] hic nō videtur dicere verum Gratianus si intelligat ꝙ etiam bona facta cū admistione peccatorū mortalium per sequētem pœnitentiam reuiuiscant ad vitam æternam [vnde Augustinus] confirmat authoritatibus sanctorum, quæ dixerat videlicet, ꝙ opera bona mortificata per pœnitentiam reuiuiscant, Prima authoritas est illa August. superius distin. 4. posita quæ intelligitur pium est credere. secunda est Hier. in eodem loco, non est iniustus Deus. tertia est apostoli. ad hebræ. 6. 11. & 12.

Opponit in contrariū. Respondet. Ad primum argum. Ad secundū. Albertus. Ad tertium. S. Thom. Ad quartū. Exponit literam. Contra gratianum.

Porro. Hæc est tertia pars vbi inducit ad hanc conclusionem. s. ꝙ bona mortificata reuiuiscūt eandem authoritatem Ezechiel. prophetæ porro tenetur copulatiue, vt dicit glo. non aduersatiue, quasi pro, & in iustitia sua quam operatus est viuet, quia opera iustitiæ quæ fecit prius in charitate constitutus viuificata per pœnitentiam reputabuntur sibi ad meritum æternæ.

1 *Vlulatus quare dicatur cantus idolatriæ.*
2 *Deus erudiuit filios Israel præ cunctis gentibus.*

Filijs quoque Quarta pars, vbi vult probare, ꝙ peccata dimissa redeant, exemplo filiorum Israel, in quibus dominus improperat peccata parentum, quæ tamen fuerāt eis dimissa, & dicit illa rexisse in eis propter quod prædicit, eis ꝙ eorum principes gladio corruent filijs Israel, de quorum captiuitate per Assyrios habetur. 4. Regu. 24. [veteris idolatrię]. s. quando adorauerunt vitulum conflatilem, quod peccatum dimisit Deus filijs Israel ad preces Moysi dominum deprecantis Exo. 22. & dicitur veterem idolatriam quia tūc leguntur filij Israel primo idolatrasse, & post illā leguntur multoties idolatrasse, sicut patet ex diuersis locis veteris testamenti, ve id est æterna damnatio eis erit, qui recesserunt a me idola colendo & alia peccata commitendo [vestabūtur ab hostibus & in captiuitatem ducentur] Hiere. 6. iniquitas & vastitas audietur in ea. [præuaricati sunt in me] audiendo idola, & transgrediēdo præceptum meum: quia dixi eis non facietis Deos alienos vobis [redemi] de seruitute Egyptiaca. Exo. 25. dux fuisti populo tuo quem redę misti [mendacia dicentes] exod. 22. isti sunt Dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Egypti. [Et non clamauerunt] deuote ex corde eorum orando & spem ponendo in Deū [sed vlulabant] idolis cātantes [1] cantum idolatriæ, vlulatū vocat quia amisso rationabili sensu lupis & canibus similes sunt [in cubilibus suis] more bestiali luxuriantes Ioel. 1. vlulate omnes qui bibitis vinum, in quo est luxuria. vnde Hieronymus in prologo super hoc dicit, Et non clamauerunt ad Deū in corde suo: sed idolatriæ, fornicationibus, volutabātur, sic demoniorum cultū sequitur libido, & luxuria. vnde qui colebant demonio consequenter instar porcorum in cęno libidinum versabātur, & pulchre cantica idolis seruientium non carmina in Deum sed vlulatum appellat [ruminabant] non sicut homines comederūt, sed quasi iumenta ruminarunt. i. abundantiam rerum quam habebāt sæpius ad voluptatem, videlicet ad fauces reuocabant, vt in delectabilibus pascerentur, nihil. n. quam cibos & luxuriam quærentes. Ideo sequitur [recesserunt a me. Erudiui] [2] Deus. n. præ cūctis gētibus erudiuit filios Israel primo per Abraham dando signaculum circuncisionis, deinde per Moysem dando legem exod. 24. deinde per prophetas, in quo Deus, misericors patet eccle. 18. qui misericordiam habet, docet, & erudit, sicut pastor gregem. sed ipsi stulti & insipientes corde sapientiam & disciplinā despexerunt. prouer. 1. despexistis omne consilium meum. [confortaui brachia eorum [in bellis, dando eis robur & fortitudinē, sicut patet in multis prælijs sicut contra quinque reges amorreorum, & multos alios vt tempore Iosue: & alijs temporibus de quibus historia veteris testamenti plena est. [& in me] qui tanta eis feci cogitauerunt mala] quæ non potuerunt stabilire, siue explere, cum. n. mihi nō possent nocere cogitatione sola meam potentiam ad idola transtulerunt dicentes. hi sunt Dij tui Israel Exo. 32. de quibus in psal. 72. Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt, posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiuit in terram. [Reuersi autē] ad pristinum statum. s. ad id quod fuerant antequam vocaret os per Abrahā, & Moysem; & alios: [& absque iugo] legis & freno timoris Dei feretur in præcepitia [facti sunt quasi arcus dolus] vt dicit Hieronymus est atque peruersus qui percutit dirigentem & vulnerat dominum suum. ergo filij Israel quos dominus Deus contra aduersarios tenderat, contra dominum vertūtur sagittas blasphemiarum contra eum mittentes, & ideo [principes eorum] qui infelicem populū deceperunt [primo ipsi cadent gladio]. s. temporali, & spirituali: & propter furorem linguæ suæ quo vitulos aureos appellare Deos ausi sunt, vt hoc faceret in terra promissionis, quod in Egypto didicerant &c.

Exponit literam. Hieronym. Hieronym.

Antiqua. Est quinta pars principalis, vbi magister Gratianus allegat ꝓ illa parte, quod peccata dimissa redeant dicens. ꝙ dominus non punit peccata parentum in filijs, sed propria peccata filiorum quæ cōmiserunt imitando patres suos. ¶ [Antiqua] primo summatim interpretatur verba Oseę. deinde obijcit Gratianus per verba eiusdem prophetæ. qui videtur contrarium dicere Oseæ. 7. cum dicit. ne forte dicāt omnem malitiā præteritam [& antequam adinuentiones]. i. peccata siue malitiæ ab eis inuentæ (coram facie mea]. q. d. non sunt veriti faciem meam. Inducit consequenter ad idem Hieronymum super dictam literam Oseæ. [Ne forte] apertissime exponere verba prophetę. [Heretici] sunt verba ipsius Hieronym. super eundem locum ꝓphetæ [pp vetera]. s. peccata patrum suorum antiquis operibus patrum: & cū se celare putant, hoc respicit illud verbum prophetæ coram facie mea. non ergo credant suarum culparum nequitiam latere Deum, quoniam Deus scit cogitationes hominum psal. 14. & psal. 33. vultus autem domini super facientes mala [Gelasius] Inducit authoritatem Gelasij ad idem qui ait [diuina clementia &c.] planum est.

Exponit literam.

Sed his authoritatibus &c. Sexta authoritas pars principalis in qua concludere licet male, quod peccata dimissa per pœnitētiam redeāt quātum ad supplicium & respondet

& respondet authoritatibus, quæ dicere videntur cõtrarium dicẽs. Sed his authoritatibus .s. proxime positis ab illo. §. antiqua. & illis superioribus .s. in capitulo. q recedit a Chisto. quod est prosperi [expiati] .s. baptismum quia eorum culpam sequuntur: & sic ille authoritates vere ostendunt, ꝙ peccata dimissa redeant. verum dicit soluendo: sed non dicit verum vlterius inferendo, cum ait sic & bona Gratianus arguit ꝙ sicut bona per culpam mortificata per pœnitentiam reuiuiscunt & prosunt ad præmium: ita mala per pœnitentiam dimissa per sequentem culpam reuiuiscunt ad supplicium, sed ista ratio nulla est sicut superius diximus in disputatione articulorum ex dictis B. Thomæ. Præterea nõ est simile, quia Deus pronior est ad miserendum, quam ad puniendũ. Misericordia .n. eius superexaltat iudiciũ, & miserationes eius super omnia opera eius. vnde dominus per misericordiam suam opera facta in charitate per sequẽs peccatum mortificata non omnino delet: sed in misericordia suæ clementiæ sic seruat, ꝙ quamnis durante peccato non prosunt ad pręmium, post deletionem tamen peccati prosunt. & sequẽtibus adiuuãtur bonis operibus, non sic autem de peccatis est, quę per pœnitentiam omnino deleuit, & sic texit, ꝙ oĩno non imputentur amplius, vnde iustus & largus dominus dr̃, qui non repetit quod condonauit. Ex quibus patet ꝙ Gratianus in hac parte non bonam sñiam cõplexus sit. Litera. ¶ [Tale est] .i. ita debet intelligi illud. Sicut ergo bona. Ista est sua mala consequentia. vt diximus, nec exempla inducta faciunt pro sententia sua. non ergo prima. de psal. 37. plagæ per baptisma sanatæ. quoniam hoc non dicit. quia originale nec peccata actualia per baptismum deleta redeant. sed ꝙ reliquiæ in nobis derelictæ tam ex peccato originali sicut est fomes, & repugantia carnis ad spiritum: & quam alii defectus ex peccatis actualibus derelicti, quia non quælibet pœnitentia tollit oẽs reliquias peccati actualis, quæ hic dicuntur plagæ, cum assumunt hic aliquem vigorem, qñ iterum ad peccata redimus dicuntur putrere. vnde gloss. ordinaria magistri super psalmum prædictum. ita dicit, cicatrices meæ .i. plagę peccatorũ per baptismũ sanatæ putruerunt, cũ iam peccato iterũ consentitur. & corruptæ sunt, dũ ad actum perducitur. & hoc totum a facie insipientiæ meæ .i. per stultitiam meam: quia nõ sum vsus viribus in baptismo .s. receptis quod mihi nõ deputo, hęc glo. Præterea nec facit ad propositum quod consequenter inducit quod dicendum confitetur peccatum originale, quia non capitur confessio proprie, tum quia tempore prophetæ confessio sacramentalis non esset instituta, tũ quia de peccato originali cum non sit voluntate nostra inductum sed ex vitiosa naturæ origine contractum, nec ꝓprie est contritio nec confessio. vnde glossator qui hic dicit, quod credit contritionem exigi ad deletionem originalis peccati, non bene dicit, sicut nec in multis alijs, quæ tangunt theologiam. Capitur ergo confessio pro assertione. [confitetur] id est fatetur siue asserit se in originali peccato conceptũ. de hoc modo confessionis habetur Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam. ore confessio fit ad salutem.

Cõtra Gratianum.

Exponit literam.

¶ Distinctio quinta.

2 *Circunstantiarum triplex est genus. Et quintuplex. nu. 4.*
3 *Esse est duplex.*
6 *Accipiens clam rem alienam in loco sacro incurrit excommunicationem.*
10 *Circunstantiæ trahentes in aliam speciem siue genus sunt de necessitate salutis confitendæ.*
Et quid de aggrauantibus. nu. 11.
12 *Vtilitates tres sequuntur ex confessione circunstatiarum.*
13 *Circunstantiæ alleuiantes non sunt confitendæ.*
Nisi in duobus casibus. nu. 15.
14 *Quantitas peccati est duplex.*
16 *Pœnitentia est iniungenda secundum qualitatem criminis.*


IN pœnitentia. Hic incipit distinctio 5. in qua magister Gratianus principaliter duo tractat. Primo quæ in pœnitentia pœnitente veniũt vtiliter consideranda. Secundo de his a quibus verus pœnitens abstinere debet. Verum tota distinctio particularius diuidi potest videlicet in septem partes. In prima ostendit, quod peccator debet mente cõsiderare circunstãtias in contritione, quæ poterunt aggrauare notabiliter peccatum suum, & etiam exprimere in confessione. In secunda ponit mala quæ incurrit homo ex peccato propter quæ merito debet dolere de peccato. In tertia hortatur eum ꝙ oĩa confiteatur sacerdoti, & faciat pro vita aĩæ recipienda quod faceret pro vita corporis defendenda. In quarta designat quędam de impedimentis pœnitentiæ, a quibus vere pœnitens debet timere. In quinta hortatur ad faciendum dignos fructus bonorum operum. In sexta etiam designat alia impedimenta pœnitentiæ, videlicet negotiationes & militiam: a quibus abstinere exhortatur pœnitentem. In septima occasione horum introducit quæ sit falsa, & vera pœnitentia. secunda ibi: dolẽdũ. tertia ibi: ponat se omnino. quarta ibi, cohibeat se. quinta ibi, quærat fructus. sexta ibi: qualitas lucri. septima ibi. falsam pœnitentiam. Pro pleniori intelligentia huius primæ partis huius distinctionis veniunt quinque disputanda.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum circunstantiæ aggrauent peccatum.
5 ¶ Secundum, vtrum circunstantiæ positæ in litera conuenienter ponantur.
7 ¶ Tertium, vtrum circunstantiæ peccatorum sufficienter enumerentur siue assignentur in litera.
8 ¶ Quartum, vtrum circunstantiæ omnes positæ in litera, necessario reuoluendæ veniant in contritione.
9 ¶ Quintum est, vtrum omnes circunstantiæ sint in confessione exprimendæ.

¶ De quæstionibus autem quas hic mouet gl. videlicet qñ orationis cõfessio fuit instituta. Et vtrum sit necessaria vel non, & cui sit facienda, & quando, superius circa primam distinctionem tractauimus.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur quod circunstantiæ peccatum nõ aggrauant. ¶ Primo sic. nihil augetur nisi ex suo simili. vnde intensio qualitatis quantitatem corporalem non negat: sed additio alterius corporis, sed circũstãtiæ non sunt peccata, sed sunt quædam peccati accidentia. ergo peccatum non aggrauant. ¶ Secũdo sic. tota ratio mali in peccato ex auersione, non autem ex parte conuersionis. ergo non aggrauant malitiam peccati. ¶ Tertio priuationes non intendũtur, sed malum priuatio quædam est boni, vt Augustinus dicit. ergo malitia peccati per circunstantias intendi non potest. ¶ In oppositum est litera præsentis capituli. quoniã si peccatum non aggrauarent, nec exprimendę essent in cõfessione. ¶ Respondeo dicendum ꝙ in confessione circunstantiæ quãdoque aggrauant peccatum, imo quandoque immutãt in aliam speciem. Probatur ista conclusio. primo sic. Ex quibus causatur vnumquodq; ex eisdem augeri potest. sed ex circunstantijs inordinatis fit peccatum inquantum per defectum circunstantiæ modus virtutis corrumpitur. ergo circunstantiæ aggrauant peccatũ. ¶ Secundo rhetores ex circunstantijs trahunt argumenta ad accusandum vel excusandum, laudandum, vel vituperandum: sed accusatio: vel excusatio, laus: vel vituperium, fiunt de bono vel malo, aut minus bono, aut minus malo. ergo circunstantię augẽt actus bonitatem vel malitiam. ¶ Tertio sicut dicit Augusti. in 6. de trinitate. in his quæ nõ mole magna sunt: idẽ est esse malus quod melius in bonis, & similiter in malis idem est esse malus: quod peius. sed malitia in actu peccati ex hoc est, quod deficit a debita proportione ad finem ad quem proportionatus redditur per debitam commensurationem circunstantiarum. ergo defectus debitæ circũstantiæ malitiam in actu causat. Et quia per vnam circunstantiam deficientem vel appositam magis elongatur vel minus a debita proportione ad finem: sequitur quod circũstantia facit actum magis malum vel minus, & secundum hoc dr̃ aggrauare peccatum. ¶ Secunda conclusio. Aliquæ circunstantiæ intantum grauant actum peccati, ꝙ illũ mutant in aliam speciem peccati. Pro cuius cõclusionis declaratione est notandum, vt ponit dominus Durandus in 4.
2 & satis aperte colligitur ex S. Thoma quod triplex est genus circunstantiarum. quædam sunt, quæ s̃m se important conuenientiam vel disconuenientiam ad rectam rationẽ: sicut ꝙ res aliena accipiatur de voluntate domini, vel præter eius voluntatem. prima .n. circunstantia conueniens est rationi: sed alia a ratione discordat, similiter quod res accepta præter voluntatem domini accipiatur in sacro loco, directe est contra rationem: propter reuerentiam sacri loci.

Primũ arg.

Secundũ arg.

Tertiũ arg.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

Prima conclusio.

Augusti.

Secunda cõclusio.

Durandus.

S. Thom.

¶ Aliæ

¶ Aliæ sunt circunstantiæ quæ de se non important aliquã inconuenientiam, vel disconuenientiam ad rectam rationem, important tamen supposito quodam alio, sicut accipere rem alienam in quantitate magna, vel parua, non discordant a recta ratione: supposito tamen, quod indebite accipiatur puta furto, vel rapina: maiorem disconuenientiam includit acceptio rei alienę in magna quantitate, quã in parua. sed nõ in alienam speciem mutat. ¶ Aliæ vero circunstantiæ sunt, quæ nec de se, nec quocunque alio supposito includunt disconuenientiam rectam rationem, nec inclusam nutriunt, nec augent: sicut quod res aliena accipiatur cum manu dextra: vel sinistra. His suppositis siue notatis patet conclusio videlicet quod aliquæ circunstantiæ trahant peccatum in aliquam speciem, vnde circunstãtiæ primi generis ponunt in actu ratione peccati, & secundũ multitudinem earum est in eodem actu multitudo peccatorũ sicut in acceptione rei alienę ponit species peccati, quod accipiatur clam, vel per violentiam, & primo modo est furtũ secundo modo raptura, si accipiatur furtum vel furta de loco sacro non solum est furtum: vel raptura, sed etiam sacrilegium. & sic sunt plura peccata, & non vnum. Cuius ratio est quia vbicunque in actu vno sunt plures defectus vel deformitates, quarum vna non est per se determinatiua alterius: ibi sunt plura peccata, sed in re furtiuè accepta vel violenter in loco sacro sunt plures deformitates, quarum vna non est determinatiua alterius. ergo ibi sunt plura peccata maior patet. quia formalis ratio peccati consistit in hoc, ꝙ non conformatur rectæ rationi. Et talis deformitas vocatur defect⁹, vel deformitas actus moralis minor quia in furtiua acceptione rei alienæ de sacro loco est duplex deformitas: vna qua accipitur res aliena præter voluntatem domini, altera irreuerentia sacri loci. qui habet immunitatẽ, nec vna illarum est per se determinatiua alterius. quia põt fieri furtum siue irreuerentia loco sacro vel furto, propter quod in sacrilegio non videtur esse vnum peccatum tantum sed duo: & idem intelligendum est in omnibus alijs peccatis, quando in actu vno sunt plures circunstantiæ malæ, quarum vna non est determinatiua alterius. Et sic patet qualiter circunstantiæ primi generis se habent ad actũ peccati.

Opponit in cõtrarium.

¶ Sed contra hoc diceret aliquis, ꝙ species rei non potest variari, nisi per illa quæ sunt intrinseca rei. sed circunstantiæ non sunt intrinsecæ actui, quo ad essentiam actus, nec limitant eius speciem quo ad esse naturæ ergo nõ mutant vel addunt speciem.

Respondet Durandus.

¶ Respondet ẽm Durãdũ, ꝙ circunstantiæ nõ sunt intrinsecè actui simpliciter. sunt tñ intrinsecæ actui quo ad bonitatem, vel malitiam moralem, & ideo hanc mutare possunt vel nouam addere priore specie non mutata.

Bonauent.

Ad idem est dominus Bonauentu. qui respondens ad hoc argumentum illud quod dat speciem est essentiale intrinsecum, circunstantiæ autem sunt extrinsecæ & accidentales variabiles. ergo circunstantiæ non possunt dare vel mutare speciem. Respondet sic quod duplex
3 est esse. s. esse naturæ. & esse moris. & aliud est accidentale secundum esse naturæ, quod tñ non est accidentale secũdũ esse moris. & quamuis circunstantiæ sint accidẽtales actui secundum esse naturæ, tamen essentiales sunt ẽm laudem, vel vituperium, quæ laus venit ex parte moris vel eius contrarium. Et si tu obijcias, ꝙ non debent dici circunstantiæ. dicendum est. quia aliqua est circunstantia respectu esse naturalis, quæ non est circunstantia respectu peccati. sed forma vtpote furti accipere rem non suam inuito domino. aliquando circunstantia respectu actiuæ, quantum ad esse naturæ, & inquantum peccatum. quia sine ea nihilominus potest esse peccatum, sicut accipere rem alienam, vel sacram de loco sacro, & ita est circunstantia & forma, circunstãtia respectu peccati furti, quia sine ea poterat esse furtum, sed forma respectu sacrilegij.

Tertia cõclusio.

¶ De circunstantijs autem. 2. generis quæ non important de se conuenientiam aut disconuenientiam ad rectam rationem. Ponitur tertia conclusio. quod tales circunstantiæ non ponunt in actu nouam speciem, sed in eadem specie augent culpam, vel minuunt, sicut in exemplo de acceptione rei alienæ in magna quantitate, vel in parua. patet conclusio ex ipsis terminis. quia ꝙ non importat de se deformitatem, sed nupertatem, auget vel minuit, nõ ponit speciem peccati: sed posita auget, vel minuit, sed deformitas huius generis est huiusmodi vt patet ex præcedentibus. ergo &c.

Quarta cõclusio.

¶ Quarta conclusio. Circunstantiæ tertij generis non possunt actu in speciem peccati, nec positam augent, nec minuunt. patet cõclusio, quia nũllam differentiam habent ad rectam rationem secundum bonum, vel malum, nec ẽm se, vt ponant nouam speciem peccati, vt circunstantiæ primi generis, nec alio supposito, vt ponant augmentum in culpa, vel detrimentum, nec circunstantiæ secundi generis, vt patet per exemplum positũ de acceptione rei alienæ, cum manu dextra. vel sinistra.

Quinta cõclusio. S. Thom.

¶ Quinta conclusio. Aliquæ circunstantiæ aggrauãt in infinitum. Ista conclusio declaratur sic iuxta Sã. Thom. in 4. qui ait. quod quando circunstantia mutat speciem, potest in infinitum aggrauare. sed non semper hoc facit: quia qñ ex deformitate speciali quam circunstantia addit habet directe oppositionem ad charitatem, quod ostẽditur ex hoc quod est directe contra pręceptum, cuius finis est charitas: tunc in infinitum grauitatẽ addit. s. peccati mortalis, quando autem illa deformitas non directe habet oppositionem ad legem Dei: vt sit contra eam, sed præter eam, nõ aggrauat in infinitum siue sit veniale cui additur, siue mortale, sicut ad actum gulæ qui est præpropere addit hæc circunstantia lente laute specialem deformitatem, quæ etiam ex se peccatum potest facere. sed non est directe contra legem & ideo non aggrauat in infinitum, sed si actui veniale puta
4 laute: & studiose reparationi additur ebrietas notabilis talis circunstantia diceretur aggrauare in infinitum.

Pet.de pal

† Possumus ex prædictis iuxta dominum Petrum de palude elicere quinque genera circunstantiarum. Primum est earum, quæ nec alleuiant nec grauant, sicut accipere alienum manu dextra, siue sinistra aut de mane, aut sero. Secundum est earum, quæ alleuiant, vt facere malum bona intentione vel ex ignorantia. Tertium est earũ, quæ grauant, sed non mutant. vt furari multum. Quartum est earum, quæ grauant, & mutant, sed non in infinitum, vt quando vnum quod esset veniale vel primum mortale, & secundum veniale, vt in speciebus gulæ. Quintum est earum, quę grauant, & in infinitũ, vt cum veniali additur mortale.

Ad primũ.

¶ Iã ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respõdetur, ꝙ ratio illa procedit in his: in quibus augmẽtum fit per additionem, non autem in quibus fit per intensionem. Nam sicut nõ oportet ꝙ albedini addatur albedo ad quod aliquid fiat magis albũ, vt dicitur. 4. phy. similiter nõ oportet, ꝙ peccatum addatur peccato ad hoc ꝙ fiat magis peccatum.

Ad secundũ

¶ Ad secundam respondetur, ꝙ ex hoc ꝙ ex inordinata conuersione ad commutabile bonum redditur actus improportionatus ad cõuersionem ad finem, ideo fundamentum auersionis est cõuersio in peccato, & propter hoc circunstantiæ quæ ex parte conuersionis tenent se possunt peccati malitiam augere.

Ad tertium

¶ Ad tertium respondetur ꝙ licet priuationes non intendantur ex seipsis, intendi tamen possunt quandoque ex causis suis, sicut cœcitas per elongationem ab actu videndi: & similiter ex inordinata conuersione malitia in actu intenditur.

5 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur ꝙ circunstãtię positæ in litera nõ conuenienter ponantur.

Primũ arg

Et primo videtur, ꝙ qualitas criminis non debuit poni circunstantia, quia aut intelligitur de qualitate essentiali, quæ dat speciem vitio, aut accidentali. si primo modo tunc non est circunstãtia Si secundo modo tunc quæratur quæ sit illa qualitas. si dicatur quod sit modus. Cõtra modus ille, qui est mortalis peccati est vnus: quia est ex contemptu præcepti, & libidine commutabilis boni, sed cõstat quod non est vna qualitas omnium peccatorum: ergo modus ille non est qualitas criminis.

Primum ar.

¶ Secundo de loco sic. locus non grauat peccatum: nisi sit sacer, & tunc fit sacrilegium hoc est aliud genus peccati. ergo locus non manet circunstantia simpliciter; sed etiam dat deformitatem speciei vitij.

Secundũ ar.

¶ Tertio de perseuerantia nihil addit super actum peccati nisi continuitatem. continuitas autẽ nõ dicit aliquid in actu, sed potius in agente, quod maneat in vitio. ergo non videtur circunstantia peccati.

Tertium ar

¶ Quarto de varietate personæ c. dignitas personæ inquantum huiusmodi non auget meritum, non enim dicimus quod episcopus plus meretur orando ceteris paribus, quam nõ episcopus: ergo videtur ꝙ nec aggrauat.

Quartũ ar.

¶ Quinto de tentatione sic. impugnatio vel tentatio præcedens quandoque nõ est in potestate nostra, quando. s. tentatio est ab hoste, sed circunstantiæ cum sint cõditiones actus moralis sunt in potestate nostra, vt videtur. ergo non debuit poni inter circunstantias quãta tẽtatione aliquis cecideri.

Quintũ ar

Sextũ arg

¶ Sexto pœna consequens

consequens peccatũ non est circunstantia peccati sed amissio virtutum est pœna damni ex peccato consequentis. ergo non debet poni inter circunstantias.

Opponit & Respondet.

¶In oppositum est authoritas B.Augu.in litera. ¶Respondeo φ conuenienter circunstantiæ sunt positæ ab August. in litera. Probatur ista conclusio iuxta S.Thom.in 4.dist.26.intentum B.Augustini in libro suo de pœnitentia fuit numerare circunstãtias secundum φ à pœnitente sunt considerandæ, qui de peccatis dolere debet,& ideo nominat illa quæ pcipue ad dolorem de peccato inducere possunt.hæc autem sunt duo .s.priuatio boni,& quãtum ad hoc dicit.quia se virtute priuauit,& positio mali,quod quidem aggrauatur per accidẽs inquantum tollitur occasio excusationis,& sic debet dolere si nulla tentatione aut modica præuentus peccauit,vel p se ex aliqua circunstantia addente deformitatem ad actũ, & sic quantum ad personam agentis considerare docet statum peccantis,& beneficium plus à Deo acceptum quantũ ad omnes docet considerare quo tempore, & quando peccauit,docet etiam considerare circa quid:in hoc quod dicit secundum modum necessitatis quomodo in hoc quod dicit,& modum sui operis,& locum in hoc φ dicit, si in loco sacro,& ita patet conuenientia singularum circunstantiarum.

Ad primum argumen. Albertus magnus.

¶Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur iuxta Albertum magnum, φ qualitas intelligitur qualitas essentialis quæ constituit speciem ipsius.distat.n.vitium à vitio ex quãtitate quam affert specifica differẽtia,per quem modum dicimus vnum vitium in specie esse maius,& alterum minus.vt adulterium quam furtum. Et cum arguitur contra,φ tunc non esset circunstantia. Respondetur negando consequentiam.quoniam, vt superius in præcedenti articulo dictum est.& hoc idem dicit S.Th.

S.Thom.

idem potest esse respectu eiusdem actus circunstãtia & forma,etiam essentialis.circunstantia quidem quo ad esse naturæ,& forma essentialis quo ad esse moris,vel vt dicit magister Alexander de Halis potest esse respectu actus peccati circunstantia inquantum est peccatum,& essentialis inquã tum est quantum.i. vt dicit Albertus inquantum addit quantitatem turpitudinis.

Ale. de hal.

Albertus. Ad secundũ Albertus.

¶Ad secundam respondetur primo secundum Albertum φ locus sacer inquantum huiusmodi non trahit in aliud genus nisi adueniat alius actus vio-
6 lans locum.vnde iuris periti dicunt, quod clam accipiens rem alienam in loco sacro incurrit excommunicationem, quam fecit episcopus consecrans inuiolatores loci:sed illam incurrit accipiens in loco sacro violenter,eo quod alio actu quam contractione rei alienæ lædit immunitatem loci, & sic patet,quod si nihil additur actui,locus sacer non est locus trahens in aliud genus peccati: sed circunstantia aggrauans,vel potest dici sicut supra dictum est: quod non est in conuenien̄s:quod sit respectu diuersorum circunstantia,& forma constituens nouam speciem peccati.

Ad tertium Albertus.

¶Ad tertiam respondetur iuxta eundem Albertum, quod perseuerantia non dicitur permansio in actu criminis solummodo, nec actuale propositũ perseuerandi.quia hoc esset actuale peccatum diuisum ab alijs,nec etiam donum perseuerantiæ φ est virtus aut aliquid coniunctum virtuti,sed dicitur hic pseuerãtia id,quod relinquitur ex actus vitiosi iteratione. Et hoc est duplex.s.mala dispositio,per quam fit homo habilis ad peccandum & vulneratio naturalis boni per qđ elongatur à bono incommutabili,& quanto plus disponitur sic tanto efficitur pronior ad peccandum, & ex tali pronitate efficitur quædam quantitas peccati in hoc,quod magis voluntarie & magis libere peccant.

Ad quartũ Albertus.

¶Ad quartam responde tur ẽm eundem Albertum negando consequentiã.ratio est quia non est simile de augmento meriti & peccati,quia meritum & augens meritum ex Deo solo est, & non ex homine.sed peccatum & augens peccatum est ex homine,& non ex Deo,& ideo aliquid circa personã potest sicut dignitas facere maiorem incongruitatem in malo.vnde in bono qđ non auget meritum.sed auget debitum conuenientiæ, sed in malo auget peccatum propter causam prius assignatam.

Ad quintũ. S.Thom.

¶Ad quintam respondetur iuxta S.Thomam negãdo cõsequentiam.quia quamuis tentatio non sit in potestate nostra:tamen resistere vel nõ resistere est in potestate nostra: & ideo ẽm hoc ex tentatione præcedente circunstantiã peccati sequi potest.

Ad sextum. S.Thom.

¶Ad sextam respõdetur ẽm S. Thomam. quod amissio virtutum quamuis sequatur peccatum, secundum naturæ ordinem,tamen concomitatur ẽm tempus:& ideo circunstantia potest poni. Dominus vero Albertus soluit aliter,& dicit.φ Augu.monet plangere virtutum interitum,non tanquam circunstantiam peccati: sed tanquam quoddam aggrauans ex nocumento, quia per hoc turpius est peccatum,& maius quod est priuatio maioris boni, nec intelligitur de priuatione quæ sequitur omne peccatũ, sed de illa quæ sequitur peccatum ẽm se,ẽm quod dicimus qđ maius est peccatum quod maiori virtuti est contrarium,sicut odium:quod charitati contrariatur & huiusmodi.

Albertus.

7 **Ad tertium** Sic proceditur.†Et videt̃ quod in præsenti litera ab Augu.nõ sufficienter ponatur numerus circunstantiarum, quoniam multo plures ponit Tullius in primo rhetoricæ.ponit enim primo septẽ videlicet quis quid,cur:quando,vbi:quomodo:quibus auxilijs.attribuuntur autem secundum Tullium & Boethium hæc septem,qdã psonæ,& qdã negotio. psone vna quidem quæ est quis.negotio aũt reliquæ:ipse aũt Tullius diuidit illam quæ est quis in.11.circunstantias,scilicet nomen, naturam,coniunctum,fortunam,habitum affectionem:studia: consilia facta,casus:oratio.Et horum quædam iterum sub diuidit:inter quæ sunt multę circunstantiæ de quibus Augustinus nullam videtur fecisse mentionem. ergo videtur quod non sufficienter ponatur in litera numerus circunstãtiarum.

Primum ar. Tullius. Boethius.

Opponit & Respondet.

¶In oppositũ est authoritas tanti doctoris. ¶Respondeo dicendum,φ sufficienter ponitur in litera ab Au. numerus circunstantiarum.de quibus erat ad propositum loquendi.Pro quo notandum φ non est præsentis intentionis tractare de circunstantijs,nisi prout aggrauant peccati actum,& faciunt sibi aliquam quantitatem vel secundum reatum,vel secundum turpitudinem,& ideo Aug.non tangit nisi circunstantias,ex quibus notabiliter efficitur huiusmodi quantitas in peccato.Sed Tullius agit à circunstantijs prout sunt locus rhetoricus, quæ coniungunt negotium, vel personam.possunt autem omnes circunstantię reduci ad.13.quæ his versibus notantur.Aggrauat ordo,locus,persona,scientia,tẽpus:Aetas, conditio:numerus mora:copia causa.Est modus in culpa,status altus,lucta pusilla. Ex his autem quinque respiciunt personam,s.scientia,ordo, ætas, conditio,& status.Tres respiciunt crimen siue actum.s. numerus,mora,& modus agendi. Tres respiciunt tentationẽ, s.copia,causa,lucta,pusilla. Et duæ sunt adiacentes,s. locus, & tempus.Et ita patet tam de numero circunstantiarum: quam ratione ad obiectionem in contrarium.

Versus.

8 **Ad quartum** Sic proceditur. † Et videtur quod omnes illæ circunstantiæ in litera positæ sint mente reuoluendæ in contritione.

Primũ arg.

¶Primo ex litera præsenti,in qua dicit Augustinus consideret qualitatem criminis &c.

Secundũ a.

¶Secundo sic. contritio dicitur simul tritio,eo quod totum delet peccatum.circunstantia autem aliquid peccati est.ergo ipsa est conterenda,sed non conteritur nisi actus doloris iteretur super eam. ergo acta debet pœnitens dolere de singulis circunstantijs peccatorum, & non potest actu dolere de illis,nisi actu reuoluat.ergo omnes sunt mente reuoluendæ.

Tertium a.

¶Tertio in his quæ corporaliter conteruntur super quæ non iteratur terens non constringuntur.ergo in spiritualibus similiter erit. quia istud verbum contritio a corporalibus transumptum est ad spiritualia. si ergo dolor qui conterit super circunstantiam non reiteratur circunstantia peccati non contetitur. ergo nec remittitur, & videtur. ergo oportet actualiter dolere de quolibet & in contritione reuoluere.

Opponit in cõtrarium. Secunda oppositio. Respondet.

¶In oppositum arguitur quia secundum hoc pauci compungerentur & pęniterent,quia paucissimi videntur facere hoc. ¶Præterea dicit Apostolus prima Corinthiorum 6.fugite fornicationem, exponitur, quod etiam fugiatur, ne cogitetur. quia mouet cogitantem.ergo videtur quòd ipsa cogitatio peccati non debet reuocari ad mentem,vt videtur. ¶Respondeo dicendum sub ista conclusione: non est de necessitate salutis vt singulæ peccatorum circunstantiæ in contritione dolendæ reuoluantur in mente pœnitentis:sed tantum illæ cum peccatis reuoluendæ veniunt,quæ mutant in aliã speciem peccati.vtile tamen est reuoluere quandoque circunstantias alias,de quibus recordari potest.Ista conclusio est sancti Thomæ,& Alberti magni in 4.distincti.12.

S.Thom. Ad argum. Albertus.

¶Ad rationem in oppositum ex authoritate August.in litera respondetur iuxta dominum Albertum: quod beatus Augustinus consuluit hoc ad compunctionem excitãdam, quod qtitatis peccati consideratio facit vehementius compũgi, & acrius dolere,& non dicit hoc ideo, φ tenetur pœnitens ad illa.

ad illa. hæc Albertus. Concordat S. Thom. dicens. quod hoc quod dicit August. pertinet ad perfectionem contritionis: & ita videtur dictum per modum consilij &c.

Primũ arg.

9 Ad quintum Sic proceditur. †Et videt, ꝙ omnes circunstantiæ sint confitendæ. ¶ Primo districtius est iudicium diuinum, quam humanum. sed ex singulis circũstantijs accusatur in iudicio humano. ergo ex singulis circunstantijs debet accusari in iudicio diuino. sed pœnitens est accusator sui in confessione tanquam in iudicio diuino. ergo tenetur accusare seipsum confitendo singulas circunstantias.

Secũdũ ar.

¶ Secundo sic. quantitas mali & turpitudinis debet innotescere sacerdoti in confessione: sed non potest innotescere, nisi innotescant omnia aggrauantia. ergo omnia aggrauantia debet narrare confitens. sed omnes circunstantiæ vel aggrauant, vel alleuiant. ergo omnes tenẽtur illas narrare.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. Gen. 19. præcipitur Lot, vt egrediatur de Sodomis: & adiungitur, vt non stet in omni circa regione. Exponitur autem communiter quod Sodoma significet peccatum, & circa regionis circunstantias peccati. ergo cum pnĩa sit via exeundi de peccato per cõfessionem vr, ꝙ debeat exire & non solum à peccatis sed etiam à circunstantijs confitendo eas.

Opponit in cõtrarium.

¶ In oppositum videt esse ꝗa canon omnis vtriusq; sexus. & de pœ. & re. non præcipit cõfiteri nisi peccata, non autem circunstantias. ¶ Item psa. dixi confitebor aduersum me iniustitias meas, non dicit circũstantias.

Respondet. Albertus Prima conclusio.

¶ Respondeo dicendum sub certis cõclusionibus sequendo dominum Albertum. S. Tho. dominum Bonau.
10 & Durandum. ¶ Prima est † ꝙ circunstantiæ in aliam speciem siue genus trahentes sunt de necessitate salutis confitendæ. Probatur cõclusio rõne. peccatum mortale cadit de necessitate salutis sub confessionem, sed circũstantiæ huiusmodi ponũt nouã speciem pcti mortalis in actu. ergo &c.

Secunda cõclusio.

11 ¶ Secunda conclusio est † circunstantiæ aggrauantes & nõ in aliud genus trahentes de necessitate salutis non sunt confitendæ, licet eas confiteri sit vtile. Probatur conclusio quo ad primam partem sic. Nunquam est de necessitate confessionis, nisi illud, ꝙ de se includit rõnem pcti mortalis: eo ꝙ solum pctm priuat gratia, quæ est necessaria ad salutẽ & habet ꝗtitatem quoddammodo infinitantem. vnde pctã venialia non sunt de necessitate confessionis, sed circunstãtiæ hmõi aggrauantes non trahunt siue imponunt aliquã speciem pcti mortalis. licet pctã augeant, vel minuant. ergo tales circunstantiæ non sunt de necessitate confitendæ, confiteri tñ eas pfectionis est, sicut de venialibus dr. Secũda pars conclusionis videlicet, ꝙ vtile & ꝓ consequens cõgruum

Albe. mag.

12 sit illas confiteri, patet† Dominus. n. Albertus magnus ponit tres vtilitates, quæ sequuntur ex cõfessione illarum. prima est erubescentia in confessione pro aliqua parte satisfacit & plures continet, quia plus erubescit de circunstantia, quã de peccato, & ideo vtile est confiteri illam. secũda vtilitas est, quia melius nouit peccati deformitatem, & melius scit taxare penitentiam, & satisfactionem. tertia vtilitas est

Tertia conclusio.

13 humilitas maior penitentis. Tertia conclusio † circunstantiæ alleuiantes non sunt confitendæ. Probatur conclusio. in confessione peccati nõ debet interponi excusatio. vnde super illud. psal. 14. ostium circunstãtiæ labijs meis, dr ad hoc pone ostium, vt non excusem peccatum meum, ꝙ summũ vitium dominatur in hominibus. s. confitentes circunstantias alleuiantes excusant se aliquo &c.

Contra primam conclusionem.

¶ Sed arguitur contra oẽs tres conclusiones contra primam sic. ¶ Primo dicit Bernardus: quod propter charitatem institutum est: cõtra charitatem obseruari non debet, sed quod fit in scandalum proximi fit contra charitatem. ergo cum confessio sit instituta propter charitatem, non debet fieri in scandalum proximi: sed ex confessione circunstantiarum oritur scandalũ in multis casibus. verbi gratia. Aliquis interfecit fratrẽ suũ, qui erat frater sacerdotis ex alia parte, videtur quod iste homicidia non teneatur confiteri, nisi simplex homicidium, & ꝙ debeat cauere de circunstantia fraternitatis, ne scandalizet sacerdotem, & prouocet eum ad interficiendum se. Similis casus est si confitens cognouit neptem suam quæ, est filia sacerdotis, in his casibus vr, ꝙ non teneatur cõfiteri circunstantiam consanguinitatis, nec scandalizet proximum quæ tamen circunstantia trahit actum ad aliam speciẽ siue genus pcti.

Secundũ ar. cõtra secundam conclusionem.

¶ Secundo sic. ex circunstantijs recitatis aliquãdo alterius personæ peccatum innotescit. sed homo in confessione debet se accusare nõ alterũ infamare. ergo vr ꝙ nõ debeamus circunstantias confiteri etiam immutantes speciem, si ex illis altera persona infamet. ¶ Contra secundã cõclusionem arguitur sic. Confitens debet sacerdoti pctã sua confiteri: vt ab eo modum satisfactionis accipiat. sed ꝓ grauiori pctõ maior iniungitur satisfactio: ergo tenet sacerdoti circũstantias notificare, quibus qualitas pcti aggrauatur.

Contra tertiam conclusionem.

¶ Contra tertiam conclusionem sic. clauis dr errare iniungendo pnĩam diminutam. sed ad hoc debet laborare sacerdos, vt clauis non erret. Similiter & confitens debet velle, ne erret. ergo & sacerdos debet inquirere de circunstãtijs diminuentibus, ne excedat nimiam iniungendo pnĩam, & penitens similiter confiteri, sicut debet inquirere de aggrauãtibus, ne nimis diminutam iniungat pnĩam: sed istis nõ obstantibus conclusiones primo positæ stant in veritate. vnde ad istas obiectiones dicendum est.

Ad primam obiectionẽ. Alexander

¶ Ad primam respõdet sic magister Alexãder de halis ꝙ in similibus casibus debet pœnitens petere licentiam à sacerdote proprio confitendi alteri sacerdoti pctã illa, cum suis circunstantijs. Si verò nõ vult dare licentiam, confiteatur gñã pctõrum, & taceat circunstantias ꝓꝑ scandalum. alij vero sacerdoti confiteat easdem quasi cõsulendo ipsum de maioritate pnĩæ, quæ iniungenda est pro illis circunstantijs, vel adeat superiorẽ. s. pnĩarium epi, vel ipsum epm, cui confiteat, vel alij obtenta licentia ab eo.

Ad secundã obiectionẽ. Durandus.

¶ Ad secundam dicendũ iuxta S. Th. & Durandũ, ꝙ hõ in confessione debet famã alterius custodire ꝗtũ põt suam tñ magis purgare debet: & ideo si circunstantia ꝗ ducit in cognitionem personæ sit de necessitate confessionis nullo modo omittenda est: sed est petenda licentia curato, vel eius superiore confitendi alteri non cognoscenti personam ꝗ licentia si non detur põt confitens dicere circunstãtiam sui pcti occultando personam ꝗtum põt, fecit. n. ꝙ iuris est, & plus tenetur sibi ꝗ alteri.

Ad obiectionem cõtra secundã cõclusionem.

¶ Ad obiectionẽ contra secundam conclusionem dicendum est iuxta Dñm Albertum, ꝙ ꝗtitas mali & turpitudinis substantialis non ex circunstantijs: sed potius ex auersione à bono incommutabili sed bene quædam turpitudo est ex circunstantijs hmõi: & quia accidentalis non habet pnĩam propriam: sed coniũctã cum pnĩa actus: & iõ nõ oportet eam singulariter & discrete confiteri.

S. Thom. Durandus.

Et concordat S. Th. cum ait. ꝙ sufficit, ꝙ sacerdos cognoscat ꝗtitatem ꝗ ex specie pcti contingit. Dñs aũt Durandus magis distinctè explicans solutionem S. Th. re-
14 spondet dicens sic† ꝙ duplex est quantitas pcti. vna essentialis quæ est ẽm speciem pcti sicut homicidium grauius est ꝗ furtum, & ista ꝗtitas necessaria est ad cõfitendũ, & ẽm eam ei imponenda grauior satisfactio pensata cõditione personæ, & cæteris conditionibus. Alia est ꝗtitas pcti in eadẽ specie, & ista est de congruo confitenda, quia nõ est necessariũ, ꝙ ẽm hanc grauitatẽ taxet pnĩa, & si imponat pnĩa maior ꝓꝑ circunstantiam aggrauantẽ, multo tñ minor ꝗ ẽm primam circunstantiam in aliam speciem pcti contrahentem.

Ad obiectionem cõtra tertiam cõclusionem. Ale. de hal.

¶ Ad obiectionẽ contra tertiam conclusionẽ cũ arguit, ꝗd sacerdos debet laborare, & cõfitẽs deberet velle ne clauis erret &c. Rñdet iuxta magistrum Alex. de halis, ꝙ qñq; expedit ꝙ sacerdos ita requirat, ꝙ sciat circunstantias diminuentes. s. qñ videt pœnitentem valde aggrauatẽm pctm suum, & linire eum, & cõsolari. vnde infra di. 6. dr. semper cum iuuet liniendo, & consolando, spem promittẽdo, & loquitur ibi de sacerdote & pœnitente & confitens requisitus confiteri debet circunstantias diminuentes non vt se excuset, sed vt veritatem respondeat, & vt inquirentem dirigat. Præterea qñq; confitenda est aliqua circunstantia alleuians causa scandali fugiẽdi, vt si aliquis de cuius bonitate esset magna præsumptio interfecisset latronẽ impetentẽ in se de nocte, ne scandalizaret sacerdotem, qui posset eum credere esse iugulatorem hominum, & etiam hypocritam, si simpliciter & absolute confiteret se commisisse homicidium, debet exprimere occasionem homicidij commissi non vt se excuset sed vt scandalum euitet. ex quibus verbis magistri Alexan.
15 colligimus. † ꝙ licet circunstantiæ alleuiantes generaliter non sunt cõfitendæ: bene tamen in casu maxime in duobus positis. primus cum requisitus est confitens a sacerdote pro directione sua. secundus causa vitandi scandali.

Ad primũ argumen.

¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã rñdet negando cõsequẽtiã, & rõ est, quia nõ est simile de iudicio diuino & humano, in iudicio. n. humano, vt inqt Alber. nõ fit mentio de circunstantijs ꝓꝑ directiõem. sed potius poter dubitationem iudicis qui veritatem non nouit. vnde non potest ei præsumptio fieri de quantitate malitiæ, nisi ex circunstantijs, sed in confessione accusando

se pœnitens

se pœnitens totum sibi manifestat. & ideo circunstantias quasdam confiteri non oportet. Ad secundū ¶Ad secūdam patet respō sio tam ſm Alb. q̄ ſm Durandum ex solutione data parum ante ad rōnem contra secundam conclusionem. Ad tertium S. Thom. ¶Ad tertiam respon. negando consequentiā. dicimus. n. cum S. Th. ꝙ licet de Sodomis. i. de peccato mortali non possit homo exire nisi per confessionem ad minus in proposito existentem, tñ de illis quæ circa sunt. i. de venialibus & circūstātijs quæ venialibus æquiualent: pōt hō sine cōfessione exire. Exponit literam. Litera. ¶[In pnīa qualitatem criminis commissi]. s. quale fuit.
16 i. de quo genere. s. homicidij vel adulterij &c. † qm̄ ſm qualitatem criminis est pnīa iniungenda, vt vbi maior culpa fuerit ibi maior & asperior detur pœna. Deut. 25. pro mēsura peccati erit plagarum modus [in loco] ponit aliam circunstantiam culpam aggrauātem. quia plus peccatur in vno loco, quam in alio vt plus in loco sacro quam non sacro. plus publico quam secreto [tpe] quia plus peccatur tpe quo orationi vacandum est, vel ieiunij [perseuerātia] quanto in peccato plus perseuerauit, plus peccauit. tum quia bonum qđ facere debuit non fecit. tum quia diutius existēs in peccato Deum diuturnius & frequentius offendit. tum in pc̄tō perseuerās magis libidinosa voluntate in pc̄tm̄ fertur quasi ex habitu [personæ] nam conditio personæ quæ peccat & cū qua peccatur grauat plus vel minus. vnde percutiens principem aut iudicem aut in statu sublimiori constitutū, q̄ subditum, & percutiens clericū q̄ laicum, & senem q̄ iuuenem, & plus qui in maiori peccat q̄ qui in puerili, aut iuuenili ꝑꝑ maiorem vel minorem vsum rationis, & plus qui cum virgine contulit, quam qui cum meretrice, plus cum vxorata vel vidua quam cum soluta. plus cum religiosa vel cognata, & sic de alijs cōditionibus personarum [tentatione] quia plus peccat qui minori tētatione pulsatus peccat q̄ qui maiori, quia facilius est resistere minori, quam maiori. & magis effrenata voluntate tendit in peccatum non tentatus q̄ tentatus. [omnis ista varietas cōfitēda est]. s. sacerdoti hoc tamē sicut diximus superius est de consilio siue congruo, non autem de necessitate in illis quæ trahunt in aliam speciem.

1 *Offendens in vno an sit omnium reus.*
2 *Pœnitens an teneatur obedire sacerdoti si iniungat religionem ingredi.*
3 *Ingressus religionis non potest alicui iniungi in foro pœnitentiæ nisi sub conditione.*
4 *Gaudendum est in pœnitentia propter multa.*
5 *Minutum quod dicatur.*
6 *Confessio quod sit integra an sit de necessitate cōfessionis. quod sic nume. 7.*
8 *Confessio in quatuor casibus dicitur irrita.*
9 *Pœnitens recurrens ad superiorem an teneatur superiori iterum omnia peccata sua confiteri.*
10 *Accedere quòd nullus possit sine culpa ad dominicum corpus, nisi prius bona conscientia confortatus an sit verum.*

Dolendum est.

Secūda pars: in qua ponit multa quæ ex peccato incurrimus quorum consideratio mouet nos ad dolorem & compunctionem pro pc̄tis commissis, & ponit aliqua. Primum est amissio virtutum. quia per pc̄tm̄ homo spoliatur oī ornatu virtutum & gratiæ. vnde Adam præ erubescentia pc̄tī abscondit se ornatu originalis iustitiæ & innocentiæ denudatus Gen. 3. [nam licet speret] ſm est quia neglexit multa bona opera. vnde potuisset mereri amplissimam gloriam. vnde licet modo ad Deū de præteritis peccatis agat pnīam & consequatur veniam, non tamen de illis præteritis sortitur gloriam [omne tempus] assignat rōnem quare dolendum sit. quia tempus hominis breuissimum est, & præteritū irrecuperabile est. Iob. 14. breues dies hominis sunt [defleat etiam quoniam offendens in vno] Iac. 3. tertium mouēs ad dolendum de peccato est [quia offendēs &c.] istud exponit multipliciter quomodocunq; exponatur prouocat ad dolorem.
1 Sed vr̄ ꝙ hoc non sit verum, videlicet † ꝙ offendens in vno factus sit omnium reus. primo sic. videtur. n. ex hoc magis esse ingratus dominus, quā ipse q peccat. si. n. sit dn̄s cui seruus seruiuit, & cōtingit ꝙ seruus peccet in vno, & dominus imputet ei pc̄tm̄ in omnibus, & non in vno tm̄ magis ingratus est dominus seruitio serui quam seruus. ergo à simili est ita & hic. Secūda op. ¶Secūdo sic. videtur maxima iniustitia esse, quod offendens in vno factus sit omnium reus, vt si aliquis deprehēsus in solo latrocinio vel furto, & iudex deuoluat in eum adulterium homicidium, crimen læsæ maiestatis iniustitiam facit illi: ergo cum leges humanæ sint exemplatæ à legibus diuinis, videtur ꝙ non sit sic circa legem diuinam, ꝙ si transgreditur vnum præceptum agatur cū eo ac si reputatur reus omnium. ¶In oppositum est testimonium apostoli, & præsens litera. ¶Respondeo dicendū est. Respondet ꝙ istæ obiectiones procedūt ex malo intellectu literæ: non. n. ideo offendēs in vno dr̄ omnium reus: quia omnia pc̄tā imputentur ei. & tanta veniat puniendus sicut si fuisset omnium transgressor diuinorum præceptorum. sed pro tanto dr̄ omnium reus: quia ita pro vno peccato damnatur pœna æterna sicut si haberet oīa peccata, licet non ita intense. habet etiam alias intelligentias: tex. ille sicut immediate sequitur [ingratus] omnium bonorum acceptorum [amplius peccauit] ꝑꝑ ingratitudinem. vnde sequitur [quia omni bono abundauit] poterat etiam facilius inde peccato resistere. iō. n. Adam plus peccauit, quia maiori bono abundauit. [alio modo]. s. intelligitur [factus est omnium reus, quia oīs virtus &c.] sensus est offendens in vno pc̄tō mortali. reus est cōtra oēm virtutem. nam ſm Philosophum. 6. Ethi. oēs virtutes sunt connexæ ita ꝙ habens vnam perfecte habet oēs, & ita offendens vnam virtutem per vnum pc̄tm̄ offendit oēs virtutes. item qui offendit in vno præcepto dr̄ factus oīum reus. quia per vnū peccatum offenditur dilectio Dei & ꝓximi in qua tota lex pendet & prophetæ. [si quis] exemplificat ꝙ perdita vna virtute perdātur aliæ [si quis minorauit]. i. destruxit, vel si quo ad exteriorem carnis integritatem dicatur non destructa minorauit, tamē amorem eius sicut de virginibus fatuis dr̄, quæ carne castæ erāt, sed charitatis oleū in corde non habebant, & in testimonium quod amor castitatis sic minoratus est accipi potest. quia aut facile talis ꝑsona quæ vitium auaritiæ incurrit amore pecuniæ vel [castitatem a violaret] cōsentiendo carnis corruptioni [vel minus amaret, si. n.] cōfirmat quod dixit. nam dato quod personæ illi auaræ [insit tanta propter Deum castitas]. i. tantus propter Deum castitatis amor, quo ad carnis integritatem [vt nollet eam perdere] nihilominus ex quo auaritiæ seruit vitio [minori gaudio & minori affectione tuetur eam]. s. castitatem [vbi]. i. maxime quando videt [sibi dānum procedere] id contingere [inde]. i. ex custodia castitatis [sic quoq; & in alijs]. s. virtutibus contingit, ꝙ vna destructa destruūtur omnes. [& si expellantur]. i. omnino, quia quandoq; manēt in similitudine operum priorum, expelluntur tamen quo ad essentiam [minuitur] id est, adhuc in exterioribus operibus minuuntur, quoniam nō amore virtutis nec perfectionis fiunt [intentione deteriorantur] quoniam non intentione consequendi vitam æternam, aut virtutis acquirēdę, sed intentione honoris mundi aut timore mundano fiunt, vnde concludit [quod omnis virtus cuiq; crimini]. i. in quocunq; crimine, quod peccatum est mortale, cum per illud excludatur ab anima omnis virtus: omnis deflenda est tanquam perdita & mortua [& de omnibus] elicit quasi corollarie [ꝙ de omnibus]. s. peccatis cum per ea nobis tanta mala proueniant indulgentia est petenda [animaduertere etiā oportet pœnitet] quartum quod mouere debet ad dolēdū siue quod dolendum est [damnum]. s. illatum proximo. s. corruptio morum, q aut solicitatione sua aut exēplo malæ vitæ causauit [fornicator.] i. peccator gñaliter peccator fornicator dr̄, quia per peccatum mortale recedit à vero aīarum sponso, & coniungitur diabolo Deo eripuit. ponit tria primū est [Deo eripuit]. s. tanquam lupus ouem faciēs eam ruere in peccatum, per quod anima separatur à Deo. ſm est [vel ereptam prius]. i. auersam à Deo per peccatum [in peccato confirmauit] persuadendo, instigādo ad cōtinuationē pc̄tī. tertium est [ꝙ exemplum extitit alijs mali. gemat itaque de duobus] primum, quod aliorū vita per exemplū corruptæ vitæ suæ est corrupta vel ad minus à corruptione nō conseruata. ſm quod gemere debet esse cōmodum ꝙ fecisset alijs exēplariter bene viuēdo, hoc maxime respicit superiores. & ꝑlatos qui alijs maxime debēt esse exemplū bonæ vitæ [doleat] ponit quintū de quo dolendū est, videlicet [de tristitia q̄ intulit bonis peccādo] plurimū tristant̄ boni de ruina proximorū, & tāto plus q̄to maiori charitate ardent. vnde super illud. 2. Cor. 11. quis infirmatur. gl. in fide, vel in aliqua virtute: dicit gl. q̄to maior charitas est, tāto maiores sunt plagæ de peccatis alienis, & de lætitia. priuauit. n. etiam Angelos lætitia, qui gaudent super vno peccatore pnīam agente.

a ¶Castitatē. castitas suaderi pōt non imperari Per. de Anc. in c. ꝙ ad te nu. 1. de cle. cōiu. & dicitur ē castitas in matrimonio. 31. dis. Nicena. & cap. tenere. Card. Zab. in cle. pe. đ sentē. excō. in 1. oppos. gl. in c. cōiuita. 41. dist.

agente.Lu.15.cogitet etiam dolendo quam iniuste Deum
offendit,quem omni iure tam naturali quam diuino ten e-
tur venerari & obedire[nemo pōt]Luc.16. [excōicatione]
.i.participatione mali perdiderit,qa oīa p pc̄m sunt mor-
tificata,& ita non valentia ad vitam æternam[pium est]si-
cut.n.superius exposuimus di.4.per gratiam quam hō con
sequitur per pn̄iam reuiuiscunt omnia bona opera prius in
charitate facta quæ mortificata fuerunt per peccatū remu
neret.i.remunerabilia faciat alia superius sunt exposita dis.
3.§.illud autem.c.pium[in omnibus dolens]vere compun
ctus & contritus[aut seculum].i.secularem vitā.Hu.[relin-
quat]intrando monasterium.Hu.[administrata].i.nō pos-
sunt.i.vix possunt administrari sine admissi one peccati lo-
quitur de solenniter pœnitentibus, vel est consiliū:nisi in-
iungantur à sacerdote iniungente pn̄iam: pro enormitate
criminis.Hu.sed de his infra disputabimus & clarior erit in
telligentia de hmōi obedientia:tūc nō peccatur si superio
ris mandato hoc faceret.23.q.5.miles[ponat se in ptāte]ter
tia pars,in qua exhortat̄ &c. ponat se omnino in iudicio]
sed contra hoc arguitur,& vr̄ q̄ non sit bene consultū quia
sacerdotis iudiciū pōt esse erroneū vel malitiosum,& sic pe
riculosum est,vt pœnitens oīno se poneret in iudicio sacer
2 dotis.vlterius gratia huius quæritur. Ivtrum pœnitēs tenet̄
Quæstio: obedire sacerdoti si iniungat religionem ingredi. & vr̄ q̄
Primū arg. sic.primo ex litera præsenti.¶Secundo quia canones hanc
Secūdū ar. videntur pn̄iam taxare.ergo cū sacerdos sequitur canonē:
Tertiū arg. ita obediendum est ei sicut canoni. ¶Tertio sic. multoties
contingit vt aliquis frequēter patiatur recidiuum eo q̄ est
proprij iuris,quod facere non posset:si esset in custodia alte
rius,cum ergo sacerdos cauere debeat pœnitenti de recidi-
uo,quasi præ omnibus alijs,vr̄ q̄ sibi potest iniungere q̄ se
det in custodiam alterius & ptātem alterius. hoc nō potest
fieri nisi per introitum religionis.ergo vr̄ q̄ potest ex offi-
Quintū ar. cio suo iniungere religionis introitum.¶Quarto vr̄ q̄ ali-
quis ex aliquo peccato adiudicat̄ à iudice spirituali ad car-
cerem imperpetuum in pane & aqua. cōstat autem,q̄ hoc
est grauius,quā religio aliqua.ergo multo magis potest ali-
cuius in pœnitentia condemnari ad obseruantiā religionis.
Quartū ar. ¶Quinto in litera dr̄.nihil sui iuris reseruans,vt oīa &c.sed
quandiu homo non habet professionem religionis semper
est sui iuris,sed pœnitens nihil debet reseruare sui iuris. er-
go debet facere professionem obediētiæ,& religionis, vt vr̄
aliter etiam obijcitur contra literam.quicunq;.n.se totū po
nit in arbitrio sacerdotis nihil sui arbitrij retinet sibi. ergo
tenetur facere quidquid sacerdos iniungit claue:non erran
te sed si alius immittat pœnitentiam suam,non facit.q̄ iste
iniunxit.ergo videtur,q̄ alius non possit sibi mutare pœni
tentiam.¶Respondeo ad primam obiectionem contra li-
Respondet. teram dicendum iuxta D.Albe.in 4.di.16.q̄ aliud est iudi-
cium,& potestas sacerdotis inquantum sacerdos est habēs
claues & authoritatem iudicis in foro pœnitentiæ,& aliud
iudicium hominis.Iudicium.n.sacerdotis inquantum hu-
iusmodi est s̄m canones pensatis personis,& statu pœniten
tis,& hæc nunquam errat,nec est malitiosum,& tale tene-
tur pœnitens subire.iudicium autem hoīs quod sæpe erro-
neum est,& etiam malitiosum nō tenetur subire pœnitēs.
concor.S.Tho.dicens.q̄ dictum Aug.intelligendum est:de
S.Thom. his quæ sacerdos inquantum habet clauem scientiæ & au-
thoritatis per diuinum iudicium & non s̄m humanum er
rorem iniungit.¶Ad quæstionem aūt,qua quæritur de in-
gressu religionis.respōdetur iuxta D.Alb.vbi supra sub ista
3 conclusione.s.q̄ ingressus religionis non pōt iniūgi alicui
in foro pœnitentiæ,nisi sub conditione pœnitens eam vo-
luerit suscipere.patet quia religionis obseruantia volunta-
Augusti. tis est,& non necessitatis.vt dicit Aug.opera n.supererroga-
tionis laudabilia quidem sunt,si fiunt. sed nullus est ad ea
cogendus.concor.S.Tho.ita d.in 4.di.16.introitus in reli-
gione cum sit voluntatis non potest alicui iniungi, & si ali
qui canones iniungere videantur,magis est consilium, quā
pceptum,qualibet.n.pœnitentia taxata leuissima religio est
maior satisfactio inquantum homo abdicat sibi propriam
Ad primū voluntatem:quo nihil est homini carius.hæc S.Tho.¶Ad
argumen. rōnes in oppositum dicendum est.Ad primā respon. q̄ ex
præsenti litera habetur hoc non habetur,vt patet ex intel-
Ad secundū ligentia data dicti Aug.¶Ad secundā de canonibus s̄m D.
Albe.& s̄m Tho.respondent q̄ non iniunguntur per mo-
dum necessitatis.sed per modum consilium ad terrorē ali-
cuius pc̄ti,quod exi it pn̄iam quasi per totam vitam.¶Ad

Ad tertium tertiam rn̄.negando consequentiam,& rō est s̄m D.Alber.
quia aliter pōt vitare recidiuum, quam per religionis in-
gressum multi.n.alij modi sunt vitandi peccatum, licet nō
ita bene possit vitari.præcipua tn̄ cā inquit Albe.quare reli-
gio iniungi non pōt est quia in religione auferī homini ius
suum de se,& hoc non pōt fieri in pn̄ia nisi q̄tum ad q̄dam
non quantum ad oīa.¶ Ad quartam rn̄. negando cōseque-
Ad quartū. tiam istā sacerdos pōt iniūgere istud q̄ difficilius.ergo pōt
iniungere quod minus difficile.quia vt dicit Alb.non eun-
dem ordinem habent ad pc̄ti emendā,sine religione.n.pōt
emēdari,sine aūt canonica pn̄ia non pōt.& ideo canonica
pn̄ia præcipi potest,& non religio. licet qn̄q; sit difficilior
Ad quintū. quam religio.¶Ad quintam respon.q̄ litera non intelligi
tur in omnibus.sed tn̄ in his quæ pertinent ad canonicam
emendam de peccato.¶ Ad vltimam obiectionem contra
Ad sextum. literam respon.iuxta eundem D.Alb.q̄ sine dubio penitēs
Albertus debet stare in arbitrio sacerdotis,sed arbitrium sacerdotis
magnus. non saluatur tn̄ in illo quod iniunxit,sed in æquiualenti ip
si pœnitenti.& ideo locum postea habent commutationes
& relaxationes,[cum gaudio.n.facere debet]sed vr̄ male di
cere.quia pn̄ia maxime consistit in dolore, & lachrimis. er
go nō debet fieri in gaudio:sed potius cū dolore. si dicat,q̄
vtrunq; concurrit ibi,quare potius dicit cum gaudio esse fa
ciendam.¶Respondeo s̄m dominum Bonau.in 4.di.16.q̄
Respondet Bonauen ideo hortatur ad gaudium: quia illud est cōseruatiuū oīum
virtutū & maxime virtutū quæ consistunt circa pœnalita-
tem.vnde philosophus dicit.qui continet & hoc ipso gau-
det:vere castus est, & ille habet perfectā animi fortitudinē
qui non solum non succumbit, sed etiam in pœnalitatibus
gaudet.& hæc est principalis rō,quare hortatur ad gaudiū.
4 quia aliter assumptio pœnalitatis non est virtuosa. rō aūt
gaudendum in pn̄ia est multiplex. prima est considera-
tio æquitatis,æquitas.n.maxima est ibi, vt caro quæ traxit
spiritum & subiugat per delectationem,& inimica est spiri
tui veritatis,vt econtra subijciatur spiritui per afflictionem
& per hoc reconcilietur,& de inimico vindicta sumat̄. vn-
de sicut carnalis homo multum gaudet in depressione ini-
mici,ita spiritualis gaudere debet de afflictione carnis, & si
cut iudex iustus multum gaudet in executione iustitiæ, sic
pœnitens gaudere debet,& ideo Prouc.14.dr̄.cor quod no
uit amaritudinem aīæ suę, pterea etiam prou.20.gaudium
est iusto facere iustitiam.¶Secunda cā est cōsideratio mul
tiplicitatis vtilitatis,est.n.pn̄ia tabula liberationis à naufra-
gio.vnde sicut gaudet quis qn̄ euadit sic pœnitēs debet gau
dere.¶ Tertia rō potest esse ex parte boni,q̄d renouat ho-
minem:s̄m illud psa.102.Renouabitur vt aquilæ iuuentus
tua.¶Quarta ex parte recuperationis perditorum.qm̄ dam
na spūalia per pn̄iam restaurantur,vt dr̄ in litera.& sic mul
tiplex ratio gaudij[cum gaudio ergo imo cum maiori in-
comparabiliter gaudio,pro quanto æterna vita incōparabi
liter excedit mortalem vitā.vnde maiori gaudio quis pati
debet,vt inæternum viuat nunq̄ moriturus,q̄ pro modica
vita aliqn̄ moriturus[certus]qui Deū deprecat̄ in toto cor
de suo p venia, certus debet esse q̄ exaudietur.p p summā
eius clemētiam,& liberalitatem psa.100.Clamabit ad me,
& ego exaudiam eū cū ipso sum in tribulatione &c.Exēpla
superius in 3.di.plura sunt de Dauid,de Achab.de niniuitis
talis aūt certitudo nō habet̄ cū terrena ptāte depræcamur
[abstineat à multis licitis]vt.11.q.3.aliud.Hu.[offerat]de-
bet hō offerre seipsum Deo in spiritu humilitatis & in aīo
contrito.qa Deus cor cōtritum & humilitatū nō despicit
sed acceptat.vnde Eccles.7.Sacrificium sanctificationis of-
feres Deo[deinde]idem ex quo mentem obtulistis.[de pos
sessione]quia cum oblatione spirituali cordis:debet etiam
offerre,quod conuenienter potest de bonis suis tempora-
libus in recognitionem Dei,à quo oīa habet[Abel]de quo
Gen.4.respexit Dn̄s ad Abel & ad munera eius. prius enim
Deus respicit ad cor,& ad mentis deuotionem,& postea ad
opus[vnde remunerat eius largitatē].i.approbauit & acce-
pta & grata remuneratione etiam digna ostendit, cū ignis
de cœlo descendens eius munera incendit[ad Cain non co
gnouit].i.non approbauit, vt est illud euangelij, nescio vos
[qua mente]qua affectione,quia dominus plus acceptat af-
fectum,quam manum.vnde Hier.non quantum sed ex q̄-
Hierony to desiderio dederis considerat Deus[vidua]ostendit exem
plo de vidua.de qua Luc.21.[quæ dicitur plus].i.copiosius
omnibus posuisse.tū quia ex maiori affectione, tū quia alij
ex superabundanti miserunt munera. hæc vidua totum vi-
ctum

5 ctum suum, quem habuit misit.[minuta.] † minutũ dr̄ esse paruus numus valens quartā partem sicli.i. obolos quinq;. Hu.¶Cautus sit ne verecundia &c.[Pro intelligentia præ-

Quæstio. 6 sentis partis. Quæritur † vtrum de necessitate confessionis oporteat ꝙ sit integra: ita quod vni sacerdoti peccata pœnitens confiteatur. & vr̄ quod non.¶Primo sic. Omnes sacer

Primũ arg. dotes tenent locum vnius.s.Christi. ergo idem est confiteri diuersis ꝙ confiteri vni. ergo tantum valet si peccator diuisim diuersis confiteatur peccata omnia quantum si oĩa cõ-

Secundũ ar. fiteatur vni.¶Secundo sic. erubescentia facit ad diminutionem pœnæ: sed quanto pluribus sacerdotibus quis confitet̃ tanto maiorem erubescentiam patitur. ergo fructuosior est

Tertium ar. confessio si pluribus diuidat.¶Tertio sic. confessio ad hoc necessaria est in pnĩa, vt pœna ẜm arbitrium sacerdotis peccato taxetur, sed sufficiens pęna potest poni à diuersis sacerdotibus de diuersis peccatis. ergo non oportet vni sacerdo

Quartũ ar. ti oĩa peccata confiteri.¶Quarto potest cõtingere, ꝙ post cõfessionem factam & satisfactionem perfectam recordet̃ quis alicuius peccati mortalis: quia dum confitebatur non habebat in memoria, & ꝙ copiam sacerdotis, cui prius con fessus fuit habere non potest. ergo poterit illud solum peccatum alteri confiteri, & ita diuersa peccata diuersis sacer-

Quintũ ar. dotibus confitebit̃.¶Quinto sic. sacerdoti non debet fieri confessio, nisi ꝑ absolutionem. sed qñq; sacerdos qui confessionem audit põt de quibusdam pc̃tis absoluere non de oĩbus. ergo ad minus in tali casu sufficit, ꝙ minora cõfiteatur vni, & illud maius confiteatur superiori. ergo vr̄ ꝙ con

Sextum ar. fessio põt diuidi. ¶Sexto confessio est in remediũ. ergo nõ debet fieri in scandalũ, sed possibile est. ꝙ si sacerdos confiteatur proprio sacerdoti aliquod pc̃m, scandalizabit eum: vtpote si cognata sacerdotis fuerit eius adultera. ergo vr̄ ꝙ in tali possit pc̃m reseruare. & alia sibi dicere, & ita confes-

Opponit & Respondet sionem dimidiare.¶In oppositum est tex. præsentis literæ
7 qui est B. Aug.¶Respondeo dicendum est sub † ista conclusione de necessitate confessionis est, ꝙ pęnitens omnia peccata sua mortalia quorum est memor de quibus non fuit alias legitime confessus possit vnus confiteatur vni sacerdoti. vocamus autem legitime confessum inquit Bonauen. qñ nihil interuenit quod absolutionem sacerdotis irritam face

8 ret. † quod est in quatuor casibus duo sunt à parte absoluentis. vnus.s. si nesciat, alter si non possit. vnus contra clauem sciæ, alter contra clauem pnĩæ. duo à parte cõfitentis, vnus si ficte confiteat̃. alter si post confessionem satisfactionem contemnens eius obliuiscat̃, si aũt legitime confessus est nõ oportet reiterare nisi in vniuersali. Si vero nõ oportet ꝙ cõfiteatur omnia vni sacerdoti, sicut dicit conclusio: quæ conclusio multipliciter probatur. primo sicut in medicina corporali est, sic in medicina quæ est remediũ & medicina spiritualis. sed in medicina corporali sic est, ꝙ oportet vt medicus non solum morbum contra quem medicinam debet dare cognoscat sed ẽt vniuersaliter totã habitudinẽ corporis ipsius infirmi, ex eo ꝙ vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauat̃, & medicina quæ vni morbo competeret alteri nocumentũ ꝓstaret. & similiter est in pc̃tis: quia vnũ aggrauatur ex adiunctione alterius, & illud quod vni peccato esset conueniens medicina alteri incentiuum præstaret. cũ quandoq; quis grauibus peccatis infectus sit, vt in pastorali docet Greg. de necessitate cõfessionis est, ꝙ hõ oĩa cõfiteat̃

Gregorius. quæ in memoria habet: quia alias non est confessio, sed confessionis simulatio.¶Secundo probatur sic. iuxta dominũ

Bonauent. Bonauent. confessio fit ꝑ absolutionem. absolutio autem sacerdotis signum est diuinæ absolutionis: sed Deus nunq̃ absoluit ab vna culpa, quin absoluat ab omni culpa mortali: ergo absolutio sacerdotis aut nulla est: aut est ab oĩ culpa sed non meretur absolui à sacerdote qui celat ei peccatum, nec ipse sacerdos intendit absoluere pœnitentem à peccato, quod sibi cœlat. ergo nulla est absolutio nisi confiteat̃ sacerdoti vni oĩa pc̃tã, à qbus indiget absolui. ¶Tertio ꝓbatur eadem conclusio iuxta dominum Duran. sic. confessio respondet contritioni, sicut signum signato. quia ea quæ sunt in voluntate sunt notæ earum passionum, quæ sunt in anima, & etiam per simile patet. quia per contritionem fit mentalis confessio coram Deo, sicut per confessionem vocalem fit manifestatio peccatorum coram ministro. sed cõtritio non potest esse de vno pc̃õ sine alio: ergo &c. ¶His

Ad primũ argument. habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã cum dicitur, ꝙ omnes sacerdotes &c. respondetur ꝙ verũ est. sed ita tenent locum vnius ꝙ non simul omnes sed quilibet per se, & ideo qui vult confiteri sacerdoti tanquã ministro Christi, si recte cõfiteretur oportet ꝙ oĩa dicat vni, ꝙ si aliquid celat vni quis dicat alij q̃tũ est in se ministro celauit & ita Christo.¶Ad secundam respondetur negando

Ad secundũ minorem. qm̃ & si erubescentia sit multiplicior qñ diuidit diuersa pc̃ã diuersis, tñ omnes erubescentiæ simul nõ sunt ita magnę, sicut illa vna, qua quis omnia peccata sua simul confitetur. quia vnum peccatum per se consideratum non ita demonstrat malam dispositionem peccantis sicut qñ cũ pluribus alijs consideratur. vnde multitudo peccatorum demonstrat malitiam peccantis, vel magnam corruptionem

Ad tertium S. Thom. eius.¶Ad tertiam respondetur negando minorẽ. dicimus. n. iuxta S. Tho. ꝙ pęna à diuersis sacerdotibus imposita nõ esset sufficiens: quia quilibet cõsideraret tm̃ vnum pc̃m ꝑ se, & non grauitatẽ ipsius q̃ habet ex adiunctione alterius, & qñq; pęna quæ cõtra vnum pc̃m daret̃ esset promotiua alterius pc̃ĩ.¶Ad quartam respondet̃ iuxta S. Tho. ꝙ qui-

Ad quartũ. S Thom. dam dicũt, ꝙ qñ aliquis recordatur eorũ quæ prius oblitus fuit debet iterum etiam ea, quæ fuit confessus confiteri, & præcipue si non põt eundem habere cui ante confessus fuerat qui omnia cognoscat vt culpæ eius quãtitas vni sacerdoti innotescat. sed hoc non vr̄ necessarium. quia peccatũ habet quantitatẽ & ex seipso, & ex adiunctione alterius: pc̃õrum aũt de quibus confessus est manifestauit q̃titatẽ quam ex seipsis habent, ad hoc aũt ꝙ sacerdos vtranq; quantitatẽ pc̃ĩ cuius erat oblitus cognoscat sufficit, ꝙ hoc pc̃m confitens dicat explicite, & alia in generali dicendo ꝙ cũ multa alia confiteretur hmõi oblitus fuerit. hæc S. Th. concordat

Bonauent. dñs Bonauen. ita dicens. sanum consilium esset, ꝙ totum diceret: tñ non credo ꝙ teneatur dicere, nisi in gñali, nisi forte aliquis prædictorum casuum quatuor interuenisset. nã aliud est dicere viam confessionis, & viam salutis multis auferre cum multi confiteãtur aliquod pc̃m enorme, ꝙ deinceps vix alij sacerdoti dicerẽt, nec authoritates hoc compellunt dicere, quia hoc non est confessionem diuidere. prima. n. sint integra. secunda similiter nõ debet hõ de alijs habere remorsum nouum, nec nouam absolutionẽ. similiter

Ad quintũ. S. Thom. iudicandum est de recidiuo. hæc Bonauentura.¶Ad quintam respon. negando consequentiam. nam vt dicit S. Th. ẽt si sacerdos non possit de oĩbus absoluere, tñ tenet̃ sibi omnia pęnitens confiteri: vt quantitatẽ culpæ totius agnoscat, & de illis quibus non põt absoluere ad superiorẽ remittat.

Quæstio. 9 Sed hic est quæstio. † Vtrum pœnitens recurrens ad superiorem tenetur superiori iterum omnia peccata sua confiteri, vel solum illud vnum de quo ab inferiori absolui non po-

Respondet tuit.¶Ad hoc dominus Bonauen. ita dicit, aut recurrit pro absolutione à culpa, aut à pœna propter excõicationem vel irregularitatem. Si ꝑ absolutionem à pœna vel à pœnali vinculo sufficit quod confiteat̃ illud solum. si propter absolutionem à culpa si superior remittit eum ad proprium cõfessorem sanum consilium est, si non habet causam excusantem nisi erubescentiam vel opinionem falsam, ꝙ omnia de quibus habet remorsum dicat ipsi & pro omnibus illis gñalem absolutionem & pœnitentiam suscipiat. Si autem aliquam excusationẽ habet probabilẽ rõne cuius magis vult confiteri alteri tenetur totum inferiori reuelare & pc̃m illud, qđ superiori est cõfessus, & cætera alia: & sic nõ erit cõfessio diuisa, & ille ex tũc ab omnibus poterit absoluere: ita duntaxat vt pœnitens faciat pnĩam ab omnibus sibi iniunctam. & si tu obijcias, ꝙ iste, qui vadit ad superiorem vnicũ tm̃, vel duo peccata confitet̃, videtur esse hypocrita & se laudare. dicendum ꝙ verum est si innuisset se sibi generaliter confiteri. tunc. n. videretur innuere se alia crimina non habere. sed ostendit se spãliter pro illo vnico aduenisse, & aliũ confessorẽ pro minoribus habere, & hoc acceptat superior, nulla est ibi deceptio, quãuis totũ dicere sit maior ꝑfectio.

Pet. de Pal. hęc Bonauẽ. confirmat hunc modum dicendi dñs Petr. de palu. in 4. di. 17. ꝙ Ecclesia Romana sic vtitur. Absoluit. n. à maioribus remittens ad inferiores pro minoribus, & ideo supponendo, ꝙ ita potest fieri quo supposito pari ratione põt fieri econuerso. nam de inferioribus nõ põt minus remitti pro maioribus ad superiorẽ, quam econuerso, ꝓpter quod qua ratione potest superior absoluere de retentis non absoluendo de confessis, eadem ratione inferior econuerso de confessis tm̃, quia ex quo iste absolutus est quo ad Deũ, vt supponitur ex contritione q̃ ostẽdit, id ꝙ est ex parte ecclesiæ põt dimidiare in foro pnĩali, sicut in foro iudiciali potest quis absolui ab vno iudice ab vna sentẽtia, & ab alio ab alias.

ab alia,& in fra.in casu in quo pœnitens nō possit absolui ab inferiori ab omnibus,nec superior vellet de omnibus,teneatur tamē vni dicere : omnia:qa licet inferior prius nō possit absoluere ab omnibus,post remissionem tamen ad eum factam pōt absoluere ab oībus.¶ Ad sextam respondetur juxta D.Bonauen.negando consequentiam quoniam vbi scandalum timetur non est confessio dimidianda, sed licentia petenda,& si non datur superior est adeundus vel alius qui habet eius authoritatem.nam in tali casu licentiam petere est obtinere.dicit ergo litera B.Aug.[cautus sit ne verecundia ductus]talis verecundia est damnabilis & non laudabilis:quia scindit & non diuidit integritatem confessionis:quæ debet esse simplex,& integra.vt qui non erubuit in conspectu Dei multiplicare peccatum,non erubescat ministro Dei multiplicata integre confiteri[id hypocrisim] qa diuidendo confessionem vt tacendo vnum & dicēdo aliud se simulat meliorem aut minus malum [caueat autem ne prius ad dominicum corpus quam confortet illum bonacō scientia.] Queritur autem hic. †Vtrum sit verum ꝙ nullus sine culpa accedere possit ad dominicum corpus,nisi prius bona conscientia confortatus.& arguitur ꝙ non. ¶ Primo sic.confortatio bonæ conscientiæ . dicit plus quam gratiā. ergo plus quam habere gratiam exigitur ad communionē. quod fere omnes negant.¶ Secundo sic.ad cōicandū non exigitur aliud:nisi ꝙ non sit indignus : sed indignitas non est nisi in peccato mortali.ergo non habens peccatum mortale potest cōicare.non omnis autem talis est confortatus bona conscientia.ergo aliquis non confortatus bona cōsciētia potest communicare sibi. ¶ Tertio sic. in litera dicit,ꝙ plangat,siue doleat,ꝙ non audeat sumere quam multū desiderat cibum salutarem,constat autem ꝙ hoc desiderium cibi salutaris est ex amore charitatis.ergo habens charitatē non deberet adhuc sumere cibum salutarem , quod omnes habent pro inconuenienti.¶ In oppositum est tex. præsentis literæ.Secundo est quod dicit Hug.de sancto victo.ad B. Bernar.in quadam epistola sic.addatur dico , ꝙ & si fuerit contritus non tamen communicare debet antequam confessus fuerit.constat autem ꝙ contritus habet gratiā,& charitatem ergo sicut hic dicit Aug.in litera tenetur expectare bonæ conscientiæ confortationem per opera meritoria. ¶ Respōdeo dicendum sub ista conclusione . nullus nisi bona conscientia confortatus fuerit debet accedere ad sumendum dominicum corpus.patet conclusio ex litera præsenti.pro cuius conclusionis pleniori probatione est sciendum iuxta S.Thom.& Bonauent. tunc aliquis bona conscientia confortatur quando signis siue probabiliter conuincere potest peccatum sibi esse dimissum.hoc autem percipit, quando facit quod in se est ad obtinendum veniam . hoc autem non plene facit ante confessionem, si habet sacerdotis copiam tunc.n.si confitetur exterius conscientia interior confortatur.& bene potest accedere.Si autem habet copiā, & non confortetur male facit si accedit,si vero non habet copiam,aut habet necessitatē accedendi vt sacerdos parochialis qui habet plebem,& non est qui celebret,& non est confessus nec sit sacerdos præsens cui posset confiteri, tūc cum dolore & proposito cōfitendi tempore opportuno potest accedere.si autem non habet necessitatem, & sic nullo modo debet accedere ante confessionem.ratio est ꝯm D.Bonauent.quia qui fuit per mortale peccatum excōicatus ad sacramentum vnitatis ecclesiæ non debet accedere,nisi reconciliatus ecclesiæ,nisi alias cogatur.& tūc euidens excusatio habetur. dicit autem S.Tho.ꝙ etiam post contritionem & confessionem grauium peccatorum cōsilium videtur esse Aug.quod non statim accedat propter reuerentiam sacramenti,& magis seipsum probet.concor dat cum superius dictis dicens dominus Albertus ita dicens.homo habens gratiam vel præsumens ex probabili signo se habere gratiam, potest accedere ad corpus Christi.signum autem probabile est,si est confessus,& dicit sibi cōsciētia.ꝙ pro nulla re vult amplius peccare,& pœnitentiam libenter debito tempore est paratus pficere.¶Ad rōnes in oppositum dr̄ ad omnes simul ꝙ non est verum,quod hic dr̄ sit contra sententiam cōem imo est oīum præcipuorū doctorū sn̄ia, ꝙ qui prius in pc̄tis mortalibus fuit non debet regulariter accedere ad corpus Christi,quis sit contritus.& ita habeat gratiā & charitatem nisi ēt fuerit confessus,quod manifeste patet ex dictis.vnde glossator hic non vr̄ intellexisse verba Augu. nec Hu.nec Arc.[sed in hac separatione]qua,s.separat pœnitēs à participatione corporis Christi[tremendū].s.finale, qđ valde certe tremendū,in quo iudex Christus separabit bonos à malis:& statuens bonos à dextris dicet eis.venite benedicti patris mei &c.& malos statuens à sinistris dicet illis.ite maledicti in ignem æternum[cogitet].i.ad memoriam reducat,ꝙ sicut pro debitis separatur à cōmunione corporis Christi in hac vita,ita si homo non replicat pro eisdem separabitur in futuro iudicio à participatione diuinæ beatitudinis in ignem æternum[quod iudicium est maius & terribilius]maius magnitudine iudicis, qui ab omnibus in forma humanitatis visus oēs iudicabit[maius]quia ab eius inseparabili authoritate fugi non potest nec erit locus errato per pn̄iam emēdandi[terribilius]quia licet separatio à corpore Christi sit quædam dānatio.vt de cōse.di.2.cōtinue. finalis tn̄ illa separatio qua impœnitentes separabunt irreuocabiliter à facie Dei,& mittentur in ignē æternū, multo terribilior atq; grauior incōparabiliter est.bn̄ ergo dicit Augu.ꝙ cogitet pœnitēs hoc iudiciū,ꝙ est ad memoriā reuocet. qa valde vtilis est frequēs meditatio ad fugā vitiorum.vñ Gre. illū diē,fratres charissimi ad memoriā ponite ante oculos, & quicquid modo graue cernit in eius cōparatione leuigabitur[cibum]de quo Io.6.caro mea vere est cibus &c.[isti] .i.prædicti[sunt digni]Matt.13.facite dignos fructus pn̄iæ [illaqueantes]quoniam per pœnitentiam soluitur peccatū quo omnia illaqueantur:vt pœnitens dicat illud psal.124. laqueus contritus,& nos liberati sumus.

2 *Ludorum triplex est differentia.*

3 *Choreæ & huiusmodi siue fiant cantu siue musicis non sunt pro se mali,sed possunt fieri mali ex triplici causa.*

Cohibeat se præterea.

Ista ē quarta pars ꝯm diuisionem po sitā in princ.in qua tractat de aliquibus impedimentis pœnitentiū,& nunc tm̄ ponit duos.s.ludos, & spectacula seculi,à quibus dicit debere abstinere pœnitētes tpe pœnitētiæ. Pro cuius partis pleniori intelligentia . quæruntur duo.

1 ¶Primum est,vtrum ludi pœnitentiam impediant .

4 ¶Secundum est,vtrum spectacula impediant pœnitētiam.

1 **Ad primum** Sic proceditur.†Et vr̄ ꝙ ludi nō impediant.¶Primo sic.illud in quo potest consistere virtus pn̄iam non impedit.sed in ludis consistit virtus eutrapelia,vt habetur.4.ethi.ergo ludus pœnitētiam non impedit.¶Secundo sic.Exo.15.habetur,ꝙ assumpsit Maria tympanū,& præcinebat cæteris mulieribus:choream ducentibus,& in hoc meruit.ergo ille actus ꝯm se nō est malus.& per consequens non impedit pn̄iam . ¶ Tertio sic.oportet operibus laboriosis regimē interponere eo ꝙ impossibile est semper agere . sed ludus est requies quædam.ergo oportet inter opera pœnitentiæ aliquando ludere.¶In oppositum est præsens litera.secundo est illud Eccl. 3.tempus est ridendi,tempus flendi,tempus ludendi, quia pœnitentia est commissa deflere . ergo non est tempus ludendi.¶Respondeo dicendum ꝙ aliqua sunt vitanda à veris pœnitentibus de necessitate . & alia de congruitate. illa sunt vitanda de necessitate,quæ includunt pc̄m mortale, quia per talia amittitur fructus pn̄iæ præcedentis . pœnitētia etiam in tali statu non est satisfactoria vt cōmuniter tenetur.illa vero sunt vitanda de congruitate,quæ sunt occasiones malorum vel quæ non decēt statui pœnitentis q. debet esse lugubris.distinguendū est ergo de ludis.†Est autem ludorum triplex differentia.vt dicit S.Tho.in 4.disti.17. & Durandus.quidam.n.ludi sunt ex seipsis turpitudinem habentes , & de talibus sit ista conclusio prima: ꝙ tales ludi sunt ab omnibus euitandi,& præcipue à pœnitentibus qui per fletum peccata corrigere debent,sicut sunt ludi qui in theatris à viris & mulieribus agebantur, ad luxuriam prouocantes.patet conclusio:quia tales includunt turpitudinem peccati mortalis.¶Alij sunt ludi,qui ex gaudio deuotionis procedunt,sicut communiter cum organis, ꝙ dicit vnus versus sequentiæ à choro,& alius ab organis,de quo ludo dicebat Dauid.ludā & vilior fiam corā domino. 2. Reg. 6.de quibus ludis sit ista conclusio . talibus ludis non sunt prohibendi pœnitentes.patet quia tales ludi non sunt vitādi , sed laudandi & æmulandi,vt dicit S.Thom. ¶ Alij ludi sunt nullam turpitudinem habentes,quos philosophus vocat liberales,& hi sunt semper materia virtutis , scilicet eutrapeliæ qui ludi seruatis debitis circunstantijs possunt laudabiliter fieri ad quietem propriam , & alijs delectabiliter conuiuendum

Ad sextam r. | Primum ar. | Secūdū ar. | Tertiū arg. | Oppositū in cōtrarium. | Respondet. | S.Thom. Bonauent. | S.Thom. | Ad argum. | Contra gl. Hu. & Arc. | Gregorius | Primū arg. | Secundū ar | Tertiū arg | Opposit in cōtrarium | Respondet | S.Thom. Durandus. Prima conclusio. | Secunda conclusio. | S.Thom.

conuiuendum.sed conuenit in his esse peccatum in hoc ꝙ debite circunstantiæ non seruantur.vnde in talibus ludis decet aliquid vnum quod non decet alium. De istis sit tertia conclusio.quod pœnitens his ludis debet plus cæteris moderatius vti.patet conclusio.quia status pœnitentis requirit fletum.Potest tamen,vt dicit S. Thomas moderate vti ſm ꝙ ad recreationem animi pertinet aut societatē: cum quibus homo viuit.vnde Seneca.sic te gere sapienter:vt nullus te habeat tanquam asperum,& contemnat quasi vilem.dicit autem Albertus magnus circa hoc. †quod chorea & huiusmodi ludi siue fiant cantu, siue musicis ſm se non sunt mali:sed triplici de causa possunt fieri mali ex circunstantia quarum vna est,& præcipua mala intentio,vt quando fiūt ad ostendendam & prouocandam libidinem,sicut fere omnes modo talia exercent,& ideo personæ ecclesiasticæ talia deposuerunt,quia etiam in signis gaudij non est communicandum cum peccatoribus.alia causa est,quando fiunt non suo tempore:vt tempore tristitiæ, quia sicut ecclesiasticus. c.22.dicit musica in luctu quasi īportuna narratio. Et hoc modo hic interdr̄ pœnitenti ne sit in ludis:quia dum pœnitet tp̄s est flendi non tp̄s ludendi, nec ridendi. tertia cā ex officio personæ,sumpta sicut clericis interdr̄ venatio & ludi alij:quia in sortē domini electi alijs exercitijs debent occupari.hæc ille. Ex quibus patet responsio ad obiecta.

Tertia conclusio.
S.Thom.
Seneca.

4 **Ad secundum** Sic proceditur. †Et videtur quod spectacula non impediant pœnitentiam.¶Primo sic.spectacula.n.ad vtilitatem hominum sunt instituta,sed pœnitentia non resecat vtilia. sed superflua.ergo pœnitentia per spectacula non impeditur. ¶ Secundo sic.in spectando non potest esse nisi vitium curiositatis:sed aliæ curiositates vt scientiarum non ponuntur impedimenta pœnitentiæ:ergo nec spectaculum impedimētum pœnitentiæ debet.¶ Tertio alia sunt multo grauiora peccata,quam spectacula,& ludi:ergo illa multo magis debuerunt poni impedimenta:quam ista.¶In oppositum est Aug.in te.¶Rn̄deo dicendum conuenienter prohibētur spectacula pœnitenti.probatur conclusio. illud ex quo hō peccator constituitur non competit pœnitēti. sed inspectatores talium adulteros & inuerecundos ipsa spectacula cō stituunt.vt dicit Chrys.ergo non cōpetunt pœnitenti,& ꝑ consequens prohibentur conuenienter ei.pro cuius cōclusionis declaratione est notandum iuxta S.Th.& Alb.mag. ꝙ de spectaculis est distinguendum.quædam.n.sunt spectacula rerum turpium,& ad peccata prouocantium, sicut in spectaculis ludorum theatraliū & talium inspectio studiosa peccatum est,& qn̄q; etiam mortale:tāta.n.potest libido adhiberi & de talibus sit ista prima conclusio.A talibus spectaculis omnes fideles & maxime pœnitentes debent se arcere.patet conclusio ex dictis cum talis inspectio studiosa sit pc̄m.alia sunt spectacula rerum ad deuotionem excitātium vt inspectio passionis Christi & sanctorum,& de talibus sit secunda conclusio.Ad hm̄oi spectaculum non prohibenī pœnitentes.patet,imo cum sint rerū ad deuotionē excitātium,vtile erit eis in talibus se exercere.Alia sunt spectacula quæ sunt de rebus vtilibus.& ad vitam necessarijs:vt venationes piscationes,& alia hm̄oi,de talibus dicit D.Alber.aut exercentur à personis secularibus,aut sp̄ualibus: sit ista conclusio.talia si fiant tp̄e non interdicto & loco, toleranda sunt, vitāda tamen à pœnitentibus,nisi quantum necessitas exposcit, quia talia spectacula distrahunt animum quem pœnitens debet habere recollectum.Si aūt à sp̄ualibus exercētur distinguēdum,aut vtilitas mouet ad opus,& vanitas non se immiscet ibi, & tunc est conclusio Alberti mag.ꝙ in casu venatio cōceditur clericis & religiosis in casu.s.si redditus eorum sit in talibus,& necessario habent sicut in terris syluosis sunt redditus quidam monasteriorum in ferinis & aucupib⁹, & hm̄oi, aut ita est ꝙ mouet vanitas & tunc dicit puto esse peccatū graue viris sp̄ualibus,& maxime religiosis.quia nimis distrahunt animū,& quasi auertunt ne reuertatur ad spirituale studium.¶[Nam si dura] probat exemplo,ꝙ à spectaculis sit abstinendum, habetur historia ista Gen.34.ꝙ egressa ad spectaculum, vt videret mulieres regionis illius: quam cum vidisset Sichem filius principis terræ eam adamauit,& rapuit ac dormiuit cū ea vi opprimens virginē[ab extraneo].i. Sichē corrupta non esset[eligat quem]exhortatur pœnitentem vt bonis & honestis viris in operibus virtutum fructificantibus quorum vitam sequēdo possit perficere se associet,& eos fugiat quorum vitam malam & dānabilem iudicat, quia cum sancto sanctus eris & cum peruerso peruerteris psalm. 17. & vt ait Chrysost.ex coniuncto formantur mores.

Primū arg.
Secundū ar.
Tertium ar.
Opponit & Respondet,
Chrysosto.
S. Thom.
Albertus magnus.
Prima conclusio.
Secunda cōclusio.
Tertia conclusio.
Exponit literam.

1 *Fructus dignos, & fructus dignos pœnitentiæ quō differant.*
2 *Opera pœnitentiæ quare dicuntur fructus.*

Quærat fructus dignos &c. Est quinta pars:in qua exhortatur pœnitentem ad exercitandum se in operi-
1 bus dignis æterna vita.¶Sed hic surgit quæstio.† vtrum sit differentia inter dignos fructus & fructus dignos pœnitentiæ.pro quo notandum iuxta D.Bonauent.in 4.dist. 16. pri-
2 mo quod opera pœnitentiæ dicuntur fructus non quia eis fruamur:sed quia ad fruitionem ducunt,vel fructus metaphorice,quia sicut ex arbore nascitur pomum,quod dicitur fructus arboris, ita ex voluntate pœnitentis bonum opus. item no.ꝙ differunt dicere bonum fructum,& dignū fructum pœnitentiæ.bonus fructus potest dici esse opus bonū dignus fructus plus dicit.s.opus bonū cū cōueniētia ad statum.bonū.n.est opus,& ita perfectum, si competat statui: sed dignus fructus pœnitentiæ nō dicit solummodo bonū opus prout competit statui,sed vt competit merito peccati,quia qui plus peccat ampliora debet pati vt Greg. determinat in homi.fructus,qui non sufficiunt.i.bona opera nō tamen sufficientia ad digne satisfaciendum pro peccatis cō missis[quia pœnitentiæ grauiores].i.asperiores Deute. 25. pro mensura peccati erit plagarum modus [ecclesia quam offenderat mortuis].i.peccatoribus pœnitentibus [vitam gratiæ]per quam de statu mortis peccati surgit in vitam spiritualem supra di.1.Quem pœnitet.in fi.

Quæstio
Respondet. Bonauent.
Gregorius.

2 *Pœnitens quod abstineat ab officio militiæ non est de necessitate pœnitentiæ.*
4 *Negotiationes esse illicitas faciunt tria.*
5 *Iustum pretium qu d dicatur.*
7 *Officia publica quatuor faciunt illicita.*


Qualitas lucri. Sequitur Sexta pars. huius distinctionis in qua inhibere videtur pœnitentibus militiam & negotiationem. Pro cuius partis pleniori intelligentia quæruntur tria.
1 ¶Primum est, vtrum exercitium militiæ pœnitentiam impediat.
3 ¶Secundum est,vtrum exercitium negotiationis pœnitentiam impediat.
6 ¶ Tertium est,vtrum officium publicanorum pœnitentiā impediat sicut telonéariorum aut conductorum vectigalium & huiusmodi.

1 **Ad primum** Sic proceditur.†Et videtur qd̄ exercitium militiæ non impediat pœnitētiam.¶Primo sic.nihil quod est ordinatum ad conseruationem ciuilitatis,& reipublicæ est peccatum. sed exercitium militiæ potissime est ordinatum ad conseruationem huiusmodi duorum.ergo non est peccatum, & per consequens non impedit pœnitentiam.¶Secundo sic. Ioannes pœnitentiam docebat. Mat.3.sed ipse non prohibebat homines à militia.sed contentum præcepit,quod contenti stipendijs suis essent:ergo &c.¶ Tertio si militia non esset licita, tunc nullus vacans militiæ saluaretur.sed hoc est falsum, & contra sacram scripturam.nam vt dictum est Ioannes baptista militiam non reprobauit:sed dixit contenti estote stipendijs vestris.Luc.3.¶In oppositum est litera p̄sentis.c. ¶Respondeo dicendum iuxta S.Thom.& Albert.mag.ꝙ exercitium militiæ est licitum,vt patet ex rationibus factis,nihilominus habet peccatum ex propinquo annexum. & qa pœnitens debet occasionem peccati vitare,vnde ponit ista
2 conclusio†quod & si penitenti abstinendo ab officio militiæ sit laudabile non tamen est de necessitate pœnitētiæ. patet quia pœnitens non potest omnes occasiones pc̄ti vitare,dum in isto mundo viuit.vnde sufficit si pc̄m in isto officio & in alijs vitet quæ cōiter,vt dicit Albertus. Mag.sunt tria.primum est in concussione innocentium. secūdum est in exaction e amplioris stipendij,quā deseruire possit militando.tertium est in exercitatione virium ad ostentationē cum nocumento hominum & rerum sicut inuēta sunt torneamenta,& ritus lancearū,& hm̄oi,sunt tamen quædam exercitia militiæ necessaria,sicut cursitationes,& iuasiones dextrariorū,& ars ꝑcutiēdi,& defendēdi, & proijciēdi tela quæ

Primū arg.
Secūdū ar.
Tertiū arg.
Opponit & Respondet. S.Thom.

quæ non prohibentur.& hoc accipitur ex.2.Reg.1.vbi Dauid præcepit populo vt filios suos docerent arcum.i.artem sagittandi.licite ergo poterit pœnitens militare: si ẽm consilium B.Ioann.neminem concutiat si stipendijs suis contentus esset:si vtatur officio militari non ad ostẽtationem: sed ad vtilitatem ecclesiæ,& reipublicæ & ad exercitium virium.Et per hæc patet responsio ad obiecta.

3 **Ad secundum** Sic proceditur. †Et vr̃ ꝙ exercitium negotiationis nõ impediat pn̄iam.¶ Primo sic.dr̃ Gen 49. Zabulõ in littore maris habitabit,& in statione nauium pertingens vsq; ad syndonẽ & ẽm literalem expositionem bene dr̃ terra Zabulõ acquęste negotiationũ per mare.ergo talium exercitium non est illicitum.& per consequens non impedimentũ pn̄iæ. ¶ Secundo sic.Proue.vl.de muliere forti dr̃.facta quasi nauis institoris de longe portans panem suum vbi ẽm literalem sensum idẽ arguit. ¶ Tertio sic. negotiationes multum vtiles sunt toti terræ apportando abundantiam in terra aliqua,& reportando deficiẽtia.nihil aũt cõitatis vtilitati deseruiẽs est pc̄m̄.ergo negotiationes tales non sunt pc̄m̄ gnaliter. ¶In oppositum est p̄sens litera.¶R̃ndeo dicendum sub eadem conclusione qua superius responsum est ad articulum de militia, ꝙ licet laudabile sit pn̄i abstinere à talibus pp hoc ꝙ licet plurime earũ sint licite,habent tñ de ꝓpinquo annexum pc̄m̄ nihilominus nõ est necessitate pn̄iæ dũ tamẽ vitet ea q̃ negotiationes ipsas faciũt illicitas

Primũ arg.

Secundũ ar.

Tertiũ arg.

Opponit in cõtrarium. Respondet.

4 † sunt autẽ tria ẽm D.Alb.in 4.di.16.ſ.psona,tp̄s,& modus.psona si est diuinis officijs cõsecrata,vt clericus & monach.qa illi emẽdo & vẽdendo nõ debẽt negotiari,licet res suas & datas vẽdere possint.nõ tamen inquit Alb.ꝙ illas malo mõ vẽdere debeãt sicut vinũ vendit in taberna: nisi alias simul vendi nõ possint, & hm̃õi ratio est. quia in taberna cõcilia fiunt mala,& immoderata sumptio vini tamẽ patrociniũ p̄stat tabernarius,& iõ non licet vt mihi vr̃ religioso vel clerico hm̃õi exercere officium.tp̄s aũt et̃ facit illicitã negotiationẽ dupliciter.ſ.rõne festiuitatis q̃ seruãda est,& in casu quãdo negotiatio caristiã inducere ꝓbabiliter põt, sicut si nimiũ frumẽtũ emat in nouo,& nimiũ vinũ emat in vindemia,vt quãdo apud alios nõ habebit iste vẽdat qtũ voluerit,modus facit et̃ negotiationẽ illicitã,si cõtractus sit vitiosus,& cũ deceptiõe,& fraude iusti ptij.

5 †iustũ aũt ptiũ estꝙ ẽm æstimationẽ fori illi tp̄is põt valere res vẽdita. poterit ergo qs laicus negotiationes exercere licite, si tp̄e debito mercationes faciat nõ diebus festiuis,& tp̄e quo caristiã inducere possit,& cũ mõ debito.ſ.sine fraude,cõtractibus illicitis.& per hoc patet respõsio ad quæsitum & ad obiecta.

6 **Ad tertium** Sic proceditur.†Et vr̃, ꝙ officiũ publicanorum nõ impediat pn̄iam sic. pedagia & telonea & vectigalia principi soluũtur: vt terra defendatur in pace,& liceat habitatoribus per eã discurrere,& proprias vtilitates procurare. sed iuste põt hæc principes accipere,quia in talibus agit negotium oĩm in labore: & in expensis.ergo & illi debent dari.ergo ex neutra parte est pc̄m̄.sed publicani sunt ministri hm̃õi dationis & acceptionis.ergo ipsi dant operam rei licite.ergo non peccant. ¶In oppositum est B.Greg.in litera super illud Io. 22. vado piscari.¶Respondeo dicendum sub eadem cõclusione. ꝙ talia officia possunt licite exerceri,& ꝙ laudabile eẽt pęnitenti si ab his abstineret.Nihilominus non est de necessi-

Primum arg.

Opponit & Respondet.

7 tate pœnitentiæ:†dum tamen seruentur ea quæ faciunt ea licita,quæ iuxta D.Alb.sunt.4.vnum est,ꝙ de consensu eorum quorum interest terram regere & consensu principis ponantur.ẽm ꝙ nõ nisi causa necessitatis vel vtilitatis cõis ponant.ſ.quia sine talibus expensis terra pacificari siue defendi non põt.tertium est ꝙ defensio terræ ab accipientibus impendatur.quartum est,ꝙ non sint immoderatæ sed ad æstimationẽ expensarum & operum quæ impendũtur à defendentibus terram,& sic loquitur gl.I u.3.quæ innuit talia licere.& hoc est:quod dr̃ ad Ro. 13. reddite omnibus debita,cui tributum tributũ,cui vectigal, cui honorem honorem.¶Ad id autem quod Grego. dicit in litera in contrarium dicendum iuxta S.Th. quod intelligendum est non quin possint sine peccato fieri.sed quia frequẽter ad pc̄m̄ implicant,vel ẽm Alb.mag.dicuntur sine pc̄õ exerceri non posse.ſ.vbi illa quatuor quæ dixit non obseruantur.Litera.¶[Qualitas.]ista authoritas est Leonis papę in qua vr̃ reprobare officium militare, & negotiationibus in pœnitentibus:quia vt dictum est per hoc pœnitentis affectus & intentio distrahitur quominus intẽdat deuote operibus pœnitentiæ & orationi.secundo quia negotiationis finis est lucrum,quod ad auaritiæ pc̄m̄ inducit,& militia inducit rapinam,violentiam,contentionem,& iniuriam.tertio qa licet possint esse licita.ſ.negotia & militia:in casu tamẽ negotiatio cuius lucri est inhonestus quæstus & turpis: puta rapina,& vsura,quæ publicæ negotiantẽ accusat, aut secrete in conscientia arguit, debet esse longe à pœnitente qui sic præterita plangit,& plangenda iterum committere nolit[pati]quia vt dicit Aug.primo de ciuitate Dei ca.18. melius est quælibet tolerare q̃ malo cõsentire[difficile & certe difficile:qm̃ in negotiatione interueniat peccatũ, qa ex desiderio lucri augetur concupiscentia & auaritia admiscentur mẽdacia vt dicat oĩs emptor malum est. Proue. 20. & superexcedat venditor in laudando propter ꝙ saluator ementes & vendentes eiecit de templo.Mat.27.& Io.2.

Ad argum, S. Thom.

Exponit literam.


Augusti.



Ontrarium. Secunda authoritas est eiusdem ad idẽ ¶[Post actionẽ pœnitentię].i. post actam pœnitentiam[redire ad militiam secularẽ]exercendam iuxta abusum seculi,quia hoc modo sicut supra in primo articulo disputauimus multa habet pc̄tã annexa.[apostolus dicat.]2.Ti. 2.[nemo põt]sicut.n.nemo potest duobus dominis seruire ita nec Deo militare,& negotijs secularibus quæ sine peccato exerceri non possunt[vnde non est].i.nõ p̄sumit[mundanę].i.quã mundani cõiter exercent cũ multis abusibus, vel potest intelligi iuxta gl.eo cui in pn̄ia esset iniũctum,ꝙ amplius militiam non exerceret,vel vt Hug.& Arc. exponunt de pœnitente post solennẽ aut pœnitentem pn̄iam.


Exponit literam.

Archidiac.



Iquis vero. Tertia authoritas.& est statutum Niceni concilij cõtra eos qui post solennem pn̄iam reuertunt̃ ad secularia negotia,vtputa ad secularem militiã. ponit tria. quia primo statuit, ꝙ tales decẽ annis pœniteant iuxta formam descriptam in litera.secundo concedit ꝙ ep̄i possint misericorditer dispensare;cum illis qui trienniũ iniunctæ pœnitentię tolerauerint patienter.tertio ꝙ agendũ sit contra negligentes.2. ibi, ab oĩbus 3.ibi, qui vero. dic t ergo. ¶[Si qui vocati ad veram pn̄iam[ostenderunt]per pœnitentiam publicam vel solennem[cingulo].i. signo militari [ad vomitum].i ad pristina officia[vt pecuniam] ad vsurã vel negotiationem[& ambirent].i.ex ambitione & superbia rursus redirent ad militiam]secularem[decẽ annis]similis in numero annorum iniungitur pœnitẽtia sacerdoti fornicanti,vt di.82.presbyter. post primum triennium in quo inter audientes].i.inter laicos officium non cantãtes: aut officiantes in ecclesia supple intrent ecclesiam vel post primum annum intrant ecclesiam sed vsq; ad triennium sunt inter audientes non cõicantes:vt supra. e. q.2. latorẽ. & de conse.di.4.eos.Hug.[ab omnibus].2. pars.ſ.sub quorum custodia vel diligentia sunt vel ad quos hæc spectat ꝓspicere[non verbis solum]quia Mat.7.habetur, ꝙ non omnis qui dicit domine domine intrabit in regnum cœlorũ: sed qui facit voluntatẽ patris mei &c.[tempus statutum].ſ. trienniũ[cõicare]existendo in ecclesia[qui vero indifferẽtem].i.vilem & quasi ꝓ nihilo.Hu.[lapsum]illis profecto grauis pœnitentia est iniungenda qui non curãt & quasi ꝓ nihilo reputant lapsum in pc̄m̄,quia tales contẽnũt offensam Dei,& propriæ salutis fructum.Proue.18.impius cum in profundum venerit contẽnit tempora statuta.ſ.10.annorum.sæpe.n.propter negligentiam tempus pœnitentiæ ꝓtelatur.vt 26.q.6.sacerdos.& dist.50.de his.Hug.

Exponit literam.



E his qui in suscepta. Quarta authoritas,& est concilij Aurelianen.ad eandẽ conclusionem.vnde ait.¶[Qui suscepta pn̄ia]solemni vel publica[religionem]ecce ĩquit, ꝙ pœnitentes solenniter vel publicæ fiunt personæ religiosę: & quasi ex voto ad religionem videtur teneri, & ideo secularia interdicuntur eis,& pn̄ia,& post pn̄iam[secularia]quę sine peccato exerceri non possunt vt infra e.negotiũ . & di. 50.pœnitentes[à communione]vt di.50.c.vlti.& 1. Corin. 5.ad hm̃õi nec cibum sumere[ipse communione priuetur] si admonitus cessare noluerit.vt 27.q.1.denotat.

Exponit literam.

2 *Virtutis in genere quatuor sunt conditiones.*
3 *Confessionis manifestatio per quatuor impeditur.*
5 *Pœnitentia dicitur falsa multis modis.*

Falsas.

Falsas. Hæc est vltima pars iuxta diuisionem in prin. distinctionis positā vbi interponit de falsis pœnitentijs. ¶ Pro pleniori intelligentia huius partis duo veniunt hic dicenda. Primo de 16. conditionibus quæ dicuntur esse confessionis. Secundo de falsitate pœnitentiarum.

1 ¶ Circa primum quæritur, vtrum asignatio conditionum confessionis quæ magistris asignatur sit conueniens.

4 ¶ Secundum, vtrum verum sit ꝙ falsæ sint pœnitētiæ quæ non secundum authoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non conuenienter asignentur. 16. conditiones confessionis quæ explicantur his versibus. Sit simplex: humilis confessio, pura: fidelis. Atque frequens: nuda, discreta, libēs, verecunda. Integra, secreta: lachrimabilis, accelerata. Fortis, & accusans, & sit parere parata. Et primo arguitur. fides. n. & simplicitas & fortitudo sunt peruersæ virtutes. ergo non debent poni confessionis conditiones. ¶ Secundo sic. purum est quod non habet permistionem, similiter simplex compositionem & mistionem aufert. ergo superflue vtrūque ponitur. ¶ Tertio peccatum semel confessum nullus tenetur confiteri, nisi semel. ergo si hoc peccatum non reiterat nō oportet quod sit pœnitentia frequēs. ¶ Quarto confessio ad satisfactionem ordinatur. sed satisfactio quandoque est publica. ergo & confessio non oportet ꝙ semper sit secreta. ¶ Quinto illud quod non est in potestate nostra non requiritur a nobis. sed lachrimas emittere non est in potestate nostra. ergo non requiritur a confitente. ¶ In oppositum est authoritas magistrorum asignātiū præfatas conditiones pœnitentiæ. ¶ Respondeo dicēdum sub ista conclusione. ꝙ præfatæ. 16. conditiones conuenientissime sunt asignatæ. pro cuius conclusionis pleniori intellectu est notandū cum S. Th. in 4. di. 17. ꝙ dictarū conditionū quædā sunt de necessitate confessionis quędā sunt de bene esse ipsius. ea aūt q̄ sunt de necessitate cōfessionis vel competunt ei ſm, ꝙ est virtus vel ſm ꝙ est pars sacramenti. Si primo aut ratione virtutis in genere, aut ratione specialis virtutis cuius est actus, aut ex ipsa ratione actus virtu-

Primū arg. · *Secundū ar.* · *Tertiū arg.* · *Quartū ar.* · *Quintū ar.* · *Opponit in cōtrarium. Respondet. S. Thom.*

2 tis: virtutis autem in genere sunt quatuor conditiones. vt in 2. Ethi. prima est vt aliquis scit sciens, & quātum ad hoc confessio dr̄ discreta. ſm ꝙ in actu oīs virtutis prudētia requiritur. est autem hæc discretio vt maiora cū maiore ponderē confiteat. secūda conditio est, ꝙ sit eligens, quia actus virtutum debent esse voluntarij, & quantum ad hoc dicit libens. tertia conditio, vt propter debitum finem & operetur, & quantum ad hoc dicit, ꝙ sit pura. vt. s. recta sit intentio. quarta conditio est, vt immobiliter operetur, & quantum ad hoc dicit, ꝙ debet esse fortis: vt scilicet propter verecundiam non dimittat. est autem confessio actus pœnitentiæ virtutis quę quidem initium sumit in horrore turpitudinis peccati. & quantum ad hoc confessio debet esse verecunda, vt. s. non se iacet de peccatis propter aliquā seculi vanitatem admistam. secundo progreditur ad dolorem de peccato commisso, & quantum ad hoc debet esse lachrimabilis. tertio in obiectione sui terminatur, & quātum ad hoc debet esse humilis, vt se miserū confiteat & infirmum sed ex propria rōne hmōi actus qui est confessio habet, ꝙ

3 sit manifesta: quæ quidem manifestatio per quatuor impeditur. primo per falsitatem, & quantū ad hoc dicit fidelis. i. vera. secundo propter obscuritatem, & contra hoc dicit vt non inuoluat obscuritatem, verborum. tertio per verborū multiplicationem, & contra hoc dr̄, ꝙ sit simplex, vt non recitet in confessione nisi quæ ad quantitatem pertinent. Quarto vt non subtrahatur aliquid de his, quæ manifestanda sunt, & contra hoc dicit integra. ſm aūt ꝙ confessio est pars sacramenti si cōcernit iudicium sacerdotis qui est minister sacramenti. vnde oportet, ꝙ sit accusans ex parte cōfitentis, parere parata per comparationem ad sacerdotem secreta quantum ad conditionem fori in quo de occultis conscientiæ agitur. sed bene esse cōfessoris est, ꝙ sit frequēs & ꝙ sit accelerata, vt statim etiam confiteatur. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur negando consequentiam, qm̄ non est inconueniens, ꝙ cōditio vnius virtutis in actu alterius inueniatur. ¶ Ad secūda respon. ꝙ nō punitur ibi aliquid superflue. nam hoc ꝙ dr̄ pura excludit intentionis peruersitatē. sed simplex alieni admistionem. ¶ Ad tertiam respon. ꝙ illa cōditio frequens posita est nō ꝙ sit de necessitate cōfessionis. sed de bene esse. ¶ Ad quartā respō. negādo. Non. n. est simile de confessione & satisfactione. nam pp scādala aliorum qui possunt ex peccatis alienis ad malum inclinari non debet cōfessio fieri in publico, sed in occulto ex pœna autem satisfactoria nō scādalizatur ita aliquis, quia quandoq; pro paruo, vel nullo peccato similia opera satisfactoria fiūt. ¶ Ad quintā respōdetur ꝙ illud intelligit de lachrimis mentis.

Ad primū argument. · *Ad secundū* · *Ad tertium* · *Ad quartū.* · *Ad quintū.*

4 Ad secūdum Sic proceditur. † Et videtur quod falsæ pœnitētiæ non sunt dicendæ illæ, quæ nō ſm authoritatem sanctorum patrū pro qualitate criminum imponuntur. ¶ Primo sic. quia canon dicit propter simplicē fornicationē septēnem pniam esse imponendam. ergo qui centesies esset fornicatus per totam vitā satisfacere nō posset, & videtur hoc trahere hoīes in desperationem. ergo non stat in veritate. ¶ Secundo pœnitētiæ sunt ad arbitrium sacerdotis. vt supra. ea, di. 1. mēsuram. & 26. q. 1. tempora. ergo possunt esse minores pœnitētiæ, quā exigit qualitas criminum. ¶ In oppositum est litera præsens. ¶ Respōdeo dicendum iuxta dominū Albertū Mag. ꝙ Grego. nō intēdit ꝙ nihil iniungatur alicui pœnitenti: nisi quod dicit canon, & quod exigit qualitas criminū. sed potius dicit, ꝙ canon & qualitas criminum sint regulæ iniungendi pœnitētiam, sed tn̄ ꝓprie huiusmodi regulæ ad hunc pœnitētem & illum est ſm arbitrium discreti sacerdotis, sicut authoritas dat regulas medicinæ, sed illas moderari competit discreto medico, ita est in pœnitentijs positis a canone. Cōcordat S. Thomas. qui ait, nō oportet ꝙ ad literam seruētur pœnitētiæ in canone iniunctæ, sed cōsideratis conditionibus peccati, & pœnitētijs pœnitentiæ sunt moderādæ, & ita illæ pœnitentiæ dicūtur falsæ, quæ nullis cōsideratis circunstātijs imponūtur. ¶ Ad rationes in oppositū. Ad primā dicēdum est. vt dicit Albertus, ꝙ canon non tradidit adaptationis proportionem illi vel isti, sed tm̄ exemplar regulæ in vniuersali, quia hoc nō potuit ſm omnem facultatem & statū pœnitentium, quia taxatio illa est secundum particularia quæ infinita sunt. & ideo canon nullum cogit desperare. ¶ Ad secundā dicendum est, ꝙ in arbitrio sacerdotis est proportio pœnitentiæ vt dictum est. notat autem hic Hugu. & post eum Archid. † ꝙ multis modis

5 dicitur pœnitentia falsa. primo quidem cum de vno peccato pœnitentiam agimus, & non de alio. infra e. fratres. secūdo dr̄ falsa, vbi scelus nō corrigitur, vt fuit in Iuda. supra e. dist. 3. nihil. tertio dicitur falsa, cum ignis alienus. i. odium fraternum in corde retinetur supra ea. di. 3. inter hæc. quarto est falsa, quæ non agitur pure, sed simulate, quæ potius Deum irritat, quam placet supra dis. 3. inter hęc. quinto dr̄ falsa, quæ plāgit præterita, & plangenda committere non desistit supra e. dist. 3. ille pœnitentiam. & c. irrisor. sexto dicitur falsa, vt hic in litera dicit Grego. quæ non ſm authoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminis imponitur. Litera. ¶ [Ad veram pœnitētiam] per quam veniam cōsequatur peccatorum suorum [negotiū] ꝙ sine peccato exerceri non potest odium] cum excludat charitatem, sine qua pœnitētia est infructuosa ad meritum vitæ æternę. 1. Io. 2. Oīs qui odit fratrem suum, in tenebris est. & 1. Ioā. 3. Oīs qui odit fratrem suum homicida est. [restituat] si potest. vt. 14. q. 6. c. 1. quia non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum dicit Augu. [pro defendēda iustitja.] largo modo intellige pro fide, pro patria: pro iustitia dominorū suorum contra hostes contra paganos. cōtra hæreticos. supra 23. q. 2. latorem. & 13. q. 5. excommunicatorum. Hug. [ne desperet] existens in peccato, sed non potest istā adimplere, quia Deus, qui nō vult mortem peccatoris, sed vt cōuertatur, & viuat. Eze. 18. illustrabit cor eius. ideo sequitur [hortamur vt faciat] argumētum quod semper exhortādi sunt peccatores: qui pœnitere vere nondum possunt semp aliqua bona facere. Quoniam sicut superius diximus, talia bona facta extra charitatem valent etiam ad dispositionē ad gratiam & illuminationem cordis.

Primum ar. · *Secūdū ar.* · *Opponit & Respondet* · *S. Thom.* · *Ad primū argu.* · *Ad secundā* · *Archid.* · *Exponit literam.* · *Augus.*

Negotium autem. Hoc. ca. B. Gregorij satis supra est expositum circa c. qualitas. & etiam est planum.

Fratres nostros In hoc vltim. cap. exhortamur eos presbyteros ad quos spectat iniungere pœnitentias ne falsis pœnitentijs laicorum animas decipiant. Et diuiditur in tres partes. primo facit quod dictum est. secundo ostendit quæ sit falsa pœnitentia tertio

Diuisio.

tertio specificat per quædam exempla quæ sit falsa pœnitentia.2.ibi:falsa autem.tertia ibi,falsa etiam est pœnitẽtia.nihil hic disputãdũ occurrit.Exponitur litera.¶ [Admonemus]non tamen minus est preceptum.quia sæpe monemus q̃ iubenda sunt. vt 18.q.1.sic.n.Hu.[in infernum] tunc per falsam dicitur anima decipi,& in infernum trahi, quãdo sacerdotes laicos pœnitentes de vno peccato .& nõ de alijs aut de multis,& non de vno absoluunt, & pœnitentias iniungunt salutares. isti tales sacerdotes sunt vere deceptores, & laici credentes veram pœnitentiam suscipere vere decepti.quoniam(vt superius ostensum est)de necessitate pœnitentiæ est integritas: ita vt de omnibus fiat nec hoc. quod hic de falsa pœnitentia non imponẽda dicitur obuiat superiori capitulo falsas quoniam aliud est exhortari aliquem non vere pœnitentem ad aliqua bona agendum vel etiam imponere ei, vt alia bona opera operetur vt ei Deus cor illustret,& aliud est imponere pœnitẽtiam falsam,vnde superflua videtur nobis dubitatio quam hic mouet.Hug.& post eum Arch.nunquam.n.S.Grego.nec etiã doctus vir præciperet imponere [falsam pœnitentiam].2.pars[scriptum est]Iacob.2.ponit authoritatẽ, & exponit. superius exposita est etiam[falsa etiam est].3.pars specificeat per exempla quinque.primum[cum pœnitens &c.]ʒm [si odium]tertium est[si offenso non satisfacit]quartum[si offendenti non indulgeat]quantum ad rãcorem animi.quintum est[si arma contra iustitiam gerat.

Exponit literam.

¶ Distinctio sexta.

3 *Confitendum,an sit hæretico,vel schismatico in articulo mortis non inuento catholico.*
6 *Iudith interpretatur confessio.*
7 *In interrogationibus faciendis tria sunt attendenda.*
9 *Conditiones tres sunt necessariæ in confessore.*
10 *Sacerdos proprius si est imperitus quid debeat agere pœnitens.*
Et quid si non vult dare pœnitenti licentiam.nu.11.
12 *Votum confitendi æquale duo habent moritur vnus inconfessus necessitate præuentus &c.alter confiteretur sacerdoti,& omnibus alijs sunt pares,quis citius liberabitur. vel euolabit.*
13 *Votum in quibus reputetur pro facto*
14 *Confessor bonus an sufficiat,an sit vitandus bonus,si potest haberi melior.*
15 *Orationes particulares peccatoris pœnitẽtis parui pretij sunt nisi concurrant cum eis ecclesiæ bona opera.*
16 *Confiteri non excommunicato quo ad Deum,sed quo ad ecclesiam an noceat pœnitenti.*
17 *Pharisæi interpretantur diuisi.*



Vi autem. Hic incipit sexta distinctio huius tractatus.Et potest diuidi in tres partes.In prima magister Gratianus ostendit,cui & quali cõfessio sit facienda.In secunda instruit sacerdotem:vt secrete teneat pc̃tã sibi confessa ita quod nulli reuelet. tertio ponit quandam contrarietatem,& soluit eam.secũda ibi,caueat. tertia ibi,quod autem.item prima in sex ʒm quod sex ponit qualitates,quas debet habere confessor.prima est, quod sit doctus,ita quod sciat ligare & soluere ꝙ facere non poterit,nisi sciat discernere inter lepram,& non lepram.secũda est,quod sit intra vnitatem ecclesiæ non hæreticus, nõ schismaticus,degradatus,aut excommunicatus. tertia est, quod sit iustus mũdus a peccato.quarta est, quod sit discretus iudex subtilis inuestigator,astutus interrogator.quinta quod sit dulcis & beneuolus erga pœnitẽtem.Sexta, quod sit constantissime in bona & exemplari vita perseuerans. secunda ibi:laboret.tertia ibi,sacerdos itaque.quarta ibi,caueat.quinta ibi,quibus cognitis.sexta ibi caueat ne. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. primæ partis distinctionis. quæruntur quinque.

Diuisio.

1 ¶Primum est:vtrum requiratur in confessore magna sciẽtia scripturæ diuinæ & iuris canonici.
2 ¶Secundum est.vtrum existentes extra vnitatem ecclesiæ vt puta hæretici,aut schismatici in articulo necessitatis possunt exercere officium confessoris.
4 ¶Tertium vtrum de necessitate ita requiratur bonitas vitæ in confessore,vt peccet mortaliter,si existens in mortali officium confessoris exerceat.
5 ¶Quartum vtrum per confessores debeant fieri in confessione interrogationes.
8 ¶Quintum vtrum inter alias conditiones confessoris spectet ad benignitatem confessoris,vt assumat supra se satisfactionis partem iniungendo pœnitentibus.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur quod requiratur in cõfessore magna sciẽtia scripturæ diuinæ & iuris canonici.¶ Primo arguitur ex eo quod confessor suscipit regimẽ animarum quod est ars artium.vnde Grego.in pastorali nulla ars doceri præsumitur nisi intẽta prius meditatione discatur ab imperitis. ergo pastorale officium qua temeritate suscipitur:quando est ars artium regimen aĩarum.¶ Secundo colligitur ex eo ꝙ confessor habet locum medici ad sanandum difficillima vulnera aĩarum,ad quã nulli dubium magna scientia requiritur.vnde Grego.in pastorali. quis nesciat cogitationum vulnera occultiora esse vulneribus viscerum, & tamen hi qui nequaquam spiritualia præcepta cognouerunt cordis se medicos profiteri non metuunt: dum qui pigmentorũ vim nesciunt videri medici carnis erubescunt.¶ Tertio idẽ colligitur.ꝙ confessor est dux directorum aliorum. vnde est necessarium,vt dux aliorum plurimũ sciæ habeat.Mat. 15.Nam si cæcus a cæco ducatur,ambo in foueã cadent, vnde hæc est ratio Aug.in litera dicentis.qui vult cõfiteri peccata sua,vt inueniat gratiam quærat sacerdotem scientem ligare & soluere,ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo qui eũ misericorditer monet,& petit ne ambo in foueã cadant.¶In oppositum est.quia videmus multos in ecclesia in hoc officio constitutos multum ignaros.& tamen sustinentur ab ecclesia:cum ergo ecclesia non erret videtur quod confessores communiter non teneantur habere totam scientiam. ¶ Respondeo dicendum iuxta dominum Alber.magnum S.Thom.& Bonauen.in 4.di.17.Q᷑ scientia quæ requiritur in confessore & quæ pro huiusmodi temporis necessitate sufficiat est vt sciat distinguere inter peccatum & non peccatum, inter peccatum mortale, & veniale ex genere. quia alia pœnitentia est iniungenda pro veniali,& alia ꝓ mortali,& pro mortalibus alia & alia secundum grauitatem eorum.item in perplexis quæstionibus tenetur ita discretus inquit Alber.Mag. vt talia difficilia esse sciat,nec procedendum in eis esse sine discretorum consilio vel canonicorum authoritate.item ꝙ sciat inquit Bonauen.ad quæ sua potestas se potest extẽdere, quia si ad aliquod genus peccati non potest extendere manum necessarium est ei cognoscere,alioqui in periculum animæ suæ & confitentium audit confessiones, & si subditi nõ cognoscunt eius simplicitatem tenentur discretos consulere.alioqui vtrique peccãt grauiter,& de hac discretione loquitur Augu.addit Albe.mag. puto ꝙ hęc nesciens peccat mortaliter audiendo,& eum instituens peccat adhuc plus, quam ipse & permittens institutum ministrare etiam mortaliter peccat,si sua interest talia prohibere.Hæc Alber.¶ Ad rõnes in oppositum respon.ꝙ omnes sunt sicut dicit Albertus intelligendæ quantum ad hanc scientiam, de qua dictum est quoniam ista sufficit regulariter confessori nisi sit in gradu sublimiori, quia talis ad maiora tenetur vt episcopus,& archiepiscopus &c.

Primum ar.

Sextũ argu.

Tertium ar.

Opponit iu Durandus.

Respondet Albe. mag. Bonauent. S.Thom.

Ad argum

2 Ad secundum Vbi quæritur.† vtrum sacerdotes existentes extra vnitatem ecclesię vt puta hæretici schismatici,& excommunicati in casu necessitatis possent officium confessoris exercere absoluẽdo &c.quia videtur satis responsum & disputatum esse supra. eo.di.1.circa capitulũ verbum Deus in quæstione illa. vtrũ hæretici & schismatici habeant claues siue potestatem dimittendi peccata.ideo tantum pro nunc sufficiat dicere.ꝙ tales non possunt nec aliquis debet talibus confiteri. vnde
3 Raymun.in summa respondet ad quæstionem.† vtrum in articulo necessitatis sit confitendum hæretico vel schismatico non inuento catholico cui confiteatur.dicit quod nõ, imo inquit saluo meliori iudicio consulerem quod nullo modo confiteretur ei,sed doleat de peccatis,& quia tm̃ distulit confessionem,& confiteatur Deo in corde,& sufficit ei.tales.n.hæretici ponerent eum in aliquem errorem, vel desperationem,sicut pharisei inducentes cum cõfiterẽtur eis peccatum.Quid ad nos tu videris. Matt.27. & habetur in præsenti

Aespondet. Raymund.

in præsenti capitulo.hæc etiam conclusio satis intelligitur tam ex tex.quam ex glo.præsentis literę. concor.in summa etiam S.Thom.in 4.dist.19.

4 **Ad tertium.** Sic proceditur.† Et videtur ꝙ nõ requiratur ita necessario bonitas vitæ in confessore,vt existens in peccato mortali peccet officiũ suum exercendo.

Primũ arg.

¶Primo sic.Confessor parochianus peccat si requisitus non vtatur officio suo]: cum ex officio suo audire pœnitentes teneatur.si ergo vtendo peccat:videtur esse perplexus cum non posset vitare quin peccet.

Secundũ ar.

¶Secundo quicunque communicat alicui in peccato mortali peccat mortaliter.si ergo confessor existens in peccato mortali peccat mortaliter audiendo cõfessiones: sequitur ꝙ qui ab eo exigit audientiã peccat mortaliter quod videtur absurdum.

Tertium ar.

¶Tertio dispensatio est iuris relaxatio. ergo quãuis de iure esset ei illicitum vti officio illo, tamen ex dispẽsatione videtur ei licere.

Opponit in cõtrarium.

¶In oppositum est text.noster cũ glo.qui ait.peccant sacerdotes dum in crimine sunt iniungendo pœnitentiam,3.q.8.§.item in euangelio.

Respondet.

¶Respondeo dicendum ꝙ bonitas vitæ requiritur in confessore, sicut optime probat August.in litera.& ꝙ si in peccato mortali existens exerceat officium suum confessiones audiendo,& pœnitẽtias iniungendo peccat mortaliter.probatur cõclusio.lex præcepit vt homo iuste ea quæ sunt iusta exequatur.Deut.16.& ideo quicunque,quod sibi competit ex ordine vel officio facit indigne, quod iustum est indigne exequitur,& cõtra præceptum legis facit, ac per hoc mortaliter peccat,quicunque autem cum mortali peccato aliquod sacrum officium tractat non est dubium quin indigne hoc facit.vnde patet quod mortaliter peccat.¶Ad rationes in oppositum dicendum est.

Ad primũ

Ad primam quod non est perplexus vt necessitatem peccati habeat, quia potest peccatum dimittere vel officio resignare ex quo obligatur ad executionem eius.ista est solutio etiam glo. quæ ita ait. quid ergo si in necessitate sumus parochianus petat ab eo pœnitentiam conteratur statim & statim iniungere poterit.hæc glo.

Ad secundũ S.Thom.

¶Ad secundam respon.iuxta S.Thom.in 4.di.17.ꝙ quandiu minister qui est in peccato mortali ab ecclesia sustinetur,ab eo sacramenta recipere debet eius subditus.quia adhuc est ei obligatus.sed tamen præter necessitatis articulum non esset tutum,ꝙ eum induceret ad aliquid suis ordinis exequendum durante tali conscientia, quod ille in peccato mortali esset,quam tñ deponere posset. quia in instanti homo a diuina gratia emundatur.

Archid.

concor. Hu. & Archi.qui dicunt in præsenti litera,quod licet malus dũ toleratur ab ecclesia non est vitãdus in officio suo, nisi forte iaceret in notorio crimine fornicationis,vel simonię vt dist.32.§.verum.

Ad tertium

¶Ad tertiam respondetur negando consequẽtiam,quia ius naturale est indispensabile. hoc autem de iure naturali est,vt homo sancta sancte pertractet: vnde contra hoc nullus dispensare potest.

5 **Ad quartum** Sic proceditur. † Et videtur quod interrogationes non sunt fiendæ per confessorem audiendo confessiones.

Primum ar.

¶ Et arguitur sic. ex hac peccatorũ narratione frequenter oritur fętor cõcupiscentiæ in quærente,& generatur cogitatio mala in audiente propter quod frequenter titillatio carnis insurgit, sicut experientia docet.ergo non decet facere interrogationes.

Opponit in Respondet.

¶In oppositum est tex. præsentis literæ B. Aug.qui de confessore dicit quod sit diligens inuestigator,& sapienter interroget.¶Respondeo dicendum pro conclusione, ꝙ absque dubio oportet in confessione per ipsum confessorem fieri interrogationes,& huius ratio est.quoniam confessor est iudex,& diligenter inquirere debet omnem veritatem & maxime quãdo dubia apparet,ſm ꝙ dr Iob.29.Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam est verum,

Bonauent.

ꝙ vt inquit dominus Bonauen.in 4.in fin.di.19.in talibus inquisitionibus cauenda est superflua curiositas & negligẽtia.quædam.n.sunt quæ non debet inquirere in speciali cõfessor,sicut sunt peccata inconsueta,& enormia, & contra naturam,de quibus potest intelligi illud Prouer.11.inuestigator malorum opprimetur ab eis. & ratio huius est, quia frequenter addiscit pœnitens,quod non nouerat, & cõtingit ipsum confessorem in talibus cõnii, & ideo non debet talia inquirere nisi in generali.secundo quasi de lõginquo per quasdam circunlocutiones,vt si fecit qui confitetur intelligat,si non fecit non addiscat.in huius rei significationem Iudith.8.dicitur. vos autem nolo vt scrutemini archa-

6 num meum†Iudith confessio interpretatur,& hoc dixit sacerdotibus quasi reprimens curiosam inquisitionem , & ideo quia a lõginquo debet esse dicitur Iob.26.obstetricãte manu eductus est coluber tortuosus.Alia vero sunt inquirenda.s.transgresio.10.præceptorum, commissio septẽ capitalium,abusio quinque sensuum,& de his potest quærere quando vidit negligentem vel ignorantem . hoc autem semper attendendum,vt inquisitio conferat statui pœnitẽtis.ideo Prouerbio. 18.dr.iustus in principio accusator est sui,venit amicus eius,& inuestigabit eum . & cum magna prudentia oportet hoc facere,& ideo necesse est confessores esse discretos. vnde Prouerbi.18. Sapiens sibi vir diues pauper autem prudens eum scrutabitur.

S.Thom.

Cõcordat B.Thomas in expositione literæ in fi.disti.19.ita dicens Sacerdos debet perscrutari conscientiam peccatoris in confessione quasi medicus vulnus,& iudex causam,quia frequẽter qui
7 ꝓ confusione confitens taceret,interrogatus reuelat.† Sed tamen interrogationibus faciendis tria attendenda sunt. ¶Primo vt quilibet peccator interrogetur de peccatis,quę consueuerunt in hominibus illius conditionis abundare, non.n.oportet ꝙ a milite quæratur de peccato clericorũ aut religiosorum,aut econuerso.¶Secundo vt non fiat explicita interrogatio de peccatis,nisi de illis,quæ oĩbus manifesta sunt.de alijs autem adinuentionibus peccatorũ debet a longinquo fieri interrogatio,vt si non commisit animo addiscat.¶ Tertio vt de peccatis præcipue carnalibus non descendat nimis ad particulares circunstãtias,quia huiusmodi delectabilia quanto magis in speciali considerantur, tãto magis concupiscentiam nata sunt mouere,vt dr. 3.ethico.& ideo potest contingere vt confessor talia quærens sibi & confitenti noceat,& sic deficiant in suo scrutinio iniquitates scrutantes. Hæc S.Thomas. patet respõsio ex dictis.Ad rationes in oppositum.

8 **Ad quintum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non spectet ad benignitatẽ confessoris, vt suscipiat supra se partẽ satisfactionis iniũgendę cõfitẽti.

Primũ arg.

¶Primo sic.Pœnam satisfactoriã non potest vnus pro alio explere.non ergo spectat &c. cõsequentia est bona. antecedens probatur multipliciter.primo sic. Ad satisfactionẽ requiritur meritũ.sed vnus alteri nõ põt mereri. vel demereri, cũ sit scriptũ.tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.ergo vnus pro alio satisfacere non potest, per consequens nec confessor pro penitente.

Secundũ ar.

¶Secundo sic. Satisfactio contra contritionem & confessionem diuiditur sicut pars contra alias partes.sed vnus pro alio non potest conteri, nec confiteri. ergo nõ potest satisfacere.

Tertiũ arg.

¶ Tertio sic. si confessor pro pęnitente satisfacere potest,ergo ex quo confessor suscipit supra se debitum pœnæ alterius statim a debito liberabitur. ergo si moritur postquam tota pœna sibi debita ab alio suscepta est statim volabit,vel si adhuc puniatur duplex pœna reddetur pro eodem peccato. s. pœna illius qui satisfacere incipit,& illius qui punitur in purgatorio.

Opponitur contrariũ.

¶In oppositum arguitur ex litera præsenti,in qua dicit B.Aug.quod confessor sit paratus erigere , & secum onus portare &c.

Respondet Versus.

¶Respondeo dicendum ꝙ magistri assignarunt plures cõditiones confessoris quæ his versibus continentur. Cõfessor dulcis,affabilis, atque suauis: Prudens: discretus: mitis: pius:atque benignus.Iste omnes nõ sunt de esse cõfessoris,

Albertus

9 sed de bene inquit Albertus.† tres tñ videtur esse sic necessarie vt sine eis sine peccato esse nõ potest. Prima est discernere audita,quod fit per scientiam discernendi inter leprã & non lepram.¶Secũda est extrahere occulta, ꝙ fit per discretam inquisitionem.¶Tertia est meditari salubriter inuenta , ꝙ fit per discretam pœnitentiæ siue satisfactionis iniunctionem.Circa vero beneuolentiam de quo quæstio mota est sit ista conclusio . Quod spectat ad beneuolẽtiam charitatis confessoris sumere supra se, si necesse videbitur partem oneris pœnitentiæ debitæ penitenti, ꝙ talis satisfactio ex charitate facta per ipsum confessorem erit fructuosa ipsi pœnitenti.conclusio quo ad primam partem est August.in litera.quo ad secundam partem probatur sic. vnus potest pro alio satisfacere.ergo confessor pro penitente.cõsequentia nota est. Antecedens patet ex illo Pauli ad Gal. 6.Alter alterius onera portate.quod non dicere posset,nisi vnus onus pœnitentiæ pro alio susciperet sic. Charitas magis potest apud Deum quam apud homines. sed vnus potest apud homines alterius amore debitum eius soluere. ergo multo fortius in diuino iudicio fieri potest. Est autem

circa hanc

S. Thom. circa hanc quæstionem notandum iuxta S. Thom. in 4. di. 20. ꝙ pœna satisfactoria est, ad duo ad solutionem debiti, & ad medicinam pro peccato vitando. inquãtum ergo est ad remedium sequentis peccati satisfactio vnius non põt prodesse alteri, quia ex ieiunio vnius caro alterius non domatur, nec ex actibus vnius alius bene agere consueuit, nisi ſm accidens, inquantum aliquis per bona opera potest mereri alteri augmentum gratiæ, quæ est efficacissimum remedium ad peccatum vitandum. sed hoc est per modũ meriti magis, quam per modum satisfactionis. sed quantũ ad solutionem debiti vnus potest pro alio satisfacere: dũmodo sit in charitate, vt opera eius in charitate esse possint, nec oportet ꝙ maior pœna imponatur ei, qui pro altero facit, quam principaliter imponeretur, vt quidam dicũt. nec etiam exigitur, ꝙ ad solutionem debiti quod ille pro quo fit satisfactio sit impotens ad satisfaciendum, quia etiam si esset potens alio satisfaciente pro ipso ipse a debito immunis esset. Sed hoc requiritur inquantum pœna satisfactoria est remedium. vnde non est permittendum, vt aliquis pro aliquo alio pœnitentiam faciat: nisi defectus aliquis appareat in penitente, vel temporalis per quem sit impotens ad sustinendum, vel spiritualis per quem non sit promptus ad portandum pœnam. patet ergo. ꝙ concurrentibus istis duobus casibus in penitente spectat ad benignitatem confessoris, suscipere partem oneris pœnitentiæ, & non dubiũ quin proficiet pœnitenti. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando assumptũ Et ad probationem etiam negatur assumptum vniuersaliter quia licet sit verum, ꝙ nullus meretur alteri premium, nisi meritũ eius habeat efficaciam infinitam cuiusmodi fuit actus Christi cuiusmodi merito solo pueri baptizati ad vitam æternam perueniunt, quantum tñ ad pœnæ remissionem post culpę deletionem bene potest vnus alteri mereri. & actus vnius efficitur actus alterius charitate mediante, per quam vnũ sumus in Christo. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. quia non est similis ratio de contritione, & confessione, & satisfactione. nã contritio ordinatur contra culpam vnde vnus pro contritione alterius a culpa non liberatur. per confessionem vero homo sacramentis ecclesiæ se subijcit, non potest autem vnus pro alio sacramentũ suscipere, quia in sacramẽto gratia datur suscipienti, & nõ alij. potest autem pœnam pro alio subire. ¶ Ad tertiam respondetur negãdo consequentiã. dicimus. n. iuxta S. Tho. ꝙ si ipsemet ad aliquam pœnitentiam se obligasset, non prius a debito esset immunis, quam eam soluisset, & ideo pœnam ipse patietur, quandiu ille pro eo satisfactionem fecerit, quam si non fecerit tunc vterque est debitor illius pęnæ vnus pro commisso, alius pro omisso, & ita non sequitur, ꝙ peccatum vnum puniatur bis. Litera. ¶ [Gratiam]. i. remissionem peccatorum [quærat sacerdotem] quia ille solus habet claues absoluendo, & ligandi in foro conscientiæ [scientem ligare &c. habentem]. s. ad minus scientiam illã, quã diximus in disputatione primi articuli, sciat distinguere inter peccatum, & non peccatum, & etiam inter veniale & mortale, & sciat capitalia vitia, quia alia pœnitentia est iniungenda pro vno, & alia pro alio, leuior aut grauior † quid vbi proprius curatus esset imperitus quod nesciret

Ad primũ argu.

Ad secundũ

Ad tertium S. Thom.

Exponit literam.

Quæstio. 10 discernere inter lepram & lepram. s. culpam & culpam, cõsulendum est tunc pœnitenti vt quærat [sacerdotem]. i. episcopum, qui magis præsumitur scire & posse prouidere saluti pœnitentis, vbi autem non esset accessus ad episcopum facilis ex distantia: vel alia causa, & proprius curatus vt præmissum est esset imperitus, tunc pœnitus de licẽtia proprij sacerdotis debet quærere peritum, & curatus tunc debet illi licentiam dare. Nam si cęcum cæcus ducat ambo in foueam cadent. vt dr̃ Luc. 6. †Sed quid si proprius curatus im-

Respondet

11 peritus & ignorans nollet dare licentiam, vt confiteretur alteri sacerdoti perito, debet audire episcopum, vel pœnitẽtiarium eius si commode posset. puto quod petita licentia non obtenta posset alteri confiteri, quia tunc iste censetur quo ad hoc non habere sacerdotem proprium, cum sit imperitus sacerdos pro non sacerdote debeat reputari. vnde propositum confitendi perito sacerdoti prodest tali pœnitẽti in hoc casu. Sed de hoc plenius in capitulo vltimo præsentis distinctionis In foueã cadent] Luc. 6. [proximo etiã laico] de confessione autem facienda laico in articulo necessitatis supra circa dist. 1. huius in capitulo. quem pœnitet. disputatum ad plenum ibi vide [dignus est venia]. psal. 21. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. hoc probat exemplo leprosorum. de quibus habetur Lucæ. 17. ¶ Mũdati. n. sunt &c. antequam veniant moriuntur.] ¶ Hic surgit quæstio.

12 †Sunt duo quorum vterque habet æquale votum confitendi & vnus moritur inconfessus: eo ꝙ necessitate præuẽtus sacerdotem habere non potuit, alter autem confitetur sacerdoti, & in omnibus alijs sunt pares, quærit̃ quis citius liberabitur, vel euolabit, videt̃ autem quod æqualiter: quia votum pro facto reputatur apud D. qui cor inspicit. ergo ita euolauit vnus sicut alter. ¶ In oppositum arguitur. quia aliquid ex vi clauium impenditur confitenti, quod non ꝑcipit alius. ergo videtur quod ratione illius qui cõfessus est citius euolabit. ¶ Respondeo dicendo iuxta Dominum. Albertum magnum in 4. di. 17. ꝙ citius euolabit confessus sacerdoti, sicut probat vltima obiectio. ¶ Ad rationem in op- Quæstio. Primum ar. Opponit iu contrariũ. Respondet Albe. mag. Ad argum.

13 positum respõdetur. † ꝙ votum pro facto reputatur in oĩbus quæ ab ipso fieri deberent quantum ad meritum essentiale, sed quantum ad ea quæ fiunt per alium impossibile est, ꝙ votum pro facto reputetur. fit diminutio pœnæ per claues. quæ sunt in ministerio sacerdotis, & virtute passionis Christi, & ideo in illo non putatur votum pro facto sed nec diminutio pœnæ est de substãtiali merito, ac de substãtiali pręmio, & in talibus valẽt opera exteriora plus quam voluntas, & ideo quo ad hoc sunt inæquales. [Confiteatur sacerdoti meliori quam põt.] Aut non dr̃ hic vt dicit Hug. & Archid. a bonitate virtutis, siue morũ, quia illa vt dicũt parum aut nihil valebunt opera in dando pœnitẽtiam, sed de bonitate. i. idoneitate sciendi ligare, & soluere, & discernendi inter lepram & leprã, licet. n. malus sit in moribus quandiu tolerabitur ab ecclesia non est vitandus in officio

14 suo. ¶ Sed mouet hic quæstionem Hug. ¶ † Vtrum sufficiat bonus an vitandus sit bonus si potest haberi melior. i. discretior, siue sapientior. ¶ Respõdet quod sufficit quod sit bonus, & idoneus ad tale officium quamuis nõ sit melior omnibus alijs nec maior bonitas alterius debet præiudicare suæ bonitati, ar. 3. q. 9. necesse est. & 1. q. 1. teneamus. ponit ergo comparatiuum pro positiuo suo: & est sensus [confiteatur meliori quam potest]. i. bono. Ad quem inuenien dum laboret quantum potest, vel potest intelligi de peregrinis transeuntibus, qui possunt diuertere ad confitendũ peccata ad sacerdotem volunt eis est consilium, vt quærãt meliorem quem possunt inuenire in illo loco, in quo volunt accipere pœnitentiam. Similiter potest intelligi de illo cui episcopus suus vel papa dat licentiam accipiendi pænitentiam a quocunque sacerdote, vel posset intelligi, quando plures sacerdotes sunt ordinati in vna & eadem ecclesia ad audiendum confessiones, & tunc optimum consiliũ est, vt eligat meliorem. i. discretiorem medicum aĩæ suę. ¶ Si peccatum occultum est sufficiat.] peccata. n. occulta pœnitentia sunt punienda, ne occultus peccator perdatur. exẽplo domini qui iudam occultum peccatorem non reuelauit. Io. 15. [Itaque pęnitens in ecclesia esse.] Secunda pars quia extra ecclesiam nulla est salubris pœnitentia: cum extra eam nullus saluabitur a peccatorum vinculis [posset liberari.] 24. q. 1. quicunque. Item necessarium est penitenti esse in ecclesia, vt particeps esse possit oĩum orationum, & suffragiorum, & aliorum bonorum ecclesiæ, quæ fiunt pro omnium fidelium salute, & ostendens quam necessarium sit pœnitenti esse intra ecclesiam dicit [nisi quod deest pęccatorum] ecclesia supple sua orationem [compleat de ma-

Quæstio. Respondet

15 nibus &c.] † orationes. n. particulares a peccatoris pœnitentis parui pretij fierent apud dominum: nisi concurrãt cum eis totius corporis Christi ꝙ est ecclesia bona opera orationes, & eleemosynę [credendum est. n. &c.] alias expositum est [recognoscenti mortem suam]. i. statum peccati mortalis [ad conuersionem]. i. in ordine ad conuersionem. i. ad hoc vt conuertatur ad Dominum. talibus. n. tanquam debilibus & minoris virtutis pia mater ecclesia succurrit orationibus eleemosynis & multis alijs operibus: quæ facit ꝓ cõuersione peccatorum & salute fidelium. [Nemo dignę] quia extra ecclesiam nõ fit remissio peccatorum. vt. 1. q. 1. multæ remissiones. de cõsec. distin. 4. ecclesiæ charitas. [Nõ quærant sacerdotes per aliquam culpam] puta erroris, aut schismatis, aut etiam per aliquam excommunicationẽ [diuisos]. i. separatos: quia tales executionem ordinis non habent, & iurisdictione carent, & de talibus loquitur. ¶ Sed occurrit casus quem tangit dominus Albertus sepe errat ecclesia

a ¶ Orationes particulares. Oratio generalis an tantũ valeat quãtum specialis. vide Pe de Anc. 1 c. fraternitatem. nu. 5. de sepul.

ecclesia excommunicando eos qui non sunt excommuni-
16 candi, aut excommunicati quo ad Deum.† Quæritur vtrũ
confiteri tali quo ad Deum nõ excommunicato licet quo
ad ecclesiam nocet pœnitenti. Respondeo dicendum ẽm
Respondet. eundem Dominum Albertum ꝙ eo ipso ꝙ ipse pœnitens
scit diuisum esse ab ecclesia: peccat confitendo ei, qa Deus
approbat & præcipit: quod homo ẽm faciem iudicet: eo ꝙ
huiusmodi nisi de facie fides fieri possit. vnde licet erret ec
clesia, tamen Deus approbat ꝙ iste se gerat pro excõmuni
to, & alij vitent eum: & qui non vult vitare vinculum eccle
siæ contemnit, & per cõsequens peccat. hæc ille. [Iudas] de
quo habetur Mat 26. [ad fratres]. i. apostolos si iudas pœni
tens & confidens de Dei misericordia ac sperans accessisset
ad apostolos, quibus dominus dixerat quæcunque ligaueri
tis super terram. Matth. 18. vtique habuissent curam de ꝓ
ximo & non repulissent, sicut iudei: dicentes quid ad nos.
Iudas ergo ab vnitate apostolorum non inuenit in sua pœ-
nitentia remedium salutis, in quo patet quod extra eccle-
siam non est pœnitentia remedium salutis, in quo patet ꝙ
extra ecclesiam non est pœnitentia fructuosa [socrum Pe-
tri] Marc. j. & Lucæ. 4. [Chanaam] Mat. 15. [Petrum effun-
dentem] Lucæ. 23. [Mariam.] Ioã. 11. [vidue] de qua Lucæ.
7. supple non desperasset, sed reperisset consolationem spe-
rando in multitudine misericordiæ Dei [sed diuisos]. i. pha
17 riseos, † qui diuisi interpretantur & diuisus ab vnitate & cõ
sortio apostolorum solus diuisus perijt Io. 17. quos dedisti
mihi ego custodiui, & nemo ꝑijt ex eis nisi filius ꝑditionis.

1 *Sacerdos an possit absoluere eum cum quo communicauit, vel fuit cooperatus in peccato.*
2 *Iudex existens in peccato an peccet ferendo sententiã in aliũ qui in eodem peccato existit.*
3 *Christus an liberauerit peccatricem eo, quod non erat qui iuste proijceret lapidem.*
4 *Papa non potest dispensare in mandati decalogi.*
5 *Dispensatio quid dicatur.*


Sacerdos itaque. Tertia pars in qua ostendit qualis esse debeat ecclesia-
sticus iudex, & confessor, qui alios ligat, & soluit. debet. n.
esse iustus & discretus. iustus in se & discretus quo ad alios.
Iustus quidem in se: vt qui habet alios a languore culpæ sa
nare, non debet laborare, ne dicatur sibi illud Lucæ. 4. medi
cæ cura teipsum. & qui alios habet medicare, non cõuenit
vt ex culpa sit in aliquo eorum iudicandus. vnde contra
talem inquit Aapostolus ad Rom. 2. In quo alium iudicas:
teipsum condemnas. eadẽ. n. agis, quæ iudicas. i. quæ in alijs
Prima qõ. 1 condemnas. ¶ Hic surgit duplex quæstio. † Prima est vtrum
sacerdos possit absoluere eum, cũ quo communicauit, vel
fuit cooperator in peccato. vtputa sacerdos mulierem, cũ
qua peccauit: aut parochianos, qui secum fuerunt socij in
Secũda qõ. 2 latrocinio. ¶ Secunda vtrum iudex in peccato existẽs pec
cet sententiam ferẽdo in alium, qui in eodem peccato exi-
stit. ¶ Ad primã sic proceditur. Et videtur ꝙ sacerdos non
possit absoluere participes secum in crimine, ex textu præ-
senti. quia confessor debet esse immunis ab illis quę in alijs
Primum ar. iudicat. ¶ Scd̃o quia nemo põt in eadem causa eẽ iudex &
reus. ergo si sacerdos est reus non videtur quod possit esse
Secundũ ar. iudex. ¶ In oppositum videtur. quia sacerdos in quocunq;
Opponit in cõtrarium. peccato existat, dum tamẽ sit intra vnitatem ecclesiæ, ab-
soluit de facto. ergo videtur ꝙ tales posset absoluere. ¶ Re-
Respondet. S. Thom. Bonauent. spondeo dicendum iuxta S. Thomam: & dominum Bona-
uenturam, ꝙ in tali casu sacerdos non deberet audire aut
mulierẽ: cũ qua peccauit, aut alios socios in crimine secũ,
sed deberet ad alium confessorem remittere, nec illi debe-
rent illi confiteri: sed licentiam petere deberent ad alium
eundi, vel ad superiorem recurrere, si ille licentiam denega
ret. tum propter periculum, tum quia est minor verecũdia
si tamen illos absoluat absoluti sunt si contritio adit. [Quę
dam. n.] August. dicit hic in litera, ꝙ non debet esse in eo-
dem crimine intelligendum est ẽm congruitatem non
ẽm necessitatem sacramenti. Hæc Sã. Thomas. Concordat
Bonauentura in fine dist. 19. concordat etiam Hug. in glo.
quæ habetur. 30. q. 1. omnes. ¶ Ad secundam quæstionem
sic proceditur. Et videtur quod sic. quia si iudex publice in
Primũ arg. peccatis existens sententiam ferat scandalizando peccat ẽt
hoc videtur. si sit in peccato occulto. Nam ad Ro. 2. dr̃. In
quo alium iudicas: teipsum condemnas. constat autem, ꝙ
nullus condemnatur: nisi peccando. ergo videtur quod cũ
alium iudicet peccet. ¶ Responsio. dicendum ꝙ vt San-
ctus Thom. super Io. in c. 8. dicit. hic est: oportet vti dupli- Respondet S. Thom.
ci distinctione, aut. n. iudex perseuerat in proposito peccã
di, aut pœnitet se peccasse. Item aut punit vt legis minister:
aut motu proprio. & si quidem pœnitet se peccasse iã pec-
catum non est in eo. & sic absque peccato sententiam ferre
potest. Si autem est in proposito peccandi aut profert sen-
tentiam, vt legis minister, & sic nõ peccat ex hoc: quod sen
tentiam profert, quamuis peccet ex hoc, ꝙ facit talia qui-
bus dignus est similem contra se sententiam recipere. Si au
tem proprio motu, dico ꝙ proferendo sententiam peccat
cum non moueatur ex amore iustitię: sed ex aliqua alia ma
la radice: alias primo in se puniret, ꝙ animaduertit in alios
quia hoc dr̃ proue. 18. Iustus in principio accusator est sui.
hæc. S. Thom. [purget se.] Nec sibi dicat apostolus illud ad
Rom. 2. Qui alium doces: teipsum non doces, qui prædicas
non furandũ, furaris, & qui dicis nõ mechandm: mecharis.
[Animaduertat]. Inducit exẽplũ ad hoc ꝙ dr̃ Ioã. 8. [Ideo
. n. liberauit peccatricem, quia nõ erat qui iuste &c.] ¶ Hic
3 est quæstio. † Vtrum hoc sit bene dictum ꝙ ideo liberauit Quæstio.
peccatricem quia non erat qui iuste proijceret lapidem. Et
videtur multipliciter quod non. Primo quidem quia ẽm
hoc si fuisset ibi aliquis iustus videtur, quia illi præcepisset Primum ar.
ꝙ lapidaret eam. Quod si concedatur videtur esse contra il
lud, nolo mortem peccatoris sed vt &c. Oseæ. 6. misericor
diam volo non sacrificium. ¶ Secundo sic. ẽm hoc vr̃, ꝙ il Secũdũ ar.
la mulier adultera non fuit liberata a Christo ex misericor
dia, sed quia non aderat iustitia humana &c. ¶ In oppositũ
est præsens litera beati Aug. ¶ Respondeo dicendum ꝙ be Opponit & Respondet.
ne dictum est. Ad primam respondetur iuxta Dominum
Albertum ꝙ sine dubio etiam si iusti fuissent aliqui domi- Ad primũ argu:
nus ad pœnitentiam voluisset venire mulierem adulterã.
Sed ad præsens tali vtebatur modo liberationis, vt confun
deret illos, & erubescẽtes ad fidem sui & pœnitentiam in-
clinaret. Et per hoc patet responsio ad totum. ¶ Ad secun-
dam respõdetur ꝙ mulier illa ex misericordia liberata est. Ad secundũ
vnde vt dicit Dominus Bonauentura in expositione lite-
rę in 4. in fi. di. 19. ly. Ideo nõ dicit finem. quia finis fuit mi-
sericordiæ ipsius Dei abundantia, sed potius viam & mo-
dum ad ipsam liberandam insinuat [per cerimonias]. i. per
sacrificia illa veteris legis. 22. q. 2. gloria. deteriores sunt sa-
cerdotes nostri tp̃is in hoc. s. ꝙ casũ suũ nõ timent, & alios
iudicant, non verentur in peccatis existẽtes alios iudicare,
ꝙ illi recognoscentes pc̃m suum nõ præsumpserunt, & in
hoc plus verbum saluatoris tenuerũt illi, quam sacerdotes
nostri, qui impudenter in peccatis sordidi audent aliorum
peccata iudicare, ceci nimium fuerunt. quia præsumpserũt
suis insidijs summam sapientiam. s. Christum capere in ser-
mone. Io. 18. [ꝙ illis patuit] videlicet rationabile fore, vt q
peccatis erant grauati ab accusatione & lapidatione pecca
tricis mulieris abstinerent, & iudicium alterius euitarẽt [vi
tat sacerdos]. s. nostri temporis qui hoc non obseruãdo [pe
ior iudeis extitit. Caueat] Quarta pars: dicit quod ecclesia-
sticus iudex sicut bona vita ita clarere debet scientia. vnde
Isidorus in libro de summo bono dicit. doctor ecclesiasti-
cus vterque pollere debet. s. vita & scientia. Nam scientia a ¶ Doctor ecclesiasticus. Doctoris sapiẽtia & doctrina in quo cognoscatur, vide Pet. de Anc. in ca. quanto. nu. 2. de iudic. & adde qd doctores iuris canonici debent pcedere legum doctores ẽt si sint laici. idẽ in c cleri. nu. 6. de iudi.
sine vita arrogantem facit, vita sine scientia inutilem red-
a dit. [Sciat agnoscere quicquid]. i. sciat discernere inter le-
pram & lepram. [Iudiciaria] quia male potest iudicare de
ignotis. vnde Sapien. 6. diligite lumen sapientiæ, qui iudica
tis orbem, & Arist. j. ethic. vnusquisque bene iudicat de his:
quæ nouit. & horum optimus iudex est. Inquisitor diligẽs
profecto fuit B. Augu. in dando doctrinam qualiter sacer-
dos in audientia confessionũ fructuose se haberet erga pœ
nitentes. docet. n. ꝙ sacerdos diligenter inquirat, & interro
get penitentem, ꝙ valde expediens est. primo vt per inter
rogationem atque pœnitentis respõsionem discat melius
conditionem culpæ: & condignam pœnitentiam impone-
re. Secũdo quia per interrogationem oblita peccata ad me
moriam pœnitentis reducuntur. Tertio quia per diligen-
tem & discretam interrogationem educuntur peccata ex
ore confitentis. Alia in principio di. 1. articulo. 4. plura posi
ta sunt, & de his quæ obseruanda sunt in interrogationibus
supra diximus. di. 5. §. 1. c. cõsideret. [Quibus cognitis] quin
ta pars. instruit quales conditiones debeat habere confes-
sor erga pœnitentes, de quibus supra in primo articulo di-
sputauimus. [beneuolus paratus erigere lapsos]. i. verecun-
sputauimus.

dos: & secum onus orando ieiunãdo pro Deo & vt pius pastor ouem perditam ad ouile Dominicum prudenter reducat. Matthei. 18. Caueat sacerdos, ne corruat per mortale peccatum, ne iuste perdat potestatem iudiciariam depositionem vel suppositionem vel suspẽsionem ab officio. Hugut. [mox]. i. iudicium [in pristinam dignitatem] quia licet pœnitens per pœnitentiam mox restituatur ad gratiam, quia sine ea non est salus animæ, non tamẽ cõuenit, vt semper restituatur ad dignitatem. quia aliquando expedit ad humilitatem: & aliorum terrorem peccatorem maxime notorium suspẽdere a dignitatis potestate: sicut Nabuchodonosor eiectus fuit de regno, donec humilitas recognouit Deum cœli. Danielis 4. Et si Petrus post lapsum restitutus sit non ad dignitatem pastoralem, quam actu habuisset, quia nondum fuerat tunc factus pastor ouium, nisi per verba illa, pasce oues meas. Ioã. vlt. si ad gratiam adimplendæ in eo promissionis factæ de dignitate pontificatus totius ecclesiæ per illa verba. tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, cuius promissionis ꝑ negationem factus erat indignus. per pœnitentiam vero restitutus est gratiæ, nedum quo ad reconciliationem sed etiã vt in eo facto sibi promissio de pontificatu adimpleretur. [concedit]. i. permittit restitutionem. [Et quasi impetrat]. i. vt videtur impetrare: quia vtitur verbo præceptum, sed tenetur permissiue vt dis. 50. domino S. Hu. sed vetat di. 50. Si quis diaconus. Hugu. [tempus & locus] huiusmodi circunstantiæ diligenter considerandæ sunt aliter sæpe vt erratur. vt di. 30. sciẽdum. &. c. regulæ. distingue ergo tempora & concordabis scripturas. 2. q. 1. Si peccauit. Hugu. [tot sunt qui labuntur vt pristinam dignitatem ex authoritate defendant &c.] videtur male dicere quia deferendum est multitudini, & vbi multitudo ẽ in causa oportet rigori detrahere. ergo magis restituendi sunt in gradum pristinum: quam si pauci essent. Præterea contra illud quod ait pontifex iustus ius dicit eos esse amouendos: ergo qui restituit facit contra ius. ergo agit iniuste. Respondeo dicendum iuxta Dominum Bonauenturam in expositione literæ in 4. in fin. dist. 19. ꝙ in talibus quãdo crimen est graue & enorme depõ siue amotio sacerdotũ ab officio ẽ de equitate iuris & rigore. Sed restitutio est de iuris relaxatione. In relaxatione aũt ad hoc vt fiat cõsiderãda est in eo, qui facit ptãs. vt sic tales qui supra me posit & non sit illi iuri subiectus & in eo cui fit, sit cã idonea. s. necessitas vel vtilitas. Alioqui non dispensatio sed dissipatio debet dici. Et quoniam Dominus papa non est subiectus constitutionibus patrum & super omnes est, ideo põt in eis dispensare: & tunc bene facit, quando necessitas vel vtilitas hoc requirit. † In mandatis vero decalogi nullo mõ potest. quia ipse est subiectus eis. Ideo dispensatio ita consueuit diffiniri. † Dispensatio est iuris relaxatio cũ causæ cognitione ab eo qui habet ius dispensandi. vnde dispẽsare dr̃ quasi diuersa pensare, & ideo in eis quæ statum ecclesiæ decolorant dispensandum non est. Et in eis quæ videntur ius infringere: & hoc est qñ multis conceditur, quod paucis est concedendum, & qñ sic accipiatur non sic fiat sibi de gratia, sed tãquam si esset de iure communi, & in talibus loquitur authoritas prius posita. hæc D. Bonauẽtura. Et patet responsio ad totum [nisi a romano pontifice] ipse. n. restituere potest quod vult, quia habet plenitudinem potestatis. vt. 35. q. 9. veniam. 9. q. 3. conquestus. ipsi cuncta. [Caueat] de hoc in sequenti. c.

Bonauent.

4 (margin, beside "tis vero decalogi")
5 (margin, beside "est iuris relaxatio")

2 Sacerdos in nullo casu debet reuelare confessionem, seu peccata audita in confessione. & nu. 3.
Etiam de licentia pœnitentis. nu. 12.
Et quid si ea nouerit extra confessionem. nu. 13.
4 Laicus audiens cõfessionem in casu necessitatis aut interpres necessarius qui mediat in confessione tenentur peccata audita celare.
5 Confessorem fingens vel qui latenter absconsus audit confessionem tenetur celare peccata audita. & nu. 6.
7 Confessionis sigillum quid dicatur.
8 Cadere quæ dicantur sub sigillo confessionis. & nu. 9.
10 Præceptum nullum super oris, nec aliqua dispensatio etiam papæ potest cadere super reuelatione confessionis.
15 Reuelandi duplex est modus.
16 Sacerdos potest quod scit per confessionem & per alium modum reuelare, ita tamen quod modus sciendi per confessionem semper maneat in occulto.
Et hoc non debet nisi instante necessitate. nu. 22.
17 Statuendum nihil est neque seruandum in quo fiat præiudicium veritati.
18 Fraus & dolus nemini debent patrocinari.
19 Mentiri nullus tenetur pro aliquo.
20 Impotentem nullus se reddit scienter ad id, ad quod tenetur sub peccato mortali.
21 Statui nil debet nec seruari vnde innocens posit rationabiliter accusari, & condemnari, & alij de ipso scandalizari.
23 Confessor an posit consulere peritiorem super peccato quod audiuit in confessione.
24 Clericus vel sacerdos depositus sine spe restitutionis potest agere pœnitentiam publicam vel solennem.


SAcerdos. Secunda pars principalis huius distinctionis, in qua agitur de sigillo confessionis & pœna sacerdotis reuelantis confessionem. pro partis cuius pleniori intelligẽtia. tria veniunt hic quærenda.

1 ¶ Primum est, vtrum in omni casu teneatur sacerdos celare peccata sibi dicta.

11 ¶ Secundum est, vtrum possit ea alij reuelare de licentia confitentis.

14 ¶ Tertium est, vtrum teneatur ea celare si ecclesia ea alias nouit.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et vr̃ ꝙ in quolibet casu nõ teneatur celare sacerdos peccata quæ audierit in confessione. ¶ Primo sic. ꝙ ꝓ charitate constitutum est, contra charitatem militare nõ debet. vt dicit B. Bernardus sed celatio confessionis introducta est pro charitate, vt ex hoc homines magis eliciatur ad confessionem faciendam, militaret autem contra charitatem, nisi in aliquo casu reuelari posit, ꝙ est confessum, sicut qñ aliquis in confessione scit aliquem hæreticum, quẽ non potest inducere ad hoc, vt desistat a corruptione plebis. bonum. n. plebis præferendum est bono singularis personæ, ergo in hoc casu potest confessio reuelari. ¶ Secundo sic. quilibet tenetur magis consciẽtiam seruare illesam, quã famam alterius. quia charitas ordinata est. sed sacerdos si semper ꝙ audiuit in confessione reuelaret incurreret damnum propriæ conscientiæ, sicut cum adijcitur in testẽ pro peccato illo, & iurare cogitur de veritate dicenda: vel cum aliquis abbas per confessionẽ alicuius prioris sibi subiecti peccatum cuius occasio inducit ipsum ad ruinam, si ei prioratum dimittat. vnde tenetur ei auferre propter debitum pastoralis curæ, auferendo autem videtur confessionem publicare. ergo videtur: ꝙ in aliquo casu liceat confessionem publicare. ¶ Tertio aliquis sacerdos per confessionem alicuius quam audit potest accipere conscientiam, ꝙ sit prælatione indignus, sed quilibet tenetur contradicere promotionem indignorum: si sua intersit. cum ergo contradicendo suspicionem inducere videatur de peccato, & sic quodammodo confessionem reuelare videtur ꝙ quandoque oporteat confessionem reuelare. ¶ Quarto sic. Cũ bonum communitatis sit præferendum bono singularis personæ, & occultatio peccati cedat in bonũ illius qui deliquit: denũciatio vero in bonum totius communitatis; videtur ꝙ denuntiatio habeat æquitatem, & occultatio iniquitatem, sicut iniquum est defendere bonum singularis personæ in detrimentum communitatis. Casus posset esse talis. si aliquis ꝑpetrasset homicidium, & illud homicidium imponeretur alicui communitati ab aliquo principe, qui intenderet ipsam communitatem destruere propter illud homicidium, cui si innotesceret quod illa singularis persona homicidi ũ commisisset parceret communitati. ¶ In oppositum est te. præsentis. c. ¶ Respondeo quatuor sunt videnda, primo respondebitur ad quæstionem sub vna conclusione. Secundo ostendemus quis teneatur ad celandum cõfessionem. Tertio ostendemus quæ cadunt sub cõfessione. Quarto vtrum possit dispensare quod liceat reuelare. Quantum ad primũ
2 sit ista conclusio. † Sacerdos nullo casu nulla causa debet reuelare confessionem, seu peccata audita in cõfessione. Ista conclusio primo probatur per illud extra. de pœn. & re. in c. omnis. vtriusque sexus. vbi dicitur. caueat sacerdos ne verbo vel signo vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem. hæc conclusio multiplici ratione probatur. primo ratione

Primum ar
Secundũ ar
Tertiũ arg
Quartũ ar.
Opponit & Respondes

mo ratione cōgruitatis.congruum.n.est,vt sacerdos Deo
cuius minister est se conformet:sed dominus peccata quæ
per confessionem panduntur non reuelat,sed tetigit. ergo
nec sacerdos reuelare debet. ¶ Secundo ratione honestatis
sic.quia ꝙ in confessione dr̄ secretū est.secretū aūt occulta
re honestū est, qa ad fidelitatē pertinet, vt habet̄. 22.q.5.
ergo sacerdos peccata audita in secreto reuelare nō debet.
¶ Tertio rōne necessitatis. qm̄ celatio cōfessionis est non
modo de iure positiuo, vt in litera præsenti patet.& extra
de pe.& re.sed etiam est de iure diuinō.quod hic probatur
Durandus. S.Thom. iuxta dictum Durandi,& fundamentis S.Thomæ ex eodē
iure procedit institutio confessionis,& celatio. sed prim ū
est mere ex iure diuino. ergo & sm̄.minor patet. quia oīa
sacramenta Christus instituit. Maior probatur quia in sa-
cramentis id quod exterius geritur per mysterium figurat
id quod interius geritur per Deum. quia sacramenta effi-
ciunt ꝙ figurāt,& minister gerit vicē Christi sed in sacra-
mento confessionis peccatum illius qui subijcitur per con
fessionem sic tegit, vt ex hoc non possit ei cedere in vere-
cundiam,vel confusionem,vel quamcūque pœnam. vnde
hoc oportet in sacramento pœnitentię figurari.ergo de ne
cessitate sacramenti est, ꝙ minister eius qui gerit exterius
vicem Christi celet ꝙ audiuit in confessione. vnde tanquā
violator sacramenti peccat qui reuelat. ¶ Quarto veritas
præfatæ conclusionis sic probatur siue ostenditur ex ratio-
ne multiplicitatis vtilitatis, quæ sequitur ex celatione con
fessionis. Nam primo ex ea homines facilius attrahuntur
ad amorem confessionis, ex contrario vero retraharentur
ab ea,redderetur.n.hominibus odiosa.Præterea ex hoc ho
mines simplicius atque purius siue plenius confitentur. cū
sciant ꝙ ea peccata, quæ confitentur perpetuo silentio at-
que inuiolabili sigillo clausa manebunt. ¶ Quātum ad sm̄
in quo videndum est quis teneatur ad celandum confessio
Prima conclusio. 3 nem.Sit ista conclusio prima.†Sacerdos audiens confessio-
nem maxime celare tenetur peccata in confessione audita.
patet cōclusio. Quia sacerdos est minister huius sacramen-
ti:sed sigillum confessionis ꝙ nihil aliud est quam debitū
celandi confessionem est annexum sacramento. ergo ipse
maxime tenetur ad celandum peccata in confessione audi
Scd'a cōc. 4 ta.¶Secunda cōclusio†laicus in articulo necessitatis cōfes-
sionem audiens,& interpres qui necessitate vrgēte mediat
in confessione,tenetur etiam peccata celare audita. patet
S.Thom. conclusio.dicit.n.S.Thom.ꝙ sicut isti qui non sunt sacer-
dotes in aliquo casu participant aliquid de actu clauis, dū
confessionem audiūt, propter necessitatem. Ita etiam par
ticipant de actu sigilli confessionis, & tenentur celare, q̄-
uis proprie loquendo sigillum confessionis non habeant.
dicit Dominus Albertus magnus de interprete, ꝙ cum ibi
sit vt auris sacerdotis communicat in actu sacerdotis per
aliquem modum propter necessitatem,& ideo non recipit
sicut alium rumorem,sed potius vt confessionem,quæ oī-
Tertia conclusio. 5 no celanda est.¶Tertia conclusio † qui se confessionem au
dit tenetur peccata audita celare.patet conclusio.quia con
fessio facta eo ꝙ confessio est celanda, & ita quemcunque
cui fuerit facta obligat ad celandum. ¶ Quarta conclusio
Quarta cōclusio. 6 †ille etiam tenetur celare,qui aliter audiuit, quam in con-
fessione.patet conclusio. Ad tantum obligatur homo ad
quantum promisit.si ergo iste receperit quasi in confessio
ne,quod est ꝓmittere.ergo tenetur celare: quasi esset con
fessor.non tn̄ ex sacramento,cum nō sit sacramentum, sed
ex promisso.vnde de iureiuran.c.pe.dicitur.ꝙ clericus qui
iurauit seruare statuta edita, & promittens statutum quod
postmodum subsecutum est fideliter obseruare non est p-
iurus non seruando illud,quia non est obligatus ex iuramē
to.sed ex simplici promisso. Et similiter verba nō possunt
facere de non sacramento sacramentum. dicit autem Do-
minus Petrus de palude, ꝙ videtur facere irreuerētiā sacra
Pet.de pal. mento,qui tradit vel recipit in confessione illud, quod nō
est confessio,cum nihil sit æqualiter celandum ei, quod in
confessione scitur.¶Quantum ad tertium.in quo videndū
est ad quæ se extendat sigillum confessionis. Sit ista cōclu
sio prima.†Illa ad quæ primo & principaliter se extendit si
Prima conclusio. 7 gilum confessionis sunt peccata confessa,& circunstantiæ
inquantum huiusmodi.probatur ista conclusio. Sigillum
confessionis est annexnm sacramentali confessioni.sed pec
cata sunt primo & principaliter ea,de quibus est sacramen
talis confessio.ergo peccata sunt ad quæ primo & principa
liter se extendit sigillum confessionis.¶Secunda conclusio

8 †cadunt etiam non solum peccata,sed etiam alia in quibus Secunda cōclusio.
quātum per ea posset directe vel indirecte prodi peccator.
Probatur conclusio. quandocunque aliquid prohibetur;
prohibetur omne illud, per ꝙ peruenitur ad illud.ff.l.om
nino.ergo cum prohibitur reuelatio peccatorum, per cō-
sequens intelligitur prohibitio illorum ad quæ reuelatio
9 peccatorum sequitur.¶ Tertia conclusio. † ꝙ ea quæ pos- Tertia conclusio.
sunt dici sine reuelatione peccatorum nec directe nec indi
recte cadunt sub sigillo confessionis.patet conclusio. quia
cessante cā cessat effectus.vnde bona quibus laudat̄ puta qa
virgo est:ꝙ nunquam peccauit mortaliter, & huiusmodi,
dicere licet,nisi quandoque per hoc:ꝙ vnus laudatur alte-
rius peccatum reuelatur:quia quod de vno dicitur,de alte-
ro negatur vt dicit Grego.vnde duobus cōfitentibus si po Gregorius
stea diceret confessor de vno,iste est virgo, vel iste nunquā
peccauit mortaliter,statim esset suspicio contra alium.vn-
de S.Thomas ponit in quarto.ꝙ etiam huiusmo di summo
studio sunt celanda. Tum propter scandalum. Tum ꝓter S.Thom.
promptitudinem, quæ ex consuetudine accidere posset.
10 ¶Quantum ad quartum sit ista conclusio. Nullum præce-
ptum hominis superioris nulla dispensatio etiam papæ po
test cadere super reuelatione confessionis.patet conclusio
ex superioribus vbi probatum est,ꝙ celatio confessionis sit
de iure diuino,super quo papa non habet potestatem, quā
probationem S.Thomas tangit dicens præceptum de cō-
fessione sacramenti facienda est de iure diuino,& non po-
test aliqua dispensatione vel iussione humana homo ab eo S.Thom.
absolui,ita nullus ad reuelationem confessionis potest ab-
homine cogi vel licentiari. vnde si præcipiatur sub pœna
excommunicationis iam latę,ꝙ dicat,si quid scit de pecca
to,non debet dicere ꝙ debet æstimare, ꝙ intētio præcipiē
tis sit:ꝙ sciat.vt homo si etiam exprimeret de confessione
interrogans non debet dicere nec excommunicationem
incurreret,quia non est subiectus superiori suo, nisi vt ho-
mo, hoc aūt nescit vt hō sed vt Deus. Hinc patet ꝙ glos-
sator non dicit verum hic in glo.cum dicit ꝙ quis sacerdo-
ti si confiteatur crimen,vt excommunicat episcopus om-
nes huiusmodi criminis conscios,nisi veritatem reuelaue-
rint,ꝙ in secreto episcopo dicere potest.¶His habitis di-
cendum est ad rationes in principio quæstionis. ¶ Ad pri- Ad primū argu:
mam respondetur:ꝙ vt dicit S.Tho.quidam dicunt: ꝙ sa- S.Thom.
cerdos non tenetur seruare sub sigillo confessionis,nisi pec
cata de quibus pęnitens emendationem promittit,alias po
test ea dicere ei,qui potest prodesse,& non obesse. Sed hæc
opinio vr̄ erronea,cum sit contra veritatem sacramēti. Si-
cut.n.baptismus est sacramentum,quamuis quis fictus ac-
cedat, nec est mutandum propter hoc aliquid quod sit dē
essentialibus sacramenti,ita confessio non desijt esse sacra-
mentum,quamuis ille qui confitetur emendationem non
proponat.Et ideo nihilominus sub occulto tenendum est
nec propter hoc sigillum confessionis contra charitatē mi
litat,sicut arguebatur quia charitas non requirit ꝙ appona
tur remedium peccato,ꝙ homo nescit. illud autem quod
sub confessione scitur est quasi nescitur,cum nesciat vt hō,
sed vt Deus.tamen aliquod remedium adhibere debet in
prædictis casibus,quantum potest sine reuelatione confes
sionis,sicut monendo eos,qui confitentur,& alijs diligen-
tiam apponendo,ne corrumpantur per hæresim. pōt etiā
dicere prælato,ꝙ diligentius inuigilet super gregem suum
quia lupus est inter oues,ita tamen ꝙ nō dicat aliquid per
quod verbo vel nutu confitentem prodat.¶Ad secundam Ad secundū
respondetur iuxta S.Thom.& communiter alios doctores S.Thom.
negando ꝙ lędatur conscientia celando confessionem. cu-
ius ratio est,quia homo non adducitur in testem nisi vt ho
mo,& ideo absque lęsione conscientiæ potest iurare se ne-
scire,quod scit tm̄ vt Deus.similiter etiam absque læsione
potest prælatus impunitū dimittere peccatum, quod scit
vt Deus.vel sine aliquo remedio,quia non tenetur adhibe-
re remedium,nisi eo modo quo ad ipsum defertur.vnde in
his quæ deferuntur ei in foro pœnitentiæ in eodem foro
debet quantum potest adhibere remedium,vt Abbas in ca
su prædicto admoneat priorem,vt prioratum resignet,vel
si noluerit potest ex aliqua alia causa absoluere a cura prio-
ratus,ita tamen ꝙ omnis suspicio vitetur de confessionis
reuelatione.dicit D.Bonauentura,ꝙ si noluerit renūtiare Bonauen.
non debet eum absoluere,sed debet eum sustinere, nisi sit
talis religio,in qua subditi possunt transmutari, & deferri
sine nota infamiæ.¶Ad tertiam respondetur negando mi Ad tertium
norem,

S Thom. norem, quoniam vt dicit S. Thomas multis alijs causis aliquis redditur indignus ad prælationis officium, quam ex peccato sicut ex defectu scientiæ vel ætatis vel alicuius huiusmodi. & ideo qui contradicit nec suspicionem de crimine facit nec confessionem reuelat. ¶ Ad quartam respondetur iuxta magistrum Alexandrum de halis negando assumptum quoniam occultatio confessionis non tantum est bonum confitentis, sed etiam bonum aliorum, eo quod per hoc assumunt audaciam confitendi, quam amitterent, si sacerdotes peccata confitentium denudarent. argumentum ergo illud supponit falsum. s. quod ista celatio est bonum singularis personæ, s. si tali præciperetur quod diceret, si sciret aliquid de facto tali nonne deberet dicere &c. dicendum quod non, quia non scit huiusmodi secretum vt homo sed potius vt Deus, qui nulli est subditus obedientiæ vel præcepto.

Ad quartū. Ale. de hal.

11 **Ad secundum** Sic proceditur. †Et videtur quod de licentia penitentis non possit sacerdos peccatum quod sub sigillo confessionis habet alteri perdere. ¶ Primo sic. Quod enim non potest superior, non potest inferior. sed Papa non potest aliquem licentiare ad peccatum quod scit in confessione alteri dicat. ergo nec qui confitetur potest ipsum licentiare. ¶ Secundo sic. Quod est institutum propter bonum commune non pōt ex arbitrio vnius immutari. sed celatio confessionis est instituta propter bonum totius ecclesiæ vt homines cōfidentius ad confessionem accedant. ergo ille qui confitetur nō potest licentiare sacerdotem. ¶ Tertio sic. ille cui reuelabit non habebit hoc sub sigillo confessionis, & sic poterit publicari peccatum, quod iam deletum est, quod non est cōueniens. ergo non potest dare licentiam. ¶ Quarto arguit dominus Durandus. si talis licentia sufficeret, esset via ad reuelationem cōfessionis, & suscipionem criminum, quia iudex habens aliquem suspectum de aliquo crimine poterit ei dicere, da licentiam sacerdoti dicendi quod audiuit a te, si dat licentiam & data valeat: habebit testimonium cōtra se, si non dat, & dare possit, habebitur amplius suspectus, & non erit vsquam secretum quod dictum erat in confessione. ¶ In oppositum arguitur sic. superior potest mittere peccatorem cum literis ad inferiorem sacerdotem de voluntate ipsius. ergo de voluntate confitentis potest peccatum alteri reuelare. ¶ Respondeo dicendum sub duabus conclu.

Primum ar. Secundū ar. Tertiū arg. Quartū ar. Opponit in contrariū. Respondet.

12 Prima est. †Quod sacerdos peccata quæ tantum in confessione nouit non potest de licentia pœnitentis aut cuiuscūque alteri reuelare. Probatur conclusio. Quod scit sacerdos sicut Deus & non sicut homo non potest aliquo modo reuelare. sed quod iste confessor sciuit prius in confessione, nec postea nouit illud aliter, non nouit, nisi sicut Deus quātumcunque illi qui confessus est dicit, quod sacerdos possit illud dicere. ergo nullo modo potest sacerdos propter illius licentiam reuelare. ¶ Secundo sic. inferior non potest absoluere a præcepto superioris. ergo nec confitens sacerdotem licentiare potest ad reuelandum confessionem, quæ tam iure diuino quam canonico celanda est. ¶ Secunda cō-

Prima cōclusio.

13 clusio †peccata siue quæcunque alia in confessione audita si aliter quam per confessionem a penitente eorum notitiā susceperit, poterit de licentia pœnitentis illa reuelare. Patet conclusio qui enim potest aliquid facere per seipsum potest etiam per alterum facere, sed confitens potest peccatum suum quod fecit alteri reuelare. ergo potest internuntium facere sacerdotem. ¶ Secundo patet quia secretum quod dicitur homini vt homini in casu vtili data licentia a dicēte potest ab illo cui dictum est reuelari. dicit tamē S. Tho. & Dominus Bonauentura. quod hoc est intelligendum, vbi non timetur periculum scandali, quoniam vbi periculum scandali formidatur quantumque confitens licentiet sacerdotē non debet sacerdos assumere, tunc autem potest timeri periculum scandali, quando probabiliter potest conuinci, quod sacerdos confessionem suam reuelauit. vnde dicit Dominus Bonauentura. Si penitens dicat sacerdoti quod referat alij peccatum suum, debet sacerdos penitentem ipsum nuntiū suum constituere. & non se internuntium facere, & sic vitatur scandalum, & non rumpitur sigillū, & intelligatur hoc cum illa generali suppositione quod peccatum alicuius nō est manifestandum, nisi ei qui posset prodesse, & non velit obesse. intelligatur etiam de peccatis proprijs, & non de alienis. nam aliena peccata dicere non potest, nec debet penitens alicui committere, nisi forte in casu, in quo debet dicere, & melius per alium: quam per se potest bonum illius procurare semper adhibita cautela, vt ex hoc non scandalizetur ecclesia. hæc ille. Cum autem contingit, quod sacerdos debeat aliqua reuelare de licentia penitentis, est consiliū Domini Vlrichi quod quando aliquid reuelandum est de his quæ dicuntur in confessione dicat penitenti, vt post confessionem sacramētalē extra cōfessionem, tāquam homini dicat de peccatis suis quantum placeat reuelare, quia sępe cum quibusdam circunstantijs dicūtur peccata in confessione, cum quibus non placeret: vt alteri reuelarentur. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, quod si sumptum est verum in his quæ spectant ad iurisdictionem. In alijs autē multa possunt circa se facere inferiores, quæ nō possunt superiores. vnde Papa nō potest licentiare cōfessorem vt dicat peccata penitentis, quia non potest facere vt sciat vt homo, quod pōt facere penitens. ¶ Ad secundam respondetur quod ratio non procedit. quia per hoc quod dictum est de licentia penitentis, non tollitur id, quod propter commune bonum institutum est. quia sigillū confessionis non frangitur. quia dicitur: quod aliquo modo alio scitur. ¶ Ad tertiam respondetur, quod ille ad quē notitia peccati deueniret mediante sacerdote ex voluntate confitentis cum participet in aliquo actu sacerdotis simile est de eo sicut de interprete superius dictum est, quod tenetur ad celandum (nisi vt inquit S. Thomas) peccator velit quod ille absolute sciat & libere.

Secūda cōclusio. S. Thom. Bonauent.

Ad primum argum. Ad secundū Ad tertium

14 **Ad tertium** Sic proceditur. †Et videtur, quod sacerdos illud quod scit per confessionem & alio modo nullo modo possit reuelare. ¶ Primo sic. ex c. omnis vtriusque sexus. extra de pen. & re. vbi habetur, quod caueat sacerdos ne aliquo quouismodo prodat peccatorem. ergo peccatū quod sacerdos per confessionem nouit qualitercunque etiam aliter nouerit non est pandendum. ¶ Secundo sic. confessionis sigillū nullo modo pacto est infringendum, sed infringitur quando confessio reuelatur. ergo si iste reuelat peccatum quod in confessione audiuit qualitercunque aliter sciuit sigillum confessionis frangere videtur. ¶ Tertio quicunque audit confessionem alicuius obligatur ad hoc, quod sua peccata non reuelet. sed si aliquis alicui promitteret tenere secretum, quod ei diceretur quantumcunque sciret deberet secretum tenere. ergo quod in confessione quis audit quantumcunque alias sciatur debet secretum teneri. ¶ Quarto sic. duorum quorum est alterū potentius trahit ad se reliquum. sed scientia qua scit peccatum: vt Deus est potētior & dignior illa: qua scit vt homo: ergo trahit ad se eam: & ita non potest reuelari secundum quod scientia qua scit vt Deus. s. exigit. ¶ Quinto sic. sigillum confessionis illa ratione institutum est. s. ad vitandum scandalum & ne mali sacerdotes malignari possent & fideles per hoc a confessione trahi, sed si ita esset quod posset aliquis reuelare, quod per aliam viam nouit, nihilominus scandalum sequeretur, & quilibet sub hoc pretextu posset omnia vel pro magna parte reuelare dicens se aliter nosse, & sic nullus malus sacerdos posset conuinci, nec in malitia deprehendi. ¶ In oppositum arguitur. Nullus potest aliū obligare ad ea, ad quæ non erat prius obligatus: nisi suus prælatus cum præcepto. sed ille qui sciebat alterius peccatū per visum non erat obligatus ad celandum. ergo ille qui confitetur ei cum nō sit prælatus suus non potest eum obligare ad celandum, per hoc quod confitetur ei. ¶ Respondeo dicēdum quod vt tāgit S. Thom. & dominus Bonauentura triplex modus dicēdi est hic. quidam dicunt: quod illud quod quis audit in cōfessione non potest aliquo modo reuelare qualitercunque sciat alias: & quantumcunque sciat illud, & hæc est (sicut argutum est) fieret præiudicium sigillo confessionis. Alij dicūt: quod per confessionem præcluditur sacerdoti via, ne possit aliquid dicere quod prius sciuit, non autem quin possit dicere, si postea aliquo modo sciat, vtraque. n. opinio dum nimium sigillo confessionis attribuit, præiudicium veritati & iustitiæ seruandæ facit. Nec obstat quod aliqui dicunt quod debet protestari se non tenere priuatū hoc, quia hoc non posset protestari nisi postquam peccatum esset sibi dictum, & tunc quilibet sacerdos posset cum vellet peccatū reuelare protestationem faciēdo, si hoc ipsum ad reuelandum liberum reddiderit. Et ideo istis duabus opinionibus reiectis. Est tertia opinio magis consona veritati, & rationi, quod illud quod homo alias scit, siue ante confessionē, siue post, non tenetur celare quantum ad id, quod scit vt homo, potest enim dicere quia vidi. tamen celare illud inquantum

Primū arg. Secūdū ar. Tertiū arg. Quartū ar. Quintū ar. Opponitur contrarium. Respondet. S. Thom. Bonauent. Primū opi. Secūda opi.

inquantū scit vt Deus. Non enim potest dicere hoc audiui
in confessione. Sicut enim est duplex scientia siue modus
15 sciendi † sic duplex est modus reuelandi, nec vnus præiudi-
cat alteri, vt si quis dicat. ego vidi vel ego in confessione
Prima conclusio.
didici. Secūdum quam opinionem sit ista prima cōclusio.
16 † Sacerdos pōt ꝙ scitum est per confessionem & per alium
modum reuelare, ita tñ ꝙ mens sciendi per confessionem
Bonauent.
semper maneat in occulto. Ista conclusio per D. Bonauen
turam probatur ex quinque suppositionibus, quas indicat
17 ꝑ se notas. ¶ Prima suppositio est: † ꝙ nihil est statuēdum
nec seruandum in quo fiat præiudicium veritati. Ex ista ar
guitur sic. Aliquis sacerdos potest testificari in casu, vtpo-
te qui cum alio vidit furem: vel aliquid simile, cuius testifi-
catione subtracta latebit veritas, & regnabit falsitas. ergo si
talis confessionē de culpa audiat, & hoc ipse testificari non
velit, fiet præiudicium veritati. ergo si hoc debet fieri sacer
dos non obligatur ad celandum. ¶ Secunda suppositio
18 est. † fraus & dolus nemini dicūt patrocinari, sed aliquis pec
cator sciens se esse reum & accusatione dignum, hoc solo
a respectu cōfitetur vt os sacerdotis claudat. Si ergo claudit,
a ¶ Sacerdotis claudat adde quod fraus semper præsumitur in clerico absente. Petr. de anch. in ca. ex tue. n. 1. de clari. nō resideo.
atque per hoc manet impunitus, fraus & dolus sibi patro-
cinantur, s. hoc est inconueniens. ergo &c. ¶ Tertia supposi
19 tio † est ꝙ nullus pro aliquo tenetur mentiri. Tunc sic. sacer
dos qui nouit aliter quam ꝑ confessionem, non potest dice
re, nescio, quin mētiatur, quia nouit vt homo, & vt Deus. si
ergo iurauit veritatem dicere, tenetur quod nouit vt ho-
mo reuelare cum ad hoc possit ipsum iuramentum arctare
20 ¶ Quarta suppositio est † ꝙ nullus sciēter reddit sed impotē
tē ad id, ad ꝙ tenetur sub peccato mortali. tunc esto, quod
aliquis teneatur accusare proximum apud prælatum, tum
ex mādato diuino, tum ex mandato prælati sui iste, vidit eū
peccantem, & audiuit eum confitentem. Si ergo tenebatur
ex visu dicere & ex auditu confessionis, se reddit impoten
tem. ergo quando audiuit eius cōfessionem peccauit mor
taliter ꝙ nullo modo videtur ꝓbabile ergo &c. ¶ Quinta
21 suppositio † nihil debet statui nec seruari vnde innocēs pos
sit rationabiliter accusari & condēnari. & alij de ipso scan-
dalizari. Ex hoc arguitur sic: sed ita est in proposito, videli-
cet ꝙ dato quod sacerdos quod nouit alio modo nō possit
reuelare innocens possit condemnari &c. ergo &c. proba-
tio minoris. Ponatur casus quod quatuor vadant per viam
vnus peccat in cōspectu omnium. vnde accusandus est co-
ram prelato, & puniendus cōfitetur vni ex illis tribus, duo
alij accusant eum qui quærūt & testificant contra eum, &
ad magius robur testimonij aduocant tertium. Tertio prę
cipitur, quod dicat & illi eum accusant, nisi dicat tanquam
fautor sit in aliena culpa, & prælatus rationabiliter pos-
sit ipsum ad duorum testimonium de inobedientia pu-
nire, si ergo hoc totum iniquum est, videtur quòd non te-
netur celare. patet ergo conclusio videlicet, quod sacer
dos possit quod præstitum est per confessionem & per
Secunda cōclusio.
22 alium modum reuelare. ¶ Secunda conclusio est † ꝙ sacer-
S. Thom.
dos non debet talem reuelationem facere nisi vrgente ne-
cessitate. Ista est conclusio S. Thomæ sic dicentis, tamen ꝓ
Bonauent.
pter scandalum debet abstinere: ne de hoc loquatur nisi ne
cessitas immineat. concordat Bonauē. qui sic dicit. quia tñ
posset ex hoc scandalum generari, maxime apud peniten-
tem, & apud alios, credo ꝙ de bono, & ęquo magis debet
celare quam vnus alius. Et ideo propter vitandum scanda-
lum pœnitens debet ei protestari in confessione, quod non
debet illud celare, nō quia ꝓtestatio acquirat sibi ius reue-
landi, sed quia proximo aufert rōnem scādali, debet etiam
permittere se cogi ad dicendum. cogitur aūt siue quia veri-
tati generatur præiudicium, siue ꝑ mandatum & ex tunc
pōt dicere absq; oī remorsu conscientiæ, cū magna. n. graui
tate reuelandum est alienum pęccatum, etiam vbi non est
annexum confessionis sigillum. hęc Bonauen. ¶ His dictis
Ad primū argumen.
ad rōnes in oppositum dicendum est. Ad primam respon-
detur ꝙ decr etalis loquitur de reuelatione peccati voccte
nus. quod per cōfessionē scitū est, & ita non est ad proposi
Ad secundū
tum. ¶ Ad secundā respondetur negando minorē. dicimus
. n. ꝙ qñ aliquis dicit se vidisse ꝙ audit in confessione, nō re
uelat ꝙ in confessione audiuit, nisi materialiter, nō aūt vt
ita dicamus formaliter, siue ſm ꝙ in cōfessione ꝑcepimus
Ad tertium
& ita sigillum confessionis non frangitur. ¶ Ad tertiam re
spōdetur negādo assumptum. dicimus. n. ꝙ non obligatur
audiens cōfessionē, ꝙ non reuelet peccatū simpliciter, sed
bene vt est in cōfessione: auditū nullo. n. casu debet se dice
re audiuisse in cōfessione. ¶ Ad quartā rñdeī, ꝙ rō nō ꝓce
Ad quartū
dit, qm̄ assumptū non est vniuersaliter verū, sed intelligen
dū est de his, quæ habent oppositionē quod non est in pro-
posito, qm̄ scientia qua sacerdos scit peccatum, vt Deus
& illa qua scit vt homo non sunt opposita. ¶ Ad quintum
Ad quintū. S. Thom.
respōdetur. primo iuxta S. Tho. ꝙ ita debet vitari peccatū
ex vna parte, ꝙ ex alia iustitia nō relinquatur. veritas. n. nō
est propter scādalū dimittenda & ideo qñ imminet pericu
lum iustitiæ: & veritatis nō debet dimitti reuelatio eius, ꝙ
quis in confessione audiuit, si alias scit propter scandalum
quantum in se est vitari vitatur. ¶ Secundo respondetur iux
Bonauent.
ta dominum Bonauenturā quantum ad id ꝙ arguebatur,
ꝙ tollenda esset occasio malis secerdotibus malignādi, ꝙ
nunquam pōt oīno malis claudi aditus malefaciendi nec
adeo debet claudi, & ex hoc claudatur bonis via recte agē
di, nec debet claudi aditus vni malo, quod aperiatur alteri,
& ideo rō illa non concludit, ꝙ illud quod dr̄ est, cognitū
necessario oportet celari. Idem dicit magister Alex. de hal.
Ale. de hal. Exponit literam.
Litera. ¶ [Sacerdos.] recitet peccatum ꝙ ei confessus est ali
quis. valde. n. honestū & rōnabile est vt quod soli Deo aut
eius ministro tanquam Deo dr̄, nulli hominū reueletur. ra
tionabile etiā est: vt ꝙ Deus tegit hō nō detegat scādalo,
ꝙ inde posset oriri, si illud nō manifestauerit confessio est
reuelanda, nec pro aliquo iur amēto, nec ꝓ aliqua obedien
tia, nec etiam timore excōmunicationis, nec fiducia dispē
sationis possibilis de quibus superius locuti sumus. ¶ Sed
Quæstio.
nunquid pōt † quis super peccato ꝙ audiuit in cōfessione
23 aliquē peritiorē cōsulere, vt pœnitentiam debitā iniunge-
Respondet.
re possit, ꝙ nō pōt fieri sine reuelatione cōfessionis. ¶ Rñ
detur ꝙ bene talis sacerdos cōsulere pōt peritiorem super
peccato audito in cōfessione tacita tñ persona, vnde nō ꝓ
hibeī simpliciter non posse sacerdotē loqui aut consulere
de peccatis in cōfessione auditis cū libri sint pleni de mul-
tis, quæ multi docti viri ex cōfessione didicerunt, sed præ-
cipitur, vt patet in capitulo oīs vtriusq; sexus. extrà de pę. &
re. ꝙ nō ꝓdatur peccator. [deponatur] subiungit pęnam
reuelantis confessionē alicuius [peregrinando ꝑgat] in ha-
Hugu.
bitū pęnali. hic nota Hugutio ꝙ talis in habitu pœnali de-
bet toto vitæ suæ tempore peregrinari, non aūt dicit ꝙ so
lenniter pęniteat. nam sacerdoti solennis pœnitentia non
imponitur. vt distinctione. 50. Si quis glossator tamen dicit
super verbo peregrinando, & ita aget pœnitentiam publi-
cam, & solennem. Ista cōtrouersia soluitur per Archidiaco
num super verbo glo. restituen. qui sic dicit. tu dic planius,
24 & clarius. † clericus vel sacerdos depositus sine spe restitu-
tionis publicā vel solennē pōt agere pœnitentiam. vt hic.
& 81. Si quis episcopus. 18. distinct. presbyter. sed dum ha-
betur spes de restitutione nec publicæ nec solenniter pœ-
nitebit. vt in c. hic allegato. illud & eadem distin. confirmā
dum. 83. dist. presbyter. Est tamen notandum, quod anti-
quitus fuit ista pœna depositionis ad ordinibus & euaga-
tionis per mundum verum quia iste sacerdos sic peregri-
nando per mundum poterat multa mala facere: ideo per
canonem Innocentij tertij mutata est. & de pœni. & de re.
Omnis vtriusque sexus. vbi dicitur. qui peccatum in pœni
tentiali iudicio sibi debitum præsumpserunt reuelare non
solum a sacerdotali officio deponendum decreuimus, ve-
Bernardus.
rum etiam ad agendum pęnitentiam perpetuam in arctū
monasterium detrudendum. vbi Bernardus in gloss. hodie
standum est huic pęnitentiæ. hęc tamen intrusio in mona
sterium intelligenda est non quod cogatur ibi vouere sed
pro tanto crimine ibi pęniteat.

Quod autem. Hic est tertia pars huius distin-
ctionis. Quia autem in illo capi-
tulo qui vult. in principio huius distinctionis Augus. vide-
tur ponere in arbitrio pœnitentis: vt pro voluntate sua eli
gat sacerdotem scientem ligare & soluere, quod videtur
esse contrarium canonibus, vt videtur. 9. q. 2. nullus. & 6. q.
3. capitulo. 1. & 2. & extra de pęn. & re. quòd quidem. ideo
soluit dicens. sed aliud est fauore alicuius sacerdotis odio
sui sacerdotis. Aliud est cęcum vitare nesciētem distingue
re inter lepram & lepram. [hac authoritate]. s. Aug. in illo
c. qui vult quisque facere mouetur ne sit in foueam perdi-
tionis.

1 *Confiteri an quis possit alteri discretiori contra uoluntatem*
proprij sacerdotis. & nu. 2. 3. & 4.

5 *Canones prohibentes ne alteri sacerdoti quis confiteatur sine licentia proprij sacerdotis quomodo intelligantur.*
6 *Pœnitens cupiens confiteri alieno sacerdoti vtpote discretiori necesse habet petere licentiam à suo proprio sacerdote, aut, a superiore.*
Et quid si timet periculum.nu.7.
8 *prælatus nullus potest inhibere ne sine sua licentia subditus confiteatur alteri, nisi solus Papa.*



Placuit. Pro pleniori intelligentia huius capituli quærendum venit† vtrũ contra voluntatem ꝓprij sacerdotis possit aliquis alteri discretiori confiteri. Et videtur qđ sic ex c. præsenti. vbi in casu ignorantiæ datur licentia vt etiam sine consensu proprij sacerdotis quis possit recurrere ad discretiorem sacerdotem vel peritiorem. ¶Secũdo idem colligitur ex. c. qui vult in principio huius dist. ¶Tertio ex c. superiori. sacerdos. vbi videtur, quòd liceat pęnitentem confiteri alij sacerdoti a proprio dummodo hoc non faciat, ex non contemptu proprij sacerdotis vel fauore alterius sed solum propter maiorem illius discretionem. ¶In oppositum est. c. omnis vtriusque sexus extra. de pę. & re. vbi dicitur. Si quis voluerit alieno sacerdoti iusta de causa cõfiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ipse ipsũ non possit absoluere vel ligare. ¶Respondeo dicendum, ꝙ de hac materia confessionis prolixe disputauimus in. 6. dist. huius circa. ca. quem pœnitet. hic pauca dicemus breuiter sub sex conclusionibus breuibus. ¶Prima est† ꝙ nullus propria authoritate potest se subtrahere à cõfessione facienda proprio sacerdoti, cuius curę specialiter est commissus: cuiusmodi est plebanus. patet cõclusio: quoniam nullus subiectus legi potest propria authoritate ab illa se eximere. ¶Secunda conclusio† potest quis de licẽtia superioris videlicet Papæ vel episcopi alteri confiteri ꝙ̃ suo proprio sacerdoti. conclusio est clarissima, vnde si sacerdos parochialis potest licentiare vt eius subditus cõfiteatur alteri, quam sibi, multo magis Papa & episcopus. ¶Tertia cõclusio† quilibet fidelis videtur habere licentiam adeundi post confessionem tam ad Papam, quam ad episcopos & eorum penitẽtiarios. quam etiam priuilegiatos: nulla licentia petita a proprio sacerdote. patet conclusio de Papa, & de Episcopis etiam patet de priuilegiatis & pęnitentiarijs, quia Papa & Episcopi dando aliquibus potestatem suam audiendi confessiones fidelium, & absoluendi dant per consequens potestatem peccatoribus eos adeundi, alias frustra daretur eis potestas cum posset sufficere licentia proprij sacerdotis. ¶Quarta conclusio† canones prohibentes ne alteri sacerdoti quis cõfiteatur sine consensu proprij sacerdotis intelliguntur de sacerdotibus, qui nullam authoritatem ordinariam aut delegatam habent. Patet conclusio, quia omnis talis est alienus. sacerdos autem habens ordinariam potestatem, sicut Papa & episcopi siue delegatam sicut pęnitentiarij, & priuilegiati nõ sunt alieni. s. quodammodo proprij vt propriũ distinguitur contra alienum. ¶Quinta conclusio† pęnitens cupiens cõfiteri alieno sacerdoti: vtpote discretiori necesse habet petere licentiam a suo proprio sacerdote, aut a superiore. patet quia alienus sacerdos sine commissione sibi facta ab aliquo illorum nullam habet potestatem. patet ex capitulo. omnis vtriusque sexus. ¶Sexta conclusio† in casibus in quibus penitens timet periculum sibi ex confessione fiendum tali sacerdoti, vt puta si est ignorans, ꝙ induceret eum in errorem, aut solicitaret ad malum si esset incontinens, aut esset scandalosus, quia reuelator confessionis, & licentiam habere non potest ab eo nec superiorem adire valet: potest confiteri alteri sacerdoti discreto sicut est de illo qui non habet proprium sacerdotem. & hæc conclusio habetur in capitulo superiori, sacerdos. in quo videtur in hoc casu ius dare sibi licentiam. hæc conclusio est etiam S. Thomæ dicentis in 4. di. 17. ꝙ in casibus in quibus probabiliter timet penitens periculum sibi, vel sacerdoti ex confessione ei facta debet recurrere ad superiorem, vel ab eo petere alteri confitendi licentiam habere non possit, idem est iudiciũ quod de illo qui non habet copiam sacerdotis. vnde magis debet eligere confiteri laico, nec in hoc aliquis transgredit̃ præceptum ecclesiæ, quia pręcepta iuris positiui non se extendunt vltra intentionem præcipientis, quę est finis præcepti. hoc autem est charitas secundum apostolum, nec iterum fit aliqua iniuria sacerdoti. quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Concordat Hostien. qui ponens octo casus in quibus potest quis audire confessionem alterius parochiani. Primum ponit istum videlicet quãdo proprius sacerdos est omnino indiscretus iuxta capitulum. placuit. de quo disputamus. sed hoc debet fieri cum licentia. extra de pœ. & re. Omnis. quam licentiã si proprius sacerdos non vult dare, ipse põt ire ad alium. extra de reli. licet. vel vadat ad superiorẽ vt eum compellat, vel ipse dat licẽtiam extra de iure patro. nullus. ¶Septima conclusio. † Nullus prælatus põt inhibere ne sine sua licentia subditus confiteat̃ alteri, nisi solus ꝑlatus, qui non habet superiorem cuiusmodi est Papa. Est conclusio dñi Petri de palude in 4. di. 17. patet etiam quia nullus potest imponere legem suo superiori, nec prohibere ne confiteatur suo superiori, aut eius commissarijs. vnde dominus Bonauentura in quarto distin. 17. in solutione vnius argumenti dicit sic de priuilegiatis. Credo quod malo velle sacerdotum parochialium possunt confiteri alijs eis ex licentia priuilegij, & sacerdos non est audiendus: si prohibet. quia male mouetur. Hęc Dominus Petrus de tarentasia dicit. quia par in parem aut minor in minorem non habet imperium, nec subditi tenentur ei in hoc obedire. hæc ille. ¶Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondet de præsenti capitulo, ꝙ loquit̃ de alieno sacerdote. q̃tumcunq;. n. quis habeat ignorantem sacerdotem, non debet ire ad alienũ, nisi habita licentia vel ab ipso sacerdote, vel à superiore, nisi in casu supradicto, vbi nec ille vellet dare, nec ad superiorẽ posset haberi facilis aditus. ¶Ad secundam de ca. qui vult respondet Magister Alexander de halis, ꝙ loquit̃ consulendo, nõ præcipiendo, & ꝙ vł loqui in casu, vt quando suppetit facultas electionis, vt si quis esset parochianus plurium sacerdotum vel alicuius ecclesiæ, vbi essent plures confessores vel qđ intelligitur de homine, qui est in sua libertate anteq̃ cõmiserit se alicui sacerdoti, tali. n. expedit eligere prudentiorem, & meliorem q̃tum põt, vel dici põt, ꝙ debet quærere sacerdotem scientem obtenta licentia ab eo, qui potest dare. hec magister Alexander. ¶Ad tertiam de. c. sacerdos. respondetur ẽm eundem, ꝙ si licet eligere alium discretiorem ꝙ̃ proprium sacerdotem non intelligitur interueniente odio, vel contemptu sicut dicit canon, non tamen exequi quod præ eligitur confitendo illi, nisi obtenta licentia sicut supra dictum est. Concordat S. Th. cum istis responsionibus in 4. di. 14. dicens, quod electio discreti sacerdotis non est nobis cõmissa vt arbitrio nostro facienda, sed de licentia superioris, si forte proprius sacerdos esset minus idoneus ad ponendum peccato salutare remedium. Hæc S. Thom. Litera. ¶[Placuit cui se prius commisit] id est, lege parochiali est ei commissus [nisi pro ignorantia eius sacerdotis] ignorantiam intellige in soluendo, & ligando, in discernendo lepram à lepra, in discernendo qualitatem & varietatem peccatorum, pro tali ignorantia licite vitatur sacerdos in accipiendo pœnitentiam ab eo, nec peccat qui eum vitat, nec sacerdos qui dat pœnitentiam illi, qui propter hoc vitat sacerdotem Hug. ¶Sed nunquid ob hoc vitabit audire missam ab eo, & recipere alia sacramenta dicendum quod nõ. quia multi sunt, qui nesciunt ligare, & soluere, sciunt tamen facere alia officia ecclesiastica, si tamen nesciret conferre baptismum, vitandus esset quia in baptismo sicut in pœnitentia vertitur periculum dantis, & accipientis. Et inde est. quod nesciens conferre baptismum, & nesciens ligare, & soluere, licite vitatur. sed non est ita de missa, & alijs officijs ecclesiasticis parochianus in illo casu vult pœnitentiam accipere ab alio, faciat de licentia sui presbyteri, & si nollet dare licentiam tunc authoritate illius canonis, libere, vadat, & accipiat pœnitentiam à perito. Hug.

Quæstio. 1 Primũ arg. Secũdũ ar. Tertium ar. Opponit in cõtrarium. Respondet. Prima conclusio. 2 Secunda cõclusio. 3 Tertia conclusio. 4 Quinta cõclusio. 5 Sexta conclusio. 6 Septima conclusio. 7 S. Thom. 8 Hostien. Septima cõclusio. Per. de Pal. Bonauent. Petrus de tarentasia. Ad primũ argu: Ad secundũ Ale. de hal. Ad tertium S. Thom. Exponit literam. Quæstio: Respondet

¶ Distinctio Septima.

2 *Pœnitentia quantumcunque sera dummodo sit vera prodest ad salutem.*
Pœnitentia nulli pœnitenti est deneganda in extremo vitæ.
3 *Pœnitentia tarda quæ fit in extremo vitæ raro est fructuosa.*
4 *Pœnitentia non est imponenda tali, de quo præsumitur quod*
7 *moriatur.*
Bene tamen est innotescenda. nu. 8.

10 *Mors naturalis etiam patienter suscepta non liberat ab omni pœna actuali.*

11 *Mors violenta an sit satisfactoria pro peccato originali. Et quid si attingat ad coronam martyrij.nu.12.*



Empus vero pœnitentiæ. Hic incipit septima distinctio huius tractatus. In qua tractatur de pœnitētia finali.i.quæ fit in fine vitæ, in qua quæritur vsque ad quod tempus peccator sit recipiendus ad pœnitentiam, & an talis pęnitentia quæ iniungitur in mortis articulo valeat ad vitam consequendam, vel non. Et diuiditur hæc distinctio in tres partes. In prima dicit vsque ad terminum vitæ est peccator recipiendus ad pęnitentiam. In secunda arguit in contrarium authoritatibus Beati Augu. In tertia soluens prædictam contrarietatem ostendit quare Augu. visus est dubitare de pęnitentibus in mortis arti.2.ibi.in §.quamquam. 3.ibi in §.hoc autem. Pro pleniori intelligentia huius partis veniunt aliqua quærenda. — Diuisio.

1 ¶Primum est, vtrum in extremo vitæ posśit aliquis vere pęnitere.

5 ¶Secundum est, vtrum in extremo vitæ posśit quilibet sacerdos absolutionis beneficium impendere.

6 ¶Tertium est, vtrum tali est imponenda aliqua pænitentia, sed tantum notificanda.

9 ¶Quartum est, vtrum pęnitentibus in fine aliqua pœna reseruetur post mortem.

1 Ad primum sic proceditur.† Et videtur quòd in extremo vitæ nullus posset vere pęnitere siue in fine vitæ suæ. ¶Primo si ex litera præsenti, in qua dicit Aug. Si autem vis agere pænitentiam quando iā peccare non potes, peccata te dimisserunt, non tu illa, scilicet omnis vere pęnitens dimittit illa. ergo videtur quod in fine vitæ nullus vere pęnitere potest. ¶Secundo sic Contritio habet annexum propositum confitendi. & satisfaciēdi, sed hoc propositum habere non pôt, qui in fine vitæ pęnitet, quia nullus proponit quod est sibi imposśibile. ergo nō potest vere conteri & per consequens nec veniam cōsequi. ¶Tertio arguitur de Antiocho, quem pęnituit in morte nec veniam consecutus est, de quo dicitur, orabat scelestus dominum a quo non erat misercordiam consecuturus. 2. Machab.9. Et Iudas de quo dicitur. pęnitentia ductus retulit.30. argenteos principibus sacerdotum. Mat.27. ¶In oppositum est præsens distinctio in qua finaliter concluditur ꝙ in extremo vitæ potest quis pœnitere. ¶ Respondeo dicendum sub hac conclusione quandiu homo est in præsenti peregrinatione vsq; ad vltimum vitæ terminū potest vere pœnitere, & misericordiam consequi suorum peccatorum. probatur conclusio. Tum exemplo latronis, qui in fine vitæ suæ pœnitens misericordiam inuenit audiens, hodie mecum eris in paradiso. Lucæ.23. ¶Secundo sic probatur. Sapientia Dei & misericordia vincit humanam malitiam, sed homo potest vsque ad extremum vitæ peccare. ergo potest vsque tunc de peccatis per diuinam misericordiā consequi veniam. consequentia patet. ¶ Tertio sic probatur. Deus qui dat omnibus affluenter nulli gratiā denegat, qui quod in se facit, vt se ad gratiam præparet, hoc est manifestum. Hæc autem præparatio ad gratiam fit per motum liberi arbitrij, vnde quandiu manet huiusmodi vsus liberi arbitrij in hac vita, in qua nondum est confirmatum ad malum potest se præparare ad gratiam de peccatis dolendo. ergo quādiu durat præsens vita potest homo remissionis gratiam consequi suorum peccatorum. ¶ Secunda conclusio. 2 †pœnitentia quantumcunque sera dummodo sit vera prodest ad salutem. patet ex dictis. Secundo per illud quod habetur in capitulo si pœnitentiam. & capitulo sequenti. 26.q. 3 6. ¶Tertia conclusio. †nulli pœnitenti in extremo vitæ suæ est deneganda pœnitentia. patet conclusio ex superiori, & etiam patet in textu. vbi sic inquit. Si quis positus in vltima necesśitate ægritudinis voluerit accipere pœnitentiā illi nō negamus ꝙ petit. Conclusio hæc habetur in capit. si pœnitentiam.26.q.6. vbi ita dicit Iulius Papa. si pœnitētiam morientibus presbyter abnegauerit, reus erit animarum. quia dominus dicit. quacūque die fuerit conuersus peccator ad ipsum vita viuet, & non morietur. vera enim confesśio in vltimo tempore esse potest. quia dominus non solum tempore sed etiam cordis inspector est, sicut latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso in hora vltima confesśionis. hæc ille. ¶Quarta conclusio est talis † pœnitentia tarda quæ fit in extremo vitæ raro est fructuosa. probatur hæc conclusio multipliciter colligendo ex dictis siue rationibus Be. Augustini in litera. Primo quia in tali pœnitentia tarda raro habetur displicentia vera & sufficiens de peccato. quoniam propter vehementiam pasśionum & dolorum in parte sensitiua, qualem habet communiter in articulo mortis positus, quæ quandoque impediunt vsum rationis ne quis plene deliberet. ¶Secundo patet conclusio quia in tarda pœnitentia magis videtur habere locum timor seruilis, quam filialis. sicut dicit Augu. in litera. ¶ Tertio patet, quia in repentinis cum homo operetur secundum habitū non facile est habituatus in peccato sicut in virtutibus bonus. ¶Quarto patet propter asśistentiam vxoris, & consanguineorum, qui magis mouent ad dolorem carnis, quā animæ magis de separatione amicorum, quam de commisśione peccatorum. verum licet talis pœnitētia sera raro sit fructuosa, nihilominus dono diuinæ gratiæ potest esse vtilis, vt diximus. vnde dicit Petrus de palude etiā qui seipsos interficiunt, quia posśunt in vltimo momēto pœnitere, licet non sint sepeliendi, nec pro eis orandum publicè, tamē occulte potest orari pro illis ab illis, qui credunt. quia forte dū occiderunt eos quærebant eum, & reuertebantur. ¶Quinta conclusio. optime consulatur peccatoribus, vt in vita dū sani sunt pœniteant de peccatis suis. vnde Eccle.17. confiteberis viuens & viuens cōfiteberis sanus. sanus dicit nō ęgrotans ad mortem. ¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ Aug. non velit dicere ꝙ vniuersaliter ita sit de omnibus, sed ideo ita loquit. vult. n. ostendere in verbis illis, ꝙ pœnitentia quam aliquis in fine vitæ agit, non est certum signum salutis, quia incertum est qn aliquis de peccato quod iam facere non potest pœnitet. vtrum voluntatem peccandi amisit, ꝙ magis manifestum est de illo, qui peccare adhuc potest si pœniteat ꝙ voluntatem mutauit, nihilominus tamen etiam quādo aliquis non potest vltra peccare potest volūtatem mutare, vt nolit quod prius voluit etiam si posset. ¶ Ad secundam respondetur negando minorē. dicimus ꝙ in contritione sufficit propositum conditionatum satisfactionis & confesśionis, vt.s. velit si posśit, & tale etiam propositum de imposśibili esse potest. ¶Ad tertiam respondetur ꝙ Antiochus veniam consecutus fuisset, si vere pœnituisset, sed non vere pęnituit. quia non amore iustitiæ de peccatis commisśis doluit, sed timore pœnæ, quam sustinebat & hoc etiam vt dicit S.Thomas multis in fine pœnitentibus contingit, quia non est facile vt affectus in quē homo toto vitæ suæ tempore inclinauit in aliquid subito ad contrarium retrahatur, nec tamen est imposśibile quia liberum arbitrium non cogi ur ex habitu acquisito nec prouidentiæ Dei potest terminus præfigi per quem etiam in extremo vitæ veræ pœnitentię motus inspiratur quandoque.

Margin notes: Primū arg. — Secundū ar. — Tertium ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet. — Prima cōclusio. — Secūda cōclusio. — Tertia conclusio. — 4 Quarta cōclusio. — Petrus de palude. — Quinta cōclusio. — Ad primum argumen. — Ad secund. — Ad tertium — S.Thom.

5 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur qđ pœnitenti in extremo vitæ non posśit à quolibet sacerdote absolutionis beneficium impendi. ¶Primo sic. Ad absolutionem requiritur aliqua iurisdictio. sed sacerdos non acquirit aliquam iurisdictionem super illum, qui in fine vitæ pœnitet. ergo non potest eum absoluere. ¶Secundo sic. ille, qui sacramentum baptismi in articulo necesśitatis ab alio quam à proprio sacerdote accipit, non debet iterum a proprio sacerdote baptizari. si ergo quilibet sacerdos in articulo mortis posset absoluere à peccato, non deberet pœnitens ad suum si euadat recurrere confessorem, quod est falsum, quia alias sacerdos non haberet cognitionem de vultu pecoris sui. ¶Tertio sicut in articulo mortis licet sacerdoti alieno baptizare: ita etiam non sacerdoti. sed non sacerdos nunquam potest absoluere in foro pœnitentiali. ergo nec sacerdos in articulo mortis eum qui non est sibi subditus. ¶In opposit̄ arguitur sic. necesśitas spiritualis est maior, quam corporalis: sed aliquis in necesśitate vltima potest aliorum rebus vti etiam inuitis dominis ad subueniendum corporali necesśitati. ergo & in articulo mortis ad subueniendum spirituali necesśitati potest à non sacerdote absolui. ¶Respondeo dicendū sub ista conclusione quod in mortis articulo pœnitens à quolibet sacerdote potest absolui ab oībus peccatis, & vinculo excommunicationis cuiuscunq;. Conclusio ista patet. Tum

Margin notes: Primum ar. — Secundū ar. — Tertiū arg. — Opponit in contrariū. — Respondet.

Tum primo, quia papa cōmittit in casibus quos reseruat. ꝙ in mortis articulo quilibet sacerdos absoluit quemlibet. Tum secundo quia quantum est ex vi clauium, quilibet sacerdos habet potestatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata, sed ꝙ non possit omnes ab omnibus peccatis absoluere hoc est quia per ordinationē ecclesiæ, habet iurisdictionem limitatam, vel omnino nullam habet, sed quia necessitas legem non habet. Ideo quando articulus necessitatis imminet per ecclesiæ ordinationē non impeditur, quin absoluere possit, ex quo claues habet, quia id quod est ordinatum pro charitate nō debet militare contra charitatem. ¶Ad rationes in oppositum dicēdū est. Ad primam respondetur quod in illo necessitatis casu videtur etiam sibi dare iurisdictionem in illo quo ad absolutionem faciendam. ¶Ad secundam respondetur negando quod requiratur, quòd recurrat ad proprium sacerdotem, vt iterum a peccatis absoluatur a quibus in articulo necessitatis est absolutus: imo hic non oportet, sed innotescat ei, quòd est absolutus, nec similiter oportet inquit Sa. Tho. quòd qui est absolutus ab excommunicatione ad iudicem vadat, qui alias absoluere potuisset absolutionem petens: sed solutionem offerens. verum vt dicit Petrus de palude, nisi transacto mortis articulo absolutus ab excommunicatione non se repræsentet illi, a quo de iure communi fuerat absoluendus quanto citius commode poterit confiteatur, reincidit in eandem sentētiam. de sen. excom. eos qui. li. 6. de peccatis autem non oportet, quod amplius confiteatur, vt dictum est, nec ptopter absolutionem siue sit vere absolutus, nec propter penitentiam quia illa fuit vere innotescenda, & si non imponenda, etiam si essent casus de recenti. quia non est iure cautum nec forte caueri potuit, quòd bis necesse haberet confiteri. scilicet si forte sacerdos non fuit confessor, tenetur iterum confiteri propter absolutionem consequendam, & pœnitentiam imponendam, quorum, neutrum ille facere potuit, qui claues non habuit per quas solas regnum aperitur illi, cui per peccatum mortale clauditur, vt idem est si pœnitentiam oblitus est, vel si sibi imposita vel inducta non fuit, quia tenetur ad arbitrium sacerdotis satisfacere, & per consequens ipsum requirere toties, quod ipsa posset consequi. Hæc Petrus de palude. ¶Ad tertiam respondetur negando consequentiam. quia non est simile. baptismus enim habet efficaciā ex sanctificatione materiæ. Ideo a quocūque conferuntur alicui ille sacramentum recipit, sed vis sacramentalis penitentiæ consistit in sanctificatione ministri, & ideo ille qui laico cōfitetur, quamuis impleat, quod ex parte sua est de sacramētali cconfessione, tamen sacramentalem absolutionem nō consequitur, & ideo licet aliquid valeat sibi quantum ad diminutionem pęnæ, quæ fit per confessionis meritum & pænam, non tamen consequitur diminutionem illam pęnæ, quæ est ex vi clauium. Et ideo oportet, vt dictum est, ꝙ iterum sacerdoti confiteatur. vnde sicut alias diximus confessus laico decedens magis punitur, quam confessus sacerdoti decedens cæteris paribus.

Ad prim̄ū argu:

Ad secundū

S Thom.

Per. de Pal.

Ad tertium

6 **Ad tertium** Sic proceditur. †Et videtur quod tali penitenti in extremo sit pœnitentia iniungenda: vel si non & etiam non sit notificanda sic. Ad nihil videlicet scire quid & quantū debeat facere, nisi etiā faciat. ergo si non est imponenda vt faciat non est innotescenda. Si dicas quod valet ad cognoscendam grauitatem peccati. Contra, grauitas peccati considerata in fine maxime inducit in desperationem, sed hoc maxime cauendum est infirmis, ergo non debet dici. ¶In oppositum est præsens capitulum. Item apertius capitulum primum. 26. q. 7: vbi Theodorus cantuarieñ. in penitentiali suo ita dicit ab infirmis in periculo mortis positis pura est inquirenda confessio peccatorum, non tamen illis imponenda est quantitas pęnitentiæ, sed innotescenda. ¶Respondeo dicendum

Primū arg.

Opponit in cōtrarium.

7 sub tali conclusione. †quòd pęnitentia non est imponenda tali, de quo præsumitur quòd moriatur. patet conclusio. Tum quia stultum est aliquid imponere alicui, quod nō potest facere. Tum secundo quia per hoc quòd imponitur alicui aliqua pęnitentia, obligatur ad illam faciendam: nullus autem dicitur ad aliquid obligari quod non potest facere.

Respondet. Prima conclusio.

8 ¶Secunda conclusio. † quòd pęnitentia est tali pænitenti innotescenda, ratio conclusionis est tum ad cognoscendū grauitatē peccati, vt doleat & ingemiscat. sed nihilominꝰ manifestanda est ei diuinæ misericordiæ abundantia, vt spe

Secunda cōclusio.

ret in domino & confidat, & sic manifestans pęnitentiam non inducit in desperationem, sed magis veram contritionem. vt dicit dominus Bonauentura in. 4. di. 20. Tum secūdo est innotescenda vt inquit S. Tho. & magis conformiter ad literam, vt procuret per amicos, & religiosos eam expiare. Tum tertio vt eius complendæ propositū habeat si euadat, est tn̄ confortandus ex diuina misericordia ne in desperationem cadat. Ita patet responsio ad obiectum.

Bonauent. S. Thom.

9 **Ad quartum** Sic proceditur. †Et vr̄, ꝙ pœnitentibus in fine non reseruetur aliqua pęna post mortem. ¶Primo sic. Deus. n. cum sit summe misericors, non exigit ab homine plus, quā agere posset. sed iste qui in fine vitæ suæ pœnituit, & nihil aliud facere potuit ꝓ tempore illo quam conteri, & confiteri, quod etiā fecit. ergo videtur, ꝙ nihil post hanc vitam ab eo requiratur ꝓ peccatis de quibus pœnituit. ¶Secundo pœna purgatorij excedit omnem pœnam huius mundi, vt in litera huius distinctionis habetur. sed pœna ad quam obligatur pœnitēs post confessionem & absolutionem non est tanta, quantæ sunt multæ pœnæ aliæ huius vitæ. ergo iniuste cum pœnitēs agitur, si post hanc vitam puniatur in purgatorio post absolutionem. ¶Tertio sic. non est peccatum tam grande. quod per pœnas in hac vita inflictas non posset expiari totaliter, dummodo aliquis patienter sustineret. quia purgationē tribulatio facit, vt patet ad Ro. 5. sed mors est maxima pœnarum. ergo si aliquis contritus patienter mortem sustineat, non remanet ei aliqua post hanc vitam. ¶In oppositum est litera præsentis capituli, in qua dr̄ de pœnitente in fine sed si etiam conuersus fuerit vita viuet, & non morietur. nō tn̄ promptius ꝙ euadit omnem pœnam: nam prius purgādus est igne purgationis qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. ¶Respondeo dicendum sub ista cōclusione. Pœnitens in fine vitæ satisfactionem non implens in hoc seculo, necessario pęnam exsoluit debitam in purgatorio nisi tanta in eo foret contritionis magnitudo, ꝙ à pœna purgaretur omnino. Ista cōclusio probatur multipliciter. Primo sic. diuina iustitia exigit: vt peccatum aut à Deo aut ab homine puniatur. sed peccatum huius, qui in fine pœnitet nō est punitum nec à Deo, nec ab homine in hac vita. ergo vr̄ ꝙ peccator post hanc vitam puniatur. ¶Secūdo sic. nullus ex negligentia debet commodum reportare sed iste qui in finem pn̄iam distulit ex negligentia statim post peccatum adhuc sanus si pœnituisset sustinuisset pœnam. ergo multo fortius quando pn̄iam distulit vsq; in finem vitæ reus est pęnæ. ¶Tertio pœna post remissionem culpæ exigit. vt æqualitas iustitiæ commissæ ad æqualitatem reducatur. æqualitas autem quantitatem consequitur. vnde sicut ad ordinationem culpæ exigit. ꝙ pro pœna culpa inferatur, ita exigitur, ꝙ pro tanta culpa tanta pœna, & ideo cum peccatū inordinatum remanere non possit, quamuis reatus pœnæ sit diminutus per contritionem, & confessionem, & absolutionem oportet ꝙ adhuc in fine pœnitens & quicunq; satisfactionem non implet in hac vita, post hanc vitam puniat, nisi tanta vt diximus fuerit contritio, ꝙ totaliter à pœna purget. quod qn̄q; contingere posse non est dubiū. ¶Ad rōnes in oppositum dicendum. Ad primam negatur cōsequētia, & rō est. quia ille qui in fine vitæ suæ pœnitet non punitur, quia nō satisfecit, qn̄ satisfacere potuit, sed quia peccauit & satisfacere neglexit, quādo potuit. vnde nō sequit̄, ꝙ Deus ab homine requirat vltra posse. ¶Ad secundam rn̄detur et negando consequentiam. Pro quo notandum, ꝙ vt dicit S. Tho. iustitia assimilat̄ mensuræ, vt dicit philosophus. 5. ethicorum. vnde sicut in diuersis terris sunt diuersæ mensuræ rerum venalium ita & diuersæ pœnæ s̄m iustitiam pro eisdē culpis inferunt̄, similiter pro eadem culpa grauius punitur quis in purgatorio, q̄ in hac vita rōne alterius fori, & tamē illa aggrauatio respondet pœnæ cuiusmodi homo in hac vita reus erat, & hoc debet homo sibi imputare, quia illuc reseruauit sibi pœnam pro culpa accipiendam. ¶Ad tertium in quo tangitur vtrū mors naturalis patienter suscepta purgat à pc̄tis. Respondetur ꝙ non. Pro cuius pleniori notitia
10 sunt aliquæ conclusiones Petri de palude in 4. Prima est † ꝙ mors naturalis etiam patienter suscepta non liberat ab omni pœna actuali. ratio quia mors naturalis tota est debita ꝓ peccato originali, & ideo non potest satisfacere pro actuali, quia eadem solutio non parit duas liberationes, bene tamen dolor, vel languor infirmitatis patienter susceptus satisfacit pro actuali, quia illud nō debetur originali s̄m actū sed secundum

Primum ar.

Secūdū ar.

Tertium ar

Opponit in cōtrarium.

Respondet

Ad primū argumen.

Ad secundū S. Thom.

Ad tertium.

Pet. de pal. Prima conclusio.

ſed ſm̃ aptitudinē.vnde q deficiũt ſenio.nõ dolẽtes debitũ mortis ꝑſoluũt vt Ioãnes euangeliſta,q̃ à dolore mortis extraneus debitum mortis perſoluit. Item ſicut fames ſitis & huiuſmodi pœnalitates ſunt pœna debita ſecundum aptitudinem,non ſecundum actum.vnde ſi acceptentur ſiue aſſumantur quò ad actum ſatisfaciunt pro actuali.¶Secun

11 da concluſio de morte violentia iuſta eſt iſta.†mors violentia inquantum eſt huiuſmodi nõ eſt ſatisfactoria pro peccato originali non debetur pœna ſenſus.Item ſi ſit iuſte illata pro alio peccato actuali digno morte ſicut dicit apoſtolus,qui talia agunt digni ſunt morte,non ſatisfacit pro peccato actuali.patet quia illa eſt debita ꝑ alio peccato in foro mundi non poteſt eſſe ſatisfactoria pro peccato in foro Dei:ſicut ieiunium quadrageſimale eſt debitum ex ſtatuto eccleſiæ,non põt eſſe ſatisfactorium pro alijs peccatis licet ſit meritorium. nec latro euolauit propter ſatisfactionem mortis,licet patienter portauit dicente eodem,nos digna factis recepimus ſed propter magnitudinem cõtritionis.verum S.Thom.in 4.in præſenti articulo diſputato dicit,ꝙ ſi quis pœnam illatam patienter ſuſtineat etiam ſi ꝑ alijs peccatis ſit illata, valet ad diminutionem pœnæ & ad totam liberationem,& a tota pœna, ſecundum quantitatem culpæ & pœnæ & contritionis.¶ Tertia concluſio de

12 morte violenta iniuſta eſt iſta.†Mors iniuſte illata ſi quidē attingat vſque ad titulum & triumphum martyrij ſatisfacit pro omni pœna.vnde iniuriã facit martyri, qui orat ꝑ martyre.ſed ſi non ſit cauſa martyrij ſed pœna tantum & innocẽtia, ſi homo pro alijs peccatis accipiat, multum ſatisfacit.ſed quia non eſt voluntarie aſſumpta, ideo licet excedat omnem aliam pœnam quæ poſſet eſſe liberatoria a pœna debita, non tamen ex toto ſatisfacit, ſed ſecundum ꝙ magis vel minus conteritur,Litera.¶[Epiſcopus vero.] Quia in toto vita huius defluxu voluntas hominis volubilis eſt de malo in bonum,& econuerſo,& ideo miſericorditer prouidit Deus huiuſmodi,vt vſque ad exitum huius vitæ eſſet ſemper pœnitentia fructuoſa, quod probatur per ſequentes authoritates.

Secta cõc.

S.Thom.

Tertia concluſio.

Exponit literam.

1 *Hominum quatuor ſunt genera.*
2 *Certitudo eſt duplex.*



Emo. Hæc ſcribit Leo papa.hoc capitulũ probatur per pœnitentiam latronis cui dominus ait mecum eris in paradiſo.Luc. 23.[quamquam].2.pars videtur huic ſententiæ Auguſti.aduerſari.d. Si quis poſitus verba ſunt Augu.in lib.de pœnitentia,in quibus repræhendit eos,qui ſani peccant,nec pœnitent vſque ad extremum vitæ,& certe digni ſunt repræhenſione.primo q̃a in peccato diutius perſeuerauerunt, & maiori pœna digni ſunt. Secũdo quia non faciunt dignos fructus pœnitentię præ grauedine corporis,& minori iudicio mẽtis agere poſſunt, ſicut ſi pœnituiſſent in ſanitate. Tertio quia ſtulte ſe exponunt periculo,different pœnam ſeu pœnitentiam vſque in finem.vnde propter hoc dubium Augu. non audet aſſerere de ipſorum ſalute, aut damnatione:certum tñ eſt, ꝙ vere pœnitentes in extremis vitæ ſaluti ſiunt ſicut patet de latrone Luc.23. Non ergo hoc dicit quia dubitauerat,an quacunq; hora quis vere pœnituerit: Deus ſine mora peccata dimittat:cum dicat Eze.18.quacunque hora ingemuerit &c.Sed ideo dicit.Tum propter rationem dictã, tum ad errorem & reprimendam inertiam & pigritiã eorum,qui de die in diem differunt pœnitere [reconciliabitur]eccleſiæ[nõ illi negamus]quia debemus[quod petit] vnctionem:viaticũ;& huiuſmodi.Hug. [ſed nõ poſſumus] aſſerere pœnitentiam:abſolutionem , communionem eccleſiaſticam & pœnitentiam iniungere vel notificare faciēdam ſi euadat.16.q.7.c.1.[peccata dimiſerunt te,non tu illa]quia volũtate adhuc adhærere videtur peccatis,qui ſolo timore pœnæ aut impotẽtia deſiſtit peccare[qui igitur] dicit tamen Augu.ꝙ qui veraciter egerit pœnitentiam & ſolutus fuerit a ligamento].ſ.peccati[quo erat aſtrictus peccatorum vinculis alligatus eſt, ad collum.pſal.105. dirupiſti vincula &c.[& a Chriſti corpore ſeparatus]a quo per pc̃tm̃ mortale quis ſeparatus eſt Eſa. pc̃tã veſtra diuiſerunt inter me & vos. [Si q̃s aũt.] †hic Aug.ponit quatuor gñа hoĩum,

1 quorũ tria de hoc ſeculo de certo exeunt ſecuri. Quartũ vero genus eorum de quibus dubium an ſecuri exeant . primum genus eſt eorum qui baptizati ſunt, & mox poſt baptiſmum moriuntur.Iſti enim ſecure exeunt, vt de conſe. di 4.baptiſmi vicem.Secundum genus eſt eorum fidelium qui ſemper innocenter & bene vixerunt, hi etiam ſecuri exeunt.Tertium eſt eorum . qui & ſi innocenter non vixerint,ſemper tamen pœnitentiam ſuorum peccatorum egerunt,dum ſani fuerunt ,& poſt pœnitentiam bene vixerũt continuantes vſque ad finem,hi etiam bene exeunt. Quartum genus eſt eorum qui agunt pœnitentiam in extremo vitæ,non eſt ſecurum affirmare aliquid de iſtis, quia neſcitur an vere tales pœnitent,& an eos peccata dimittant, an ipſi ea.[Illud ſcio].ſ. de quo do ſecuritatem [non tibi darē] quia in pœnitentibus non eſt dãda vt diſ.25.illud[tene certum,& dimitte incertum] contra illud videtur eſſe illud Eccle.9.Nemo ſcit vtrum dignus odio vel amore ſit. Re-

2 ſpondeo dicendum iuxta dominum Albertum magnum & S.Thomam,& dominum Bonauẽturam. † ꝙ duplex eſt certitudo.ſ.ſcientiæ,& coniecturæ. certitudinem ſcientiæ nemo habet niſi per reuelationem. Certitudinem autem coniecturæ habet qui ſanus pœnitet:cum ei proſpera arridẽt tunc ſignum eſt, ꝙ dolor ſuus eſt ex Dei gratia, non ex timore geennalis pœnæ, vtraque enim certitudine caret,qui in fine pœnitet[ſera pœnitentia]quia magis habet rationem ad oppoſitum quam ad propoſitum cum magis pœnitere exiſtimetur ex timore pœnæ,quam amore iuſtitiæ,eccleſiaſtes autem loquitur de certitudine ſcientiæ.

Opponit in contrarium Albe. mag. Reſpondet.

Hoc autem quare Auguſtinus. Dixit

Hæc tertia pars. In qua ſoluitur contradictio quæ videtur eſſe ex verbis Augu.declarando quæ fuit mens Augu. cum dubitare ſe dicit.an ſecurus exeat ab iſta vita,& qui in extremis pœnitet.licet autem vera ratio quare ita Auguſt.locutus fuerit ſit propter illos, qui pœnitẽtiam vſque ad finem protrahunt, & tunc non ex Dei amore videntur pœnitere,ſed timore mortis, quaſi ex neceſsitate.authoritas Cypriani quæ hic ponitur non videtur multum facere ad propoſitum materiæ:niſi parum in ſuperficie.quia aliud eſt dare pœnitentiam in extremo pœnitẽtibus,de quibus hic loquimur,aliud denegare, de quo Cyprianus loqui. videtur nihilominus percurramus totum.¶ [Pœnitẽtiam non agentes]vtpote nolẽtes ablata reddere, aut de iniurijs iniuriatis ſatisfacere,aut in futurũ a peccatis abſtinere,quia rogare illos.ar.diſt.7.Si quis egritudine [non debiti pœnitentia]quia non pœnitere videtur ex corde, quia nolunt aut propoſitum abſtinẽdi a peccatis deinceps habere.Sed mortis.[Item Auguſtinus] Cõfirmatur quia illa fuit mens Auguſt.quæ dicta eſt ex verbis eiuſdem.

Exponit literam.

1 *Pœnitens in extremis conſtitutus an habeat libertatem arbitrij peccata dimittendi aut neceſsitate dimittat.*
2 *Latro baptizatus eſt baptiſmo flaminis.*
3 *Beatitudo quid dicatur.*
4 *Ignis purgatorius an ſit æternus.& nu.9.*
5 *Purgatorium quod ſit.*
6 *Purgatorij locus dicitur duplex.*
7 *Pœna purgatorij conuenienter nominatur ignis,magis quam alio nomine.*
8 *Pœna purgatorij an excedat omnem pœnam temporalem huius vitæ.Q uod ſic.nu.10.*



Vllus. Verba ſunt Auguſ.libro de pœnitentia :vbi illi reprobantur, qui expectant vſque in finem pœnitere: qui in fine rari pœnitent,cum non amore ſed timore, & non libera voluntate peccatum deteſtantur , nec peccare deſiſtunt odiendo peccatum , ſed quia peccare non poſſunt [arbitrij quærat libertate] Hic ſurgit quæſtio . [¶ Vtrum pœnitens in extremis conſtitutus habeat libertatem arbitrij peccata dimittendi, aut neceſsitate dimittat.Et videtur quod non ex dicto Beati Aug.in litera.¶Sed contrarium videtur, quia homo quandiu viuit, tandiu habet liberum arbitrium & poteſtatem bene faciēdi.¶ Ad hoc reſpondendum eſt iuxta dominum Albertum magnum, quòd liberum arbitrium in infirmitate frequenter quo ad vſum tollitur: ſemper autem impeditur.tollitur autem vſus: quando materia ſurſum rapitur & impedit deſtructionem delirant homines quaſi extra iudicium deſtructionis poſiti impeditur quando violentia morbi auertit & retrahit , & hoc ſemper fit in infirmis. hæc enim

Quæſti.

Opponit & Reſpondet Albertus

hæc.n.est natura pœnarum animæ, ꝙ qñ vna est in vehemẽti actu altera abstrahitur ab actione; cum ergo in infirmis sit vehemẽs dolor in sensu impeditur li.ar.a iudicio destructionis peccatorum, & hoc modo intelligit Augu. vnde dicit, ꝙ quærendum est qñ habet liberum arbitrium supple expeditum, non impeditum violentia morbi, sine sensibili dolore. Concordat dominus Bonauentura in 4.di.20. [nõ
2 dedit].i. propter hoc non est data facultas aut licentia [peccandi & perseuerandi:tunc.n.baptizatus est in fide.] † latro .n. baptizatus est non baptismo aquæ, sed baptismo flaminis quando recta fide, & charitate confessus est Christum. d.23. Memento mei Domine dum veneris in regnum tuũ [pœnitentia] aut loquitur de adultis, qui pœnitent & baptizantur in extremo vitæ, & dicit ꝙ talis pœnitentia iuncta baptismo ita cuncta abolet, vt neque purgatorium sentiãt decedentes tunc ex hac vita. hoc.n. tribuit efficacia baptismi, vt ab omni culpa, & reatu pœnæ hominem purget. vt de conse.di.4.c. sine pœnitentia:& a paruulo non ex æquo

Bonauent.

3 [multiplex bonum] tam glorificatione animæ quam corporis. † beatitudo etiam ipsa dicitur omnium bonorum aggregatione perfecta possessio. vt dicit Boethius [Illi autem qui facile acquirunt quod volunt].i. veniam de peccatis, q.a (vt supra dictum est) multa occurrũt quæ impediunt verã cordis contritionem, & veram pœnitentiam: vt cum eorũ dolor non ex charitate sed ex timore procedit. Ideo sequitur [oportet.n. vt vera pœnitentia fructificet] quod facere non potest, nisi sit viua vita gratiæ:& dilectionis Scriptum est.n.1.Cor.13. charitatem autem non habeam nihil sum. & 1.Io.3. Qui nõ diligit manet in morte. [In timore exclu so charitatis amore] quia talis amor est seruilis, de quo. j. Io. 4. timor non est in charitate. sed perfectus foras mittit timorem. s. seruilem qui pœnam habet. [Quomodo ergo prędicta varietate] supra dis.5. consideret. [ꝙ quamuis] verba sunt Gratiani [credo ꝙ illi].i. non est dubitandum, quin pęnitentia sit fructuosa: quia ille cui credẽdum est dixit, quacunque hora &c. Ezechi.18. vnde ipse Augu. libro de ecclesiasticis doctrinis seu dogmatibus dicit ꝙ pœnitentia abolet peccata indubitanter credamus in vltimo vitę spiritu si admissorum pœniteat. [Ad veram vix veniet satisfactionem].i. cordis contritionem. cum itaque opus sit non hominis sed Dei fructifera pœnitentia] est.n. virtus, quam solus Deus operatur in nobis [non euadat omnem pœnã] q̃m necesse est diuina iustitia existente sicut in ar.4. disputauimus. vt pœna debita culpæ exsoluat hic, vel in alia vita [fructum conuersionis].i. dignos fructus pœnitentiæ [hic autẽ ignis & si æternus non est, est tñ miro modo grauis] excedit enim omnem pœnam. Hic tanguntur duo dubia circa has partes. Primum vtrum sit verum, ꝙ ignis purgatorius sit æternus. Secundum vtrum pœna purgatorij omnem pęnam huius vitæ excedat.

Boethius.

4 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ ignis purgatorius non sit temporalis, sed æternalis sic. ¶ Dicit.n.B.Greg. ꝙ sicut in fornace sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, ita in inferno sub eodẽ igne damnatus crematur, & electus purgatur. sed inferni ignis perpetuus est. Mat.25. ite in ignem æternum. ergo & purgatorius. ¶ In oppositum est Augu. in litera. Respondeo dicendum sub aliquibus conclusionibus. Prima
5 est † ꝙ est purgatorium. Ista cõclusio patet authoritate apostoli. j.Cor.4. dicentis. ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Secundo patet authoritate Aug. in præsenti litera. Tertio authoritate vniuersalis ecclesiæ, quæ orat pro defunctis ẽm illud Machabeorum.12. sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a pctĩs soluatur. sed pro defunctis qui in paradiso sunt non est orandũ: quia ibi nullo modo indigent, nec iterum pro illis qui sunt in inferno quia illi a pctĩs solui nõ possunt. ergo post hcã vitã sunt aliqui a pctĩs nondum absoluti, qui solui possunt, & tales charitatem habent, sine qua nõ fit peccatorum remissio: quia vniuersa delicta operit charitas. prouer.10. vnde ad mortẽ æternam non deuenient, quia qui viuit & credit in me, nõ morietur in æternum. Ioann.11. nec ad gloriam inducentur, nisi purgati. quia nihil immundum ad illam peruenit: vt patet apo. vltim. ergo aliqua purgatio erit post hanc vitam. Quarto ratione ex parte diuinæ iustitiæ sic. Per contritionem deleta culpa non tollitur totus reatus pœnæ nec etiam semper venialia dimissis mortalibus tolluntur, & iustitia Dei hoc exigit, vt peccatum per pœnam debitam ordinetur, oportet ꝙ ille, qui post contritionem & absolutionem decedit ante satisfactionem debitam, ꝙ post hanc vitam puniatur. Et sic purgatorium est dandum necessario. vnde qui purgatorium negant contra diuinam iustitiã loquuntur, & propter hoc erroneum est a fide alienum. ¶ Se
6 cunda conclusio. de purgatorio quo ad locum. † Locus purgatorij dicitur duplex vnus ẽm legem communem & alius secundum dispẽsationem. Secundum legem communem non est nisi vnus quem inquit Albertus puto esse partẽ superiorem inferni habentem in se affligens ad purgationẽ cum aliqua consolatione spei de futura & proxima sui liberatione. ẽm vero dispensationem sunt multa loca purgatorij, ẽm ꝙ diuersis diuersa loca ad sui purgationem concessa sunt. vnde in diuersis locis aliqui puniti leguntur: & hoc multis de causis, vel ad viuorum instructionem, vel ad mortuorum subuentionem, vt refert de multis Be. Greg.4. dialogorum. ¶ Tertia conclusio. † Pœna purgatorij conueniẽ-
7 ter nominatur ignis, magis quam alio nomine. Patet conclusio a fine res conuenienter denominatur. sed finis punitionis purgatoriæ est ad purgandum. sed hoc maxime competit igni. ergo conclusio vera. Et hoc est quod dicit. S.Th. in 4.dist.21. ꝙ quia pœnæ inferni sunt ad affligẽdum: ideo nominatur omnibus illis quæ nos affligere consueuerunt: sed pœna purgatorij est maxime ad purgandum reliquias peccati. Et ideo sola pœna ignis purgatorij attribuitur, qui ignis habet purgare & consumere. hæc ille. Concordat Albertus Magnus. verum licet ẽm legem cõmunem ignis sit instrumentum quo purgantur animæ in purgatorio. Nihilominus tamen vbi purgantur in hoc mundo lege speciali nõ semper igne: sed glacie vel aliter. quomodo Deo placet purgantur, vt dicit Petrus de palude. Nihilominus omnis pœna eorum ignis vocatur. quia est afflictiua, & cum hoc
8 purgatiua. ¶ Quarta cõclusio. † Ignis purgatorius licet quo ad substantiam sit æternus, tñ quo ad effectum siue vsum eius est temporalis, & non æternus. patet prima pars cõclusionis, quia ignis purgatorius est idem in substantia cum igne inferni, vt dictum est; & ita expresse dicit B. Gregor. vt inductum est. ¶ Secunda pars patet quia purgatio ista habitura est finem in fine mundi: cum nihil purgãdum manebit. ergo est temporalis. Arguitur ergo sic. cuius actus & finis finibilia sunt, ipsum est finibile. quãtum ad hoc actus & finis ignis purgatorij sunt finibilia: vt patet. ergo &c. Ad illud vero arguebatur in principio de dicto B. Grego. patebit responsio. Est enim ignis ille æternus quo ad substantiã. Et vt dicit dominus Bonauentura: licet maneat inquãtum ad actum aliquem: secũdum id quod habet ardoris, scilicet ad reproborum concremationem, nõ autem quantum ad purgationem manet.

Primũ arg.

Opponit & Respondet. Prima con clusio.

Secunda cõclusio.

Albertus

Tertia conclusio.

S. Thom.

Albertus magnus.

Pet. de pal. Quarta cõclusio.

9 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ pęna purgatorij non excedat omnẽ pœnam temporalem huius vitę. ¶ Primo sic. quanto aliqd est magis passiuum tanto magis affligitur, si sensum læsionis habeat. sed corpus est magis passiuum quam anima separata. Tum quia habet contrarietatem ad ignem agẽtem Tum quia habet materiam susceptiuam qualitatis agentis, quod de anima non potest. dici. ergo maior est pœna, quã corpus patitur in hoc mundo, quam pœna qua anima purgatur post hanc vitam. ¶ Secundo pœna purgatorij directe contra venialia ordinatur, sed venialibus (cum sint leuissima peccata) leuissima pœna debetur, si ẽm mensuram delicti sit plagarum modus. ergo pœna purgatorij est leuissima. ¶ Tertio Deus est retributor vniuscuiusque secundum meritum. vnde proportionatur ꝙ respondet pœna reatui. sed cum quis moritur peccatum non intenditur. ergo nec pœna debet intendi. ergo non debet esse maior in futuro, quam in præsenti. ¶ Quarto sic. maior est passio in qua agens est transmutans & abijciens a substantia, quam quæ est transmutans, & non abijciens, passio huius vitæ est transmutans & abijciens, alterius vero vitæ passio transmutans & non abijciens. ergo maior est pœna ista quam illa. ¶ In oppositum est litera præsentis capituli. Item Augu. in quodam sermone. ille ignis purgatorij durior erit, quam quidquid in hoc seculo pœnarum, aut sentire aut videre aut cogitare quis potest. ¶ Respondeo di
10 cendum † ꝙ pœna purgatorij excedit maximam pęnam huius vitæ. Ista conclusio probatur a B. Thoma quo ad ambas pœnas in purgatorio, videlicet pœna damni inquantum retardantur a diuina visione. Alia sensus secundum quod ab igne cor-

Primum a[rg].

Secũdũ ar.

Tertiũ arg

Quartũ ar.

Opponit in contrarium

Respondet

igne c orporali puniuntur,ꝙ sit verum de prima pœna. Sic arguit. quanto enim aliquid magis desideratur, tanto eius absentia est molestior. & qa effectus quo desideratur summum bonum post hanc vitam in animabus sanctis est intẽsius,quia non retardatur affectus mole corporis, & etiam quia ter minus fruendi summo bono iam aduenisset:nisi aliquid impediret: ideo de tardatione maxime dolent. Et vt addit Albertus magnus,ꝙ cum sanitas vel iocũditas sensus in hac vita nullam habeant comparationem ad summum (Albe. mag.) bonum:quod felicitat beatos nullam comparationem habebunt auferentia delectabilia in hac vita ad auferẽtia vel deferentia delectabile in alia vita. & ideo tristitia alterius vitæ incomparabiliter maior est:quã tristitia aliqua in præsenti vita. Hæc Albertus.¶Quantum vero ad pœnã sensus probatur cõclusio sic ratione S. Thomæ. vbi supra cum dolor non sit læsio:sed læsionis sensus:tanto magis aliquis do- (S.Thom.) let de aliquo læsiuo quanto magis est sensitiuum. vnde læsiones quæ fiũt in locis maxime sensibilibus sunt maxime causantes dolorem:& quia totus sensus est anima:ideo si ipsam animam aliquod læsiuum agat de necessitate oportet ꝙ maxime affligatur. ꝙ autẽ anima ab igne corporali patiatur,hoc ad præsens supponimus,& ideo oportet ꝙ pœna purgatorij quantum ad pœnam etiam sensus excedat omnem pœnam huius vitę. Hic apparet error Hugutionis (Cõtra Hugutionem.) qui dicit in apparatu suo sup verbo hoc excedit magister hoc dixit magis ad terrorem,quam ad veritatem seu veritatis insinuationẽ. ¶Ad rationes in oppositum. Ad primam (Ad primum argum.) respondetur: ꝙ pęna non iudicatur maior & minor ꝰm læsionem vel passio nem,sed secundum passionis actũ & ideo quamuis anima sit minus passiua:quam corpus. quia tamẽ est magis cognoscitiua & sensitiua passionis,ideo maior est dolor eius etiam si sit minor passio. ¶Ad secundam respõ- (Ad secundũ & tertium.) detur negando consequentiam. Et ratio est,quia acerbitas illius pænę non est tanta ex quantitate peccati, quantum ex dispositione puniti. quia idem peccatum grauius punitur ibi,quam hic. sicut ille, qui est melioris complexionis magis punitur eisdem plagis quam alius, & tamen iudex vtrique easdem plagas pro eisdem culpis inferens iuste facit, Et per hoc patet solutio ad tertium. ¶Ad quartum re- (Ad quartũ Bonauent. Exponit li er am.) spondetur negando assumptum quoniam(vt respondit do minus Bonauentura)ignis inferni qui vrit & non cõsumit grauius punit quam alius ignis qui vtrunq; facit. [Studeat in pœnitentia venialia]& remittuntur siue de eis venia impetratur. [non tam en statim sanantur]. s. quo ad remissionem reatus. Pro quo notandum ꝙ in peccato mortali sunt .s. macula,& reatus,siue obligatio ad pœnam. cum ergo deletur peccatum mortale macula oĩno desinit, nec in aliud transit. sed reatus pœnæ manet alteratus, qui prius erat ad mortem æternam. sed modo est ad pœnam temporalem, & quo ad istam dicitur non sanatus, quia nondum absolutus ab eo,oportet enim soluere hic vel alibi. [omnino moritur.]sine spe alicuius sanitatis in corpore & anima punietur æternaliter. psal. 33. Mors peccatorum pessima: si semper viueret,semper peccaret. dicit Hug. forte non esset verum. sed ita præsumitur. sed hoc est aliter intelligẽdum. ve- (S.Thom.) rũ.n. dicit Aug. [Semper peccaret] dicit S. Tho. i. semper in peccato permaneret. quia de se non posset a peccato liberari:cum sit spiritus vadens & non rediens, nõ quod semper actũ peccati exerceret. hæc S. Thom. concordat dominus Bonauentura exponens sic. [semper peccaret]. i. in peccato perseueraret. [operatur finem peccandi.] per mortem, magna misericordia agitur cum impœnitentibus vt subtrahã- (Bonauent.) tur ex hac vita cito,ne augentes peccata grauius venirẽt puniendi. [& ob hoc]. s. quia quãdiu viueret semper peccaret .i. in peccato perseueraret[sine fine torquẽtur quia]assignat rationem quia talis semper in peccato permanens nunquã ornatur virtute. cui respondet vt premium ipsa beatitudo. item talis semper erit sine charitate:quæ operit multitudinem peccatorum,& principale principium merendi est,& per consequens torquetur sine sine superius in distinctione prima huius circa. c. ꝙ autem omnium peccandi. disputauimus quomodo impœnitentibus ex diuina iustitia debeatur pœna æterna:sed illud quod ait iustissimus saluator noster peccatoribus impœnitentibus. Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum &c. ¶Cui saluatori nostro sit honor & gloria,& gratiarum actio in secula seculorum. Amen.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O.


Omnes sunt quaterniones præter O. duernio.








TVRRIC
SVPER
DECRE
TOM. V




colorchecker CLASSIC












calibrite

mm